BIBLIOTHECÆ APOSTOLICÆ VATICANÆ CODICUM MANUSCRIPTORUM CATALOGUS

IN TRES PARTES DISTRIBUTUS

IN QUARUM PRIMA ORIENTALES IN ALTERA GRÆCI IN TERTIA LATINI ITALICI ALIORUMQUE EUROPÆORUM IDIOMATUM CODICES

STEPHANUS EVODIUS ASSEMANUS ARCHIEPISCOPUS APAMENSIS

E T

JOSEPH SIMONIUS ASSEMANUS EJUSDEM BIBLIOTH. PRÆFECTUS
Et Sacrosanctæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe Canonicus


RECENSUERUNT DIGESSERUNT ANIMADVERSIONIBUSQUE ILLUSTRARUNT

PARTIS PRIMÆ

TOMUS PRIMUS

COMPLECTENS

CODICES EBRAICOS ET SAMARITANOS





LIBRAIRIE ORIENTALE ET AMÉRICAINE

MAISONNEUVE FRÈRES, ÉDITEURS

3, RUE DU SABOT, 3

PARIS (VI°)

Tirage limité à 300 exemplaires numérotés
Exemplaire N°



MANUSCRIPTORUM CODICUM
BIBLIOTHECÆ
APOSTOLICÆ VATICANÆ
CATALOGUS

BIBLIOTHECÆ
APOSTOLICÆ VATICANÆ
CODICUM MANUSCRIPTORUM
CATALOGUS
IN TRES PARTES DISTRIBUTUS

IN QUARUM PRIMA ORIENTALES IN ALTERA GRÆCI IN TERTIA LATINI ITALICI ALIORUMQUE EUROPÆORUM IDIOMATUM CODICES

STEPHANUS EVODIUS ASSEMANUS ARCHIEPISCOPUS APAMENSIS

E T

JOSEPH SIMONIUS ASSEMANUS EJUSDEM BIBLIOTH. PRÆFECTUS

Et Sacrosanctæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe Canonicus

RECENSUERUNT DIGESSERUNT ANIMADVERSIONIBUSQUE ILLUSTRARUNT

PARTIS PRIMÆ
TOMUS PRIMUS
COMPLECTENS

CODICES EBRAICOS ET SAMARITANOS






ROMÆ, MDCCLVI.

EX TYPOGRAPHIA LINGUARUM ORIENTALIUM

ANGELI ROTILII IN ÆDIBUS MAXIMORUM

SUPERIORUM FACULTATE.

SANCTISSIMO PATRI
BENEDICTO XIV.
PONTIFICI OPT. MAX.



STEPHANUS EVODIUS, ET JOSEPH SIMONIUS ASSEMANI
SEMPITERNAM FELICITATEM.



QUÆ Authores ſingillatim movent rationes, ut ſummos Viros nanciſcantur, quibus Opera ſua nuncupent; ac dedicent; eæ nos, BENEDICTE PONTIFEX MAXIME, ut Magno Nomini Tuo Opus hoc noſtrum conſecremus, adliciunt, atque impellunt univerſæ. Nam aut Dignitas magni alicujus Viri, aut Munificentia Principis, aut Doctrina Sapientis, aut Operis ipſius natura, & conjuncta ejus, cui dicatur, cum eo ipſo opere conditio, efficiunt, ut illuſtria Mæcenatum nomina prodeuntibus in publicum Voluminibus, veluti clariſſimæ quædam faces præferantur. Quis autem non videt, debitum omnibus hiſce nominibus SANCTITATI TUÆ Opus hoc noſtrum, illud idem nos ad Te deferre: nempe ad BENEDICTUM PONTIFICEM OPTIMUM MAXIMUM, literarum omnium fautorem munificentiſſimum, Manuſcriptorum Codicum Apoſtolicæ Vaticanæ Bibliothecæ integrum, abſolutumque Catalogum? Nam præter

præter quam quod pro summa Dignitate, Potentiaque, quibus emines inter homines, pertinere ad Te Bibliotheca ipsa videatur, Tua plane est magna ex parte; utpote aucta, atque illustrata magnis muneribus Tuis, insignibusque monumentis.

Præterire primum non possumus addita ei, jussu Tuo, præclarissima decora, quæ adeuntibus. adtenteque inspicientibus, illud oculis spectaculum objiciant, quo nihil pulchrius, nihil augustius toto, ita dicam, terrarum Orbe possint intueri. Intuentur in perampla Sixtina Aula, curante præstantissimo Viro DOMINICO PASSIONEO S. R. E. Cardinali Bibliothecario, refectos, nitidosque undecumque Pluteos, Specularia mirifice exornata, carbasinisque umbraculis contra solis æstum munita, restituta in parietibus, & adaucta Picturæ miracula, ingentia Conclavia, quæ Sixtina, & Paulina excipiunt, egregiis, antiquarumque æmulis condecorata picturis: quæ omnia novam veluti quandam Vaticanæ Bibliothecæ faciem pulcherrimam exhibent vel nobis ipsis domesticis, atque inquilinis. Sed externa sunt hæc. Quæ Bibliothecæ veluti sensum, ac mentem efficiunt, quis pro dignitate satis possit prædicare? Codices plurimos, & typis impressos, & manu exaratos, Latinos, Græcos, Chaldaicos, Arabicos, Persicos, Armeniacos, Sinicos, undique singulari studio a Te collectos, eo inferri jussisti: addixisti Codices MSS. Otthobonianos ter mille tercentum, & amplius, antiquitate, raritate, argumentis egregios & auro contra æstimandos, quibus Bibliotheca Vaticana, omnium ceteroquin præstantissima, se ipsa quodammodo ditior, atque locupletior effecta est. Ipsi parietes, plutei ipsi, qui libros eos exceperunt, gratias Tibi agere videntur, qui tam pretiosam, insignemque cum sacræ, tum prophanæ Antiquitatis supellectilem, duodecim fere lustris, ex universa Italia collectam, distrahi, dilabi, hucque & illuc, ut mortuorum Bibliothecis evenire solet, dispergi non permisisti.

Quod si alienis operibus tantum Bibliothecæ Vaticanæ decus addidisti, quantum idem Tuis Ipse aureis libris auxisti, & ornavisti? Illa, inquam, immortalia ingenii Tui monumenta, quæ universæ Reipublicæ literariæ consensione ita & Summo Pontifice, & summa mente digna visa sunt; ut jam nihil supersit in Religione ipsa, in rebus Divinis, in sacris Cæremoniis, in Ecclesiastica disciplina, in omni denique re Catholica, quod non plane, eleganter,

ter, copiose, dilucideque complectantur. Testium loco sunt luculentissimo omnibus Ecclesiarum Præsulibus, & Administris, doctis omnibus, atque eruditis Viris, quatuor de Beatificatione, & Canonizatione Sanctorum Volumina: Institutiones de omni Ecclesiastica disciplina: Commentarii de Festis D. N. JESU CHRISTI, ejus Matris MARIÆ Virginis, & Sanctorum Bononiensium; necnon de augustissimo Missæ Sacrificio: Libri tredecim de Synodo Diœcesana, negocia omnia exponentes, quæ pertractari soleant in Ecclesia: Bullarii denique quatuor ingentes Tomi; in quibus cuncta, plane dixerim, Sacerdotii, & Imperii officia contineri. Quæ quidem omnia, si post Apostolos, & Doctores Ecclesiæ, nihil amplius lucubratum, statutum, sancitum fuisset, pro omnibus sufficerent, abundeque supplerent universa. Hæc autem doctæ Bibliothecæ nostræ tradita dicam, & imposita veluti coronam.

Venio jam ad ornamenta, quæ & plurima, & pretiosissima magnæ huic, ita nuncupare liceat, magnæ, inquam, huic Reginæ contulisti. Collectæ studio Tuo, atque imperio Monetæ, & Numismata Summorum Pontificum, nostris ibi oculis objiciuntur, & ab incunabulis fere Sanctæ Matris Ecclesiæ, ejus labores, studia, bella, victorias, res denique gestas plurimis cum faustis, tum infelicibus seculis, nostrum ad conspectum veluti præsentes exhibent, atque proponunt. Huc adcedit Museum Carpineum, sacræ, profanæque Antiquitatis monumentis ditissimum, æquo a Te pretio comparatum. Adcedit Victorianum Museum, re omni Christianorum veterum sacra instructissimum, digna Te Summo, munificoque Principe compensatione acquisitum: Tuo autem ipso Museo Christiano ita auctum, ut prius posteriori adjunctum, jam non Carpineum, aut Victorianum, sed LAMBERTINIANUM haud immerito sit adpellandum. Quum vero tam sanctæ, ac prope divinæ res conlocari digno se loco jure suo mereantur; novum, amplumque Conclave ad extremum ipsius Bibliothecæ sinistrum latus ædificari, sumtuoseque exornari imperavisti, quod tanto, tamque pretioso thesauro excipiendo non impar esse videretur.

Neque heic prætereundum putamus Catalogum hunc nostrum; nostrum dicam, an Tuum, BENEDICTE Pontifex Doctissime? Tuum vere dicemus: nempe sapientissimo consilio Tuo, æquum esse judicavisti, ut sicuti Bibliothecæ Vaticanæ parie-

tes

tes pictas exhibent celebriores Veterum Bibliothecas, & res præcipuas ab Ecclesia Catholica gestas longa seculorum serie; ita Authorum prope infinitorum, excellentiumque Opera, quæ in pluteis clausa adservantur, veluti facie, ac persona dignoscendi spectatoribus exhiberentur: quod plane præstat Catalogus hic, qui, sicuti Geographica Tabula ad intuitum exponit Orbem terrarum, ita Authorum argumenta, mentes, consilia inspectoribus breviter, clare, distincte ostendit, atque demonstrat.

Hæc sunt, BENEDICTE MAGNE, Tua erga Bibliothecam Vaticanam merita, ac beneficia: erga vero omnes Literas, omnesque Liberales artes tot sunt, quot non ornandis dicam, sed ne numerandis quidem, par quisquam esse possit.

Capitolium, antiquam illam Romani Imperii Arcem, nunc præ ceteris sedem Statuarum, atque Imaginum Philosophorum, Senatorum, Imperatorum, quo studio augeri, & exornari post CLEMENTEM XII, procuravisti, læta, exsultansque Roma admiratur; videtque memor pristinæ magnitudinis suæ, ac plena voluptatis, veluti unum in Senatum coactos magnos Cives suos, qui sibi qua armorum vi, qua fama humanitatis, ac sapientiæ Orbem terrarum subdiderunt. Quam Tibi cordi esset decus, & gloria ædium illarum, omni ævo celeberrimarum, plane declaravisti, quum procurandis ibidem Antiquitatibus cl. Virum Joannem Petrum Marchionem Lucatellium præfecisti: Virum, inquam, non solum rerum antiquarum consultissimum, sed etiam humanis, sacrisque literis ornatissimum. Institutum Bononiense, Metropolitana Basilica, Urbs, Provincia muneribus Tuis plurimum, maxime vero Te Cive suo gloriantur: quo uno, si priscum adagium in oblivionem abivisset, innovari certe nunc posset, altaque voce prædicari: BONONIA DOCET. Docet, quæ vera sit magnificentia Summi Pontificis, quum videmus, atque veneramur Urbis æternæ Basilicas, aut Principis Apostolorum, aut Doctoris Gentium, musivis operibus, auro, marmore, pictura vel ornatas, vel restitutas; quum admiramur, aut Sanctissimæ Crucis in Hierusalem, aut S. Mariæ Majoris, aut SS. Marcellini, & Petri vel a fundamentis erectas, vel detersa vetustate, ac situ, frontibus, fornicibus, laquearibus novis splendentes, pretiosas, sumtuosissimas: quum ingredimur Archinosocomium S. Spiritus duplo auctius, omnibusque quotquot vel

iniquis tempestatibus correpti morbo miseri confluunt, aptum excipiendis, curandis arte omni, omnique munditia juvandis, ac sanandis: Cœmeterium longius ad aeris salubritatem procurandam ædificatum, soli amplitudine, sepulturis, porticu, muris, sacello mirabile, ac magnificum: quum adimus Nosocomium S. Gallicani, porrigine laborantium commodo, præside vigilantissimo Cardinali NEREO CORSINIO, dimidio paullo minus vel a fundamentis ampliatum: quum denique spectamus fora, ædes, vias, fontes, mœnia, omnia denique, ut ita dicam, loca Urbis præcipua, per Te excitata, restituta, ornata; fateri debemus, nulli Romanorum Pontificum BENEDICTUM XIV. LAMBERTINIUM concessisse liberalitate, & magnificentia.

Quod si tantum illustrata est Urbs Roma operibus, & ædificiis a Te excitatis, non minus sane ædificata luculentis Pietatis Tuæ, ac Religionis exemplis. Non enim caro, & sanguis revelavit Tibi munus Summi Sacerdotis; sed qui Te Spiritus Veritatis Ecclesiæ præfecit, oblivisci Te Domum Patris Tui docuit, zeloque Domus Dei implevit; qui duabus potissimum rebus Ecclesiæ universæ planissime innotescit, ac splendet; nempe quum JESUM CHRISTUM, cujus Vicarium agis, imitari studes, qui cœpit facere, & docere. Facere enim nihil omittis, quod procurandæ saluti & Tuæ, & nostræ opportunum sit, ac necessarium. Nemo Te domi otiosum unquam vidit, sed aut abditum Sacris studiis, aut Academicis dissertationibus adtentum, aut Divinis rebus, piisque precationibus occupatum. Caussis vero omnium examinandis, justitiæ omnibus incorruptæ administrandæ, audiendis, docendis, juvandis indigentibus, sciscitantibus, calamitosis, nullum Tibi tempus est importunum. Beneficentia æque, atque humanitate præstas erga omnes; boni in Te Patris mores, animumque amantes, & admirantes. Hæc domi vident, qui Tibi serviunt, aut qui eo Te conveniunt. Foris videt Te Urbs tota; vident ex toto terrarum Orbe advenæ, qui tanto Principe, tamque pio Magistro discunt, quo animo, quave reverentia colenda sit Religio. Intueri adhuc nobis videmur Urbem, anno Jubilæi, Te præeunte, sequentem ad omnia Pietatis officia: Urbem eandem paullo ante proximi belli pericula metuentem, Te providente, & rebus omnibus adfluentem, & Te Deum deprecante, salvam, atque incolumem. Novos ei, pluresque

que in Cælo Patronos cum Beatos, tum Sanctos pari studio, ac religione dedisti: quorum vitam, virtutes, miracula, a Te Fidei Promotore comprobata, cognoscimus; sanctitatem vero, a Te Summo Pontifice divino oraculo declaratam, veneramur. Duos ex his potissimum commemoramus, illustres Regularium Ordinum Fundatores, Sanctum videlicet Camillum Lellium, & Beatum Josephum Calasanctium, qui longam, meritisque erga Populum Romanum, atque adeo universum genus humanum plenissimam, vitam, elapso proxime seculo, alter nempe Anno 1614. alter 1648. reliquerunt. Sacra horum lipsana nobiscum quotannis recurrentibus eorum festis diebus, pie, sancteque veneraris. Veneraris illustri omnibus exemplo Cælites alios, quorum singulatim in Templis Urbis prope innumeris solemnitates celebrantur. Nemo autem dicat, quo animi sensu, qua corporis demissione Te, Tibique commissam Ecclesiam commendas CHRISTO DOMINO, quem in Eucharistia latentem, publicoque Throno insidentem, palam quotidie visitas, diu adoras, enixe deprecaris; edocens Christianum populum haurire cum gaudio aquas salutis de fonte hoc uberrimo Salvatoris. Facis & alia plurima pie, riteque, nihil Te vividum, fortemque Pontificem remorante senectute: quod argumentum est certum vitæ semper integre, innocenterque traductæ.

Sed quid plura persequimur, singulari forte moderationi Tuæ graves, ac molesti? Paucis complectamur omnia. Cœpisti facere a pueritia, docere autem ab adolescentia ipsa, quæ senes multi, quamquam docti, ignoraverant. Novus sit in literis oportet, alienusque ab gustu veræ sapientiæ, qui aut non legerit, aut saltem communi Doctorum sermone usurpatum non audierit, quot res, quam varias, quam multiplices, quam difficiles, Historicos, Chronologos, Jurisperitos, Theologos, Concionatores, Episcopos, Cardinales, omne denique genus hominum, addictum literis, & rebus sacris, edocueris. Ex quo factum est, ut non Catholici solum, sed & Hetherodoxi ipsi nullum in Petri Cathedra, multis ab hinc seculis sedisse Pontificem, Te doctiorem, fateantur: addimus heic nos, nec eloquentiorem, nec Orientalis Græcorum, Maronitarum, Chaldæorum, Armenorum, Coptitarum, & Habessinorum Ecclesiæ necessitatibus opportuniorem. Nam missi Delegati Apostolici, celebrati Conventus Ecclesiastici, correcti errores,

res, mores emendati, jacentia Templa, ac Monasteria subsidiis recreata, Pastores doctrina, & zelo præstantes populis præfecti, porrecti fines Religionis non sinunt illam per BENEDICTUM XIV. antiquorum temporum felicitati invidere.

Eo tandem revertimur, BENEDICTE MAGNE, unde virtutum Tuarum admiratio, celebritasque rerum a Te preclarissime gestarum nos vel inopinantes paullo longius abduxerant. Vaticanæ Bibliothecæ Codicum manuscriptorum Catalogum pro viribus nostris elaboratum, & absolutum, notisque ac perpetuis observationibus instructum, ea benignitate accipe, qua antea alia Opera nostra accepisti. Illa aliena erant: hoc plane Tuum est. Tuere igitur Opus ab universa Republica Literaria pluribus seculis exspectatum. Tuere Authores, literis æque addictos, atque Tibi obsequentissimos, qui fructum laborum suorum satis amplum se consequutos esse putabunt, si eos Doctissimi, Sapientissimique Pontificis judicio comprobatos intellexerint.

ADPROBATIONES

QUam in recensendis Mss. Codicibus Vaticanæ Bibliothecæ Ebraicis Samaritanisque, quasi in litterariis opibus exponendis explicandisque rationem inierunt Illustrissimi Præsules, Clarissimique Viri Stephanus Evodius, & Joseph Simonius Assemani; ea nec diligentior esse ulla potest, in uniuscujusque forma eorum, & charactere describendo, nec in ætate indicanda, pretioque æstimando exactior; quæ hominum celeberrimorum doctrinam, atque in tractandis id genus mercibus singularem quamdam peritiam scientiamque demonstrat. Itaque cum a Reverendissimo Sacri Palatii Apostol. Magistro jussus Partis primæ Tomum primum legere, avidissime id attentissimeque fecerim; in eo opere, in quo si Ebræorum, sive Rabbinorum morem sequi libuisset, potuissent inscribere לא־היה דבר אשר לא־הראיתם באצרת non modo nihil inveni, quod Religionem aut pietatem offenderet, sed multum quod in Christianam rem atque in bonas artes omnes, præsertim vero in Sacram Philologiam & Historiam litterariam commodi utilitatisque dimanaret; judicoque, debere nos plurimum eruditissimis his hominibus, qui in molestissimum se negotium dimittentes, quantum qui experiuntur illi soli norunt, aliorum potius utilitati consulere, quam suo labori, aut etiam sumptui parcere voluerunt.

Ex Collegio Romano Prid. Kal. Novemb. MDCCLVI.

Petrus Lazeri Soc. Jesu.

BIbliothecæ Vaticanæ Codicum Manuscriptorum omnium fere Linguarum Catalogus, quem litteratus orbis summopere ac tamdiu desideravit, frui nunc demum incipit optatæ lucis usura, Præsulum Illustrissimorum, eorumdemque Virorum Clarissimorum, Stephani Evodii, & Josephi Simonii Assemanorum studio & labore. Cum igitur hujusce præclari operis Tomi prioris Partem primam, jussui Reverendissimi Patris Sacri Palatii Apostolici Magistri obtemperans, ego subscriptus perlegerim, miratus oppido sum præstantissimorum Editorum doctrinam eximiam ac singularem diligentiam; tum vero omnia me in eadem Parte prima cum fide Orthodoxa morumque disciplina apprime consona fateor invenisse.

Romæ VI. Idus Novembris MDCCLVI.


Dominicus Theoli.



I M P R I M A T U R.

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro,

F. M. de Rubeis Patriarch. Constantinop. Vicesgerens;



I M P R I M A T U R.

Fr. Vincentius Elena Magister Socius Reverendissimi Patris Sacri Palatii Apostolici Magistri Ord. Prædicatorum.

PRÆ-

PRÆFATIO GENERALIS
IN CATALOGUM CODICUM MSS.
BIBLIOTHECÆ APOSTOLICÆ VATICANÆ
Capitibus quatuor absoluta.

CAPUT I.

De Operis universi Occasione, Methodo, atque Instituto.



TANDEM imperio, atque auspiciis Summi Sanctissimique Pontificis BENEDICTI XIV. MAGNI, Literarum fautoris præsentissimi, & optimarum Virtutum omnium, in primis vero Doctrinæ ornamento longe præstantis, in publicam lucem prodit Manuscriptorum Codicum, qui in Apostolica Vaticana Bibliotheca adservantur, integer adcuratusque Catalogus, tamdiu iteratis Reipublicæ Literariæ votis enixe sollicitequue expetitus. Conquerebantur, nec immerito, Sapientes Viri, quum in dies typis editi vulgatique præ omnium oculis circumferrentur Lipsiensis, Vindobonensis, Scorialensis, Venetæ, Mediceæ, Parisiensis, Oxoniensis, Lugduno-Batavæ, Taurinensis, aliarumque omnium fere Bibliothecarum Indices; id, nescio quo fato, Pontificiæ Bibliothecæ, quæ & librorum multitudine, & vetustate scriptionis, & rerum pretio ac dignitate ceteras orbis terrarum universi optimo jure antecellit, potissimum contigisse, ut Catalogus Codicum Manuscriptorum, quibus mirifice ornata est, atque referta, aut a nemine adhuc elaboratus, magnum sui induxerit desiderium, aut si a quopiam inceptus, necdum tamen absolutus, oblivionis pulvere ad hæc usque tempora delituerit. Accedit, id a Majoribus nostris, communi eorum judicio, prætermissum, non sine summa Romanorum Pontificum injuria, qui immensis Apostolicæ Sedis sumtibus, & conquisitis undique illustrioribus antiquitatis monumentis ad Bibliothecam hanc construendam, & locupletandam, studium omne, curamque omnem contulerant, ut eruditis hominibus amplissimum ad Sapientiam iter aperirent, & Literarum gloriæ atque incremento pro virili consulerent. Intelligebant enim, illos maximo, præcipuoque desiderio fraudari, se vero exhibito ad doctrinam præsidio, atque occasione privari, nisi Codicum præsertim Manuscriptorum, qui in eadem Bibliotheca adservantur, notitia publici juris tandem fieret; de quorum sane copia, varietate, ac pretio prope singulari, gravissimis meritisque honoris significationibus loquuti sunt quotquot exterarum gentium Eruditi illos invisere, consulere, ac pervolvere potuerunt, ita quidem ut unanimi consensione testati fuerint, dolendum vel maxime, ac neutiquam ferendum, si tot egregia præstantissimaque monumenta diutius in umbra jacerent, eorumque cognitio doctis hominibus longiori temporis intervallo invideretur. Quid? quod non defuerunt acrioris censuræ homines, ac severioris, quam honestum cordatumque virum deceat, critices amatores, qui id malitiose nobis vertere non dubitaverint, quum adferant, nos ideo ab hocce Catalogo evulgando perpetuum abstinuisse, vel quod Vaticana Bibliotheca non ea, qua prædicabatur, veterum, selectorumque monumentorum supellectili esset instructa; vel quod Romæ non sint ejus ingenii, ac politioris Literaturæ Viri, qui spartam hanc laudabiliter valeant exornare; vel denique quod a subtilioris politices institutis detineamur, ne in edendo, scilicet hoc Opere, plura & gravia documenta, quæ adversus Apostolicam Sedem in Vaticanis fortasse Codicibus delitescant, omnium oculis subiiceremus, & inimicorum hominum invidiæ arma, quibus ejus Sanctitas, Dignitas, atque Authoritas peti posset, ultro suppeditaremus. Quæ tamen singula adcusationum & calumniarum capita quam futilia, improba, ac periniqua sint, noverit quicumque adtenta animi cogitatione opus hoc nostrum legendo percurret, in quod universos manu exaratos Vaticanos Codices, ne iis quidem inferioris no-

tæ ac momenti, qui ad rem nostram spectare poterant, prætermissis, fideliter integreque congessimus.

Quæ dum dicimus, nemo arbitretur, nobis aliquid plus æquo nos tribuere, aut aliis, qui ante nos floruerunt, quidquam honoris & gloriæ detrahere; quum ingenue profiteamur, nos omnium primos, ut gravia isthæc incommoda averteremus, provinciam hanc difficillimam suscepisse. Julius quidem Bartoloccius de Celleno Congregationis S. Bernardi Ordinis Cisterciensis Monachus, & S. Sebastiani ad Catacumbas Abbas, quum in Vaticana Bibliotheca Ebraici Scriptoris munere fungeretur, Bibliothecam magnam Rabbinicam composuit, typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide an. 1675. 1678. 1684. & 1693. Tomis quatuor, in folio, ut ajunt, impressam; in qua alphabetico ordine dispositos Ebræos Scriptores, quorum notitiam ex variis Bibliothecis fuerat adsequutus, recenset, eorumque opera describit, in iis præsertim moratus, quæ in Vaticana Bibliotheca tunc temporis sive vulgata, sive inedita continebantur. Hoc Opus omnium plausu receptum, non exiguo apud Literatos in pretio fuit, donec anno 1715. 1721. 1727. & 1733. Johannes Christophorus Wolfius Bibliothecam suam Ebræam, in quatuor pariter Volumina in 4. distributam, Hamburgi & Lipsiæ publici juris fecit; ubi errores multos, in quos Bartoloccius, vir ceteroquin doctissimus, tum in Ebræis Authoribus, cum in eorum Operibus recensendis inciderat, diligentissimus Scriptor castigavit. Quos quidem errores non secus ac illos, qui clarissimo Wolfio eidem ideo fortasse exciderunt, quod Vaticanos Codices, ab se ex Bartoloccio commemoratos, præ manibus non haberet, opportune distincteque adnotabimus.

Athanasius Kircherius Societatis Jesu Presbyter, Prodromo suo Coptico, Romæ typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide anno 1636. in 4. vulgato, Indicem Copticorum, sive Ægyptiacorum Codicum inseruit, qui tunc in Vaticana Bibliotheca prostabant. Verum, præter quam quod a Kircherii ætate usque ad hanc nostram hujusce generis Codicum quam maxime excrevit numerus, id etiam observatione dignum est, Kircherium eo in opere nonnisi unos ac solos Voluminum titulos, puraque ac nuda Scriptorum nomina fuisse complexum. Quod tamen minus ægre ferendum videretur, si paullo in scribendo adcuratior exstitisset, neque toties in rebus gravissimis hallucinatus, laboris sui pretium atque utilitatem imminuisset; ut suis in locis nostri erit muneris animadvertere.

Jobus Ludolfus in Commentario ad Historiam Æthiopicam, qui Francofurti ad Mœnum anno 1691. in fol. prodivit, Habessinorum, sive Æthiopicorum Codicum, in Vaticana Bibliotheca exstantium, Indicis profert exemplar, quod etiamnum in eadem Bibliotheca manuscriptum adservatur, & a plerisque Eruditorum Vanslebio tribuitur. At hic parum a Kircheriano Indice discrepat, sive methodum spectes, sive solidum operis consideres.

Fridericus Sylburgius Indicem contexuit, Francofurti ad Mœnum anno 1702. in 4. excusum, Græcorum Palatinæ Bibliothecæ Manuscriptorum, priusquam illa post Heidelbergicam Victoriam a Maximiliano Bavariæ Duce Apostolicæ Sedi dono missa, ab Urbano VIII. Pont. Max. Vaticanæ addiceretur. Sed ne hic quidem Index meliorem ceteris sortitus est conditionem, & nullius usus, præsidiique futurum adprime intelliges, tum quia non eo ordine, neque ea serie, qua modo notati sunt atque dispositi, Codices designantur; tum quia nonnisi nuda Scriptorum nomina, & Voluminum titulos, Latinis vocibus expressos, exinde adsequi possumus.

Tandem Vir præstantissimus, in sacra prophanaque historia egregie versatus, Bernardus Montfauconius, in nova a se elaborata Bibliothecarum Bibliotheca, Tomis duobus comprehensa, & Parisiis anno 1739. in fol. edita, primum locum concedit tam Ebraicorum & Græcorum, quam Latinorum Vaticanæ Bibliothecæ, non secus atque Otthobonianæ, quæ non ita pridem spectatissima Summi Pontificis BENEDICTI XIV. beneficentia eidem Vaticanæ adscripta est, Codicum Mss. Catalogo, quem ab Indicibus, qui in eadem Bibliotheca manu exarati prostant, se exscripsisse profitetur. Ut verum fateamur, pro eo, quo Montfauconius florebat ingenii acumine, doctrinæque commendatione, is in hoc opere futurus esse videbatur, qui Literatorum omnium vota non expleret modo, sed vel maxime superaret. At ingentem hanc exspectationem exitus ipse non obscure fefellit. Ut enim silentio prætermittamus, Indices, quos doctissimus Vir sequutus est, jam veluti obsoletos a nobis negligi oportere, quippe qui Codicum dumtaxat titulos, Auctorumque nomina exhibeant; id præcipue animadvertendum volumus, eundem ad alia properantem, plerosque, & quidem insigniores Codices, qui alioquin in præfatis Indicibus recensentur, incautum omisisse. Quo fit, ut Mont-

Montfauconii Bibliothecarum Bibliothecam legentibus nobilissima ac Bibliothecarum omnium princeps Vaticana, non solum deterior longe atque ignobilior Regia Parisiensi, sed aliis etiam pluribus inferioris notæ Bibliothecis comparet, quarum monumenta adcuratius diligentiusque prosequitur. Quod, tanti Viri pace dicamus, quam injuriosum sit hujus Bibliothecæ dignitati ac pretio, puderet nos adfirmare, nisi judicio nostro Sapientes Viri omnes subscriberent.

Quæ quum ita essent, ac tacita mentis cogitatione nobiscum perpenderemus, eo perrexit fiducia, ut rem pulcherrimam atque gratissimam, nec non politiori Literatorum Reipublicæ summopere utilem nos facturos speraremus, si rursus integrum atque universum Apostolicæ Vaticanæ Bibliothecæ Catalogum, si non pro rei gravitate ac magnitudine, pro nostri saltem ingenii viribus, construeremus, quo omnia breviter, distincteque complexi, sub uno veluti conspectu non modo Scriptorum nomina, ac singulorum Voluminum argumenta, sed ea quoque subiiceremus, quæ præ ceteris conspicua, notatuque digna occurrunt; ut non tam nostris, quam exterarum gentium Eruditis innotesceret, quæ, & quanta doctrinæ ornamenta, & ad Sapientiam præsidia in iis ubertime continerentur.

Quum itaque nobis compertum esset, laborem hunc nostrum, quicumque is foret, aliorum studiis haud mediocriter profuturum, alacri promtoque animo excutiendis, evolvendisque Codicibus manum admovimus; ut eorumdem Catalogum, quoad fieri poterat, diligentissime contexere studeremus, contextum cum præmemoratis Indicibus, ac manuscriptis Inventariis, quæ in eadem Vaticana Bibliotheca prostant, adcurate conferre, errores, qui ceteris id opus adgressis exciderunt, effugere, omissa supplere, menda, defectusque pro virili corrigere. At initio nobis jam properantibus non levis exorta est dubitatio, quo potissimum in singularum Linguarum Codicibus recensendis ordine uteremur, num per classes, & juxta librorum formam, ut plerumque a Literatis hominibus fieri consuevit; an vero per Bibliothecas, sive eorum nomina, ad quos antea quam in Vaticanam inferrentur, spectaverant, atque ea ratione, qua iidem Codices dispositi in pluteis reperiuntur: quæ methodus longe sane facilior est, atque expeditior. Verum quum operis nitori ac pretio non satis provisum esset, alterutram ex his methodis promiscue in omnibus usurpando, ita modo hanc, modo illam, prout Codicum series, rerumque conditio postulabat, amplecti libuit. Postremam itaque methodum in Ebraicis, Græcis, Latinisque prætulimus, non facilitatis gratia, sed perspicuitatis desiderio: nec enim revera aliter fieri poterat, quin omnis interverteretur dispositio, quam Majores nostri constituerunt, & quam in omnibus Mss. Indicibus religiosissime servatam animadvertebamus. Quod vero ad Chaldaicos, sive Syriacos, Arabicos, Copticos, ceterosque Orientales Codices pertinet, quoniam plerique eorum nondum Vaticanis Inventariis erant inserti, ordinem paullisper immutare valde opportunum judicavimus, prioremque methodum sequuti, eosdem per classes distributos voluimus, tum veteribus nova numeratione præfixa, tum prænotato in singulorum descriptione numero, quem alii in suis sive excusis, sive ineditis Indicibus adtribuerant.

Et quemadmodum pura, ac nuda Scriptorum nomina, & Librorum tituli, Orientalium præsertim, qui Latinis ut plurimum auribus ignoti sunt atque inauditi, parum, aut fortasse nihil ad Sacram, Profanamque eruditionem, qua alioquin ii referti sunt, conducere poterant; operæ pretium duximus singulis Codicibus perpetuas adnotationes, atque animadversiones nostras adiicere, quibus adcurate diligenterque exponeremus, quidquid ad integram perfectamque eorum notitiam spectare posse videbamus. Prima itaque pars muneris nostri fuit Codicum formam inspicere, & an membranei, bombycini, chartacei, aut fericei sint; quot foliis constent; utrum integri deficientesve ad nos pervenerint; quo tandem idiomate conscripti, in eoque an eleganter, indicare. Optimum præterea existimavimus, cujusque Scriptoris ætatem, ac patriam, ubi rei obscutitas non obesset, definire; tum Librorum argumenta, rerumque in illis contentarum initia exhibere: hoc tamen discrimine, quod in exterarum Linguarum Codicibus describendis Libri dumtaxat titulum, unacum Authoris nomine, & Amanuensis epigraphe, nativis characteribus expressum, Latine vertimus; materiarum autem initia, ne Operis moles nimium excresceret, sermoni eorum patrio relinquenda censuimus; ut unusquisque pro arbitrio suo Vaticanos Codices cum aliis exemplaribus conferre posset, probeque agnoscere, an variæ lectionis essent, & aliquando impressi publicam lucem adspexerint. Quod quidem laboris ac diligentiæ nos ipsi perpetuo præstitissemus, si nobis tantum commodi ac temporis concessum esset, quantum Operis magnitudo postulabat. Tandem ne quidquam inconsulto prætermisisse videremur, inquirere conati su-

mus

mus tempus, quo Codices exarati sunt, & ad quos, priusquam in Vaticanam inferrentur, pertinuerant; tum si qua alia scitu notatuque digniora forent, addito de his omnibus judicio nostro, opportune prosequi, atque illustrare.

Et ad Orientalium quidem Codicum ætatem quod adtinet, nulla gravis exorta est, aut exoriri potuit in ea definienda difficultas, quum Ebræi, Syri, Arabes, ceterique Orientales ad calcem cujusque Libri Epigraphas adponere consueverunt, quæ calligraphi nomen, annum diemque, quo scriptura absoluta fuerit, singillatim designant. Hanc Epigrapharum seriem, patrio servato idiomate & literis, Latinaque versione adjecta, suis in locis proferemus. Ne quid vero esset, quod Lectores nostros in Orientalibus Epochis, earumque usu investigando longius moraretur, easdem Epochas suis quasque locis, ubi præfatis Epigraphis adscriptæ inveniebantur, ad Christianam vulgarem æram, exactis adcuratisque celebriorum Chronologorum supputationibus inhærentes, revocavimus; præmissis, ut id facilius adsequeremur, in primo cujusque Orientalis Linguæ Codice describendo, ubi ejusmodi inscriptiones occurrerent, regulis, brevique, ac facili methodo, ad quamcumque Orientalem Epocham, a nobis commemoratam, cum Christiana vulgari æra componendam.

At major & longe gravior difficultas in decernenda Græcorum, Latinorumque Codicum ætate versabatur, præsertim si de vetustioribus loquamur, in quibus perquam raro descripta legitur temporis nota. Ut in tanta rerum obscuritate facilius errorum pericula effugeremus, muneri nostro nos satisfacturos credidimus, si regulis iis, præceptisque uteremur, quæ nobis ab eruditissimis Viris Montfauconio, Mabillonio, Baringio, Maffejo, Wacthero, aliisque traduntur, qui de Græca, Latinaque Palæographia diligentissime omnium sapienterque scripserunt. Itaque Vaticanos Codices cum characterum speciminibus, quæ prælaudati summi Viri ad dignoscenda veterum scriptionum tempora, æneis, aut ligneis tabulis incisa vulgarunt, contulimus; atque ex simili literarum & apicum forma cujusque Codicis ætatem constituimus; quum id semper nobis ante oculos poneremus, quod scriptum reliquit doctissimus Casleus, satius esse veteres Codices uno, aut altero seculo antiquiores pronunciare, quam nullam omnino eorum ætatem definire. Quamquam nos in hac re gravissima modum servare decrevimus; ne, scilicet, nimia spe freti, frequentius deciperemur: ut Catalogum nostrum legentibus non semel constabit. Qui vero Codices aliquam temporis notam præseferebant, ii exemplo nobis fuerunt, ut de ceteris, qui nullo erant temporis signo distincti, verosimile ferremus judicium. Quod etiam de Italicis, Gallicis, aliarumque Europæarum linguarum Codicibus dictum volumus.

Poteramus equidem nos impune ab hoc onere suscipiendo expedire, & hæc omnia subtilius inquirenda legentium arbitrio sapientiæque committere, ceterorum doctissimorum Virorum exempla sequuti, qui in Catalogis Mss. Codicum contexendis idem plerumque præstitisse observavimus. Sed quoniam opus genere suo integrum atque absolutum, quantum ingenii nostri tenuitas pateretur, exhibere meditabamur, ita laborem hunc haud mediocrem nobis imponere non recusavimus Et ne quidquam deesse posset, quod legentium desideria ultro exerceret, quemadmodum tantum auxilii ac virium a Deo Optimo Maximo nobis concessum iri confidimus, quantum rei gravitati par esse possit, Adpendicem postremo hujus Catalogi Tomo adiiciendam pollicemur, quæ non solum specimina Characterum, quibus vetustiores insignioresque Codices conscripti sunt, verum etiam Picturas, Icones Virorum illustrium, ceteraque Vaticanæ Bibliothecæ ornamenta, non minus ac Christiani Musei Benedictini, a BENEDICTO scilicet XIV. Pont. Max. nuper eidem Vaticanæ Bibliothecæ addicti, descriptionem complectetur. Atque hoc aliorum studia uberius juvandi desiderium adeo nos impulit, ut præter Scriptorum, eorumque Operum Indicem, quem alphabetico ordine dispositum, singularum Linguarum præseferent Volumina, generalem quoque Indicem, alphabetico pariter ordine digestum, ad calcem totius Operis adponendum curavimus; ut quicumque illum adeat, quamquam eruditionis expers, graviorumque rerum ignarus, uno veluti ictu oculi, qui Authores, cujus generis, cujusve scriptionis Opera singulis Codicibus contineantur, inspicere possit. Quid enim prodesset in tanta Librorum ubertate novum aliquod, maximique momenti opus adgredi, nisi omni studio, labore, diligentiaque omni absolveretur?

Ut autem de Operis divisione aliqua breviter adtingamus, universum Codicum Mss. Vaticanorum Catalogum in tres Partes distribuimus, quarum singulæ pluribus comprehenduntur Voluminibus. Omnium Prima sex Tomos habet, quorum prior Ebraicos & Samarita-

ritanos : secundus, ac tertius Chaldaicos, sive Syriacos: quartus Arabicos: quintus Copticos, & Habessinicos: sextus Persicos, Turcicos, Armeniacos, aliarumque Orientalium linguarnm Codices exhibebit. In altera, quæ quatuor absolvetur Tomis, Græci proferuntur. Postrema vero decem Tomis contenta, Latinos, Italicos, Gallicos, aliorumque Occidentalium idiomatum libros complectetur; ita ut integer Codicum Mss. Bibliothecæ Vaticanæ Catalogus nonnisi viginti, iisque magnis in folio, ut ajunt, Voluminibus constare debeat.

Habes itaque, Lector benevole, Operis totius occasionem, methodum, institutum, atque conspectum; unde facile adsequi possis, quam magno nobis, quam improbo, & quam diuturno labore steterit, ut rem tantæ molis alacri, constantique animo prosequeremur. A quo quidem ingenti onere subeundo ipsa negocii difficultas, atque amplitudo deterruisset, nisi præsidia plura & magna adcessissent, quæ nobis, in ipso veluti limine hæsitantibus, animos adderent, viribus diffidentes erigerent, erectos confirmarent. Atque ut silentio, ægerrime tamen, prætereamus virtute, doctrina ac dignitate præstantissimum Virum S. R. E. Cardinalem Bibliothecarium Dominicum Passioneum, hujusce nostri Operis authorem, atque promotorem præcipuum; quandoquidem summas ejus, debitasque laudes longius persequi, a modestia prope singulari, qua cuncta sua exornat, expresse prohibemur; quidquid in hoc Catalogo contexendo præstitimus, quidquid in eo parando laboris suscepimus, quidquid gloriæ in eo edendo adsequi possumus, id omne in primis Summo Sapientissimoque Pontifici BENEDICTO XIV. referendum esse, testamur, quem Supremum Christiani Orbis Moderatorem omnes diu salvere exoptant, omnes uno ore, atque una voce palam prædicant, omnes tamquam Divinitus datum jure meritoque suspiciunt. Ille nobis adversus invidos nostros præsidio fuit, ille adjecit stimulos, ille tandem nos impulit, ne fracti viribus manum ab incepto referremus. Etenim quum non modo ea sit beatissimi Principis sacræ profanæque doctrinæ laus, quam plura ac magna ab eo edita, & Sapientum omnium plausu recepta Monumenta demonstrant, verum etiam eximius ac plane mirificus ergo bonas Artes, Literatosque homines amor & beneficentia, ut eorum qualescumque conatus & tueatur patrocinio, & amplitudine foveat, & majestate complectatur; parum nobis rebusque nostris consuluisse videbamur, si posteaquam Apostolicæ Vaticanæ Bibliothecæ Catalogum moliri inceperamus, opportunam hanc, ultroque exhibitam ejus vulgandi occasionem omisissemus, cui parem alteram nec sperare fas est, nec invenire meliorem.

Non pauci deinde sunt studiosi probatique Viri, quibus plurimum nos debere profiteamur, utpote qui, nisi illi conatibus nostris præsto fuissent, impares omnino videbamur, qui hoc tantum opus, nemine suppetias ferente, absolveremus. Quis enim propriis tantum viribus confidere potuisset, ut illud rerum copia maximum, varietate difficillimum, magnitudine periculosum, unus idem perficeret, quod hominis cujuscumque, summa licet & animi firmitate, & ingenii acumine, & doctrinæ commendatione præditi, vires non excederet modo, sed etiam omnino frangeret? Quare ne nos ipsi tanti jactemus, qui omne, quod scientia comprehendi potest, discusserimus, aut de alienis laboribus lucrum, honoremve nobis unis captemus, pro eo, quo adfecti sumus ingenuo veritatis studio, animique candore, caste & integre per quos utcumque profecimus, eos publico observantiæ nostræ testimonio indicabimus; ne, scilicet, ingrati animi vitio peccasse videamur, si Viris, de nobis in adornando hoc opere meritis, meriti pretium simul & memoriam interire sinamus. Beneficium, quod reddere non possumus, saltem testabimur: nimirum inops, si bonus est Vir, etiamsi referre gratiam non possit, habere certe potest; & si habeat, ut sui muneris est, creditur retulisse. Hujusce autem officii partes, præ ceteris nos debere fatemur præclaris Vaticanæ Bibliothecæ Administris, a nobis inferius, ubi de ejusdem Bibliothecæ regimine sermo erit, honoris gratia nominandis, qui opem suam, quemadmodum antehac a nobis desiderari nequaquam sunt passi, ita deinceps eandem nobis eos ultro esse laturos confidimus; tum vero præcipue eruditis Viris Johanni Antonio Constantio Constantinopolitano, Ebraicæ linguæ professori, Raphaeli Tukio Presbytero Coptitæ, Johanni Christodulo Habessino, Ordinis S. Antonii Abbatis Monacho Presbytero, & Josepho Lucio-Vù Sinensi Presbytero, quorum opera in describendis Ebraicis, Copticis, Æthiopicis, & Sinicis Codicibus, necnon in typographicis erroribus corrigendis usi sumus, & quorum in nobis grata semper & constans futura est recordatio.

Sed de his plusquam satis. Cetera in admonitionibus ad singulas Operis nostri Partes opportunius exponemus. Jam ad Commentarium de ipsius Bibliothecæ Vaticanæ Origine,

Incremento, Ornamentis, & Regimine, deque Bibliothecariorum, & Custodum serie progrediamur.

CAPUT II.

De Bibliothecæ Apostolicæ Vaticanæ Origine & Incremento.

QUum de Apostolicæ Vaticanæ Bibliothecæ ortu atque incremento disserimus, eandem non minus Librorum copia, quam Originis suæ antiquitate nobilissimam profitemur. Si quis non exiguam muneris sui partem facere debet, Libros colligere, collectosque in publicam utilitatem conferre, id potissimo quodam jure Catholicæ Ecclesiæ Pastoribus convenire, longa atque erudita disputatione clarissimus Vir Onuphrius Panvinius, Cod. Vat. 6781. comprobare contendit. Etenim quum Episcoporum institutio, authoritas, atque sollicitudo in eo versetur, ut commissam sibi a Christo Domino, quam Sanguine suo acquisivit, Ecclesiam tueantur & regant: Populos in Fidei & Sanctimoniæ regulis erudiant: depravatos eorum mores ad veram justitiæ normam componant; succrescentia ab infectis radicibus vitiorum germina evellant: Hæreticorum denique, aliorumque perditorum hominum errores ingenio detegant, sophismata sapientia diluant, audaciam constantia frangant; fontes habeant doctrinæ necesse est, quos pro arbitrio adire possint; atque pro rerum opportunitate consulere; unde præcipua sive ad Catholicæ Fidei integritatem, sive ad Apostolicæ traditionis memoriam, sive ad Ecclesiasticæ disciplinæ consuetudinem spectantia documenta exhauriant, ceteris suppeditent, & gravissimo sibi tradito officio pro virili fungantur.

Morem itaque in Catholica Ecclesia ab ipsis Fidei incunabulis laudatissimum viguisse, quo sacri ejus Pastores ad doctrinam, & sapientiam comparati, Libros conquirerent, eosque in peculiaribus locis adinstar Bibliothecæ adservarent, ut inde ea desumerent, quæ ad Hæreticos confutandos, Christianumque Populum instituendum conferre possent, non pauca nec levia historiarum monumenta testantur. Occurunt autem primo sanctissimi Viri, Alexander Hierosolymorum Episcopus, & Pamphilius Presbyter Cæsariensis ac Martyr, quorum in comparandis libris magna semper apud omnes exstitit commendatio. Ille enim, qui circa A. Christi 254. floruisse dicitur, ut ab Eusebio, Hist. Eccl. lib. VI. cap. 20. & 32. edocemur, insignem Bibliothecam Hierosolymis construxit, in quam Scriptorum Ecclesiasticorum, Berylli præsertim, Hippolyti, Caii, & ceterorum ejus ætatis congessit, quæ idem Eusebius non exiguo sibi ad Ecclesiasticam conscribendam historiam adjumento fuisse profitetur. Alter vero consiliis paullo ante laudati Eusebii adjutus, Viri in rebus hujusmodi, quam qui maxime, tunc temporis eruditi, pari studio, nec minoris pretii Bibliothecam Cæsareæ in Palestina condidit, quam tum rerum Ecclesiasticarum monumentis, tum in primis Origenis operibus exornavit. Verum & Alexandriæ in Christianorum Ecclesiis longe ante S. Athanasii tempora nobilissimas exstitisse Bibliothecas, uberrima sacræ, profanæque doctrinæ suppellectili locupletatas, a probatissimo ejusdem Athanasii testimonio desumitur, qui de Arianorum persequutione disserens, inter ceteras ab iis inlatas Christiano populo injurias, hoc præcipue eorum impietati objectat; quod Sacros Codices Ecclesiæ ereptos, quum illorum authoritate, ac dogmatibus Ariana hæresis configeretur, illi odio & viribus decertantes, combusserint. Quamquam non una fuit Arianorum perfidia, quæ in Catholicorum libros sævissime debaccharetur. Eorum insaniam jam longe antea præcesserant Ethnici Imperatores, eandemque sequuti sunt quotquot deinceps Hæreticorum, aut Infidelium virus infecerat. Adservabantur, ut apud Eusebium, lib. VIII. cap. 11. reperimus, more Alexandrinæ, apud aliarum quoque Ecclesiarum Fideles in sacris Ædibus Catholicæ monumenta doctrinæ. In universa impetus Tyrannorum desæviit. Jam plura antea comburi jusserat Diocletianus, interdixit Julianus Apostata, disperdere conati sunt Persequutores Ecclesiæ, infensissimi æque Librorum hostes, atque Christianorum. Ecclesiam enim jam longe lateque diffusam a fundamentis evertere meditabantur, ut omnis Christiani nominis memoria excideret prorsus, atque interiret. Fontes autem Fidei, si Libros absumsissent, exhaustos, exsiccatosque fore omnes, aut saltem præcipuos non dubitabant. Atque hac acerrima perditorum hominum invidia factum est, ut, quum tot egregia veterum Scriptorum opera miserrime deperirent, ingens, ac nullis unquam sumtibus instauranda, Sacræ, Profanæque eruditionis jactura, lugenda in posterum bonis omnibus relinqueretur. At ea Christi Fides, quæ orta in angustiis, periculis aucta fuerat,

rat, laboribus est enutrita; & impiorum hominum furor non prostravit Christianos animos, sed erexit; non fregit, sed confirmavit. Hinc adsidua illorum cura, ac sollicitudine contigit, ut quemadmodum ex sanguine Martyrum major, uberiorque Fidelium messis exsurgeret, ita ex hisce librorum incendiis, & exitiis frequentior, ac splendidior in dies librorum ipsorum copia suppeditaretur. Adeo diligentes erant in describendis, multiplicandisque veteribus Codicibus: adeo occupati in componendis novis, ditandaque Sacra literatura novis adcessionibus, nobilibusque incrementis. Cujus rei, ut cetera prætermittamus, gravissimo potest esse argumento, quod in S. Ambrosii, & Origenis historia legimus: Episcopos, scilicet, Notarios, Librarios, Puellasque ad scribendum idoneas aluisse, quorum munus esset Libros exscribere, & in Fidelium utilitatem eorum exemplaria adaugere. Quum vero nonnisi magno pretio Bibliothecæ, Archiva, Scrinia compararentur, ad struendum hocce Ecclesiæ præsidium, veluti vectigal quoddam, certam pecuniæ summam ditiores Christifideles exsolvebant; neque deerat census ipse Ecclesiæ, qui non minus instituendis Bibliothecis, quam ædificandis Templis, aut sublevandis pauperibus necessarius esse videbatur.

Quod si peculiari cuique Ecclesiæ cura fuit cogendorum librorum, nec larga pecuniæ erogatio ad eos comparandos defuit; quid dicendum putabimus de Sancta Romana Ecclesia, quæ sicuti ceterarum mater est, ac magistra, ita omni doctrinæ supellectili abundare, omnibusque literis & meruit & debuit exornari? Hoc unum addidisse sufficiat, quod, quemadmodum Apostolica Sedes ea est, *apud quam inconvulsis radicibus vivit antiquitas*, ut loquitur Zosimus Papa in sua Epistola, Tomo II. Conciliorum num. 7. inserta: si eadem universis Christiani Orbis Ecclesiis & firmitate Fidei, & sanctitate morum, & dignitatis gloria atque amplitudine præstitit authoritatis, in hoc quoque conquirendorum sacræ doctrinæ commentariorum sollicitudine easdem superavit; ita quidem, ut si hæc in ceteris Catholici gregis Episcopis magna exstitit, in Romanis certe Pontificibus summa fuerit. Apostolorum tempora repetamus, eosque in hoc idem struendum operam suam contulisse, & Pontificiam, seu Vaticanam Bibliothecam parem ferme cum ipsa Ecclesia originem sortitam esse, intuebimur.

Romam B. Petrus, quum Cathedram veritatis figeret, Divinum intulit Evangelium, Librorum omnium primum ac præstantissimum. Huc Paulus Apostolus, quum Timotheum advocaret, ad illuminationem Gentium, monumenta literarum perferenda curavit: *Veniens*, inquit 2. ad Timoth. IV. 13. *Affer tecum & Libros, maxime autem Membranas*. En Vaticanæ Bibliothecæ primordia. Romani itaque Pontifices Apostolornm, quorum doctrinæ & muneris hæredes fuerunt, vestigiis insistentes, mirum quantum inter gravissimas sacrarum rerum gerendarum curas, ad hanc provinciam animum, mentemque adjecerint, rati ad dilatandos Ecclesiæ fines, nullam esse expeditiorem viam Sacra historia, Hagiographisque monumentis! Clemens Petri discipulus, ejusdemque post Linum in Pontificatu successor, præcepit, ut in septem Urbis regionibus septem Notarii, quos deinceps Romanam Ecclesiam aluisse, ex Actis Romanæ Synodi sub S. Sylvestro Papa habitæ deducitur, Acta Martyrum conquirerent, diligenterque conscriberent. Sategit Antherus, circa medium tertii seculi clarus, ut Acta eadem colligerentur, cumque iis, quæ in dies edebantur, tuto loco adservarentur. Præfecit septem Notariis, a Clemente jam pridem constitutis, totidem Subdiaconos Fabianus, Antheri successor, ut horum vigilantia ac sollicitudine diligentius illi sanctiusque munere suo fungerentur. Horum exempla deinceps consequuti Pontifices, acerbissimis licet exagitati persequutionibus, æmulati sunt, tanto in colligendis sacræ historiæ Libris adcuratiores, quanto in dies Tyrannorum sævitia ingravescebat. Atque hinc Divino quodam consilio factum est, ut posteriorum Martyrum Gesta, Sanctorumque Patrum Opera ad nos pervenirent, quæ jamdiu bonorum omnium mœrore ac luctu jacerent in tenebris, nisi iis ab interitu vindicandis Romanorum Pontificum diligentia adcessisset.

Verum ad beatissimam Constantini Magni ætatem devenimus, qui adsciscendis promovendisque Scientiis, perinde atque eliminata Idololatria, sanctificatoque Imperio, nomen suum illustravit. Pace enim per hunc egregium Imperatorem Ecclesiæ reddita, florere vel maxime Sacræ Literæ inceperunt. Nam quem ex sacris Præsulibus non commovisset tanti Imperatoris exemplum, qui ceteris non verbo solum, sed factis quoque præibat, qui ad augendam Catholicæ Fidei dignitatem se totum, integrumque devoverat, qui, teste Eusebio in ejus Vita l. IV. cap. 36. omni studio curavit, ut ex procella persequutionum sacri Libri salvi, incolumesque reciperentur? His temporibus Vaticana Bibliotheca acceptum referat non exordium

 ampli-

amplitudinis suæ, sed incrementum. Tunc conquisiti sunt ubique, undique collecti Codices, descripti, editi. Omnium primus operam suam in id impendit S. Sylvester; ut Acta Romanæ Synodi superius commemorata palam faciunt. Adcessit deinde Julii, qui post Marcum Sylvestri successorem sedit, industria. Hic enim non modo jussit, ut cuncta, quæ ad Christi Fidem conservandam, propagandamque spectarent, per Notarios Apostolicæ Sedis collecta, & a Primicerio Notariorum adprobata, in Ecclesia reconderentur; sed instituit etiam, ut Cautiones, Instrumenta, Donationes, Commutationes, Traditiones, Testimonia, Allegationes, Manumissiones, & alia hujusmodi ad Ecclesiam, vel ejus Administros pertinentia, in ejusdem Ecclesiæ scriniis, seu archivis: quo nomine Bibliothecam intelligas: reponerentur. Hilarus, qui circa annum 460. Ecclesiam rexit, a Platina, dum ejus gesta describit, commendatur, quod omnium primus Bibliothecas duas juxta Fontem Laterani aperuerit, in quas Romanæ Ecclesiæ Scripta, Summorumque Pontificum Epistolas, Decreta, Homilias, Conciliorum Actiones, Sanctorum Patrum Opera, Hæreticorum Palinodias, vel latas in eosdem Sententias congesserit, quæ publico prostarent usui, & omnium commodo, atque utilitati inservirent. Non minori præterea cogendorum librorum studio floruerunt Damasus, Cælestinus, Leo, Bonifacius, aliique plures, teste Athanasio in eorundem Pontificum Vitis. Verum nimis longi essemus, si omnes Romanæ Ecclesiæ Pontifices de Vaticana Bibliotheca pro meritos nominatim persequi vellemus. Quæcumque Tyrannorum invidiam effugerunt, insigniora Antiquitatis monumenta, Romanorum Pontificum industria ad nostram usque memoriam transmissa sunt. Hinc Bibliotheca Apostolica non minus Librorum copia, quam rerum suarum pretio apud omnes inclarescere cœpit. Cujus rei indicium luculentissimum ex eo haberi potest, quod, testibus Hieronymo ad Pammachium epist. 52. & Eusebio lib. 18. cap. 11. ex cunctis Christiani Orbis partibus ad Pontificiam Bibliothecam, in qua Oecumenica Concilia adservabantur, pro dubiorum solutione frequenter confugiebatur, vel quum in Canone aliquo quid corruptum, vel depravatum esse judicaretur. Quum autem, ut in magnis congestionibus fieri solet, multa sinceris corrupta, falsa veris, mala bonis inrepsissent, atque immiscerentur, Gelasius Romanus Pontifex ab Sede Veritatis contra errores, fabulasque sub finem seculi quinti sententiam pronunciavit. Sicut enim conveniens erat, ut quicumque ubique gentium libri ederentur, in Bibliothecam Pontificiam, Bibliothecarum omninm principem, inferrentur; ita æquum erat, ut quidquid inde quæreretur, consuleretur, emitteretur, rationi consonare, nitique veritate deberet. Ille itaque magnus Pontifex, qui ex Schola S. Augustini, egregii Doctoris Ecclesiæ, processerat, in Synodo Romæ habita primum Canonicos Sacræ Scripturæ Libros ab apocryphis secrevit; deinde quæ Concilia, quæ Patrum scripta, quæ Ecclesiæ monumenta vera essent, quæ falsa ac præpostera, ostendit. Hinc nova, post quatuor Evangelia, Petri Itinerarium, Acta Apostolorum Andreæ, Thomæ, ac Philippi; hinc Sortes Apostolorum, Canones, Revelationesque; hinc Acta Pauli, & Theclæ; hinc denique conficta plurima ab Hæreticis, aut a malitiosis procusa, aut lucubrata ab imperitis, damnata sunt, atque eliminata. Hæc quædam veluti sacræ, sanæque Critices epocha habenda est; quæ ita in Romana Ecclesia semper viguit, ut, quod jam pridem fieri consuevisse ex Hieronymi, Eusebiique authoritate probavimus, tum deinceps vel maxime ad ejus literaria monumenta, tamquam ad Lydium lapidem, explorandis sinceris ac genuinis, undique recurreretur, quæcumque de alicujus momenti opere dubitatio incidisset. Quare nemo miretur, D. Gregorium, pietatis, doctrinæque laude vere Magnum, ac præstantissimum, scribentem, lib. 5. Ep. 14. audire, quum nescio quæ de Ephesino Concilio exorta esset difficultas, se Romanos Codices deliberatum adivisse, *Romanosque Codices multo veriores Græcis*, profiteri.

Atque iis temporibus quis verbis complecti posset, quantum Pontificia hæc Bibliotheca, licet inter crebros Barbarorum non in Italiam solum, sed in Urbem ipsam impetus & incursiones, auctior effecta sit atque locupletior; quantumque pretii & magnitudinis veteri ipsius adcesserit dignitati! Eandem posthac in immensum crevisse, suadent & ipsius S. Gregorii ad Eulogium Alexandrinum Epistolæ, & pluribus in locis Opera Cassiodori, & ea, quæ post Acta septimi Concilii Toletani leguntur; Quæsitos, nempe, ab Hispanis Episcopis Libros Moralium S. Gregorii in Romana Bibliotheca, *præ multitudine Codicum facile nequaquam reperiri potuisse* Docet Anastasius Bibliothecarius, qui in Vita Gregorii II præter duas Bibliothecas, ab Hilaro Papa juxta Fontem Laterani constructas, aliam quoque, & fortasse omnium maximam in Patriarchio Lateranensi exstitisse scribit, cui idem Gregorius, priusquam Summus Pontifex anno 714. renunciaretur, a S. Sergio I. præfectus fuerat. Ab aucto Biblio-

bliothecarum numero, uberem Librorum multitudinem adsequi potes. Palam faciunt Gesta Zachariæ Papæ apud Platinam, qui prænemoratos S. Gregorii Magni Moralium Libros ex Latino in Græcum idioma transtulit, quique Lateranensem Bibliothecam non instauratam modo ab injuria temporum vindicavit, sed jam imparem tot congestis voluminibus excipiendis, amplificavit. Testantur denique, ut cetera prætercam, Pelagii II. Gregorii Magni, Martini I. & consequentium Summorum Pontificum Bullæ, in quibus celebriorum Episcoporum, & Cardinalium præsertim, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Bibliothecariorum nomina frequenter occurrunt, quorum Catalogum ex antiquis eorundem Pontificum Regestis inferius exhibebimus. Quis enim inde non videat, provinciæ amplitudinem significari, cui tam digni, spectabilesque viri præficerentur?

En juxta temporum seriem Apostolicæ Bibliothecæ digesta origo, atque incrementum, quamdiu eadem a multis subsequentibus Pontificibus aucta, ab omnibus autem servata & custodita, prostitit in Laterano, ubi Pontifices residere consueverant. Sed ea quoque suas vices pati debuit, & a veteri statione concedere. Quum enim Clemens V. anno 1305. Apostolicam Sedem Avenionem transtulisset, transferri quoque eo curavit Pontificiam Bibliothecam, ubi duodecim supra centum annos morata est; donec anno 1417. sublato schismate, quo tamdiu Christianus Orbis vexatus fuerat, redditaque Ecclesiæ pace, quum Martinus V. Urbem Romam pretiosissimo ornamento suo diutius orbari non pateretur, referri eam mandavit, atque in Vaticano, ubi Pontifex Sedem fixerat, conlocavit; relictis tamen Avenione nonnullis Voluminibus, quæ postea, cura imperioque S. Pii V. veluti dissecta membra corpori suo restituta sunt.

Atque hæc illa est Vaticana Bibliotheca, quæ, sicuti Roma sola Urbis nomine intelligi, sic solo Bibliothecæ nomine potest designari: adeo excellens est, adeo illustris, adeo referta omnibus monumentis. Nam per eas, quas superius diximus, ætates edita est, crevit, & veluti adolevit; nostris autem temporibus, ceu perfecta, robustaque ætate florescit, intentis ad maturitatem hanc perficiendam doctis quibusque Pontificibus, qui trecentis & triginta novem posterioribus annis Petri Cathedram obtinuerunt; quorum insignia in Vaticanam Bibliothecam merita dum recensemus, nemo putet, nos hoc loco beneficia quæque laudaturos, quæ in eam singuli contulerint; de hoc enim in sequenti Capite fusius & adcuratius, ubi de ipsius Bibliothecæ descriptione, ejusque illustrioribus ornamentis agendum erit.

Porro autem inter præcipuos Pontifices Maximos, qui Bibliothecam Vaticanam omnigenæ eruditionis ac doctrinæ Voluminibus locupletarunt, primum jure locum obtinet æternæ memoriæ Nicolaus V. qui, capta a Turcis Constantinopoli, non solum ære suo Bibliothecæ Imperatoriæ reliquias ab avaris direptoribus redemit, sed tota ab Europa quidquid bonas artes, bonasque literas redoleret, Romam adferri, & in Vaticana Bibliotheca adservari, sedulo sumtuoseque procuravit, teste Jannotio Mannetto in ejus Vita, Cod. Vat. DCCCLXVIII. cujus hæc verba sunt: *Multos Librarios cum Græcos, tum Latinos ad transcribendum & intra, & extra Urbem annuis mercedibus conduxit; multos exploratores doctos homines non per universam Italiam solam, sed usque ad extremos etiam Germaniæ, ac Britanniæ angulos ad investigandum, indagandumque transmisit; multos insuper in Græciam ipsam, & ante, & post deplorandam Constantinopolis captivitatem, eruditos viros magnis cum salariis, ingentibusque emendorum & perferendorum clarorum Codicum commissionibus destinavit.* Callistus III. decessorem Nicolaum æmulatus, ut colligeret a Barbaris Literarum monumenta, quæ Nicolai inquisitores latuerant, quadraginta aureorum millia, tam egregia in re expensa, lucrum existimavit.

Quamquam tempus jam est, ut Sixtum Quartum memoremus, eique Sixtum Quintum, præter rationem temporis, adjungamus, quod paria utriusque immortalis Pontificis erga Vaticanam Bibliothecam promerita uno eodemque peculiari loco, ac singulari laude dignissima esse videantur. Sixtus enim IV. ut ab eo ex temporis ordine incipiam, cupiens quam maxime eam numeris omnibus absolvere, omni studio, omnique sumtu ex universi terrarum Orbis partibus libros conquiri jussit, brevique perfecit, ut Vaticana Bibliotheca Bibliothecis omnibus longe excelleret. Bartholomæum Platinam Bibliothecarium creavit, duosque ei probatæ fidei, diligentiæ & doctrinæ Custodes, necnon tres Scriptores, Latinum, Græcum, Ebræum, & famulum subjecit, annuis censibus ad eos sustentandos, augendaque in dies Volumina adtributis. Rei magnitudinem ac magnificentiam demiratus Italus Vates Ariostus, his Sixtum carminibus celebravit:

De'

De' Libri antichi anco mi puoi proporre
Il numero grande, che per publico uso
Sisto da tutto il Mondo fè raccorre.

Nam non solum Libros mirifice auxit, sed locum amplificavit, nobiliorique structura & omni studiosorum commoditate instruxit, atque ornavit, additis ad parietes celebriorum doctorum Virorum imaginibus ad vivum expressis; quas æri incisas, unacum antiquiorum characterum speciminibus, & illustrioribus Vaticanæ Bibliothecæ ornamentis, in Adpendice ad Catalogum hunc nostrum, si vires & vita suppetent, exhibebimus; ita ut idem Pontifex Sixtus non tam Bibliothecæ instaurator, quam fundator adpellari merito possit; ut colligere est ex Epigraphe, quam præfert eximium ejus ex ære monumentum, in Basilica Principis Apostolorum spectandum, atque admirandum.

At quum nulla res sit mortalium, quæ quamquam ampla, & magnifica, augeri in immensum non possit, & magis magisque illustrari, Sixtus V. Vir ille ingenti animo, factoque non ad justitiam solum, sed ad magnificentiam, posteaquam Typographiam characterum omnium, quadraginta aureorum millibus insumtis, in Vaticano erexerat, quæ deinde ad ædes Sacræ Congregationis de Propaganda Fide translata est; mentem adjiciens ad Bibliothecam Pontificiam, imparem, ut ei visum est, tot thesauris continendis, Equiti Dominico Fontanæ, celeberrimo Architecto, curam commisit, ut novum a fundamentis, salubrius, magnificentissimumque ædificium, in quo Pontificiæ Bibliothecæ supellex adservaretur, exstrueret; quod præclarus Eques Fontana in amplissimo atrio, quod *Belvedere* dicunt, ad aquilonem, sequutus ordinem Architecturæ utriusque lateris, quod opus est Lazari Bramantis Architectorum omnium facile principis, brevi unius anni spatio perfecit: cujus ædificii quæ sit amplitudo, pretium, atque nobilitas, in sequenti, ubi de ejusdem Bibliothecæ descriptione differemus, Capite demonstrabitur.

Quid vero de Leone X. dicemus, Patrono & Mecoenate Literatorum omnium? Auream literarum ætatem, quæ Augusto Principe floruerat, reduxit Leo Decimus, nulli præmio parcens, nulli sumtui, ut omnes literas, omnesque bonas artes excitaret. Adscivit a secretis duos ea ætate doctissimos homines, Petrum Bembum, & Jacobum Sadoletum, literis æque ac postea Purpura clarissimos: Beroaldum Juniorem, æquam doctrinæ ejus provinciam metitus, Vaticanæ Bibliothecæ præfecit: Romanæ denique Academiæ novam quodammodo vitam, novumque spiritum indidit; quum ad tradendam Philosophiam Augustinum Nifum, ad Medicinam Christophorum Aretinum, ad Jurisprudentiam Hieronymum Botticellam, Chalcondylem Demetrii filium ad Græcas literas, ad Latinas Janum Parrhasium destinavit; quorum, & plurium aliorum doctissimorum Virorum opera & studio multis egregiisque Voluminibus, præsertim Græcis, quæ Faustus Sabæus, ejusdem Pontificis jussu ac sumtibus, ex toto Septentrione comparaverat, Bibliotheca Vaticana adaucta est; cui & alterum famulum idem munificentissimus Pontifex adjunxit.

Pronum planumque ad Literas iter sequuti sunt successores Leonis Pontifices. Nam Paulus IV. præter quam quod inlata Bibliothecæ damna in Borbonica Urbis direptione magna ex parte reparavit ac sarcivit, duos addidit Scriptores, Græcum unum, Latinum alterum, qui senescentia Volumina reficerent, disponerent, adservarent; duosque præterea Librorum Sarcinatores, seu Compactores, unumque famulum, qui Bibliothecam verreret, instituit. Post hunc Pius IV. duos Correctores Librorum Græcorum adjunxit, ac, teste Raynaldo in Annalibus ad annum 1564. literas dedit ad Onuphrium Panvinium, & Franciscum Avanzatum; ut omnis generis, omnisque eruditionis Libros, etiam Orientalibus linguis exaratos, conquirerent, ad ornandam Vaticanam Bibliothecam, quam curæ commisit magni Sirleti, quem doctrina cum vitæ integritate conjuncta clarissimum, Sacro instante Collegio, ad Purpuram provexit. S. Pius V. & Gregorius XIII. pari studio ad eam augendam incubuerunt. Ille conferri in eam curavit centum quinquaginta octo Volumina, varias Summorum Pontificum Epistolas & Constitutiones continentia, quæ, quod forte latuerant, Martinus V Avenione reliquerat, quæque unacum aliis hujusmodi manuscriptis Codicibus, qui cautius diligentiusque custodiendi videbantur, Pauli V. jussu, in Archivum Vaticanum Bibliothecæ adnexum translata sunt. Hic vero multos ei tum manuscriptos, tum impressos Libros, ex domestica Bibliotheca sua selectos concessit. Paulus V. præter multa typis excusa Volumina, addixit egregios Mss. Codices Græcos, & Latinos, quibus continendis ad Sixtinæ latus dexterum duo ampla conclavia construxit, picturisque exornavit, necnon, Scripto-

ptorum numero ad sex redacto, Abbatiam S. Mariæ de Venticano, quam Clemens VIII. Cardinali Baronio, & pro tempore existenti Bibliothecario adtribuerat, Vaticanæ Bibliothecæ in perpetuum addixit, ejusque redditus unius Bibliothecæ usibus atque expensis, non autem Cardinali Bibliothecario destinavit; ut in ejus Bulla in pariete a tergo introitus Bibliothecæ marmori insculpta legitur, quam infra proferemus. Gregorius XV. complura Palatinæ Bibliothecæ Volumina, sibi & Apostolicæ Sedi a Maximiliano Bavariæ Duce dono data, accepit, nobiles Heidelbergicæ victoriæ manubias. Urbanus VIII. eandem Bibliothecam Palatinam per clarissimum Virum Leonem Allatium Romam advexit, eamque opportunis armariis in Vaticana conclusit, ingenti Conclavi eidem excipiendæ ad lævum Sixtinæ latus extructo, utque majori præsentiorique sollicitudine, fide & diligentia Bibliotheca Vaticana administraretur, Francisco Card. Barberino, & pro tempore existentibus S. R. E. Bibliothecariis ædes illas, quæ contra hortos Vaticanos, *Belvedere* nuncupatos, ad ipsius Bibliothecæ septentrionem prostant, in perpetuum adtribuit; ut ex ejusdem Pontificis Diplomate dat. die 5. Maji 1627. quod infra exhibebimus, perspicuum est. Alexander VII. antiqua omnis generis, omniumque linguarum manuscripta Bibliothecæ Urbinatis Volumina, repenso cedentibus præmio, ad dexterum Palatinæ latus Vaticanæ adjunxit, primumque Arabicæ, Syriacæ, aliarumque Orientalium linguarum Scriptorem atque Interpretem instituit, præclarissimum Virum Abrahamum Ecchellensem Maronitam. Mille nongentos Codices Mss. sibi ab Alexandra Christina Svecorum, Vandalorumque Regina testamento relictos, Vaticanæ Bibliothecæ addixit Alexander VIII. eisque propriam aulam, Alexandrinam dictam, destinavit. Clemens XI. insignis Vaticanæ Bibliothecæ locupletator, non exiguo Græcorum librorum numero, qui ex Bibliotheca domestica Pii II. post varios casus in potestatem venerant Patrum Theatinorum S. Andreæ de Valle, eam adauxit. Addidit sexaginta quatuor egregios Mss. Codices Orientales, qui olim ad eruditissimum Abrahamum Ecchellensem Maronitam pertinuerant. Addixit præterea septuaginta septem Mss. Codices Copticos, Indicos, Ibericos, Arabicos, Æthiopicos, Persicos, & Turcicos, quos Petrus de Valle Patricius Romanus ex tota Asia collegerat, quosque Petri ex filia nepos Raynaldus Marchio de Bubalo sibi ab avo relictos cum non paucis aliis impressis libris Clementi ipsi, magni muneris instar, obtulit: nihil enim bonis libris pretiosius, nec præstantius sapienti doctoque Principi potest offerri. Pretiosa hæc munera sua Clemens cumulavit magna copia manuscriptorum Voluminum Syriacorum, Arabicorum, Persicorum, Turcicorum, Ebraicorum, Samaritanorum, Armeniacorum, Æthiopicorum, Græcorum, Ægyptiacorum, Ibericorum, & Malabaricorum, ad quæ conquirenda Assemanos miserat Eliam Antiochenæ Ecclesiæ Archipresbyterum, & Josephum Simonium, ejus ex fratre nepotem: qua de expeditione agit Stephanus Evodius Assemanus Archiepiscopus Apamensis in sua ad Acta Martyrum Orientalium & Occidentalium Præfatione, idemque Joseph Simonius Assemanus in Prolegomenis ad suam Bibliothecam Orientalem, ad cujus calcem compendiarium eorundem Voluminum Indicem adposuit. Picturas insuper informes, ac prope evanescentes Clemens refecit, pretiosissimamque Columnam Onychinam, & Sarcophagum marmoreum cum Asbestina raræ magnitudinis Sindone donavit; Lege lata, ut quicumque in posterum Libri Romæ excuderentur, eorum exemplar Vaticanæ Bibliothecæ in primis tribueretur. Innocentius XIII. unum supra sexaginta Orientales Codices Mss. ab Andrea Scandar Cyprio, Archipresbytero Maronita, Clementis XI. jussu comparatos, mandavit in Bibliothecam Vaticanam inferri. Conclavia, quamvis amplissima, facta tamen præ multitudine rerum ac librorum angustiora, Clemens XII. laxavit magnifice, ditavitque plurimis Codicibus, & CLXXXIII. vasis Etruscis unacum CCCXXX. antiquis maximi moduli Numismatibus, ex Museo Albano selectis, quæ æri incisa, notisque illustrata Cl. V. Rodulphinus Venutus Tomis duobus in fol. vulgavit. Bullam nuper edidit Clemens pro Bibliothecæ Regimine, quam infra proferemus.

Tandem ad nostra hæc tempora perducti sumus, quæ a pacatissimo, laudatissimoque BENEDICTI XIV. imperio prosperantur maxime, atque illustrantur. Et quemadmodum sub tanto, tamque eximio Moderatore plurimum sibi & felicitatis, & amplitudinis adcessisse universus Christianu Orbis intelligit; ita non parum se illius magnificentiæ debere Vaticana Bibliotheca profitetur. Nec secus profecto futurum preclare ejus virtutes pollicebantur: quum enim tanta floreat doctrinæ, sapientiæque laude, ut cum eruditione præstantioribus, qui Petri Cathedram hactenus obtinuerunt, Pontificibus comparari merito possit; ratus summi, doctique Principis partem esse, & literarum studia fovere, & Literatis hominibus

nibus ad eas excolendas præsidia amplificare, Vaticanæ quoque Bibliothecæ opes, atque ornamenta novis adcessionibus augere studuit ita quidem, ut de illa quam qui maxime post Sixtos Quartum, & Quintum promeruerit. Etenim non modo refectis pluteis, specularibus exornatis, carbasinisque umbraculis contra solis æstum dispositis, Vaticanam Bibliothecam in splendidiorem formam redegit; verum etiam compluribus ex Bibliotheca sua domestica selectis Voluminibus Orientalibus, Græcis, Latinisque, termille tercentum Mss. Codicibus Otthobonianis, insigni denique Museo Carpineo, & Victoriano, Numismatibus Pontificum Romanorum, novissimeque Museo Christiano, ad majus Apostolicæ Sedis decus, Reique Literariæ præsidium, eandem locupletavit, imo vero duplo ferme auctiorem reddidit. Quare enixis votis unicuique exoptandum est, ut publico Ecclesiæ, & Literariæ Reipublicæ bono BENEDICTUS diutius Pontifex vivat. Dubitare enim non licet, quin ille, qui tam præclaris initiis Pontificatum auspicatus est, majoribusque jam expleto sexdecim annorum cursu incrementis nobilitavit, eundem sit longius pari cum virtutis adcessione gesturus.

Atque ita finem imponimus Chronologico de Origine, atque Incrementis Vaticanę Bibliothecę Commentario; in quo contexendo ne muneri nostro defuisse putemur, silentio pręterire nolumus, exemplo Summorum Pontificum in Vaticana Bibliotheca exornanda permotos cum Cardinales, Pręsulesque multos, tum Optimates, & privatos Cives Bibliothecas suas Vaticanę uberius amplificandę adjunxisse; quorum nomina, quum de eorum Libris agemus, debita cum honoris significatione commemorabimus.

CAPUT III.

De Ichnographica Apostolicæ Vaticanæ Bibliothecæ Descriptione, & illustrioribus ejusdem Ornamentis.

QUum Vaticanę Bibliothecę Descriptionem heic exhibemus, nemo arbitretur, posse nos singulas ejus partes, atque ornamenta adcuratę persequi, ut per se sunt. Quemadmodum enim ex Summis Pontificibus plurimi in ea construenda, amplificanda, exornanda, & operam contulere maximam, & liberalitatem expromsere suam; ita unusquisque legentium sibi persuadeat necesse est, eam longe pręstantiorem esse, ac a nobis describi possit. Itaque adcurate, sed paucis quę in ea pręcipua sunt adtingemus; reliqua adeuntibus, atque invisentibus manifesta fient.

Patet Vaticanę Bibliothecę aditus in medio, eoque peramplo ac longissimo deambulacro, quod a celeberrima Statua Cleopatrę in ejus extremitate conlocata, *Corridore di Cleopatra* vulgo nuncupatur. Adsurgit ingens janua ad orientem, argumentum magnarum ędium, in cujus vertice spectantur Sixti Quinti Insignia marmorea, quibus hec subjacet Inscriptio: SIXTI PP. V. BIBLIOTH. VATIC.

Ingressis occurrit primo nobile Vestibulum palmos 78. longum, latum 33. altum 32. pluribus scamnis pluteisque, Scriptorum & Custodum commodo, instructum. Pictus est Fornix crypticis, oculo jucundissimis, quibus unaquęque cum supposito nomine, octo Sybillę intermixtę; videlicet, *Cumana*, *Delphica*, *Cimmeria*, *Tyburtina*, *Erythræa*, *Phrygia*, *Samia*, & *Persica*. Totidem hinc atque inde conspiciuntur Regiunculę, in quibus varia supellex artis Chartaceę, & Typographicę adparet. Postrema hęc opera sunt Pauli Brilli Pictoris celeberrimi. Duo Fornicis latera exornant stemmata Sixti Quinti, circumductis mulierum figuris, *Fidem*, *Justitiam*, *Fortitudinem*, ac *Temperantiam* repręsentantium; quę ęque ac Sybillę opus esse existimantur Petri Faventini. In medio Fornice per longitudinem conludunt elegantes pueruli aligeri, quos a Cherubino Alberto pictos, vel ad ejus imitationem, putant. Parietibus sub inaurata fornicis corona pendent vigintitres tabulę Cardinalium S. R. E. Bibliothecariorum, ab Hieronymo Aleandro; qui tamen in Purpuratorum album relatus, Bibliothecarii munus abdicavit, ut infra ostendemus, ubi de Bibliothecariis sermo erit; usque ad Eminentissimum Cardinalem DOMINICUM PASSIONEUM, novissimum S. R. E. Bibliothecarium, olearis coloribus, seu *a oglio*, ut vulgo dicunt, depictę; cętera enim, quę tam in hoc Vestibulo, quam in Aula Sixtina, eique adnexis conclavibus conspiciuntur, udo colore, vulgo *a fresco*, sunt inlinita.

Ab hoc Vestibulo aditur Bibliotheca Vaticana per januam e regione primę positam; ad cujus sinistrum latus, foris hęc legitur Inscriptio, marmori incisa: *Sixtus V. Pont. Max. Bi-*

Bibliothecam Apostolicam a Sanctissimis prioribus illis Pontificibus, qui Beati Petri vocem audierunt, in ipsis adhuc surgentis Ecclesiæ primordiis inchoatam, pace Ecclesiæ reddita, Laterani institutam, a posterioribus deinde in Vaticanum, ut ad usus Pontificios paratior esset, translatam, ibique a Nicolao V. auctam, a Sixto IV. insigniter excultam, quo fidei nostræ, & veterum Ecclesiasticæ disciplinæ rituum documenta, omnibus linguis expressa, & aliorum multiplex Sacrorum copia Librorum conservaretur, ad puram, & incorruptam Fidei, & Doctrinæ veritatem perpetua successione in nos derivandam, toto terrarum orbe celeberrimam, cum loco depresso, obscuro, & insalubri sita esset, aula perampla, vestibulo, cubiculis circum, & infra, scalis, porticibus, totoque ædificio a fundamentis extructo, subselliis, pluteisque directis, Libris dispositis, in hunc editum, perlucidum, salubrem, magisque opportunum locum extulit, picturis illustribus undique ornavit, liberalibusque doctrinis, & publicæ studiorum utilitati dicavit Anno M. D. LXXXIII. Pontific. IV. Ad dexterum vero ejusdem januę latus hęc alia adposita est Inscriptio, marmori pariter incisa: *Sixti V. Pont. Max. Perpetuo hoc decreto de Libris Vaticanæ Bibliothecæ conservandis, quæ infra sunt scripta, hunc in modum sancita sunto, inviolateque observantor. Nemini Libros, Codices, Volumina hujus Vaticanæ Bibliothecæ ex ea auferendi, extrahendi, aliove asportandi, non Bibliothecario, neque Custodibus, Scribisque, neque quibusvis aliis cujusvis Ordinis, & Dignitatis, nisi de licentia Summi Rom. Pont. scripta manu facultas esto. Si quis secus fecerit, Libros, partemve aliquam abstulerit, extraxerit, clepserit, rapseritque, concerpserit, corruperit dolo malo, illico a Fidelium communione ejectus, maledictus, anathematis vinculo colligatus esto, a quoquam, præterquam Rom. Pont. ne absolvitor.*

Ingressus Vaticanam Bibliothecam, admirabundus Aulam videt amplissimam, longitudine videlicet 317. palmorum, latitudine 69., altitudine 41., tectam veluti duplici fornice, per longitudinem in medio sex columnis parastaticis quadratis nixo; unde veluti bifariam, seu in duas alas divisa, auri inductionibus, & picturis, ut mox videbimus, undique condecorata, quatuordecim magnis Fenestris, septenis ex alterutra parte, illustratur.

Foribus a tergo imminet aureis majoribus distincta literis hęc Epigraphe. *Sixtus V. Pont. Max. Bibliothecam hanc Vaticanam ædificavit, exornavitque An. MDLXXXVIII. Pont. IIII.* Proxime ad lęvam occurrit vetustissima Statua marmorea, anno Christi 1551. ex Martyrum Cryptis prope Ecclesiam S. Laurentii extra muros in agro Verano effossa, a Marcello Cervino S. R. E. Bibliothecario, qui postea ad Pontificatum Romanum evectus, Marcelli II. nomen assumsit, in Vaticanam Bibliothecam inlata, & a Pio IV. Pont. Max. restituta, sedens in Cathedra utrinque literis Gręcis inscripta, quam ęri incisam Latineque redditam edidit cl. Franciscus Blanchinius in Libro *de Kalendario & Cyclo Cæsaris*, & in notis ad Tom. 2. Anastasii Bibliothecarii p. 159. & 160. Summa Sciptionis hęc est: *Cyclus*, seu *Canon Paschalis*, cujus Laterculi duo: *Quartadecimæ Lunæ*, ad dexteram; *Dominicæ Resurrectionis*, ad sinistram: uterque *centum duodecim annorum* spatio comprehensus, quibus expletis, Terminos eosdem Paschales in orbem rursus redire, Author ejus Cycli existimavit. Nomen Authoris tacitum prodit tum Methodus ejusdem Cycli, qui *duplicata Octaëritide sexdecim annorum*, ex Anno primo Alexandri Severi Imperatoris deducitur; tum *Lemmata Librorum*, dextro Laterculo in inflexione Cathedrę adposita: Quorum omnium Authorem Eusebius primum, & post eum Hieronymus, *Hippolytum Episcopum* faciunt. Hinc ad basim ejusdem Statuę hęc Epigraphe legitur. *Statua Hippolyti Portuensis Episcopi, qui vixit Alexandro Pio Imp. ex Urbis ruinis effossa, a Pio IIII. Mea..e Pont. Max. restituta.*

Catalogus Librorum. Εις τας της μετανιας (sic) Ψαλμους. εις τὴν εγγαςειμυθον. υπερ τυ κατα Ιωαννην (sic) Ευαγγελιυ και Αποκαλυψεως περι Χαρισματων. Αποςολικη παραδοσις Χρονικων. προς Ελληνας και προς πατωνα (sic) και περι τυ παντος. προτρεπτικος προς Σεβηρειναν Αποδειξις χρονων τυ Πασχα κατα (sic) εν τω πινακι ωδαι εις πασας τας γραφας. περι Θευ, και σαρκος Αναςασεως. περι τ'αγαθυ, και ποθεν το κακον. *In Pœnitentiæ Psalmos. In Pythonissam. Pro Evangelio secundum Joannem, & Apocalypsi. De Donis. Apostolica Traditio. Chronicorum. Adversus Græcos, & adversus Platonem, & de Universo. Adhortatorius ad Severinam. Demonstratio temporum Paschatis, uti in Tabula. Odæ in universas Scripturas. De Deo, & Carnis resurrectione. De Bono,, & unde Malum.*

Laterculus primus Quartadecimarum Lunarum. Ετυς α. Βασιλειας Αλεξανδρυ Αυτοκρατορος εγενετο η ιδ τυ Πασχα Ειδοις Απριλιαις Σαββατω εμβολιμυ μηνος γενομενου. Εσται τοις εξης επεσιν κα-

θως

θως υποτετακται εν τω πινακι. Εγενετο δε εν τοις παρωχηκοσιν καθως σεσημειωται. Απονηστιζεσθαι δε δει κ' αν εμπεση Κυριακη. *Anno Primo Imperii Alexandri Imperatoris fuit Quartadecima Paschæ Idibus Aprilibus Sabbato, quum Intercalaris mensis esset.* Erit in *sequentibus annis, uti infra in Tabula subsignatum est. In præteritis vero erat, quemadmodum adnotatum fuit. Oportet autem Jejunium solvere, ubicumque Dominica inciderit.*

1 Ειδοις εμ. Απρει.	Ζ.	ς. Εσδρα κατα Δανιηλ και εν ερημω.	Ε.	Δ.	Γ.	Β.	Α.
2 Προ δ Νω. Αϖρει.	Δ. Γενεσις Χυ̃.	Γ.	Β.	Α.	Ζ	ς.	Ε.
3 Προ ιβ'. ϖρο ιά. ςς. Καλ. Αϖρει.	Α. Εζεχιας.	Ζ.	ς. IHS XC.	Ε.	Δ.	Γ.	Β.
4 Εμ ϖρο ί. είδ. Αϖρει.	Ζ. Ιωσειας.	ς.	Ε.	Δ.	Γ.	Β	Α.
5 Προ δ'. Καλ. Αϖρει.	Δ.	Γ.	Β.	Α.	Ζ.	ς.	Ε.
6 Προ ιε'. Καλ. Αϖρει.	Α.	Ζ. Εξεκιας κατα Δαν. κ̀ Ιωσειας.	ς.	Ε.	Δ.	Γ.	Β.
7 ςς. Νωναις εμ. Αϖρει	Ζ.	ς.	Ε.	Δ. Ιησυς κα. Δαν.	Γ.	Β.	Α.
8 Προ ή. Καλ. Αϖρει.	Δ.	Γ.	Β.	Α.	Ζ.	ς.	Ε.
9 Εμ. Ειδοις Αϖρει.	Γ.	Β.	Α.	Ζ.	ς.	Ε.	Δ.
10 Προ δ'. Νων. Αϖρει.	Ζ.	ς.	Ε.	Δ.	Γ.	Β.	Α. Εξοδος
11 Προ ιβ'. ϖρο ιά. ςς. καλ. Απρει.	Δ.	Γ.	Β.	Α.	Ζ.	ς.	Ε.
12 Εμ. ϖρο ί. ειδ. Αϖρει.	Γ.	Β.	Α.	Ζ.	ς.	Ε.	Δ. Εν Ερημω.
13 Προ δ'. Καλ. Αϖρει.	Ζ.	ς.	Ε.	Δ.	Γ.	Β.	Α.
14 Προ ιε'. Καλ. Αϖρει.	Δ.	Γ.	Β.	Α.	Ζ.	ς.	Ε.
15 ςς. Νωναις εμ. Αϖρει.	Γ. Εξοδος κ̀ Δανιηλ.	Β.	Α.	Ζ.	ς.	Ε.	Δ. Εσδρα.
16 Προ ή. Καλ. Αϖρει.	Ζ.	ς. Παθος Χυ̃.	Ε.	Δ.	Γ.	Β.	Α.

1 In-

1 *Interca-Idibus laris, Aprilis.*	VII.	VI. *Esdras. Secundum Daniel. Et inDeserto.*	V.	IV.	III.	II.	I.
2 *Ante* IV. *Nonas Aprilis.*	IV. *Nativitas Christi.*	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.
3 *Ante* XIII. *Ante* XI. *Kalendas Apr. Bissextum.*	I. *Ezechias.*	VII.	VI. *Jesus Christ.*	V.	IV.	III.	II.
4 *Intercalaris. Ante* V. *Idus Aprilis.*	VII. *Josias.*	VI.	V.	IV.	III.	II.	I.
5 *Ante* IV. *Kal. Aprilis.*	IV.	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.
6 *Ante* XV. *Kal. Aprilis.*	I.	VII. *Ezechias. Secundum Danielem, & Josias.*	VI.	V.	IV.	III.	II.
7 *Bissextum Intercalaris, Nonis Aprilis.*	VII.	VI.	V.	IV. *Jesus. Secund. Daniel.*	III.	II.	I.
8 *Ante* VIII. *Kal. Aprilis.*	IV.	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.
9 *Intercalaris. Idibus Aprilis.*	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.	IV.
10 *Ante* IV. *Nonas Aprilis.*	VII.	VI.	V.	IV.	III.	II.	I. *Exodus.*
11 *Bissext. Ante* XII. *Ante* XI. *Kal. April.*	IV.	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.
12 *Intercalaris. Ante* V. *Idus Aprilis.*	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.	IV. *In Deserto.*
13 *Ante* IV. *Kal. April.*	VII.	VI.	V.	IV.	III.	II.	I.
14 *Ante* XV. *Kal. Apr.*	IV.	III.	II.	I.	VII.	VI.	V.
15 *Bissext. Intercalaris. Nonis Aprilis.*	III. *Exodus. Secundum Danielem.*	II.	I.	VII.	VI.	V.	IV.
16. *Ante* VIII. *Kalend. April.*	VII.	VI. *PassioChrist.*	V.	IV.	III.	II.	I.

Laterculus ſecundus Dominicarum Paſchalium. **Ετει Αλεξανδρυ Καισαρος τυ Α. Αρχη. Αι Κυριακαι τυ Πασχα κατα ετος. Αι δε παρακεντησεις δηλουσι την διατροιξ** *Anno Alexandri Cæſaris primo initium. Dominicæ Paſchalis annuatim. Appunctiones vero ſignificant Biſſextum.*

A.	I.
προ ιά κα μαι κυ.	Ante XI. kal. Mai. Dominica.
προ ὴ ει απρ κυ.	Ante VII. Idus Apr. Dominica.
προ έ κα απρ κυ.	Ante V. kal. Apr. Dominica.
προ ιέ κα μαι κυ.	Ante XV. kal. Mai. Dominica.
προ δ' νω απρ κυ.	Ante IV. Nonas Apr. Dominica.
προ ή κα απρ κυ.	Ante VII. kal. Apr. Dominica.
ειδοις απρ κυ	Idibus Apr. Dominica.
προ δ' κα απρ κυ.	Ante IV. kal. Apr. Dominica.
προ ιδ' κα μαι κυ.	Ante XIV. kal. Mai. Dominica.
προ δ' ει απρ κυ.	Ante IV. Idus Apr. Dominica.
προ ή κα απρ κυ.	Ante VIII. kal. Apr. Dominica.
προ ιή κα μαι κυ.	Ante XVIII. kal. Mai. Dominica.
προ ή ει απρ κυ.	Ante VIII. Idus Apr. Dominica.
προ ιά κα απρ κυ.	Ante XI. kal. Apr. Dominica.
προ δ' ει απρ κυ.	Ante IV. Idus Apr. Dominica.
προ δ' νω απρ κυ.	Ante IV. Nonas Apr. Dominica.
Γ	III.
προ ιϛ' κα μαι κυ.	Ante XVI. kalend Mai. Dominica.
προ ϛ' ει απρ κυ.	Ante VI. Idus April. Dominica.
προ ί κα απρ κυ.	Ante X. kal. Apr. Dominica.
προ ά. ει απρ κυ.	Ante I. Idus (*ideſt, pridie Idus*) April. Dominica.
προ ά νω απρ κυ	Ante I. Nonas (*ideſt pridie nonas*) April. Dominica.
προ ιγ' κα. απρ κυ.	Ante XIII. kalend. Apr. Dominica.
προ ϛ'. ει απρ κυ.	Ante VI. kal. Apr. Dominica.
προ ά κα. απρ κυ.	Ante I. kal. (*ideſt, pridie kal.*) Apr. Dominica.
προ ιβ' κα μαι κυ.	Ante XII. kal. Mai. Dominica.
νω απρ κυ	Nonis Aprilis. Dominica.
προ ϛ' κα απρ κυ.	Ante VI. kal. Apr. Dom.
προ ιϛ' κα μαι κυ.	Ante XVI. kal. Mai. Dominica.
κα απρ. κυ	Kalendis Aprilis. Dominica.
προ θ' κα απρ κυ.	Ante IX. kal Apr. Dom.
προ ά ει απρ κυ	Ante I. Idus (*ideſt, pridie Idus*). April. Dominica.
προ θ' (leg. ε) απρ κυ.	Ante IX. (*leg.* V) kal. Apr. Dominica
E	V.
προ ιδ κα μαι κυ.	Ante XIV kalend. Mai. Dominica.
προ δ ει απρ κυ	Ante IV Idus April. Dom.
προ η κα απρ κυ	Ante VIII. kal. Apr. Dom.
προ ιη κα απρ κυ.	Ante XVIII. kal. Mai. Dom.
προ η ει απρ κυ	Ante VIII. Idus Apr. Dom.
προ ια κα απρ κυ.	Ante XI. kal. Apr. Dom.
προ δ ει απρ κυ.	Ante IV. Idus Apr. Dom.
προ δ νω απρ κυ.	Ante IV. Nonas Apr. Dom.
προ ιζ κα μαι κυ.	Ante XVII. kal. Mai. Dom.
προ ζ ει απρ κυ.	Ante VII. Idus Apr. Dom.
προ δ κα απρ κυ.	Ante IV. kal. Apr. Do n.
προ γ ει. απρ. κυ.	Ante III. Idus Apr. Dom.

προ γ νω απρ κυ.	Ante III. Nonas Apr. Dom.
προ ζ κα απρ κυ.	Ante VII. kal. Apr. Dom.
προ ζ ει απρ κυ.	Ante VII. Idus Apr. Dom.
προ γ. κα. απρ κυ.	Ante III. kal. Apr. Dom.
Z	VII.
προ ιβ. κα μαι. κυ.	Ante XII. Kal. Mai. Dominica.
νω απρ κυ	Nonis Aprilis. Dom.
προ ϛ κα. απρ. κυ.	Ante VI. Kal. Apr. Dom.
προ ιϛ. κα μαι. κυ.	Ante XVI. Kal. Mai. Dom.
κα απρ κυ	Kalendis Aprilis. Dom.
προ θ κα απρ. κυ.	Ante IX. Kal. Apr. Dom.
προ α ει. απρ κυ	Ante I. Id. (*idest, pridie Id.*) Apr. Dom.
προ ε. κα. απρ κυ.	Ante V. Kal. Apr. Dom.
προ ιε. κα. μαι. κυ.	Ante XV. Kal. Mai. Dom.
προ ε ει. απρ. κυ.	Ante V. Idus Apr. Dom.
προ θ κα. απρ. κυ.	Ante IX. Kal. Apr. Dom.
ει απρ κυ	Idibus Aprilis, Dom.
νω. απρ κυ.	Nonis Aprilis, Dom.
προ ιβ κα. απρ. κυ.	Ante XII. Kal. Apr. Dom.
προ ε ει. απρ. κυ.	Ante V. Idus Apr. Dom.
κα απρ κυ	Kalendis Aprilis, Dominica.
B.	II.
προ ιζ κα μαι κυ.	Ante XVII. kalend. Mai. Dominica.
προ ζ ει απρ κυ.	Ante VII. Idus April. Dom.
προ δ κα απρ κυ.	Ante IV. kal. Apr. Dom.
προ γ ει απρ κυ.	Ante III. Idus April. Dom.
προ γ νω απρ κυ.	Ante III. Nonas April. Dom.
προ ζ κα απρ κυ.	Ante VII. kal. April. Dom.
προ ζ ει απρ κυ.	Ante VII. Idus Apr. Dom.
προ γ κα απρ κυ.	Ante III. kal. Apr. Dom.
προ ιγ κα μαρ. (leg. *μαι.*) κυ.	Ante XIII. kal. Mar. (*leg. Mai.*) Dom.
προ α νω. απρ κα.	A te I. Nonas (*Prid. Nonas*) Apr. Dom.
προ ζ κα απρ κυ.	Ante VII. kal. Apr. Dom.
προ ιζ κα μαι. κυ.	Ante XVII. kal. Mai. Dom.
προ α κα. απρ κυ.	Ante I. kal. (*Prid. kal.*) Apr. Dom.
προ ι. κα απρ κυ.	Ante X. kal. Apr. Dom.
προ γ. ει απρ κυ.	Ante III. Idus Apr. Dom.
προ ϛ. κα. απρ κυ.	Ante VI. kal. Apr. Dom.
Δ.	IV.
προ ιε κα μαι κυ.	Ante XV. kal. Mai. Dominica.
προ ε ει απρ κυ.	Ante V. Idus Apr. Dom.
προ θ κα απρ κυ.	Ante IX. kal. Apr. Dom.
ει απρ κυ	Idibus Aprilis. Dom.
νω. απρ κυ	Nonis Aprilis Dom.
προ ιβ κα απρ κυ.	Ante XII. kal. Apr. Dom.
προ ε ει. απρ κυ.	Ante V. Idus Apr. Dom.
κα απρ κυ.	Kalendis Aprilis. Dom.
προ ια κα μαι κυ.	Ante XI. kal. Mai. Dom.
προ η ει απρ κυ.	Ante VIII. Idus Apr. Dom.
προ ε κα απρ κυ.	Ante V. kal. Apr. Dom.
προ ιε. κα μαι κυ.	Ante XV. kal. Mai. Dom.
προ δ νω απρ κυ.	Ante IV. Nonas April. Dom.
προ η κα απρ. κυ.	Ante VIII. kal. Apr. Dom.
ει απρ κυ.	Idibus Aprilis Dom.
προ δ. κα. απρ κυ.	Ante IV. Kal. Apr. Dom.

ϛ.	VI.
προ ιγ. κα μαι κυ.	Ante XIII Kal. Mai. Dominica.
προ α νω απρ κυ.	Ante I. Nonas (*Pridie Nonas*) Apr. Dom.
προ ζ. κα. απρ κυ.	Ante VII. Kal. Apr. Dom.
προ ιζ κα μαι κυ.	Ante XVII. Kal. Mai. Dom.
προ α κα απρ κυ.	Ante I. Kal. (*Prid. Kal.*) Apr. Dom.
προ ι κα. απρ κυ.	Ante X. Kal. Apr. Dom.
προ γ ει. απρ κυ.	Ante III. Idus Apr. Dom.
προ ϛ. ει απρ κυ.	Ante VI. Idus Apr. Dom.
προ ιϛ κα μαρ (leg. μαι.) κυ.	Ante XVI. Kal. Mar. (*leg. Mai.*) Dom.
προ ϛ ει. απρ κυ	Ante VI. Idus Apr. Dom.
προ ι κα απρ κυ.	Ante X. Kal. Apr. Dom.
προ α. ει. απρ κυ.	Ante I. Idus (*Prid. Idus*) Apr. Dom.
προ α νω απρ κυ.	Ante I. Nonas (*Prid. Nonas*) Apr. Dom.
προ ιγ κα απρ κυ.	Ante XIII. Kal. Apr. Dom.
προ ϛ. ει. απρ κυ.	Ante VI. Idus Apr. Dom.
προ α κα απρ κυ.	Ante I. Kal. (*Prid. Kal.*) Apr. Dom.

In hunc Hippolytæum Cyclum, præter binos manu exaratos Codices, alterum Vaticanum signatum num. *6225.*, Otthobonianum alterum, videsis doctissimos Commentarios clarorum Virorum, Josephi Scaligeri, Dionysii Petavii, Ægidii Bucherii, Francisci Blanchinii, aliorumque. Quorum tamen non paucas hallucinationes, ac præposteras Latinas versiones in Adpendice ad hunc nostrum Catalogum adnotabimus.

Prælaudato S. Hippolyti Simulacro objacet a fronte in dextero Bibliothecæ latere alterum Simulacrum marmoreum, inscriptum uti sequitur: *Statuam Aristidis Smyrnæi, ejus, qui Urbem, Civitatemque Romanam, luculenta oratione laudavit, erutam ex antiquis ruinis Pius IV. Medic. Pont. Max. posuit*. Basis hujus Simulacri exhibet Græcum nomen Aristidis: quod si antiquum est, genuinam declarat celebris hujus oratoris physiognomiam; cujus aliud quoque simulacrum a nostro haud absimile in Museo Capitolino adservatur.

Foribus proxima in semicolumna parastatica parieti adnexa, a tergo introitus Bibliothecæ, Marmori insculpta legitur hæc Pauli V. Bulla:

PAULUS PAPA V. Ad perpetuam Rei Memoriam. Alias felicis recordationis Clemens Papa prædecessor noster Officio S. R. E. Bibliothecarii, quod bonæ memoriæ Cæsar tituli SS. Nerei, & Achillei Presb. Cardinalis Baronius nuncupatus, S. R. E. Bibliothecarius, tunc in humanis agens, obtinebat, de aliquo subventionis auxilio providere volens: Motu ejus proprio Monasterium, Abbatiam nuncupatum Sanctæ Mariæ de Venticano Sancti Benedicti, vel alterius Ordinis Beneventanæ Diœcesis, illius commenda, tunc per obitum quondam Jacobi de Leo defuncti, cessante, adhuc eo, quo ante commendam ipsam vacabat, modo vacans, cum annexis juribus, & pertinentiis suis, prædicto Officio ita quod liceret dicto Cæsari Cardinali, & pro tempore existenti S. R. E. Bibliothecario, pro ejus commodiori manutentione, ac onerum dicti Officii supportatione, corporalem, realem, & actualem possessionem Monasterii, & annexorum, juriumque, & pertinentiarum prædictorum, per se, vel alium, seu alios ejus, ac dictæ Bibliothecæ nominibus propria auctoritate libere apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere: Necnon Monasterii, & annexorum hujusmodi fructus, reditus, & proventus, juraque, obventiones, & emolumenta percipere, ac in suos, & dictæ Bibliothecæ usus, utilitatem, & necessitates convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita, Apostolica Auctoritate perpetuo univit, annexuit, & incorporavit, prout in literis Apostolicis desuper confectis, quarum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, plenius continetur. Cum autem Officium prædictum per obitum dicti Cæsaris Cardinalis, qui hodie, seu nuper apud Sedem Apostolicam debitum naturæ persolvit, vacaverit, & vacet ad præsens; Nos sumptibus, & expensis, qui quotidie in dicta Bibliotheca fieri solent, aliquque ratione consulere cupientes, ac dicti Monasterii fructuum, redituum, & proventuum verum annuum valorem secundum communem æstimationem, aliarumque unionem dictæ Bibliothecæ forsan hactenus factarum, tenores præsentibus etiam pro expressis habentes; Motu simili, ac ex certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine omnia, & singu-

ſingula Monaſterii, & annexorum hujuſmodi fructus, reditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta, in quibuſvis rebus conſiſtentia, & undecumque provenientia, prævia illorum ſeparatione, & diſmembratione a dicto Officio prædictæ Bibliothecæ, ac illius uſibus, ſumptibus, & expenſis, non autem illius Bibliothecario deſtinata, & applicata eſſe, & cenſeri, decernimus, & declaramus, prout, quatenus opus ſit, motu, & auctoritate paribus, ex nunc, tenore præſentium applicamus, & appropriamus: Ita quod futuri S. R. E. Bibliothecarii in perceptione fructuum, redituum, proventuum, & emolumentorum hujuſmodi, niſi ad commodum, & utilitatem Bibliothecæ, ac expenſarum hujuſmodi ſeſe quoquo modo ingerere non poſſint, nec valeant; ſed ipſi tantummodo nudi adminiſtratores fructuum, redituum, proventuum, & emolumentorum, ac aliorum bonorum dicti Monaſterii ſint, & eſſe cenſeantur. Decernentes præſentes literas, etiam ex eo quod dictum Officium legitimo careat defenſore, & quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, vel habere prætendentes, illis non conſenſerint, & ad ea vocati, & cauſæ, propter quas emanarint, verificatæ, ſeu juſtificatæ non fuerint, aut ex quocumque alio capite, vel cauſa quantumvis legitima, & juridica, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio notari, impugnari, retractari, annullari, invalidari, ſeu in jus, aut controverſium vocari, ad viam, & terminos juris reduci, aut adverſus illas quodcumque juris, gratiæ, vel facti, remedium impetrari, vel concedi nullatenus unquam poſſe, ſed illas ſemper, & perpetuo validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Inhibentes pro tempore exiſtenti Bibliothecario prædicto, ne in perceptione fructuum, redituum, proventuum, & emolumentorum prædictorum, ac aliorum jurium dicti Monaſterii, in alios quam uſus prædictos, ſe immiſcere audeat, ſeu quoquo modo præſumat. Non obſtantibus præmiſſis ac noſtris de non tollendo Jure quæſito, & unionibus committendis ad partes vocatis quorum intereſt, ac Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus a Jure permiſſis, fieri probibentis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Monaſterii, Bibliothecæ hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus; Privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis illis, ac dicto Bibliothecario, aliiſque Superioribus, & Perſonis ſub quibuſvis tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu pari, & conſiſtorialiter, ac alias in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu alia expreſſio habenda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, expreſſe, motu ſimili derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut pecuniæ omnes ex dicto Monaſterio quomodolibet provenientes penes Depoſitarium Cameræ noſtræ Apoſtolicæ deponantur, & inde non emoveantur, niſi ad effectum illas in uſus, ſumptus, expenſas, & neceſſitates dictæ Bibliothecæ, non autem illius Bibliothecarii, realiter, & cum effectu convertendi, juxta tamen mandata ab eodem Bibliothecario, ſeu ab eo deputando ſubſcribenda. Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub anulo piſcatoris die prima Julii MDCVI. Pontificatus noſtri Anno III.

Scipio Cobellutius.

De Picturis Bibliothecarum ad lævam.

Harum, & quas memorabimus, picturarum inventor fuit *Fridericus Raynaldus* ejuſdem Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtos. Eas vero diſpoſuerunt, inſcriptionibuſque ornaverunt *Sylvius Antonianus*, tunc a Secretis Sacri Collegii, inde creatus Cardinalis præ virtute & doctrina, quibus obſcuritatem generis maxime illuſtravit: *Petrus Galeſinus* Protonotarius Apoſtolicus: & *Angelus Rocca* Bibliothecæ ipſius & Typographiæ Vaticanæ adminiſter, poſtea Sacrarii Apoſtolici Præfectus, & Epiſcopus Tagaſtenſis, ceu ipſe in ſuo Commentario de Bibliotheca Vaticana profitetur.

Porro

Porro Pictura prima Abacis, sive Pluteis, quibus Vaticana Bibliotheca undique instructa est, uti & ceteræ, quæ sequuntur, superior, exhibet quod de Mose Propheta narratur Deuteron. Cap. xxxi. com. 26. *Tollite librum istum: & ponite eum in latere arcæ Fœderis Domini Dei vestri, ut sit ibi contra te in testimonium*. Infra hæc legitur Epigraphe: *Moses librum Legis Levitis in Tabernaculo reponendum tradit*.

II. Esdræ Bibliothecam repræsentat, de qua hæc in lib. 2. Machab. cap. 11. com. 13. *Construens Bibliothecam, congregavit de regionibus libros*. Scriptum inferius: *Esdras Sacerdos & Scriba Bibliothecam sacram restituit*.

III. Exprimit Scholam Babylonicam Nabuchodonosoris a Daniele Cap. 1. commemoratam; in qua, ut fert subjecta Inscriptio: *Daniel & Socii linguam scientiamque Chaldæorum ediscunt*.

IV. Refert Decretum Instaurationis Templi Salomonis, cujus meminit Esdras l. 1. cap. v. & vi. uti hæc indicat inscriptio: *Cyri Decretum de Templi instauratione Darii jussu perquiritur*. Cyrus enim Rex Persarum Hierosolymitani Templi instaurationem edixit, quam Darius Longimanus fecit, teste Esdra loc. cit. Postremæ hæ duæ Picturæ Barocii ingenium, manumque sapiunt.

V. Exponit Bibliothecam Græcam cum Pisistrato Athenarum Tyranno, & Seleuco Nicanore Rege Macedoniæ. Ille Bibliothecam condidit; hic direptam a Xerxe restituit; ut tradit Gellius lib. 6. Noct. Attic. cap. 17. Subsunt duæ Inscriptiones; quarum prior: *Pisistratus primus apud Græcos publicam Bibliothecam instituit*. Altera vero: *Seleucus Bibliothecam a Xerxe asportatam referendam curat*. Utraque Pictura venusta est, plurimumque refert artis Venturæ Salimbenii, qui eo tempore vivebat, quamvis admodum juvenis.

VI. Bibliothecam Alexandrinam a Ptolemæo Philadelpho conditam, constantemque, ut scribit Gellius loc. cit. septingentis millibus voluminum. Videre est hinc Regem cum Demetrio Phalerœo Bibliothecario suo, & Aristea ejusdem Regis ὑπερασπιστῇ, seu *Protectore*, ut reddit S. Hieronymus Ep. 104. qui libros in classes distribuunt; inde LXXII. Interpretes, qui Regi offerunt Codicem Testamenti Veteris, Græce a se versi. Duplex utrique rei conveniens epigraphe subjicitur. Prima est: *Ptolemæus ingenti Bibliotheca instructa Ebræorum libros concupiscit*. Altera vero: *LXXII. Interpretes ab Eleazaro missi Sacros libros Ptolemæo reddunt*.

VII. Præfert Bibliothecam Romanam in Palatino Monte ab Augusto fundatam; cui ex lævo latere adjuncta est Sybilla Cumæa novem Libros Sybillinos Tarquinio Superbo venales proponens. Eo bis pretium reprobante, bis illa in subjectum ignem tres projecit. Reliqui tantidem emti, nempe tres, quantidem novem fuerant ab ea propositi. Rem exponit inferior Epigraphe: *Tarquinius Superbus libros Sybillinos tres aliis a muliere incensis tantidem emit*. Altera subest Epigraphe Augusto Cæsari Bibliothecam Palatinam componenti, sociis operis Virgilio & Horatio Poetis laurea decoratis, aliisque bonarum artium cultoribus: *Augustus Cæsar Palatina Bibliotheca magnifice ornata, viros literatos fovet*.

VIII. Sistit Bibliothecam Hierosolymitanam ab Alexandro Episcopo & Martyre circa A. C. 254. constructam; in qua tres præsertim insignes viros, Diaconis, & Clericis scribentibus, & id genus alia facientibus, videre licet, Alexandrum scilicet, & Narcissum, qui, teste Eusebio Cæsariensi, centum & sexdecim annos vixit, adsidentes, & Origenem adhuc juvenem adstantem. Subjacet hæc Inscriptio: *S. Alexander Episc. & Mart. Decio Imp. in magna temporum acerbitate Sacrorum Scriptorum libros Hierosolymis congregat*.

IX. Bibliothecam Cæsariensem a Pamphilo Laodiceno, Cæsareæ in Palestina Presbytero & Martyre instructam, adjutore Eusebio ejus discipulo; quam S. Hieronymus sacris studiis intentus sæpe volutavit. Hinc tres hi illustres viri, præter plures administros, vel libros componentes, vel disponentes, conspiciuntur, nempe S. Pamphilus ex una parte, ex altera vero Hieronymus cum Leone ad pedes jacente, scribentes, & Eusebius Cæsariensis in medio adstans, librorumque inquirendorum, seu postulandorum actum præseferens. Infra hæc: *S. Pamphilus Presb. & Mart. admirandæ sanctitatis & doctrinæ Cæsareæ sacram Bibliothecam conficit, multos libros sua manu describit*.

X. Demum Pictura repræsentat Bibliothecam Apostolicam Romanam, quam a Petro, primo Christi Vicario, & Romanæ Ecclesiæ fundatore, ortum traxisse, credendum est; qui proinde in prima anguli parte Successoribus curam de ea amplificanda, conservandaque demandat, ut hæc docet Epigraphe, quæ infra legitur: *S. Petrus Sacrorum librorum Thesau-*

saurum in Romana Ecclesia perpetuo asservari jubet. In altera vero ejusdem anguli parte agmen conspicitur Summorum Ponticum, qui de Bibliotheca Apostolica Vaticana præ ceteris promeriti fuerunt, & quos in præcedenti Capite laudavimus, cum hac Epigraphe: *Romani Pontifices Apostolicam Bibliothecam magno studio amplificant, atque illustrant*.

Picturam hanc fecit Joannes Baptista Novariensis. Singularum autem Picturarum, quas hucusque recensuimus, uti & ceterarum, quibus Sixtina hæc Bibliotheca ornata est, authores consulto præterimus, aut quod non visi sunt excellere, aut quod eum characterem non præseferunt, quo facile dignosci possint. Indicabimus tamen ex Baglionio in Vitis Pictorum, & ex Augustino Taja in Descriptione Palatii Vaticani, eorum nomina, qui in prælaudata Bibliotheca adlaborarunt. Sunt itaque *Henricus Flander*, *Paris Nogarius*, *Antonius Urbinas* cognomento *Surdus*, *Cæsar Nebbia*, qui multa delineavit, postea picta a discipulis suis, *Ventura Salimbenius*, *Cæsar Torellius*, *Andreas Lilius*, Anconitanus; *Prosper Orsius*, *Paulus Guidottius*, *Jacobus Stella*, *Joseph Franco*, *Horatius Gentileschius*, & *Antonius Scavatius* Bononiensis, omnes certatim intenti ad æquandam penicillis suis voluntatem Sixti Quinti, qui sategit, ut Vaticana Bibliotheca numeris omnibus absolveretur.

De Picturis Conciliorum ad dexteram.

Regressis ad Januam, in parte ejus dextera objicitur Tabula, oleario pigmento efficta, quæ Sixtum Quintum repræsentat Throno insidentem, cum sex circum Architectis, inter quos eminet Dominicus Fontana Comes Palatinus, & Eques Auratus, qui Pontifici, & adstantibus Antonio Cardinali Carafæ Bibliothecario, & duobus ejusdem Sixti ex sorore nepotibus, Alexandro Peretto Cardinali Montalto Vicecancellario, & Michaeli Marchioni Peretto, Civitatis Leoninæ Gubernatori, Bibliothecæ Vaticanæ Ichnographiam flexo genu exhibet. Omnium imagines ad vivum expressæ sunt, authore Petro Fachetto Mantuano, excellenti naturæ imitatore. Inferius scriptum: *Sixtus V. Pont. M. Bibliothecæ Vaticanæ ædificationem præscribit*. Consequuntur Picturæ Conciliorum Generalium hunc in ordinem dispositæ.

1. Paries proximus semicolumnæ parastaticæ, pluteis superior, pictum exhibet ab Henrico Flandro *Concilium Nicænum primum* omnium Generalium, habitum anno 325. contra Arium, tempore S. Sylvestri, qui eo Legatos tres misit, Hosium nempe, Episcopum Cordubensem, & Vitum, atque Vincentium S. R. E. Presbyteros Cardinales, puniceis heic vestibus indutos, quamquam color is Cardinales non distinxerit ante Innocentii IV. Pontificatum. Præcipuus Legatus Hosius, mitra & pluviali ornatus, medium inter præfatos duos Cardinales locum tenet, ceterisque Patribus, Latino more perperam indutis, chorum efficientibus, præsidet. Senex ille ad Concilii lævam, baculo innixus, S. Spiridion Episcopus Cyprius est, qualis fuisse conjicitur, quum Ethnicum Philosophum convicit. Oculo scilicet dextero orbatus, ac sinistro poplite truncatus. Ex altera parte S. Athanasius tunc Diaconus, cum Alexandro Episcopo, alteri Philosopho silentium imponente, contra hæreticos disputat. E regione Legatorum Sylvestri Pontificis humiliori loco sedet Constantinus Imperator. Ad Concilii autem lævam ex suggesto Diaconus recitat sententiam Patrum in Arium proxime stantem, veste squalida, vultuque impietatem veneficam ostendente. Subsunt verba hæc historiæ: *S. Silvestro PP. Fl. Constantino Magno Imp. Christus Dei filius Patri consubstantialis declaratur: Arii impietas condemnatur*. Inter consequentem angulum, primamque fenestram Constantinus Imp. zelo Religionis exardens, Arianorum libros flammis addicit; ut hæc indicant: *Ex decreto Concilii Constantinus Imp. libros Arianorum comburi jubet*. Hujus incendii pictor Ventura Salimbenius Senensis fuisse creditur.

2. Inter duas primas fenestras spectatur *Concilium Constantinopolitanum I.* congregatum anno 381. in Macedonium negantem Divinitatem Spiritus Sancti, qui significatur flamma ea, quæ e cælo labi super Altare videtur. Quatuor inter ceteros Patres Patriarchæ huic Concilio interfuerunt, nempe Gregorius Constantinopolitanus, Timotheus Alexandrinus, Meletius Antiochenus, & Cyrillus Hierosolymitanus, præsente Theodosio Seniore Imp. ut ad dexteram videre est; ubi & Episcopus ex suggesto sermonem ad Patres habere cernitur. Ad lævam vero historia exprimitur de abdicatione, & depositione, itemque de electione Patriarchæ Constantinopolitani, nempe Nectarii, quem Patres, dejecto Cynico, in Gregorii Nazianzeni sponte cedentis locum a Timotheo Alexandrino suffecto, Constantinopolitanæ sedi præfecerunt. Scriptum est inferius: *S. Damaso Papa & Theodosio Sen. Imp. Spiritus Sancti Divinitas propugnatur; Nefaria Macedonii hæresis extinguitur*. Concilium hoc pinxit Jo: Baptista Novariensis.

3. Sequitur *I. Concilium Ephesinum* habitum an. 431. contra Pelagium, & Nestorium. Altiori loco sedent Legati Pontificis, Arcadius Episcopus, & Philippus Presbyter Cardinalis, inter quos S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus mitra ornatus & Pallio. Eminet omnibus Virgo Maria puerulum Jesum in sinu gestans, quæ hoc in Concilio Mater Dei adserta. Levitæ hinc inde libros legunt, librique hæresibus respersi e mensa quadam in terram dejiciuntur. Ad dexteram peregrinus mendici specie, Nestorianorum metu, inclusam arundini fert S. Cyrilli Epistolam, Concilii nomine ad Patres Constantinopoli degentes scriptam: eodemque ex latere adparet e longinquo Supplicatio Patrum Ephesinorum, quam absoluto Concilio, maxima cum celebritate peractam fuisse perhibent. Subjacet hæc Epigraphe: *S. Cælestino PP. & Theodosio Jun. Imp. Nestorius Christum dividens damnatur: B. Maria Virgo Dei Genitrix prædicatur.* Authorem hujus Picturæ Sperantiam fuisse, autumat Augustinus Taja, aut aliquem ex Francisci Vanni discipulis.

4. *Concilium Chalcedonense* celebratum an. 451. S. Leone Magno Pontifice, & Marciano Imperatore, contra Eutychetem unam in Christo Naturam admittentem. Ideo exhibetur imago Christi manu altera Crucem ferentis, altera terrarum Orbem utrumque, utriusque Naturæ symbolum. Dioscorus Patriarcha Alexandrinus in hac Synodo damnatus, a duobus Levitis exuitur Pontificalibus ornamentis in medio consessu; ex duobus autem Presbyteris, totidemque Diaconis, qui accusationes in eum scriptis mandatas ad Concilium detulerunt, unus tantum heic conspicitur, præter Diaconum prope Thronum stantem, & Epistolam S. Leonis legentem, qua Eutychiana hæresis confixa est. Subest hæc Inscriptio: *S. Leone Magno PP. & Marciano Imp. infelix Eutyches unam tantum in Christo post Incarnationem Naturam asserens confutatur.*

5. Quarto loco inter fenestras depictum est *II. Concilium Constantinopolitanum* habitum, anno 553. Consurgit Altare, ad cujus lævam Justinianus Imp. & Mennas Patriarcha Constantinopolitanus, sedent; ad dexteram vero Diaconus ex Cathedra legit damnationem errorum Anthymi, Sergii, & Theodori Mopsvesteni, nec non Petri Antiocheni, Theodoriti, Ibæ, & aliorum. Patres etiam nonnulli libros manibus tenent, & Origenis præsertim dogmata expendunt, juxta censuram, quam Monachi stantes, eisdem offerunt. Infra hæc legas: *Vigilio Papa, & Justiniano Imp. contentiones de tribus Capitibus sedantur: Origenis errores refelluntur.* Quæ tria Capita ad Theodorum Mopsvestenum, Theodoritum Cyrensem, & Ibam Edessenum pertinent; ut acta hujus Concilii docent. Pictura hęc præstat ceteris, quas ad hoc latus memoravimus.

6. *Concilium Constantinopolitanum III.* sub Agathone an. 681. adversus Monothelitas celebratum. Ad lævam Aræ Diaconus obsignat scripta Catholica, ne ab hæreticis corrumpantur. Falsas Patrum authoritates, ab hæreticis adlatas, Episcopi ad genuinos Codices examinant. Author fraudis Macarius Patriarcha Antiochenus in medio adstans exauthoratur, & Stephanus Monachus ejus discipulus Diaconali veste exuitur. Ad dexteram Joannes Episcopus Portuensis in Basilica S. Sophiæ, die Paschatis coram Imperatore, & duobus Cardinalibus Legatis Pontificiis, solemnem Missam Latino ritu celebrat. Haud procul Diaconus in suggesto conspicitur, qui Romani Pontificis Epistolas, & latam ab eo contra hæreticos sententiam legit. Inferius hæc habentur: *S. Agathone PP. Constantino Pogonato Imp. Monothelitæ hæretici unam tantum in Christo Voluntatem docentes exploduntur.*

7. *Concilium Nicænum II.* celebratum sub Adriano I. & Constantino Irenes filio, circa an. 787. adversus Iconomachos. In medio consessu tres Episcopi hæresim abjurant coram Pontificiis Legatis, altero vestibus Cardinalitiis induto, ex Pictoris arbitrio, altero Monachum Abbatem referente. Diaconus præterea ad dexteram ex suggesto Concilii decreta promulgat, eademque ex parte S. Lucas Deiparam Virginem puerulum Jesum in sinu gestantem pingit, variis circum utriusque sexus hominibus sacras Imagines adorantibus. Subjecta est hæc Epigraphe: *Hadriano PP. Constantino Irenes Fil. Imp. impii Iconomachi rejiciuntur: Sacrarum Imaginum veneratio confirmatur.*

8. *Concilium Constantinopolitanum IV.* coactum sub Adriano II. & Basilio Imp. circa annum 869. contra Photium, senis specie ad lævam depictum, baculoque innixum; qui tamen, utpote Eunuchus, perperam heic barbatus exhibetur. Eadem ex parte Photii adseclæ Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi libellos pœnitentiæ coram Synodo flexis genibus proferentes, manuum impositione recipiuntur. Adest & Ignatius Pallio ornatus, Sedique suæ restitutus; Diacono ad dexteram Concilii adversus Photium sententiam recitante. Inferius

scri-

scriptum : *Hadriano II. PP. & Basilio Imp. S. Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus in suam Sedem , pulso Photio, restituitur* . In angulo dextero hujus Concilii Chirographa Photii , ejusque Conciliabuli acta adversus Nicolaum I. Papam , & Ignatium Patriarcham Constantinopolitanum, jussu Basilii Imp. incenduntur ; ut hæc indicant verba, quæ infra leguntur: *Ex Decreto Concilii Basilius Imp. Chirographa Photii , Conciliab. acta comburi jubet* .

De Picturis quæ Columnas parastaticas exornant.

In sex Columnis parastaticis quadratis , & duabus semicolumnis item parastaticis , quibus fornix Aulæ Sixtinæ sustentatur , depicti sunt Inventores characterum variarum Linguarum , qui totidem schedulis , supra singulorum authorum imagines positis , comprehenduntur; quosque æri incisos , doctisque observationibus illustratos in Angeli Rocchæ Bibliotheca Vaticana invenies . Porro semicolumna ea, quæ ad dexteram ingredientium hærens muro prima objicitur , effigiem repræsentat Adami Protoplastæ , pelle cincti , manuque altera pomum , altera ligonem tenentis , uti primarum Literarum inventoris , quæ in schedula capiti ipsius Adami superposita , ex arbitrio Pictoris , effictæ sunt . Ad ejus vero pedes hæc legitur Epigraphe ; *Adam divinitus edoctus , primus Scientiarum & Literarum Inventor* .

Prima vero Columna quadrata præfatæ semicolumnæ opposita , exhibet in facie sinistra duos Sethi filios , qui , teste Josepho Ebræo , duas construxerunt columnas , alteram lateritiam , alteram marmoream , seu æneam , in quibus elementa Artium liberalium , ac præsertim Astrologiæ insculpserunt , ea ab igne , imbribusque , ad posterorum memoriam , hoc modo tutaturi. Superius idem Alphabetum fictitium, Adamo adscriptum, repetitur . Inferius vero hæc : *Filii Seth columnis duabus rerum Cælestium disciplinam inscribunt* . In altera facie Abrahamum Patriarcham , senem , vestibus oblongis indutum , ense succinctum , ut bellatorem contra quinque Reges , manuque circinum & amussim gestantem : quibus Pictor significare Mathesim , ab eodem Abrahamo Sacerdotibus Ægyptiis traditam, voluit, authoritate Josephi ductus . Scriptæ sunt superius literæ Chaldaicæ , seu Syriacæ ; inferius vero : *Abraham Syras & Chaldaicas literas invenit* . In tertia facie Mosen Prophetam , qui dextera manu Pentateuchum gerit , sinistram vero duabus Decalogi tabulis admovet , quæ totidem Libris , Præcepta Judæorum adfirmantia , & negantia indicantibus , superimpositæ sunt . Hunc Eusebius authorem putat antiqui Alphabeti Ebraici , quod superius iisdem prorsus commentitiis characteribus , quibus præmemoratum Alphabetum Adami , & Sethi filiorum , exprimitur . Inferius vero scriptum : *Moses antiquas Hebraicas literas invenit* . In quarta demum facie Esdram præfert Sacerdotali veste indutum , altera manu calamum , altera vero librum tenentem ; superposito recentiori Alphabeto Ebraico , & hisce subjectis : *Esdras novas Hebræorum literas invenit* .

Secunda Columna quadrata objicit in prima fronte Isidem Ægypti Reginam , læva sceptrum , frumentique spicas quinque gestantem . Ejus caput diademate Regio , cui præfixa Lunula semiplena , redimitum est ; quod , teste Plutarcho , & ipsa pro Luna accepta fuit . Ad pedes vero Crocodilus jacet , Ægypti symbolum . S. Augustinus lib. 18. de Civit. Dei c. 37. eam adfirmat excogitasse literas Ægyptiacas , quæ superius pro ingenio delineatæ videntur . Infra vero hoc scriptum ; *Isis Regina Ægyptiarum literarum inventrix* . In secunda fronte Mercurium galeatum , cothurnatum , alisque redimitum , dextera Caduceum , seu virgam duobus circumdatam Serpentibus habentem . Ad pedes jacet caput Argi Centoculi , ab eo , ut fert fabula , amputatum . Creditur author Hieroglyphicorum ; ideo prope adsurgit Pyramis , ejusmodi notis insculpta . Superius Alphabetum est reputatum Ægyptiacum . Inferius hæc : *Mercurius Thoyt Ægyptiis Sacras literas conscripsit* . In tertia fronte Herculem , clavæ innixum , altera vero manu pellem Leonis tenentem . Ad latus dexterum stat Puerulus tabellam præ manibus habens : quo Pictor ad illud adludit , quod Herodotus lib. 2 in Euterpe narrat de duobus infantibus , qui , Psammetichi Ægyptiorum Regis jussu , usque ad alterum ætatis annum soli educati , caprarumque lacte enutriti , vocem *Beccus* , quæ Phrygico sermone panem sonat , nemine antea quavis lingua coram loquente , ediderunt . Porro Mercurium inventorem dicunt Alphabeti Phrygici , quod fictitiis characteribus , quibus Alphabetum Ægyptiacum Isidi Reginæ adscriptum , supra ejus caput expressum conspicitur . Inferius vero hæc legitur Epigraphe : *Hercules Ægyptius Phrygias literas conscripsit* . In quarta denique fronte Mnemnonem videre est, equestri, seu militari habitu indutum; & ipsum creditum Ægyptiacarum literarum inventorem , quæ cum prædicto Mercurii Alphabeto adamussim concordantes , Mnemnoni ipsi superpositæ sunt ; cujus a tergo sepulcrum ipsius & duæ

duæ aves supervolantes cernuntur, ad significandam fabulam, quam stricta elegantique oratione de eodem scripsit Ovidius. Subest hæc Epigraphe: *Mnemnon Phoronæo æqualis literas in Ægypto invenit.*

Tertia Columna quadrata primo Cecropem monstrat, Athenienfium Regem, sinistra manu sceptrum Regale, cujus in cacumine Noctua, Athenarum stemma, dextera vero jugum habentem, duasque manus complicatas, symbola conjugalis fidei: quod is author inter suos fuerit ineundi matrimonii, revocatis hominibus ab ritu ferarum ad vitam honestam & legitimam; ideo prope pictus est Satyrus. Inscriptio subjecta eum Græcarum literarum inventorem adpellat, in hæc verba: *Cecrops Diphes primus Athenienfium Rex Græcarum literarum Auctor.* Quamquam putetur solas septemdecim literas excogitasse, quæ in superposita schedula exhibentur; videlicet ΑΒΓΔΕ:ΚΑΜΝΞΟΠΡΣΤΦ. Secundo Phœnicem, uti avis ejus nominis, in ipsius casside effcta indicat. Purpura indutus est Phœnix Tyriorum more, qui habent perfectissimam. Supra Alphabetum est recens Syriacum, quod ex inscitia eorum qui pictoriis hisce operibus præsederunt, perperam cum Phœnicco confunditur. Infra vero hæc: *Phœnix literas Phœnicibus tradidit.* Tertio Cadmum Phœniciæ Regem, & ad ejus pedes Draconem, quem fabula prædicat ab eo interemtum. Subscriptum est: *Cadmus Phœnicis frater literas sexdecim in Græciam intulit.* Quæ tamen literæ in schedula supra Cadmi caput posita, septemdecim numerantur, eædemque omnino sunt ac illæ, quæ supra paullo ante memoratam Cecropis effigiem conspiciuntur. Quarto demum Linum Thebanum, creditum quoque authorem Græcarum literarum. Laurea redimitus Lyram gestat, ut Poeta, excellensque Musicus. Infra legitur: *Linus Thebanus literarum Græcarum Inventor.* Supra vero eædem, quæ Cecropi & Cadmo inscriptæ sunt, literæ septemdecim proferuntur.

Quarta Columna quadrata ostendit prima facie Palamedem militari veste, clypeo protectum, in quo Grus Lapillum pede sustinens, pluribus aliis Gruibus per aëra gregatim volantibus; ad lævam vero Sol & Luna conspiciuntur. Adfuit enim bello Trojaro, & Eclypsim in castris visam rem esse ex ordine naturæ, minimeque timendam primus docuit. A Gruibus vero excubiarum usum, disponendique Exercitus modum primus itidem accepisse fertur, & quatuor inde literas Alphabeto Greco adjecisse, scilicet Θ Ξ Φ Χ. capiti ejus superpositas: ut hæc habet subjecta Inscriptio: *Palamedes Bello Trojano Græcis litteras IV adjecit.* Altera facie Pythagoram Samium, librum manu leva gestantem, indice vero dexteræ digito, ad labia admoto, silentium precipientem, quo Discipulos suos quinquennio probabat. Prope pedes stateram habet, adludentem ad auream ejus sententiam: *Stateram ne excedas*; qua docebat moderationem. Scriptum infra: *Pythagoras Y literam ad humanæ vitæ exemplum invenit.* Nam pars inferior hujus litere pueritiam significat, rectam in sua simplicitate, divisio in duas lineas superiores viam virtutis, viamque vitiorum; quippe alterutra post pueritiam suscipitur. Tertia facie Epicharmum Poëtam comicum, personam scenicam sinistra gestantem; quem nonnulli putarunt inventorem literarum Θ & Χ. Ideo inferius: *Epicharmus Siculus duas Græcas addidit litteras*; que in superiori schedula exhibentur. Facie demum quarta Simonidem laurea ornatum, gerentemque manu Lyram, cui octavam chordam addidisse perhibetur. Quatuor is Grecas literas, nempe Ζ Η Ψ Ω. que supra ejus caput cernuntur, excogitavit, teste Svida. Ideo inferius scriptum: *Simonides Melicus quatuor Græcarum litterarum Inventor.*

Quinta Columna quadrata primo loco reprefentat Nicostratam Carmentam Evandri matrem, cui sexdecim Latinas literas adscripserunt, que in superiori schedula exarate sunt; videlicet, A. B. C. D E. I. L. M. N. O. P. R. S. T. V. Scriptum vero infra: *Nicostrata Carmenta Latinarum litterarum inventrix.* Secundo loco, Evandrum Regem, militari habitu indutum, ceu literarum H. K. Q. X. Y. Z. supra scriptarum inventorem; ut hæc subscripta indicant: *Evander Carmentæ filius Aborigines literas docuit.* Tertio, Claudium Imperatorem laurea redimitum, librum manu gestantem; qui, testibus Corn. Tacito, & Svetonio, tres literas Alphabeto Latino adjecit, ex quibus sola F remanet, superius expressa. Infra vero: *Claudius Imp. tres novas literas adinvenit.* Quarto demum loco, Demarathum Corinthium, Greco habitu indutum; quem Alphabeti Hetrusci, superius delineati, authorem fuisse tradit Tacitus. Unde inferius hec legas: *Demarathus Corinthius Hetruscarum literarum auctor.*

Sexta & ultima Columna quadrata oculis subjicit primo Ulphilam Gothorum Episcopum, Pontificali ornatu indutum, ejus gentis literarum inventorem. Hinc supra caput Alphabetum Gothicum; ad pedes vero hæc: *Ulphilas Episcopus Gothorum literas invenit.* Deinde

de S. Joannem Chrysostomum Patriarcham Constantinopolitanum, Græco more indutum; cui Alphabetum Armeniacum, superius descriptum, Latina adtribuit inferior hæc Epigraphe: *S. Jo. Chrysostomus literarum Armenicarum Auctor*. Tum S. Hieronymum Stridoniensem, tamquam Alphabeti Illyrici inventorem; quod ideo ejus capiti superpositum est. Ad pedes Leo, solitariæ vitæ ab eodem S. Doctore actæ symbolum, jacere cernitur. Infra vero hæc leguntur: *S. Hieronymus litterarum Illyricarum inventor*. Postremo S. Cyrillum Sclavorum Episcopum, qui S. Clementis Papæ corpus Romam adtulit. Anchoram habet ad pedes, indicium Martyrii S. Clementis. Aliud & ipse Illyricum, seu Servianum Alphabetum, in superiori schedula delineatum, excogitavit; ut hæc infra scripta docent: *S. Cyrillus aliarum litterarum Illyricarum Auctor*.

Consequitur e regione postremæ hujus Columnæ parastaticæ quadratæ, alia semicolumna item parastatica parieti adnexa, exhibens D. N. JESUM CHRISTUM, dextera manu benedicentem, læva autem librum apertum tenentem; in quo hæc scripta: *Ego sum* A *&* Ω *Principium & Finis*. Inferius vero: *Jesus Christus Summus Magister*, *cælestis doctrinæ Auctor*. Ad ejusdem semicolumnæ latus dexterum, stat *S. Sylvester Papa* Triregno aliisque Pontificiis indumentis insignitus; cum hac subtus Epigraphe: *Christi Domini Vicarius*. Ad sinistrum vero *Constantinus Magnus*, paludamento, seu Imperatorio habitu indutus; cujus infra pedes hæc leguntur: *Ecclesiæ defensor*.

De Picturis, & Emblematibus Fenestrarum & Fornicis Aulæ Sixtinæ.

Quatuordecim magnis fenestris amplissimam Aulam Sixtinam, quæ proprie Vaticana Bibliotheca adpellatur, illustrari superius monuimus. Earum septem ad septentrionem, totidemque ad meridiem vergunt, variis omnes emblematibus & symbolis condecoratæ. Quæ autem ceteris elegantiora censentur, ea sunt symbola quatuor Elementorum, & quatuor Anni tempestatum, quæ subter arcus totidem fenestrarum hinc atque inde occurrunt. Et Elementa quidem hisce ad septentrionem imaginibus expressa sunt. 1. Mulier Delphino insidens, tridentemque manu gestans, elementum Aquæ designat. Hinc super arcum scriptum: *Procreationum origo*. 2. Mulier humi jacens, Leone, aliisque Animalibus circumstantibus, Terræ symbolum est hisce verbis inscriptum: *Mater omnium*. 3. Mulier humi sedens, flammasque igneas dextera manu gerens, & igneam habens comam, intra quam Phœnix, ad elementum Ignis adludit. Scriptum est supra: *Procreationis expers*. 4. Mulier supra aërem, per nubem repræsentatum, sedens, aëreamque comam habens, elementum Aëris significat. Superius legitur: *Inanitatis impatiens*.

Anni vero quatuor Tempestates, hisce symbolis, prout ab Ovidio lib. 1. Metamorph. ad meridiem describuntur, superpositis totidem Hemistichiis ex eodem Ovidio depromtis; videlicet. 1. Ver per mulierem exprimitur, quæ dextera manu sertum, læva cornucopiam floribus plenam gerit. Superius scriptum: *Cinctum florente corona*. 2. Æstas item per mulierem spicis triticeis redimitam, dextera falcem, læva spicarum fasciculum habentem. Superius: *Spicea serta gerit*. 3. Autumnus per mulierem racemis coronatam, vitibusque circumseptam. Hemistichium superpositum est hujusmodi: *Calcatis sordibus uvis*. 4. Denique Hiems per senem ad ignem sedentem, seque calefacientem designatur, cum hocce Hemistichio: *Canos hirsuta capillos*.

Ad hujusce autem Sixtinæ Aulæ Fornicem quod adtinet, variis ille picturis & ingeniosissimis imaginibus (a Joanne Mutinensi, & Jo: Baptista Novariensi delineatis, atque a pluribus aliis Pictoribus ad unguem absolutis,) undique distinctus est, & insignibus Sixti V. decoratus, quibus multa etiam alia id genus ornamenta adfabre circumjecta sunt. Inter cetera sexdecim puerorum aligerorum chori in totidem Fornicis ipsius mediis intervallis, libros sibi invicem porrigentium, exhibentur; in quorum medio totidem quoque mulieres librum apertum præ manibus habentes, & scientiam, aut artem aliquam liberalem præseferentes, adstare conspiciuntur. Ad parietes vero inter fornicem, & circumductam coronam, prostypis & auro ornatam, ex symbolicis variarum Virtutum imaginibus, ceterisque picturis, magni sunt, eę pręsertim, quę Sixti Quinti gesta exponunt, prępositis totidem distichis, rude ingenium ejus ętatis Poëtarum, atque stylum sapientibus; quę mox subjiciemus.

Itaque a tergo introitus Bibliothecæ ad dexteram supra Concilium Nicęnum objicitur Sixti Quinti Coronatio, ingenti utriusque sexus hominum concursu celebrata Kalendis Maji 1585. ante Fores Basilicę Principis Apostolorum, absque tholo, sicuti tunc temporis exstabat, heic expresse, quem artis & potentię miraculum recte dixeris, idem Sixtus haud

haud multo post erexit. Scriptum est superius hocce distichon *Guillelmi Blanchi* Galli, a cubiculis Pontificiis, authoris quoque ceterorum, quem alterum Martialem, imo vero in Latine scribendo elegantiorem, bonus vir Angelus Rocca in sua Vaticana Bibliotheca p. 187. novissimæ editionis Romanę facere non dubitavit; nec aliam inter utrumque differentiam agnoscit, quam quod ille Hispanus lascivus, hic Gallus pudicus fuerit:

Hic tria Sixte Tuo Capiti Diademata dantur;
Sed quartum in Cœlis te Diadema manet.

Januę autem supra coronam imminet ejusdem Pontificis, ut ajunt, Possessus, equitatu longo ordine disposito, ad Basilicam Lateranensem a Vaticana procedente. Superius hoc distichon:

Ad Templum Antipodes Sixtum comitantur euntem,
Jamque novus Pastor pascit ovile novum.

Antipodes Blanchus vocat Reges Japonenses, qui Sixtum Lateranensis Ecclesię possessionem adeuntem comitati sunt.

Consequuntur ad lęvam ejusdem Bibliothecę introitus supra fenestrarum coronam, I. Leo tribus superstans montibus, Pontificis Sixti stemma, circumdatus ovibus: a longe lupi fugati, vibratis ab Leone fulminibus. Supra hoc distichon:

Alcides partem Italiæ prædone redemit;
Sed totam Sixtus: Dic mihi, major uter?

II. Obeliscus Vaticanus in mediam Basilicę S. Petri Aream a Sixto erectus, ac Divino cultui addictus. Supra:

Dum stabit motus nullis Obeliscus ab Euris,
Sixte, tuum stabit nomen, honosque tuus.

III. Pyrus fructu onustissima, a Leone concussa, multis circum ovibus pyra inde decidentia comedentibus, ad significanda Sixti insignia, & ejus temporis felicitatem. Supra:

Temporibus Sixti redeunt Saturnia regna;
Et pleno cornu copia fundit opes.

IV. Columna Trajana, cum circumjectis Ædificiis. Eminet in vertice statua ænea S. Petri Principis Apostolorum a Sixto conlocata. Supra:

Ut vinclis tenuit Petrum, sic alta Columna
Sustinet: hinc decus est, dedecus unde fuit.

V. Sixtus Quintus vix Pontificatum adeptus, ad Basilicam Liberianam pergit, indicturus Jubilæum, innumera hominum cujusvis sexus, conditionis ac ętatis turmatim, longoque ordine ad eandem Ecclesiam confluente. Supra:

Sixtus Regnum iniens indicit publica vota.
Ponderis o quanti vota fuisse vides!

Ibi videre est, qualis tunc esset ea Basilica, quam postea idem Sixtus, & Paulus V. duobus magnificis Sacellis, ac Tholis auxerunt, Clemens X. exterius adfabre ornavit, Sanctissimus vero D. N BENEDICTUS XIV. novam pene ingenti sumtu effecit.

VI. Lateranensis Basilica, Palatium, & Obeliscus, ut hoc ostendit superpositum distichon:

Quintus restituit Laterana Palatia Sixtus,
Atque Obelum medias transtulit ante fores.

VII. Fons ad Thermas Diocletiani, dictus Felix a nomine Sixti ante Pontificatum; cujus in fronte hęc legas: *Sixtus V. Pont. Max. Picenus Aquam ex agro Columnæ via Prænest. sinistrorsum multarum collectione venarum ductu sinuoso a receptaculo mill.* XX. *a capite* XXII. *adduxit, Felicemque de nomine ante Pont. dixit*. Superius vero hocce legitur distichon:

Fons Felix celebri notus super ætera versu,
Romulea passim jugis in Urbe fluit.

VIII. In fronte Arcus sinistri ad Aulę hujus extremitatem Urbs Roma spectatur cum quinque Viis, a Sixto laxatis, & directis; ut hæc indicant:

Dum rectas ad Templa vias sanctissima pandit,
Ipse sibi Sixtus pandit ad astra viam.

IX. In fronte alterius Arcus ad alam dexteram, surgunt tres albi Montes, Sixti insignia, totidem diadematibus redimiti, quorum superius chorum virginum, medium viduarum, inferius vero nuptarum mulierum complectitur, suibus longe fugientibus. Symbolum superposito hocce disticho explicatur:

Virgo

Virgo intacta manet, nec vivit adultera Conjux,
Castaque nunc Roma est, quæ fuit ante Salax.

X. Supra primam fenestram in regressu ad dexterum Bibliothecę latus, repręsentatur insigne Sacellum Pręsepii D.N. JESU CHRISTI in Liberiana Basilica a Sixto constructum; ut hoc superpositum distichon docet:

Virginis absistit mirari Templa Dianæ
Qui Fanum hoc intrat, Virgo Maria, tuum.

XI. Supra secundam fenestram Obeliscus, in Foro Ecclesiæ S. Mariæ ad Portam Flaminiam ab eodem Pontifice erectus. Superius hocce distichon:

Maximus est Obelus circus, quem maximus olim
Condidit, & Sixtus Maximus inde trahit.

XII. Supra tertiam Xenodochium, nunc Collegium Ecclesiasticorum, a Patribus Scholarum Piarum administratum, ad Pontem Sixti IV. a Sixto V. excipiendis alendisque Pauperibus, ædificatum; ut præfixum indicat distichon:

Quæris, cur tota non sit mendicus in Urbe?
Tecta parat Sixtus, suppeditatque cibos.

XIII. Supra quartam fenestram Columna Antoniana cum statua Ænea Doctoris Gentium, a Sixto superposita. Adscripti versus facti Apolline lævo:

Jure Antoninum Paulo vis, Sixte, subesse.
Nam vere hic Pius est, impius ille Pius.

XIV. Supra quintam solemnis translatio Corporis S. Pii V. ad Basilicam Liberianam a Sixto facta, quæ hocce inscribitur disticho, quod subtile, ex elegantissimum bonus Rocca adpellat:

Transfers Sixte Pium: Transferre an dignior alter,
Transferri an vero dignior alter erat?

XV. Supra sextam Obeliscus Octavii Augusti, ex ejusdem Mausolæi parietinis a Sixto translatus, & retro prælaudatam Basilicam Liberianam erectus. Inscriptio est hujusmodi:

Qui Regum tumulis Obeliscus serviit olim,
Ad Cunas Christi, Tu pie Sixte locas.

XVI. Supra septimam denique fenestram Mare conspicitur, in quo Triremes quatuor adversus Piratas a Sixto instructæ. Superius legitur:

Instruit hic Sixtus classes, quibus æquora purget,
Et Solymos victos sub sua jura trahat.

De duobus Cubiculis, Aulæ Sixtinæ ad occasum adnexis.

Ab Aula hac amplissima gradu uno conscenso, per duos magnos arcus patet aditus in duo veluti cubicula ejusdem ac illa latitudinis, quæ rectius extremitatem ipsius Aulæ dixeris, totidem arcubus interstincta, fenestrisque tribus illustrata, quarum una in priori cubiculo ad meridem, aliæ vero duæ in altero cubiculo e regione arcuum & duarum Aulæ magnæ alarum, ad occasum vergunt. In dextera prioris cubiculi parte Janua est Archivi Vaticani, cui imminet Protome ænea Pauli V ejusdem Archivi fundatoris. Ad sinistram vero sub arcu medio, primum cubiculum veluti bifariam dividente, surgit Columna ex Onychite, seu Alabastrite Orientali, diaphana, solida, circumlata palmis 5. $\frac{1}{3}$, alta 13. $\frac{1}{4}$, inventa in Appia. E regione hujus Sarcophagus est marmoreus longus palmis 9., latus 3. $\frac{1}{3}$, altus 3. $\frac{1}{4}$ cum Asbestina Sindone a Clemente XI. Vaticanæ Bibliothecæ dono datus, & hujusmodi inscriptione insignitus: *Clemens XI. Pont. Max. Bibliothecam Vaticanam refectis picturis prope vanescentibus in pristinum splendorem restitutam, vetustissimis Codicibus manuscriptis, Syriacis præsertim & Arabicis ex interiori Ægypto conquisitis & avectis, aliaque litteraria supellectile locupletatam, asbestina raræ magnitudinis Sindone, insigni priscorum temporum monumento una cum urna marmorea, in qua combustis cineribus circumjecta latuerat, ex antiquis Urbis ruinis effossa, donavit anno Domini* MDCCXV. *Pontificatus sui* XV.

Sarcophago proxima ad dexterum latus visitur marmoreum sepulcrale monumentum altum palmis 4. $\frac{1}{4}$, latum 2. $\frac{1}{2}$; cui hæc præfixa est Epigraphe: *D. M. C. Fanni C. F. Hellanici Vix. ann.* XLVIII. *d.* XI. *Nævia Taurina conjugi Benemerenti*. Ad lævum autem latus prostat marmorea basis Virginis Vestalis, Navem Salviam zona deducentis, alta palmis 3. $\frac{1}{4}$, lata 2. $\frac{1}{2}$, inscripta, uti sequitur: *Matri Deum & Navi Salviæ, Salviæ voto suscepto Claudia Syntyche d. d.*

In

In parietibus utriusque Cubiculi egregie depicta objiciuntur Concilia octo Oecumenica Occidentalia, quæ hunc in ordinem sunt distributa.

I. Ad januam Archivi Vaticani sese offert *Concilium Lateranense I.*, alias III. circa ann. 1179. celebratum, præsidente ad dexteram Alexandro III. Summo Pontifice. Inter ceteras ab hoc Concilio editas sanctiones, Trojæ ludi, vulgo Torneamenta, fuerunt prohibita. Hinc ad dexterum ejus angulum ingens ejusmodi ludorum adparatus cernitur, Prelato uno edictum Concilii manu gestante, Torneamentique Ducem adloquente. Prope consurgit Palatium Lateranense; ex altero autem angulo Roma, & Tyberis repræsentantur. Tabula hæc ab janua Archivi in medio posita bifariam dividitur. Hinc duplex Inscriptio subest, quarum prior ad dexteram hujusmodi est: *Alexandro III. Pont. Friderico I. Imp. Waldenses & Cathari hæretici damnantur: Torneamenta vetantur*. Altera vero ad sinistram: *Alexandro III. Pont. Friderico I. Imp. Laicorum & Clericorum mores ad veterem disciplinam restituuntur*.

II. Circum januam dexteram alterius Cubiculi, qua ad Conclavia Bibliothecæ ad septentrionem posita transitur, depictum est *Concilium Lateranense II.* alias IV. anno 1215. coactum, subjecta hac Epigraphe: *Innocentio III. Pont. Friderico II Imp. Abbatis Joachim errores damnantur: Bellum Sacrum de Hierosolyma recuperanda decernitur: Crucesignati instituuntur*. Hinc Innocentius in Sella Pontificia sedens, duos Viros ad ejus pedes provolutos Crucesignatorum Duces instituere conspicitur. Ad sinistrum hujus Concilii latus idem Pontifex Innocentius dormiens, Sanctus vero Franciscus Assisiensis Basilicam Lateranensem ruinosam humeris suis sustentans, exhibentur. Subtus hæc: *Innocentio III. Pontifici per quietem S. Franciscus Ecclesiam Lateranensem humeris sustinere visus est*. In latere alio S. Dominicus Fidei Inquisitor, scopam, sive flagellum manu gerens, jubet exuri libros Hæreticorum. Subest hæc Inscriptio: *S. Dominico suadente contra Albigenses Hæreticos Simon Comes Montiforten. pugnam suscipit, egregieque conficit*.

III. Sequitur inter duas fenestras e regione arcuum ad occasum, *Lugdunense I. Concilium* celebratum anno 1245. sub Innocentio IV. qui ad dexteram subsellio insidens, pileo rubro Cardinales decorare cernitur; ad lævam vero sedet Ludovicus Rex Francorum. Quid autem eo in Concilio actum docet subjecta hæc Inscriptio: *Innocentio IV. Pont. Max. Imp. Federicus II. hostis Ecclesiæ declaratur Imperioque privatur: De Terræ Sanctæ recuperatione constituitur: Hierosolymitanæ expeditionis Dux Ludovicus Francorum Rex designatur: Galero rubro & Purpura Cardinales donantur*.

IV. Circum januam ad sinistram, qua patet ingressus in Conclavia ad meridiem, conspicitur *Concilium Lugdunense II.* anno 1274. congregatum, præside Gregorio X. In eo definitum est Spiritum Sanctum a Patre Filioque procedere. Ideo ad dexterum Januæ latus in chorali libro ex una parte scriptum: *Qui a Patre Filioque procedit*. Ex altero vero eadem verba musicis notis insignita Græce proferuntur: ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ ΤΟ ΑΓΙΟΝ ΕΚ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΥΙΟΥ ΕΚΠΟΡΕΥΟΜΕΝΟΝ. Solemniter enim cantata fuerunt. In eodem latere duæ videntur mulieres Ecclesiastica veste, sese invicem salutantes, Ecclesia scilicet Græca, & Latina, sancto foedere conjunctæ. Inferius isthæc leguntur: *Gregorio X. Pont. Græci ad Sanctæ Ecclesiæ Romanæ unionem redeunt.* Prope Pontificis pedes procumbit Rex Tartarorum, ad cujus latus stat Fr. Hieronymus Asculanus ex Ordine S. Francisci, postea Nicolaus IV. Papa, qui eum Regem ad Fidem perduxerat. Idcirco inferius: *Fr. Hieronymus Asculanus Ord. Min. ad Concilium Regis Tartarorum Legatos deducit*. In lævo autem angulo baptizatur unus ex ejus Legatis; ut inferius hisce indicatur verbis: *Unus ex Tartarorum Regis Legatis cum duobus sociis solemniter baptizatur*. Ad dexterum angulum S. Bonaventura Cardinalis e Cathedra cum Græcis de Processione Spiritus Sancti disputat, circumstantibus multis Ordinis Minorum Alumnis. Scriptum infra: *In hoc Concilio S. Bonaventura egregia virtutum officia Ecclesiæ Dei præstitit*.

V. Inter duos Arcus e regione fenestrarum *Concilium Viennense* exprimitur, anno 1311. congregatum sub Clemente V. authore Codicis Decretorum, & studii Linguarum Orientalium in quatuor Europæ Academiis, quas innuere videntur quatuor Doctores, qui Libros manu gerentes, ad pedes Pontificis provoluti, medio in Concilio adparent. Cetera Inscriptio subjecta exponit: *Clemente V. Pontifice Clementinarum Decretalium Constitutionum Codex promulgatur: Processio Solemnitatis Corporis Domini instituitur. Hebraicæ, Chaldaicæ, Arabicæ, & Græcæ Linguarum studium propagandæ Fidei ergo in nobilissimis quatuor Europæ Academiis instituitur*.

VI. Ad

VI. Ad sinistram partem prioris Cubiculi in regressu, *Concilium* est *Florentinum*, anno 1439. absolutum. Præsidet Eugenius IV. circumadsidentibus Josepho Patriarcha Constantinopolitano, & Joanne Paleologo Græcorum Imperatore, necnon S. R. E. Cardinalibus, multisque Episcopis, tum Orientalibus, tum Latinis, Abbatibus, Monachis, & Crucesignatis. Ad dexterum Concilii latus Levita ex suggesto legit Confessionem prælaudati Josephi Patriarchæ, qui Florentiæ obivit. Ad sinistrum Levita alius Decreta Concilii recitat. Infra vero hæc legitur Epigraphe: *Eugenio IV. Pontifice, Græci, Armeni, Æthiopes ad Fidei unitatem redeunt*.

VII. In Arcu medio, quo Cubiculum hoc veluti bifariam dividi præmonuimus, ad meridiem, repræsentatur *Concilium Lateranense III.* alias V. anno 1512. inchoatum, cui interfuere Maximilianus Imperator, & Franciscus Rex Galliæ, quos idem Concilium Christiani exercitus Duces adversus Turcas constituit; ut binæ docent subjectæ Inscriptiones, quarum altera ad lævam hisce concepta est verbis: *Julio II. & Leone X. Pont. Max. Bellum contra Turcam, qui Syriam & Ægyptum, proxime Sultano victo occuparat, decernitur.* Altera ad dextram: *Maximilianus Cæsar & Franciscus Rex Galliæ Bello Turcico Duces præficiuntur*.

In alia demum parte Arcus hujus, quæ portam Archivi Vaticani respicit, circum conspicitur effictum *Concilium Tridentinum*, anno 1545. cœptum; duplici Inscriptione subjecta, quarum prima ad dextram; videlicet: *Paulo III. Julio III. Pio IV. Pontificibus, Lutherani, & alii hæretici damnantur*. Altera ad lævam: *Cleri Populique disciplina ad pristinos mores restituitur*.

Fornices utriusque Cubiculi ejusdem prorsus ingenii ac pretii, quibus fornix magnæ Aulæ, ornamentis, & picturis undique insigniti sunt. Ceteris excellunt quæ in duplici fornice prioris cubiculi Cappellas repræsentant, quas olim habebant Pontifices, scilicet in S Mariæ Majoris, S. Crucis in Hierusalem, S. Mariæ de Populo, SS. XII. Apostolorum, S. Joannis Lateranen. S. Sabinæ, S. Pauli, & S. Laurentii extra muros. Earum priores quatuor ad meridiem, aliæ ad septentrionem conspiciuntur; uti & eæ, quæ Palatium Lateranense vetus & novum cum maxima utriusque sexus hominum turba supra coronam januarum alterius Cubiculi ad dexteram, & ad sinistram objiciunt, quæque circum fornicem sex artes liberales cum choris puerorum aligerorum designant.

De Conclavibus ad dextram.

Quoniam autem pro modulo nostro jam descripsimus Aulam magnificentissimam, quæ proprie Bibliotheca Vaticana adpellatur, superest, ut de Conclavibus eidem ad extremitatem adnexis, quæ superius memoravimus, modo agamus. Octo Conclavia, seu Cubicula camerata, atque invicem per rectam lineam a septentrione ad meridiem, unacum extremo Aulæ magnæ Sixtinæ Cubiculo in medio posito, concatenata, miræ longitudinis, palmorum nempe in universum 1264. præter latitudines parietum singula Conclavia dividentium, Aulam ipsam Sixtinam excipiunt; ex quibus quatuor ad lævam, totidemque ad dexteram, lata palmos 28. alta 32. Abacis, sive Armariis omnia hinc atque inde referta sunt.

Priora duo eorum, quæ ad septentrionem præfatæ Aulæ Sixtinæ sita sunt, Bibliothecam Paulinam, a Pauli V. nomine nuncupatam, continent; eaque picturis, & monochromatibus aureis undique ornata, varias repræsentant imagines, historias atque insignia ejusdem Pontificis opera, cum subjectis Inscriptionibus. Januæ primi Conclavis, longi palmos 94. quod trinis fenestris ad occasum illuminatur, imminet ex interiori parte Tabula, quæ historiam sistit hisce verbis expressam: *Paulus V. Pont. Max. Franciscam Romanam in numerum Sanctorum refert anno* CIƆIƆCIIX. *Pont.* IV. Prætereuntur nomina Pictorum tam hujus, quam consequentis Conclavis, quod mediocres fuerunt, quamquam plurimas rerum species, easque colorum vivacitate perjucundas exhibuerint. Fornix ad instar dimidii, ut vocant dolii, totus usque ad coronam, quæ auro late circumfulget, pictus, sex lunulis, hinc atque inde trinis, distinguitur. In prima ad dexteram depictum quod sequenti Inscriptione declaratur: *Paulus V. Pont. Max. Sacellum & Sacrarium Sanctæ Mariæ ad Præsepe a fundamentis fecit anno* CIƆIƆCX. *Pontif.* VI. In secunda: *Paulus V. Pont. Max. Ali Goli Bek Mordarxa Abbas Regis Persarum Legatum ad pedum osculum admisit*, *anno* CIƆIƆCIX. *Pont. V.* In tertia: *Paulus V. Pont. Max. Basilicam S. Petri amplificavit, Frontem, Porticumque extruxit, anno* CIƆIƆCX. *Pont.* VI. In quarta lunula e regione tertiæ ad sinistram: *Paulus V. Pont. Max. Aquam in Agro Braccianensi collectam, veteribus ductibus restitutis, novisque additis, trigesimo tertio ab milliario Romam perduxit, anno* CIƆIƆCX.

Pont. VI. In quinta: *Paulus V. Antonium Emanuelem Alvari Regis Congi Legatum ex longo & difficili itinere ægrotantem in Vaticano excepit, paucisque post diebus morti proximum invisit*, *anno* CIƆIƆCIIX. *Pont.* IV. In sexta ac postrema lunula: *Paulus V. Pont. Max. Palatio Quirinali magna parte a se aucto supremam manum imposuit*, *anno* CIƆIƆCX. *Pont.* VI.

Hucusque recensitis lunulis integræ decem virorum Imagines cohærent, quorum nomina singulis subscripta sunt; videlicet, 1. ad dexteram *Cicero*. 2. *Horatius*. 3. *Sallustius*. 4. *Persius*. 5. *Seneca*. 6. ad lævam *Plato*. 7. *Aristoteles*. 8. *Theophrastus*. 9. *Æschines*. 10. *Herodotus*.

Sub corona autem quinque sunt in unaquaque parte Tabellæ admodum venustæ. In prima ad dexteram magnus Pontifex Nicolaus V. doctis Viris septus, Bibliothecam disponit, Scriptum est infra: *Nicolaus PP. V. literatis Viris per omnem Europam missis libros conquirit*, *Bibliothecam Pontificiam auget*. Tabellam hanc adtingunt monochromata bina aurea; quorum superius caput *Virgilii*, inferius *Terentii* repræsentat.

In secunda Tabella Sixtus IV. eidem studio intentus, Platinæ literas præbet; ut infra: *Sixtus PP. IV. Bibliothecam Vaticanam veteribus Codicibus ex omni Europa advectis locupletat: Platinam Præfectum instituit*.

In tertia S Pius V. sedet, adstante Cardinali Bonello. Adferuntur ei libri multi ex variis cistis hinc inde conlocatis. Inferius vero hæc: *Pius PP. V. centum quinquaginta octo Volumina Literarum diversorum Pontificum Avenione in Bibliothecam Vaticanam asportari jubet*. Prope duo sunt monochromata, *Ovidii*, & *Papiniani* capita exhibentia; ut subscripta eorum nomina docent.

In quarta Paulus V. Cardinali de Torres, S. R. E. Bibliothecario, Bullam porrigit; cujus mens patet subscriptis verbis: *Paulus PP. V. Bibliothecæ Vaticanæ amplum annuum redditum attribuit*.

Quinta demum Tabella eundem Pontificem refert, magnam Librorum copiam Bibliothecæ Vaticanæ inferendam designantem, & Scipionem Card. Burghesium S. R. E Bibliothecarium creantem, cum Inscriptione sequenti: *Paulus PP. V. magnam Librorum copiam typis descriptorum Bibliothecæ Vaticanæ adjicit: Scipionem Card. Burghesium ex sorore nepotem Sedis Apostolicæ Bibliothecarium creat*.

Dextero latere terminato, sese objiciunt a fronte alterius januæ e regione primæ Sacræ illę solemnes Cæremonię, quibus prælaudatus Pontifex Carolum Borromæum Cardinalem in Sanctorum album retulit. Et subjecta est hæc Inscriptio: *Paulus V. Pont. Max. Carolum Borromæum S. R. E. Cardinalem Sanctorum numero adscribit anno* CIƆIƆCX. *Pontific.* VI.

Consequuntur in lævo latere quinque aliæ Tabellæ præmemoratis ad dexterum oppositæ; quarum

Prima præfert Matthiam Hungarię Regem, Bibliothecam Budæ instituentem; ut docet inferior hæc Inscriptio: *Matthias Corvinus Ungariæ Rex Bibliothecam magnificam, & locupletem Budæ instruit*.

Altera Tabella repræsentat Trajanum Imperatorem, Bibliothecam Ulpiam publico comodo dedicantem. Infra legere est ejusmodi Epigraphen: *Trajanus Imperator Bibliothecam nobilissimam, quæ Ulpia appellata est, Romæ publicat*. Mox objiciuntur duo monochromata aurea, quorum primum *Hesiodi*, alterum ei subjectum *Hyppocratis* caput exhibet.

Tertia Tabella offert Asinium Pollionem Senatorem Romanum, Bibliothecam Juris publici construentem, cum hac Inscriptione: *Asinius Pollio Orator, & Senator Nobilis primus Romæ Bibliothecam in Atrio Libertatis dicando ingenia Hominum rem publicam facit*.

Quarta tres Attalicos Reges ante abacos Libris refertos sedentes. Scriptum infra: *Attalici Reges magnis Philologiæ dulcedinibus inducti egregiam Pergami Bibliothecam ad communem delectationem instituunt*. Adnectuntur duæ effigies monochromateæ, quarum superior *Homerus*, inferior *Menander* inscripta.

Quinta, & ultima Tabella exhibet Architectum Regi in Throno sedenti delineatam Bibliothecæ ichnographiam præbentem, cum hac Inscriptione: *Osymanduas Ægypti Rex illustrem Bibliothecam construit & in ejus fronte* ΨΥΧΗΣ ΙΑΤΡΕΙΟΝ, *Medica officina animi præscribit*.

Secundum Bibliothecæ Paulinæ Cubiculum, seu Conclave longum palmos 68. ¾ duas ad occasum habet fenestras. Ejus fornix, parietesque picti, sicut prioris, crypticis, variisque figuris, cum inauratione, opera & sumtu spectatissima. A tergo introitus Civitas & Portus

Portus Centumcellarum conspiciuntur, hisce subjectis: *Paulus V. Pont. Max. Centumcellarum Portum instauravit: Ædes frumentis mercibusque recondendis extruxit, an.* CIↃ ↃCX. *Pontif.* VI. In altera vero fronte circum januam huic oppositam offertur Arx Ferrariæ ab eodem Pontifice constructa, cui hæc subest Inscriptio: *Paulus V. Pont. Max. Arcem a Clemente VIII. Ferrariæ ad securitatem ditionis Ferrariensis, Bononiensis, ac Flaminiæ destinatam, a fundamentis ædificandam curavit anno* CIↃIↃCXI. *Pontif.* VII.

Fornicem ornant quatuor Lunulæ, seu Semicirculi; quorum primus ad dexteram monstrat eam præcipue Vaticani Palatii partem, quæ Monetam respicit, a Paulo V. ædificatam. Subscriptum est: *Paulus V. Pont. Max. Palatium Vaticanum multis partibus instauratum amplificatumque in meliorem statum redegit an.* CIↃIↃCIX. *Pont.* V. Alter offert Tyberis latus in novum alveum ab eodem Pontifice redactum. Infra hæc: *Paulus V. Pont. Max. dextero Tyberis latere in novum alveum ducto, ejusque faucibus laborioso opere longe intra mare porrecto utrinque munitis, tutum navigiis aditum præbuit anno* CIↃIↃCXI. *Pont.* VII. Tertius ad sinistram Horrea ad Diocletiani Thermas, ab eodem Pontifice amplificata ostendit. Subtus hæc: *Paulus V. Pont. Max. Horrea a Gregorio XIII. ad Diocletiani Thermas extracta, nova horreorum ædificatione amplificavit anno* CIↃIↃCIX. *Pont.* V Quartus demum Semicirculus repræsentat Hortos Vaticanos, Fontibus ab eodem Pontifice ornatos, cum hac Epigraphe: *Paulus V. Pont. Max. Hortos Vaticanos Fontibus Aquæ saluberrimæ additis amœniores fecit anno* CIↃIↃCXI. *Pont.* VII.

Inter memoratos Semicirculos, seu Lunulas octo Virorum integræ Imagines prostant, inscriptæ, uti sequitur. 1. ad dexteram *Julius Cæsar*. 2. *M. Porcius Cato*. 3. *Servius Sulpitius*. 4. *Apuleius*. 5. ad sinistram *Archytas*. 6. *Socrates*. 7. *Pythagoras*. 8. *Solon*.

Sub Corona vero ad parietes octo sunt Tabellæ, hinc & inde quaternæ. In prima ad dexteram Paulus V. chartam Præsuli porrigere cernitur. Significatum aperit supposita Inscriptio: *Paulus V. Pont. Max. tria peditum millia Rodulpho Imp. electo subsidium adversus Turcas Pontificii ærarii sumptibus in Germania conscribi jubet anno* CIↃIↃCV. *Pontif.* I.

In secunda idem Paulus V. multis Religiosis Viris circumseptus, uni eorum Bullam tribuit; cujus epitome inferius: *Paulus V. Pont. Max. linguam Hebraicam, Græcam, Latinam, & Arabicam in Scholis Regularium ad Catholicæ Fidei utilitatem doceri præcipit anno* CIↃIↃCX. *Pont.* VI.

In tertia idem Pontifex, quo coram genuflexus Præfectus Satellitum, præseferens muneris sui insignia. Inferius hæc: *Paulus V. Pont. Max. Urbis Tribunalia in meliorem statum restitui mandat anno* CIↃIↃCXI. *Pont.* VII.

In quarta idem stans libros accipit e tabula. Adsunt duo libros gestantes. Infra vero: *Paulus V. Pont. Max. Bibliothecam Vaticanam optimis Codicibus manuscriptis Græcis, Latinisque auget anno* CIↃIↃCXI. *Pont.* VII.

Quinta Tabella ad lævam Imperatorem exprimit laureatum in Bibliotheca. Vide quis sit inferius: *Zenone imperante, Bibliotheca Byzantina in magno pretio habetur, in qua centum & viginti millia Librorum recondita erant.*

Sexta refert Sammonicum Serenum, conspicuam Bibliothecam Gordiano Juniori testamento legantem; ut hæc docet Inscriptio: *Sammonicus Serenus Bibliothecam, in qua sexaginta duo millia Volumina censebantur, Gordiano Juniori moriens relinquit.*

Septima exhibet Constantinum Magnum, Sacros Codices ad se referri jubentem. Infra legitur: *Constantinus Magnus Sacros Codices eleganti manu descriptos parari, afferrique ad se jubet.*

Octava & ultima Tebella objicit Lucullum, Bibliothecam in publicos usus comparantem; ut indicat subjecta Inscriptio: *Lucius Lucullus numerosam ornatamque Bibliothecam comparat, in eamque aditum omnibus præbet.* Tabellis hucusque recensitis adnectuntur octo monochromata aurea, quibus totidem Virorum illustrium capita comprehenduntur; videlicet *Euripidis*, *Theocriti*, *Demosthenis*, *Leodamantis*, *Anacreontis*, *Moschionis*, *Lysiæ*, & *Heracliti*.

Paulinæ Bibliothecæ succedit altera, Alexandrina ab Alexandro VIII. nuncupata, unoque Conclavi, longo palmos 129. fenestrisque quatuor ad occasum illustrato, contenta; quod tamen præter circumjecta Armaria, pendentiaque ex utroque latere duo Planisphæria sericea, Cæleste alterum, alterum Terrestre, typis Sinicis excusa, cum octo fragmentis Voluminum Papyraceorum, de quibus alibi, picturis & ornamentis vacat. Statimque

que a fronte supra januam, in quartum Conclave introducentem, objicitur stemma marmoreum Alexandri VIII. cui supposita hæc marmorea itidem Inscriptio: *Alexander VIII. Ottbobonus Venetus Pont. Max. mille nongentos conscriptos Codices ex iis, quos Christina Alexandra Svecorum Regina undique conquisiverat, selectos, paucis quoque, e sua domestica Bibliotheca adjectis, Vaticanæ attribuit, Alexandrinæ nuncupatione, propriaque Aula distinxit, Anno* MDCXC. *Pont.* I.

Quartum autem Conclave, quod Bibliothecam Alexandrinam excipit, omnium amplissimum, quippe quod junctum suo vestibulo, unde in sepositos Vaticanos horto, est transitus, longitudinis est palmorum 334. & octodecim hinc atque inde fenestris illustratum, addidit Clemens XII. ut hæc ostendit Inscriptio marmorea, januæ præfati vestibuli sub stemmate ejusdem Pontificis impendens: *Clemens XII. P. M. Corsinus Excipiendis & adservandis impressis Codicibus tam sua liberalitate, quam dono Cardinalis Angeli Mariæ Quirini S. R. E. Bibliothecarii ad rei Literariæ, & Bibliothecæ Vaticanæ incrementum collatis, novisque aliis Librorum accessionibus, insigni Aulæ hujus additamento, ejusdem Bibliothecæ spatia laxavit, armaria pluteosque construxit Anno Domini* MDCCXXXII. *Pont.* III.

Abacis superposita sunt ducenta & amplius Vasa Etrusca ab eodem Pontifice Vaticanæ Bibliothecæ dono data, inter quæ multa miræ magnitudinis, variisque Etruscis imaginibus signata. Cetera picturis atque ornamentis carent. E regione autem stemmatis Clementis XII. supra primam januam hujusmet Conclavis, marmorea insignia BENEDICTI XIV. feliciter regnantis nuper collocata sunt, cum sequenti Epigraphe: *BENEDICTUS XIV. P. M. Museo Vaticano, Antiquaria suppellectile amplissime exornato, Bibliothecam plusquam* MMMCCC. *manuscriptis Codicibus, aliis ex privata sua Bibliotheca selectis, aliis ex Otthoboniano Patrimonio ære comparatis, Literatorum commodo & Scientiarum incremento, munifice auxit A.* MDCCXLIX. *Pont.* IX.

De Conclavibus ad lævam.

Regresso in magnam Bibliothecam objicitur per rectam lineam pars altera, divisa quoque in quatuor Conclavia, sive Cubicula ejusdem prorsus ac illa ad dexteram, altitudinis, atque latitudinis. Priora duo Conclavia a Sixto V. Aulæ maximæ adjecta, picturis variis, hieroglyphicis, atque ornamentis emicant, quorum Authores multi, illi tamen ipsi, qui præfatam Aulam maximam pinxerunt. Primum autem Conclave longum palmis 111. per sex fenestras, trinas nempe ad orientem totidemque ad occasum, lumen excipit. Supra ejus januam ex parte interiori depicta conspicitur Sacra solemnis Actio, qua Sixtus V. in Basilica XII. Apostolorum S. Bonaventuram Cardinalem Ecclesiæ Doctorem declaravit, & Collegium Fratrum Minorum Conventualium sub nomine ejusdem inibi instituit; ut hoc suppositum prælaudati Guilielmi Blanchi Tetrastichon ostendit:

Dum Bonaventura eximios numerabitur inter
Doctores, jussu maxime Sixte tuo.
Tu quoque Pontifices inter numerabere primos.
Quis scit, an, & major fama futura tibi?
Tu facis, hic scripsit: tua grandia facta manebunt.
Ut Bonaventuræ grandia scripta manent.

Supra aliam portam huic adversam, qua aditus est ad alterum Conclave, exponitur Canonizatio S. Didaci in Basilica Principis Apostolorum solemni pompa a Sixto V. celebrata, cum subscriptis hisce Carminibus:

Postquam Italis fusos prædones expulit oris.
Sustulit invictas Sixtus ad astra manus,
Et Didacum æthereis adscripsit Civibus, illi
Thura dedit, festos instituitque dies.
Sic tu, Sixte, tibi potuisti ingentibus actis
Demeruisse solum, demeruisse polum.

Fornicem distinguunt sex Lunulæ, seu semicirculi, fenestris superiores, quæ varias magni hujus Pontificis res gestas complectuntur, totidem Distichis sub arcubus fenestrarum inscriptas. Prima Lunula ad dexteram exhibet Paludes Pontinas exsiccatas:

Pontinas Sixtus potuit siccare Paludes,
Fontibus ut potuit sicca rigare loca.

Secunda Pacem inter Christianos Pontificis ejusdem opera sancitam:

Mutua

Mutua disjuncti coëunt in fœdera Reges,
Et Sixti auspiciis pax stabilita viget.

Tertia instaurationem Templi S. Hieronymi Sclavorum:

Dum tibi Templa locat supplex, Hieronyme, Sixtus,
Huic parat in Cœlis aurea tecta Deus.

Quarta ad sinistram e regione tertiæ exprimit Centumcellas fontibus ornatas,

Urbs vicina mari mediis sitiebat in undis;
Nunc dulces Sixti munere potat aquas,

Quinta præfert Arcam seris occlusam, & Leonem desuper jacentem, clavesque gestantem; quo adluditur ad ærarium Pontificium, quinque decies centenis aureorum millibus a Sixto auctum, & in Arce S. Angeli repositum. Distichon subjectum hujusmodi est:

Quæ fuit a parco congesta pecunia Sixto,
Turcæ erit exitium, præsidiumque Petri.

Sexta denum Lunula repræsentat Scalam Sanctam, ab eodem Pontifice in splendidiorem locum translatam. Inferius hocce Distichon:

Scalas innocuo conspersas Sanguine Christi,
Tot sibi constituit Sixtus ad astra gradus.

In medio Fornice inter insignia Sixti Quinti, & varia eorum ænigmata, sex in longitudinem Inscriptiones leguntur, alias ejusdem Sixti res gestas declarantes; videlicet,

1. *Ecclesiam pristino suo splendori restituit.*
2. *Grandem pecuniam in Ecclesiæ ærarium retulit.*
3. *SS. Patrum monumenta typis fideliter excudenda mandavit.*
4. *Sacram Paginam ex Concilii Tridentini præscripto, quamemendatissimam divulgari curavit.*
5. *Lauretum mœnibus cinxit, Civitatis jure, & Episcopali dignitate donavit.*
6. *Breviarium Rom. propriis Sanctorum aliquot Officiis auxit.*

Præmemoratis Lunulis supra coronam cohærent duodecim Sancti Doctores Ecclesiæ, naturali colore, & statura effícti; quibus ad parietes infra coronam totidem monochromata insigniores eorum actiones exhibentia respondent, quæ hisce Inscriptionibus designantur:

1. In parte dextera: *S. Ambrosius Theodosium Imp. propter cædem Thessalonicæ factam Ecclesiæ limine prohibuit.*
2. *S. Hieronymus per somnium ab Angelo verberibus cæsus a Ciceronis lectione deterretur.*
3. *S. Thomæ de Christo scripta a Christo Crucifixo probantur.*
4. *S. Jo. Chrysostomus bis in exilium pulsus, tandem a S. Basilisco Mart. per somnium admonitus in Domino requievit.*
5. *S. Cyrillus devictum Philosophum proterit & conculcat.*
6. *S. Damasceno falso accusato abscissa ab Imperatore manus divinitus restituitur.*
7. In parte sinistra: *S. Gregorii Moralia a Tagione Episcopo Cæsaraugustano in Ecclesia S. Petri divinitus reperiuntur.*
8. *Puerulus nucis putamine aquam e mari hauriens S. Augustinum a Sanctissimæ Trinitatis indagatione dehortatur.*
9. *S. Thomas S. Bonaventuram pro S. Francisco laborare sinit.*
10. *S. Gregorius Nazianzenus ob commotam inter Episcopos seditionem Constantinopolitano Episcopatu sponte se abdicavit.*
11. *S. Athanasius de maleficio injuste accusatus, Dei beneficio juste liberatur.*
12. *S. Basilium miraculis præpotentem in exilium ejicere Imp. Valens non valuit.*

Secundum Conclave longum palmis 70. & quatuor hinc atque inde constans fenestris, pictum est non valde dissimili ratione a primo. In fronte primæ ejus januæ distincte spectatur grande opus translationis, & erectionis Obelisci ante Vaticanam Basilicam, quæ & ipsa retro repræsentatur qualis erat post Mariam Angelum Bonarotam, dimidia videlicet ex parte ædificata. Scriptum est infra:

Saxa agit Amphion, Thebana ut mœnia condat:
Sixtus & immensæ pondera molis agit.
Saxa trahunt ambo longe diversa: sed arte
Hæc trahit Amphion, Sixtus & arte trahit.
At tantum exuperat Dircæum Amphiona Sixtus,
Quantum hic exuperat cetera saxa lapis.

Su-

Supra portam alteram huic oppositam, surgit augusta Basilica Principis Apostolorum, cum Porticibus circumductis, juxta scenographiam Bonarotæ; cui tamen in pictura hac non omnia respondent, quamquam mens ejus facile inde intelligatur. Statuerat enim præstantissimus Vir in formam Græcæ Crucis Templum construere sine directa facie, faciem ipsam præstante exteriori circum ornatu, cum magno Tholo, duobusque hinc inde minoribus; columnis ante majorem portam conlocatis; uti videre est in Templo Pantheon seu S. Mariæ ad Martyres. Tholus ille maximus a Sixto tandem absolutus ornat heic incomparabilem Basilicam. Carmina vero inferius scripta hæc sunt:

Pontifices olim quem fundavere priores,
Præcipua Sixtus perficit arte tholum.
Et tantum Sixti se gloria tollit in altum,
Quantum se Sixti nobile tollit opus.
Magnus honos magni fundamina ponere Templi,
Sed finem cœptis addere, major honos.

Fornix & parietes variis picturis & ænigmatibus ornati. Ceteris præstantiores sunt picturæ quatuor in totidem fornicis supra fenestras lunulis expressæ, & Distichis sub earundem fenestrarum arcubus animatæ; quarum 1. ad dexteram repræsentat Civitatem Lauretanam; ut Distichon hoc indicat:

Lauretum muris, Pastore, & Civibus auctum
A Sixto, & Sixti laus simul aucta fuit.

Secunda Montem Quirinalem, cum equis Phidiæ & Praxitelis:

Sixtus equos transfert geminos, quos finxerat olim
Artificum e Pario marmore docta manus.

Tertia ad lævam oppidum Montaltum in Piceno, Sixti patriam:

Montaltum Sixto Patrem donavit habere,
Montalto Sixtus donat habere Patrem.

Quarta demum Fontem exhibet Capitolinum, in Capitolio scilicet, jussu Sixti constructum, & Felici aqua donatum:

Fontem rursus habet sedes Tarpeia, sed quem
Non habet, infensi dum timet arma Tati.

Consequitur tertium Conclave, picturis, atque ornamentis nudum, sed ceteris ingentius, utpote longum palmis 283. & fenestris sexdecim ex utraque parte illuminatum; Continet duas toto Orbe celeberrimas Bibliothecas, Palatinam scilicet, & Urbinatem. quarum prior ad sinistram ingredientium disposita, marmoreo monumento, Urbani VIII. Insignibus subjecto, hanc Epigraphen legendam exhibet: *Urbanus VIII. Pont. Max. Complura Palatinæ Bibliothecæ Volumina, nobiles Heidelbergicæ victoriæ manubias, Gregorio XV. & Apostolicæ Sedi a Maximiliano Bavariæ Duce donata Romam advexit, opportunis Armariis in Vaticano conclusit, locum rudem antea, atque informem in hanc speciem redegit, & perspicuo specularium nitore exornavit Anno Domini MDCXXIV. Pont. I*

Altera, quæ Palatinæ ex dextero latere objacet, Alexandri VII. stemmate marmoreo, & sequenti Epigraphe insignita est: *Alexander VII. Pont. Max. antiqua omnis generis, omniumque linguarum Urbinatis Bibliothecæ manuscripta Volumina repenso cedentibus beneficio ad tutiorem custodiam, atque perpetuitatem Vaticanæ adjunxit Anno Sal. MDCLVIII.*

Postremo claudit meridionale Vaticanæ Bibliothecæ latus quartum Conclave, muro & cancellis a præcedenti recens sejunctum, longum palmis 105. fenestris vero sex, hinc atque inde trinis, illustratum, quod excipiendo Sacro Museo Christiano, nuper a SS. D. N. BENEDICTO XIV. Bibliothecæ Vaticanæ addicto, idem munificentissimus Pontifex, unacum reliquis ejusdem Bibliothecæ nudis Conclavibus adsabre sumtuoseque exornari in præsentia curat. Quæ ornamenta singula, statim ac ad umbilicum perducta fuerint, alibi, si Deo placet, laudabimus.

CA-

CAPUT IV.

De Vaticanæ Apostolicæ Bibliothecæ Regimine, & insignioribus ejus Administris.

QUemadmodum tanta est ex omni parte Vaticanæ Bibliothecæ dignitas, atque præstantia; ita unusquisque facile intelliget, Summos Pontifices, qui in ea ornanda quovis tempore elaborarunt, de hoc cogitare pari studio debuisse, ut non minori diligentia administraretur. Itaque in hoc Capite, veluti coronidis loco, primum de Vaticanæ Bibliothecæ Regimine, deinde de insignioribus ejus Administris breviter disseremus.

Atque ad Regimen quod pertinet, primum universæ Bibliothecæ præest unus ex Cardinalibus, qui *S. R. E. Bibliothecarius*, seu *Vaticanæ Bibliothecæ Protector* dicitur. Atque hujus quidem Bibliothecarii institutio vetustissima esse debuit, quum hujusmodi titulo insignitum aliquem semper & dignitate, & vitæ probitate ac doctrinæ laude præstantem Virum extitisse, Diplomata ipsa Pontificia, a nobis infra citanda, demonstrant, quibus passim Apostolicæ Sedis Bibliothecarii subscripti leguntur; antiquiorum tamen ex ipsis nomina exciderunt. Sunt qui Romanæ Curiæ Cancellarios eosdem, ac Bibliothecarios fuisse velint usque ad Sixti IV. ætatem; atque ex Cancellariorum serie, seriem etiam Bibliothecariorum contexendam esse arbitrentur. Verum qui rem paullo diligentius inspexerit, & laudata veterum Pontificum Diplomata legerit, facile intelliget, eos ab his, quemadmodum & in præsens sunt, longe fuisse diversos; ut infra ostendemus. Bibliothecariorum autem primus post instauratam a Sixto IV Vaticanam Bibliothecam per Apostolicas literas ad vitam constitutus (antea enim ad nutum erant amovibiles) *Bartholomæus Platina* est. Reliqui post Platinam, initio quidem Viri doctrina, virtuteque conspicui, Cardinalitia tamen dignitate non erant insigniti. Primus Cardinalis Bibliothecarius fuit *Marcellus Cervinus*, quem quotquot subsequuti sunt ad hæc usque tempora, omnes e Sacro Cardinalium Collegio delecti sunt; ut ex eorum Serie, quæ mox proferetur, clarius adparebit. Munus autem Bibliothecarii est, quæcumque ad Bibliothecæ Regimen spectant administrare, studioseque curare, ut inferiores Administri officio fungantur suo, quemadmodum & perficere, non modo ut quæ in ea sunt diligentissime custodiantur, sed etiam, si fieri possit, eadem in dies magis magisque ornetur, atque augeatur.

Ut autem facilius id obtineretur, ac tam ingens, tam ampla Librorum supellex melius curari, adservarique posset, a nunquam satis laudato Sixto IV. Pontifice Maximo duo sunt creati spectatæ fidei ac diligentiæ Custodes, qui Bibliothecarium in tanta re administranda adjuvarent, quique authoritate ferme pares fuerunt usque ad annum 1606. quo Paulus V. *Balthassarem Ansideum* Primarium, & Majorem Custodem constituit, eique omnem curam, custodiamque Vaticanæ Bibliothecæ principaliter incumbere decrevit, atque omnimodam superioritatem, authoritatem, ac præeminentiam super alio Custode, quem Secundum, & Minorem deinceps adpellandum voluit, quemadmodum & super ceteris omnibus ac singulis ejusdem Bibliothecæ Administris, post Cardinalem Bibliothecarium concessit; ut ex Diplomate ejusdem Pontificis dat. die 23. Novembris Anno Domini 1606. manifestum est; cujus ipsissima verba in creandis Primariis Custodibus, ad hanc usque diem consequuti Pontifices adhibuerunt. Horum quoque Seriem paullo post subjiciemus.

Præterea septem sunt Scriptores Vaticanæ Bibliothecæ, quorum postremus *Syriacus* & *Arabicus*, Linguarum Orientalium Interpres potius dicendus; quippe qui ea ratione ab Alexandro VII. die 21. Maji 1660. institutus, ut Codicum Orientalibus linguis exaratorum epitomen describeret, & quos Christianæ Reipublicæ magis proficuos judicaverit, Latine verteret, atque in lucem emitteret. Hocce autem munere egregie functus est omnium primus *Abraham Ecchellensis Maronita*, tum *Joannes Matthæus Naironus*, a die 3. Septembris 1664. cui demortuo suffectus est *Joseph Simonius Assemanus*, die 10. Martii 1710. hunc autem, ad officium alterius Custodis promotum, excepit *Stephanus Evodius Assemanus*, nunc *Archiepiscopus Apamensis*, per Apostolicas Clementis XII. literas, quarum hocce exemplar: Foris: *Dilecto Filio Stephano Evodio Assemano Maronitæ*. Intus: *CLEMENS PP. XII. Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem. Cum Officium Scriptoris Arabici, & Chaldaici, sive Syriaci in Bibliotheca nostra Vaticana a fel. rec. Alexandro PP. VII. prædecessore nostro erectum, quod dilectus filius Josephus Simonius Assemanus nuper obtinebat, per provisio-*

visionem Officii secundi Custodis Bibliothecæ hujusmodi de persona ipsius Josephi Simonii a nobis factum, vacaverit, & vacet de præsenti; Nos, qui de Tua exacta cognitione, & peritia linguarum Arabicæ, & Chaldaicæ, sive Syriacæ, tum ex multiplici experientia doctrinæ, & rituum Ecclesiæ Orientalis fide digno sumus testimonio redditi certiores, Officium hujusmodi Tibi demandari decrevimus, ut CODICES LINGUARUM ORIENTALIUM *magno numero in eadem Bibliotheca existentes, in ordinem redigas, eorumque Indices, ac Summaria conficias, ac illos, qui rem Christianam præ ceteris juvare possint, in Latinam linguam transferas, & in* PUBLICAM LUCEM EDAS. *Itaque Te specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a Jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, Tibi Officium Scriptoris Arabici, & Chaldaici, sive Syriaci hujusmodi in Bibliotheca nostra Vaticana prædicta, sicut præmittitur, vacans, ad Tui vitam auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & assignamus, Teque in ipsius Josephi Simonii locum; exceptis tamen illius emolumentis, & provisionibus, quæ a nobis eidem Josepho Simonio per quasdam nostras literas desuper in simili forma Brevis die 30. proxime præteriti mensis Septembris expeditas sub certis modo, & forma tunc expressis reservata fuerunt, donec, & quousque sibi factus sit locus illa secundi Custodis percipiendi, & tunc Tu omnia, & singula emolumenta, & provisiones ratione primodicti Officii Scriptoris consequi, & obtinere possis, & valeas, auctoritate & tenore præsentium substituimus, & subrogamus. Mandantes propterea Dilectis Filiis nostris S.R.E. Bibliothecario, ac Camerario, nec non Thesaurario nostro Generali, & Domus nostræ Magistro, cæterisque, ad quos spectat, ut Te ad dictum Scriptoris Officium, illiusque liberum exercitium juxta tenorem præsentium recipiant, & admittant, Tibique de provisione & emolumentis præfatis suo tempore responderi curent, & faciant, ac foveant, & assistant. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, dictæ Bibliothecæ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die* XXVIII. *Novembris* MDCCXXX. *Pontificatus Nostri Anno Primo.* *F. Cardinalis Oliverius.*

Ceteri sex priores Vaticanę Bibliothecæ Scriptores, alias Correctores Librorum dicti, duo nimirum *Latini*, duo *Græci*, duo *Ebraici*, partim a Sixto IV. partim a Paulis IV. & V. fuerunt instituti, ut superius monuimus; ubi & præcipua eorum munia memoravimus. Loca hæc summa quidem cum laude in præsentia obtinent præclari Viri, *Dominicus Theolius* Romanus, & *P. Antonius Blasius* Januensis, Ordinis Scholarum Piarum, in Latinis: *Franciscus Marianus* Viterbiensis, & *Pompilius Rodota* Græcus Calaber, in Græcis: *Vincentius de Regibus* Romanus, & *P. Franciscus Rizzonius* Ferrariensis, Congregationis Mantuanæ Carmelita, nec non *Johannes Antonius Constantius* Constantinopolitanus, Supernumerarius cum futura successione, in Ebraicis. Horum institutio concursu & examine fieri solebat. Nunc Scriptores solus eligit Summus Pontifex, electumque declarat per Breve Pontificium; etiamsi Clemens XII. in Apostolicis suis literis pro recta administratione & conservatione Bibliothecæ Vaticanæ editis, quas mox infra proferemus, eam consuetudinem omnino restituendam, atque in posterum servandam decreverit. Porro Apostolica Brevia, quibus prælaudati sex Vaticanæ Bibliothecæ Scriptores constituuntur, mutatis pro varietate linguarum mutandis, hujusmodi sunt. Foris. *Dilecto filio Dominico Theoli Romano.* Intus: *CLEMENS PP. XI. Dilecte Fili salutem & Apostolicam Benedictionem. Tua sincera fides, probitas, & devotio, quam erga Nos & Apostolicam Sedem gerere comprobaris, necnon vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, nos inducunt, ut Tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque Officium Scriptoris Latini Bibliothecæ nostræ Vaticanæ, quod dilectus filius Philippus Hortensius Fabri ad sui vitam nuper obtinebat, per liberam dimissionem ipsius Officii ab eodem Philippo Hortensio in manibus nostris sponte factam, & per Nos* ad-

admissam vacaverit, & vacet de præsenti. Nos sperantes, quod Tu Officium hujusmodi ea, qua par est, fide, & industria sis administraturus, teque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, Tibi Officium Scriptoris Latini hujusmodi, ut præmittitur, vacans, cum omnibus, & singulis facultatibus, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus, ac emolumentis, provisione, & regaliis solitis, & consuetis, Apostolica auctoritate tenore præsentium ad tui vitam concedimus, & assignamus, Teque in ipsius Philippi Hortensii locum, quoad Officium Scriptoris Latini Bibliothecæ hujusmodi, ejusque liberum exercitium substituimus, & subrogamus. Mandantes propterea dilectis filiis nostris S. R. E. Bibliothecario, & Camerario Cardinalibus, & Pro-thesaurario nostro Generali, & Domus nostræ Magistro, cæterisque, ad quos spectat, ut te ad Officium Scriptoris Latini Bibliothecæ prædictæ, illiusque similiter exercitium recipiant, & admittant; Tibique de emolumentis, provisionibus, & regaliis prædictis suis congruis temporibus respondeant, & responderi curent realiter, & cum effectu. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXXI. *Januarii* MDCCXXI. *Pontif. Nostri Anno Vigesimoprimo.* *F. Cardinalis Oliverius.*

Clemens XI. præter Septem Scriptores, unum addidit rerum minio pictarum Custodem; cujus muneris est adservare, reficere, augere ejusmodi pretiosas picturas, quæ frequentissime in manuscriptis Codicibus occurrunt. Hunc locum occupat *P. Antonius Piaggius*, de quo modo supra.

Duo insuper adsunt Famuli, quorum est Bibliothecam verrere, libros excutere, poscentibus ostendere, deferre ad Scriptorum pluteos, eosque in loculos suos referre. Hos eligebat amovebatque uterque Custos ex Diplomate Leonis X. edito die 28. Augusti anno Domini 1513. ubi hæc: *Et ne libri jam carie consumpti a tineis penitus corrodantur, pulveribusque putrescant, cum solus famulus tot Bibliothecæ onera perferre non possit, alterum in dicta Bibliotheca famulum vobis* (nempe Laurentio Parmenio de Sancto Genesio, & Romulo Mammacino Custodibus) *concedimus, & deputamus, qui quidem ambo Bibliothecæ famuli censeantur ab omnibus, & nuncupentur, victumque in tinelio nostro habeant, & in Rotulo Familiarium continuorum commensalium nostrorum describantur, sintque ad vestri Custodum nutum semper amovibiles, dantes vobis plenam & omnimodam potestatem illos ex Bibliotheca amovendi, & ejiciendi, & eorum loco alios recipiendi, seu substituendi toties, quoties opus fuerit, & vobis placuerit*, &c. Usus tamen post hoc Leonis X. decretum obtinuit, ut solus Primarius Custos, anno 1606. a Paulo V. institutus, ad quem deinceps Apostolica Sedes curam Bibliothecæ præcipuam spectare voluit, fidos sibi binos eligeret famulos, ad sui unius nutum inde amovendos; sicque ad hanc usque diem semper factum observatumque fuisse, liquet vel ex Mandatis Italicis, quibus Sacri Palatii Apostolici Præfecti ejusmodi famulis menstrua stipendia adtribuere solent, cum hac scilicet clausula: *Ad arbitrio di Monsignor Primo Custode della Libraria Vaticana.*

Postremo duo, & ipsi Bibliothecæ ministerio addicti, curam habent cogendorum, suendorumque librorum. Hos eligit Cardinalis Bibliothecarius ex Diplomate Urbani VIII. dat. die 11. Decembris 1630. Omnes hi Bibliothecæ Administri stipendio ducti sunt Palatii Apostolici, præter Eminentissimum Card. Bibliothecarium, ad quem nullum hinc derivatur emolumentum, posteaquam Paulus V. fructus Abbatiæ S. Mariæ de Venticano solius Bibliothecæ usibus in perpetuum destinavit; ut ex ejusdem Bulla, quam superius exhibuimus, liquet. Prælaudatæ autem Apostolicæ Literæ, quas Clemens XII. pro recta administratione & conservatione Bibliothecæ in forma Brevis edidit, sunt quæ sequuntur.

„ CLEMENS PAPA XII. Ad perpetuam rei memoriam. Dignissimam Regibus ipsis, „ ac Principibus, ethnicæ quoque superstitionis viris, visam per omnes ætates, etiam antequam „ Evangelii lux in tenebris illuxisset, curam colligendi libros, & Bibliothecas instituendi, „ quo priorum temporum res gestas, & illustria vetustatis monumenta ab interitu eriperent, „ atque in longam ad factorum celebritati, hominum laudi, & exemplorum splendori, nec „ non instituendis populis consulendum, posteritatis memoriam, eruditionemque propaga- „ rent; laudatissimo studio, ac sollicitudine incredibili non modo adæquare, sed superare

„ etiam Romani Pontifices Prædecessores nostri adlaborarunt; atque in iis præsertim undique „ conquirendis libris, & codicibus, qui ad Catholicæ Religionis decus, præsidium, & incrementum conducerent. Quo factum est, ut Apostolica Bibliotheca ab iisdem non sine „ magnis sumtibus, & laboribus instructa, semper insignis, post varias temporum vices in „ Vaticanis demum ædibus, unde Vaticana pariter nuncupari cœpit, collocata, atque ibidem a felicis recordationis Sixto V. itidem Prædecessore nostro excitata a fundamentis, „ elegantioris formæ, ditiorisque structuræ mole, in salubriorem splendidioremque locum „ translata, cæterarum omnium Bibliothecarum nobilissima & celeberrima habeatur. Hanc „ quidem aliis aulis, armariis, pluteis, codicibus, libris, picturisque per fel. mem. Paulum V. Urbanum VIII. Gregorium XV. & Clementem XI. pariter Prædecessores nostros adauctam, haud excipiendis & adservandis impressis codicibus, quibus coëmendis „ non mediocrem pecuniæ summam Nos quoque contulimus, satis esse considerantes; primum quidem alia insigni aula, armariis, pluteisque constructis anno MDCCXXXII. ampliavimus; deinde vero quamplurimis Etruscæ vetustatis fictilibus vasis super armaria ipsa „ affabrè dispositis ornavimus; tum etiam trecenta viginti octo aurea, argentea, & ærea „ antiquorum Græciæ, & Ægypti Regum, ac Romanorum Imperatorum maximi moduli numismata, suis singula ad majus spectantium commodum, custodieque securitatem mobilibus circulis æreis inauratis innexa, in eadem Bibliotheca curavimus reponenda; tum demum octoginta scuta monetæ Romanę in singulos annos in perpetuum eidem Bibliothecæ „ pro emendis charta, calamis, pergamenis, aliisque hujusmodi necessariis rebus ab Apostolico Palatio nostro persolvenda assignavimus, ut pecunia illa, quæ ex reditibus ex Abbatia „ eidem Bibliothecæ addicta provenientibus exigitur, ad coëmendos dumtaxat libros & codices erogetur: nec non præterea quascumque expensas pro specularibus, armariis, pluteis, clavibus, pavimentis, parietibus, tectis, portis, fenestris, cæterisque rebus tam „ in ipsa Bibliotheca, quam in ædibus eidem annexis, sive reparandis, sive de novo faciendis necessarias, ab eodem Apostolico Palatio fieri mandavimus.

„ Quoniam autem diuturna experientia compertum est, omnia, quæ per summam industriam, maximos sumtus, assiduos labores comparata, ac providis etiam ordinationibus „ alias disposita fuerunt, sæpe per hominum incuriam, ac temporum injurias, nisi accurate „ custodiantur, novisque legibus opportune iterum atque iterum confirmentur, sensim posthabita ac neglecta deinceps distrahi, atque ad interitum perduci: & Nos, qui privatam, „ dum adhuc in minoribus essemus, Bibliothecam nobis construentes, quo meliori potuimus „ ordine cavimus, ne quidquam in posterum deperiret; in hac sacrosancti Apostolatus specula „ plane immerentes per Divinæ bonitatis abundantiam constitutos maxime decet, ut majori „ sedulitate ac vigilantia omnes Apostolicę auctoritatis providentięque nostrę partes ad perpetuam ejusdem Vaticanæ Bibliothecę tutelam præsidiumque ac rectum ordinem collocemus.

„ Hinc est, quod nos prefati Sixti Predecessoris vestigiis inherentes, ipsius Sixti tam inscriptionem ad dexteram Portę Bibliothecæ prefatę appositam hic ad perpetuam memoriam „ inserimus, quæ est tenoris sequentis, videlicet: *Sixtus V. Pontifex Maximus Bibliothecam Apostolicam a sanctissimis prioribus illis Pontificibus, qui Beati Petri vocem audierunt, „ in ipsis adhuc surgentis Ecclesiæ primordiis inchoatam, pace Ecclesiæ reddita, Laterani „ institutam, a posterioribus deinde in Vaticanum, ut ad usus Pontificios paratior esset, „ translatam, ibique a Nicolao V. auctam, a Sixto IV. insigniter excultam, quo Fidei nostræ, & veterum Ecclesiasticæ disciplinæ rituum documenta, omnibus linguis expressa, „ & aliorum multiplex sacrorum copia librorum conservaretur ad puram & incorruptam fidei „ & doctrinæ veritatem perpetua successione in nos derivandam, toto terrarum Orbe celeberrimam, cum loco depresso, obscuro, & insalubri sita esset, aula perampla, vestibulo, „ cubiculis circum, & infra, scalis, porticibus, totoque ædificio a fundamentis exstructo, „ subselliis pluteisque directis, libris dispositis, in hunc editum, perlucidum, salubrem, „ magisque opportunum locum extulit, picturis illustribus undique ornavit, liberalibusque „ doctrinis, & publicæ studiorum utilitati dicavit, anno MDLXXXVIII. Pontificatus IV.* „ Quam ejusdem Decretum ad lævam appositum tenoris, qui sequitur: *Sixtus V. Pontifex „ Maximus perpetuo hoc decreto de libris Vaticanæ Bibliothecæ conservandis, quæ infra sunt „ scripta, hunc in modum sancita sunto, inviolateque observantor. Nemini libros, codices, „ volumina hujus Vaticanæ Bibliothecæ ex ea auferendi, extrahendi, aliove asportandi, non „ Bibliothecario, neque Custodibus, Scribisque, neque quibusvis aliis cujusvis ordinis, & digni-*

,, *dignitatis, nisi de licentia Summi Romani Pontificis scripta manu facultas esto. Si quis*
,, *secus fecerit, libros, partemve aliquam abstulerit, extraxerit, clepserit, rapseritque,*
,, *concerpserit, corruperit, dolo malo, illico a Fidelium Communione ejectus, maledictus,*
,, *anathematis vinculo colligatus esto; a quoquam, præterquam Romano Pontifice, ne absol-*
,, *vitor*. Non solum quoad libros, codices, volumina tunc temporis ab ipso Sixto Præde-
,, cessore in eamdem Bibliothecam illata & recondita, tenore præsentium, Apostolica aucto-
,, ritate confirmamus; verum etiam quoad omnes & singulos codices manuscriptos, libros
,, impressos, volumina, numismata, vasa, statuas, & quæcumque alia, sive quæ a Roma-
,, nis Pontificibus Prædecessoribus nostris, ac Nobis ipsis, & quibuscumque personis cujusvis
,, status, gradus, & conditionis, quocumque tempore hactenus donata, & empta, sive
,, inposterum, ut præmittitur, donanda, & emenda, & in eandem Bibliothecam invehen-
,, da; dummodo tamen, postquam illuc invecta fuerint, in indicibus, seu syllabis libro-
,, rum, rerumque Bibliothecę pręfatę descripta, & adnotata reperiantur; tenore, & aucto-
,, ritate paribus, sub iisdem pœnis, & censuris a Sixto prędicto Prędecessore inflictis, ex-
,, tendimus, & ampliamus.

,, Prȩterea ne Apostolicȩ providentiȩ ordinationes ac regulȩ, alias sapientissime constitutȩ,
,, lapsu temporis cum ejusdem Bibliothecȩ detrimento in desuetudinem abeant, non solum
,, omnes & singulas leges pro recta administratione, & conservatione tum a prȩfatis Romanis
,, Pontificibus Prȩdecessoribus nostris, tum a S. R. E. prȩfatȩ Cardinalibus pro tempore exi-
,, stentibus Bibliothecariis, seu ejusdem Bibliothecȩ Protectoribus prȩscriptas, dummodo
,, iis, quȩ mox statuenda sunt, non adversentur, iterum renovamus, & confirmamus, &
,, quatenus opus sit, de novo ferimus, & promulgamus; verum etiam tenore, & auctori-
,, tate similibus statuimus, & in posterum perpetuis futuris temporibus servari mandamus.

,, I. Ac primum quidem, omnia & singula per alias nostras in simili forma Brevis literas
,, in deputatione tam Primarii, quam Secundi Custodis expeditas cuilibet ipsorum injuncta,
,, juxta earundem literarum seriem, & tenorem omnino prȩstentur.

,, II. Antequam utrique, Primario scilicet, & Secundo ejusdem Bibliothecȩ designato
,, Custodi per S. R. E. prȩfatȩ Cardinalem Bibliothecarium, seu ejusdem Bibliothecȩ Prote-
,, ctorem pro tempore existentem in ipsa Bibliotheca detur sive seorsim, sive conjunctim mu-
,, neris demandati possessio, conficiatur Repertorium, seu Inventarium omnium, & singula-
,, rum rerum, ac librorum in prȩdicta Bibliotheca existentium, de quibus omnibus, & sin-
,, gulis, quum opus fuerit, ipsi Custodes omnimodam reddere tenentur rationem. Reper-
,, torii, seu Inventarii hujusmodi, tum ab altero Custode, a quo possessio adeunda est, tum
,, a Tabellione, seu Notario subscribendi, duplex exemplum fiat, alterum in actis ejusdem
,, Tabellionis, alterum in Archivo Bibliothecȩ prȩfatȩ custodiendum. Semel pro uno Custo-
,, de factum, (nova tamen earundem rerum, librorumque prȩcedente recensione, addi-
,, taque aliarum fortasse rerum, & librorum de novo illatarum, & illatorum accessione,)
,, eodem pariter modo subscribatur ab altero Custode & Tabellione, seu Notario in possessio-
,, nis hujusmodi aditione.

,, III. Claves indicum, seu syllaborum Codicum manuscriptorum, librorum impresso-
,, rum, aliarumque rerum sit penes utrumque Custodem; exceptis clavibus eorum armario-
,, rum, in quibus solita vetustatis monumenta exteris hominibus inspicienda, admirandaque
,, exhibentur. Hȩ quidem claves ad effectum hujusmodi, & eorundem hominum exterorum
,, commodum Conservatoribus, vulgo *Scopatori*, ad ipsorum Custodum arbitrium tradi pos-
,, sunt. Verum, ut longior in aperiendis occludendisque tot armariis, in quibus tam diversa
,, codicum, librorum, rerumque pulcherrimarum copia recondita est, mora auferatur, &
,, major rerum ipsarum custodia habeatur, in unum, aut plura armaria conferantur, recon-
,, danturque: ea scilicet, quæ, ut præmittitur, spectanda sunt.

,, IV. In Bibliothecam aditus, vel accessus, quemadmodum usque ad hanc diem mos
,, tenet, unicuique iis de mane dumtaxat pateat diebus, in quibus Custodes, Scriptores,
,, aliique ministri suis muneribus functuri per integrum trium horarum spatium interesse de-
,, bent. Quo sane tempore elapso, omnes, ac præsertim exteros quoscumque homines abire
,, jubeatur.

,, V. Præter dies in indiculo per dilectum Filium nostrum S.R.E. Cardinalem Quirinum
,, nuncupatum modernum Bibliothecarium, seu Bibliothecæ præfatæ Protectorem approbato,
,, ac typis edito, & in aula, quæ dicitur, Scriptorum, proposito descriptos; in quibus

„ omnes, ut præfertur, ministri matutinis horis ad ministerii sui oneribus faciendum satis „ Bibliothecam adire tenentur; alter tantum Conservatorum, seu Scopatorum in reliquis „ etiam diebus feriatis tam de mane, quam post meridiem per hebdomadam, sive alternis „ diebus illuc accedat, ut inspiciat, an omnia bene se habeant; eaque disponat, quæ ad „ tutam rerum omnium custodiam necessaria sunt.

„ VI. Si contingat quemcumque ex antedictis ministris, nulla legitima causa impeditum „ ea, qua par est, frequentia, ac debita sedulitate per statos dies Bibliothecæ non adesse, „ aut officio suo non satisfacere; certior fiat Cardinalis Bibliothecarius, seu Protector, qui „ delinquentem admoneat.

„ VII. Ob ingentem copiam Codicum linguis fere omnibus manuscriptorum tum diuturni „ temporis notis, tum rerum abditarum singularitate insignium, quibus, præter libros typis „ impressos propter multiplicium elegantiumque editionum præstantiam plurimi habitos, cu- „ mulata Bibliotheca Vaticana reperitur; cum factum sit, ut undique concurratur ad exem- „ pla ex ipsis autographis, sive exscribenda, sive aliunde sumta, cum iisdem conferenda, „ variantibusque lectionibus illustranda; id nullo pacto, nisi de Romani Pontificis pro tem- „ pore existentis facultate scriptis data, permittatur; dummodo descriptio, sive collatio „ hujusmodi non foret de rebus non tam gravis momenti: tunc enim facultas, solitis tamen „ obstricta legibus, penes Custodes dumtaxat esto. Verum nolumus, imo expresse prohi- „ bemus, descriptiones, collationesque præfatas, facta etiam, ut præmittitur, describen- „ di, conferendique potestate, fieri iis diebus, in quibus, non solum sunt in Bibliotheca „ feriæ, verum etiam uterque Custos fortasse aberit: ab altero enim eorum tradendi sunt „ codices manuscripti, qui sub utriusque custodia, ut præmittitur, habentur.

„ VIII. Utrique Custodi sicut injungimus, ut nullo pacto sinant Scriptores, atque alios „ Bibliothecæ ministros per dies Bibliothecariis muneribus addictos in alia quæcumque, præ- „ ter ea ad ejusdem Bibliothecæ utilitatem conducentia & proficua ministeria, incumbere; „ ita eorundem arbitrio relinquimus, ut, si expediens censuerint, alicui ex Scriptoribus „ opus publica luce dignum fortasse aggresso interdum in diebus etiam hujusmodi in illo dum- „ taxat adornando, immorari indulgeant. Prodest enim Bibliothecæ, ut eos habeat Scrip- „ tores, qui non venales & mercenarios pro aliis, sed præclaros ingenii labores ad publicam „ utilitatem conferant.

„ IX. Collationes, descriptionesque quæcumque, sed præsertim ex Codicibus manu- „ scriptis faciendæ, in eadem ante Bibliothecam aula in Custodum, Scriptorumque con- „ spectu fiant; ne manuscripti Codices quovis modo corrumpantur, aut folia lacerentur, „ vel decerpantur. Qua super re a Custodibus omnem requirimus, iisdemque injungimus „ diligentiam.

„ X. De manuscriptis omnibus codicibus alio quacumque ex causa transferendis, & cui- „ cumque commodandis, Sixti præfati Prædecessoris sanctionem sub iisdem pœnis & censuris „ renovamus. De libris vero excusis eadem prorsus ratio & consuetudo usque ad hanc diem „ retenta firme remaneat.

„ XI. Cum erronea Hæreticorum, aliorumque Auctorum scripta, ac libros pro eorum „ perpetua damnatione in Scriniis Sanctæ Ecclesiæ reservari mandasset Concilium Romanum „ anno septingentesimo quadragesimo septimo sub sanctæ memoriæ Zacharia Romano Pontifice „ itidem Prædecessore nostro celebratum; ac propterea in eadem Vaticana Bibliotheca ma- „ gna codicum, librorumque hujusmodi supellex recondita reperiatur: Nos per alias pariter „ nostras in simili forma Brevis Literas perpetuis futuris temporibus valituras, quas tenore „ præsentium iterum confirmamus, satis consuluimus quoad Custodes, aliosque Bibliothecæ „ præfatæ inservientes; quoad exteros vero, nemini, nisi cui ab Apostolica hac Sancta Sede „ facultatem impertitam fuisse constiterit, aut legendi, aut describendi codices, librosque „ prohibitos copia fiat.

„ XII. Insignibus Bibliothecis detrimentum atque interitum ex incuria custodiæ a furibus, „ & ab ignibus allatum fuisse memores, præcipimus, ut accurate portæ, fenestræque oc- „ cludantur, neque unquam ignis, facesque in Bibliothecam præfatam deferantur; minusque „ vero noctis tempore codices, volumina, libros, cæteraque inibi contenta cuicumque per- „ sonæ cujusvis auctoritatis & conditionis adhibitis luminibus ostendere quivis audeat.

„ XIII. Quod Antiquis, antequam Typographica Ars inventa esset, in more positum „ erat, ut res majoris momenti perpetuæ memoriæ ad posterorum utilitatem consignandæ, in

„ in membranis, pergamenisque chartis potissimum scriberentur; unde quæcumque illu-
„ strium virorum pauca habemus monumenta, vetustatem, temporumque injurias vicerunt; in
„ Bibliotheca Vaticana, quæ præ cæteris ob ingentem codicum in membranis, pergamenis-
„ que chartis tam scite exaratorum multitudinem maxime commendatur, quantum fieri po-
„ test retineatur; cum sive exempla ex vetustissimis in vili charta descriptis codicibus non-
„ dum impressis, atque adeo blattis, tineisque corrosis, ne pereant, instauranda; sive
„ nova auctorum opera cæteroquin luce dignissima, quomodocumque lucem non visura sunt
„ describenda.

„ XIV. Præterea in deputatione cujusvis Scriptoris imposterum facienda omnino restitua-
„ tur ac servetur consuetudo, paucis ab hinc annis interrupta, candidatos nimirum Scri-
„ ptoris officium ambientes per plurium concursum, ut dicitur, probandi, perfecte ne
„ linguam, cujus munus obituri sunt, præter linguam Latinam, in qua debent omnes esse
„ non mediocriter versati, calleant; politiori etiam elegantiorique ejusdem linguæ, præter
„ Latinam pariter, stylo manuque in exarando præstantiores sint.

„ XV. In emendis denique libris editiones elegantiores correctioresque juxta dignitatem
„ auctoritatemque Vaticanæ Bibliothecæ undique conquirantur; atque ii maxime libri adhi-
„ bita omni diligentia comparentur, qui ad Orthodoxæ Religionis præsidium subsidiumque
„ salutares & proficui existimantur; nec tamen omittantur libri aliarum bonarum artium ac
„ doctrinarum, ut Bibliotheca Apostolica omnium celeberrima magis magisque in dies in-
„ crescat & adaugeatur.

„ XVI. Cætera denique, si quæ in futurum novis per temporum vices legibus ordinatio-
„ nibusque indigere compertum fuerit, ordinanda relinquimus moderno, ac pro tempore
„ existentibus S. R. E. Cardinalibus Bibliothecariis, seu Bibliothecę laudatæ Protectoribus,
„ quos etiam rogantes, iisdem insimul committimus & mandamus, ut debitam fidelemque
„ omnium & singularum legum, ordinationumque per easdem præsentes nostras Literas præ-
„ scriptarum executionem & observantiam curent, promoveant, atque ab iis, quorum in-
„ terest, fortiter suaviterque exigant.

„ Decernentes easdem præsentes Literas, & in eis contenta quæcumque semper firma,
„ valida, & efficacia existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obti-
„ nere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus &
„ per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; ac irritum &
„ inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit
„ attentari. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud
„ Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIV. Augusti MDCCXXXIX. Pon-
„ tificatus nostri anno decimo. *D. Cardinalis Passioneus.*

Hæc de Bibliothecæ Vaticanæ Regimine delibasse satis. Reliquum est, ut insigniorum ejusdem Administrorum, Bibliothecariorum nempe, & Custodum Seriem subjiciamus, quam ex Bullario Romano novissimæ editionis, & ex Summorum Pontificum Regestis, nobiscum a Clarissimo Viro *Joanne Florio*, Apostolicorum Brevium Substituto, humanissime communicatis, contexuimus. Unde & plurimas allucinationes, menda, anacronismosque, quibus scatent Catalogi vel antiquiorum Bibliothecariorum ab Onuphrio Panvinio, Cæsare Raspono, & Joanne Ciampino editi, vel recentiorum Bibliothecariorum, & Custodum, ab Angelo Rocca, ejusque Continuatore ad Cardinalem Pamphilium Bibliothecarium, & ad Carolum Majellum Primarium Custodem perducti, facile intelliges; & quantum propterea nunquam satis laudando Joanni Florio gratiam Bibliotheca Vaticana non minus, quam Literaria Respublica habere debeat, judicabis.

SERIES

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ & Bibliothecæ Apostolicæ Vaticanæ Bibliothecariorum.

L*Aurentius* Presbyter Cardinalis Tit. S. Sylvestri in Exquiliis, S. R. E. Bibliothecarius sub Pelagio Papa II. Anno Domini DLXXX. ut liquet ex Diplomate fundationis Monasterii S. Mariæ in Organo Veronæ, Bullario Romano novissimæ editionis Tom. I. pag. 95. inserto; in cujus clausula hæc legas: *Scriptum per manus Laurentii Presbyteri S. R. E. Bibliothecarii*, *mense Martio*, *Indict.* III. *Bene valete*. Onuphrius Panvinius, & ex eo Cæsar Raspo-

Rasponus tres S. R. E. Bibliothecarios ante hunc Laurentium memorant; videlicet Sanctum Hieroymum Stridoniensem, S. Prosperum Aquitanum, & Petrum Episcopum quendam, Cancellarium. Idque se collegisse adfirmant ex Epistola S. Hieronymi de Monogamia ad Geruntiam, atque ex Marcellini Chronico, & Privilegiis Basilicæ XII. Apostolorum de Urbe. Verum quum nos Bibliothecariorum tam antiquiorum, quam recentiorum Seriem ex solis Pontificum Diplomatibus & Regestis, quæ supersunt, exhibere decrevimus, quumque Bibliothecarii S. R.E. munus ab ejusdem Cancellarii, Protonotarii, Scriniarii & Secretarii Officiis diversum omnino fuisse, ex infra dicendis planissime constet; non solum laudatos tres viros prætermisimus, sed omnes etiam eos, qui in præfatis Pontificiis Diplomatibus & Regestis Bibliothecarii nomine insigniti non leguntur, Catalogo hoc nostro complecti noluimus.

Joannes Levita, S. R. E. Bibliothecarius sub S. Gregorio I. an. 595. subscriptus legitur Diplomati Confirmationis omnium Bonorum, & Privilegiorum Ecclesiæ Ravennatensis, a laudato Pontifice Gregorio Magno, una cum usu Pallii, ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopo Mariniano ejusque successoribus concesso, in hæc verba: *Datum Non. Kalen. Aprilis, Romæ per manus Joannis Levitæ, & S. R. E. Bibliothecarii*. Bullar. Rom Tom. 1. p. 97.

Joannes Albanensis Ecclesiæ Episcopus Cardinalis, S. R. E. Bibliothecarius sub eodem S. Gregorio Magno, an. 596. Panvinio, Cicconio, Raspono, & Ciampino ignotus. Ex Diplomate Confirmationis Bonorum & Jurium Monasterii Sublacensis, sive Sacri Specus, in cujus fine hæc habentur: *Scriptum per manum Benedicti S. R. E. Scriniarii, mense Majo, indict. decimaquarta. Bene valete. Datum quarto Kalendas Julii per manum Joannis Albanensis Ecclesiæ Episcopi, & Sanctæ Summæ Sedis Apostolicæ Bibliothecarii, anno Deo propitio Pontificatus nostri Sexto*. Bull. Rom. Tom. 1. p. 100. Unde clarissimi viri Joannis Ciampini de discrimine inter S. R. E. Bibliothecarios & Scriniarios sententia adversus Panvinium, & Rasponum adprime confirmatur.

Petrus Romanus Diaconus Card. S. R. E. Bibliothecarius, sub eodem S. Gregorio Magno, ann. 600. ut ex ejusdem Pontificis Regestis se collegisse, testantur Panvinius, & Rasponus.

Amandus Episcopus Theatrapi S. R. E. Bibliothecarius, sub Martino I. an. 653. Ex Privilegiis Cœnobii Elnonensis, & Cœnobii Blandiniensis; Bull. Rom. Tom. I. p. 125. & 126.

Gregorius Marcelli filius Romanus, ex Monacho S. Benedicti Diaconus Card. S. R. E. Bibliothecarius, sub Sergio I. ab anno circiter 690. ad 697. & sub Joanne VI. & VII. necnon Sisinio, & Constantino, Romanis Pontificibus, ab anno 700. ad 705. quo anno, die 19. Maji Summus Pontifex creatus, Gregorius II. dictus fuit, obiitque die 10. Februarii anno 731. ut ex ipsius Vita in Libro Pontificali descripta perspicuum est.

Johannes S. R. E. Bibliothecarius sub prælaudato Sergio I. an. 698. Ex Bulla ejusdem Pontificis apud Mabillonium lib. v. de re Diplomatica p. 437. quæ *Data* legitur, VIII. *Kal. April. per manus Johannis Bibliothecarii tunc Sanctæ Sedis Apostolicæ, anno Pontificatus Domni Sergii universalis Papæ in Sacratissima Sede Beati Petri, decimo, Indict.* XI.

Benedictus Episcopus Sylvæ Candidæ, S. R. E. Bibliothecarius, sub Zacharia I. anno 742. Ex Constitutione VII. Bullarii Cassinensis, Tom. 2. in cujus fine hæc leguntur: *Scriptum per manus Leonis Notarii, & Regionarii, atque Scriniarii charissimæ Romanæ Ecclesiæ, in mense Januario, per Indictionem subscriptam secundam. Bene valete. Dat.* XII. *Kal. Februarii per manum Benedicti Episcopi Sylvæ Candidæ Ecclesiæ, & Bibliothecarii Sanctæ Sedis Apostolicæ, anno Deo propitio Pontificatus Domini Nostri Zachariæ Papæ in Sacratissima Sede B. Petri Apostoli II. in mense Januario, Indict. suprascripta II.*

Anonymus, forte *Joannes* Cardinalis, de quo mox infra, ut scribit Laurentius Zaccagnius in notis Mss. ad Catalogum Ciampini, inter Codd. impressos Vaticanos num. 1130. signatum, S. R. E. Bibliothecarius, & Cancellarius sub Leone III. an. 795. Ex Diplomate Privilegii Capellæ in Eresburg, Carolo Magno ab eodem Pontifice concesso, apud Baronium ad annum 790. & Labbeum Tom. VII. Conciliorum p. 1112. ubi hæc in ejus clausula occurrunt: *Datum Eresburg per manus Bibliothecarii, & Cancellarii Ecclesiæ Romanæ* VII. *Kal. Januarias, Anno Domini... Leonis III. 4. Indict. 7. die Dedicationis Capellæ in Eresburg*. Hinc vero, ut recte advertit Ciampinus, inter S. R. E. Bibliothecarios, ejusdemque Cancellarios discrimen aperte evincitur.

Joannes Cardinalis, S. R. E. Bibliothecarius, sub eodem Leone III. an. 815. Ex Privilegiis Monasterii S. Benedicti de Cupersano, Bull. Rom. Tom. 1. p. 162.

Sergius

Sergius S. R. E. Bibliothecarius, sub Paschale I. an. 819. & 820. Ex Privilegiis Ecclesiæ Ravennatensis, Bull. Rom. Tom. I. pag. 167. & ex Annonio de rebus gestis Francorum lib. IV. cap. 90.

Joannes Episcopus Albanensis, S. R. E. Bibliothecarius, sub Gregorio IV. an. 832. Ex Privilegiis Sublacensis Monasterii, Bull. Rom. Tom. I. p. 173.

Megistus Monachus & Abbas Monasterii SS. Andreæ & Gregorii ad Clivum Scauri de Urbe, postea Cardinalis Episcopus Ostiensis, & S. R. E. Bibliothecarius, sub Leone IV. & Benedicto III. ab anno 850. ad 857. Ex Joanne Diacono in Vita S. Gregorii lib. IV. cap. 86. & ex Diplomate Privilegiorum Monasterii S. Dionysii in Gallia, Bull. Rom. Tom. I. p. 189.

Gualbertus Card. Episcopus Portuensis, S. R. E. Pro-Bibliothecarius, sub Nicolao I. an. 860. ut ex Privilegiis Cassinensibus se collegisse scribit Panvinius: quod tamen in dubium revocat Ciampinus.

Tiberius Primicerius Sanctæ Sedis Apostolicæ, Pro-Bibliothecarius, sub eodem Nicolao I. an. 864. teste Alberto Crantzio in Metropoli lib. I. cap. 39.

Anastasius Romanus Monachus & Abbas Monasterii S. Dei Genitricis Mariæ Virginis trans Tyberim, S. R. E. Bibliothecarius, sub eodem Nicolao I. Adriano II. & Joanne VIII. Summis Pontificibus, ab anno circiter 864. ad 879. ceu ipse Anastasius in sua Historia profitetur; idque vel liquet ex Diplomate Adriani II. ad Actardum Hamneticæ Ecclesiæ Episcopum, dat. V. Kal Martias, Indict. I. die scilicet 25. Februarii 868. & ex Diplomate Privilegiorum Monasterio S. Medardi a Joanne VIII. concessorum, *dat.* IV. *Nonas Januarii*, *Indict.* X. seu die 2. Januarii 877. Vide Bull. Rom. Tom. I. pag. 206. & 213.

Zacharias Episcopus Anagninus, S. R. E. Bibliothecarius, sub eodem Joanne VIII. an. 879. & sub Martino II. an. 883. Ex Privilegiis Monasteriorum Capitis Trebiæ, & S. Savinionis, Bull. Rom. Tom. I. p. 220. & 224.

Benedictus Episcopus Sylvæ Candidæ, S. R. E. Bibliothecarius, sub eodem Martino II. an. 884. ut ex Diplomate Privilegiorum Monasterii Cassinensis, dat. XII. Kal. Februarii, Pontificatus ejusdem Martini Anno II. Indict. XI. tradit Ciampinus p. 19.

Joannes Romanus, S. R. E. Protoscriniarius, & Pro-Bibliothecarius, sub Benedicto IV. an. 900. teste Guillelmo Bibliothecario, quem Panvinius & Rasponus perperam ad hæc tempora S. R. E. Bibliothecarium faciunt; ille enim Gregorio VII. die 25. Maji 1085. defuncto, æqualis fuit; ut ex ejusdem Historia constat.

Idem Panvinius, & ex eo Rasponus, Cancellarii munus cum officio Bibliothecarii confundentes, *Theophylactum* sub Sergio III. an. 905. Bibliothecarium fuisse scribunt, idque se hausisse testantur, ex Privilegio Ecclesiæ Portuensis, quod apud Ughellium reperimus, Episcopo Sylvæ Candidæ, non vero Portuensi concessum; ubi nulla Bibliothecarii fit mentio. Quare, ut sapienter admonet Ciampinus, S. R. E. Bibliothecariorum Catalogo expungendus est *Theophylactus*, uti & *Melchisedech*, & *Petrus*, aliique plures, qui in eorundem Bibliothecariorum numerum post Theophylactum a prælaudatis viris Panvinio & Raspono referuntur, & quos ob eam caussam nos quoque prætermittimus.

Dodo Epicopus ... S. R. E. Bibliothecarius, sub Joanne X. an. 929. Ex Diplomate Confirmationis Privilegiorum, Exemptionum, & Jurium Monasterii Sanctæ Mariæ in Organo Veronæ; in cujus fine hæc legas: *Scriptum per manus Joannis Cardinalis & Cancellarii vice Petri Diaconi, in mense Septembris, & Indictione Octava. Datum per manus Dodonis Episcopi, & Bibliothecarii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense & Indictione suprascriptis in Sacratissima Sede Beati Petri Apostoli Anno Septimo Deo propitio Pontificatus Domini Joannis Summi Pontificis & universalis Papæ Decimi*. Bull. Rom. Tom. I. p. 240. En apertissimum, ut vides, inter S. R. E. Bibliothecarium, ejusdemque Cancellarium discrimen.

Marinus Episcopus ... S. R. E. Bibliothecarius sub Joanne XII. an. 956. Ex Diplomate Privilegiorum Landulpho Episcopo Beneventano concessorum, in cujus fine hæc: *Scriptum per manum Leonis Scriniarii S. R. E. in mense Decembri*, *Indict.* XV. *Bene valete*. *Datum* XVIII. *Kal. Januarii per manum Marini Episcopi, & Summæ Sedis Apostolicæ Bibliothecarii, Anno Domino propitio Pontificatus Domini nostri Joannis Summi Pontificis, & universalis XII. Papæ in Sacratissima Sede B. Petri Apostoli, undecimo, mense & Indictione suprascripta XV.* Quare fallitur Panvinius, qui Leonem præfatum S. R. E. Bibliothecarium adpellat.

Windo, seu *Guido* Episcopus Sylvæ Candidæ, S. R. E. Bibliothecarius, sub Joanne XIII. anno 967 968. 969. & 971. Ex Diplomate depositionis Heroldi Salisburgensis Archie-

chiepiſcopi ; & ex Privilegiis Monaſterii Fuldenſis, Beneventanæ Eccleſiæ, & Monaſteriorum S. Vincentii Martyris Metenſis Diœceſis, & S. Victoris Diœceſis Virdunenſis. Bull. Rom. Tom. 1. pag. 263. 265. & ſeqq.

Sicco Epiſcopus Bleranenſis, vice Guidonis præfati S. R. E. Bibliothecarius, ſub eodem Joanne XIII. ann. 969. Ex Privilegiis Eccleſiæ Trevirenſis, Bull. Rom. Tom. 1. p. 265.

Andreas Epiſcopus . . . S. R. E. Bibliothecarius, ſub eodem Joanne XIII. ut ex Regeſto Innocentii IV. ſe collegiſſe adfirmat Panvinius.

Joannes Epiſcopus, forte Salernitanus, de quo mox infra, S. R. E. Bibliothecarius, ſub Benedicto VI. ann. 973. Ex Privilegiis Vizeliacenſis Monaſterii, Bull. Rom. Tom. 1. pag. 273.

Windo, ſeu Guido Epiſcopus Sylvæ Candidæ, iterum S. R. E. Bibliothecarius ſub Benedicto VII. ann. 975. Ex Privilegiis Eccleſiæ Trevirenſis, Bull. Rom. Tom. 1. pag. 277.

Joannes Epiſcopus Salernitanus, S. R. E. Bibliothecarius, ſub eodem Benedicto VII. ann. 978. Ex Bulla inſerta Regeſto Innocentii IV. apud Panvinium. Hinc fallitur Moſcus, quum ſcribit, præfatum Joannem quinque tantum annos vixiſſe a ſua aſſumtione, quę contigit anno 969. ut monet Ughellius.

Stephanus Epiſcopus ... S. R. Eccleſiæ Bibliothecarius, ſub eodem Papa Benedicto VII. ab anno 981. ad 983. Ex Privilegiis Monaſteriorum S. Walarici, Vulturnenſis, & S. Salvatoris in pago Gamblacenſi, Bull. Rom. Tom. 1. pag. 280. & 281.

Joannes Epiſcopus, forte Nepeſinus, de quo mox infra, S. R. E. Bibliothecarius ſub Joanne XIV. ann. 984. Ex Privilegio uſus Pallii Aloni Archiepiſcopo Beneventano ab eodem Pontifice conceſſo, apud Ciampinum pag. 24.

Gregorius Epiſcopus Portuenſis, Cardinalis, S. R. E. Bibliothecarius ſub Joanne XV. ann. 989. Ex Privilegiis Cœnobii S. Gregorii ad Rhenum, Bull. Rom. Tom. 1. pag. 285.

Joannes Epiſcopus Nepeſinus, S. R. E. Bibliothecarius ſub eodem Joanne XV. an. 992. & 993. Ex Privilegiis Eccleſiæ Portuenſis, & ex Bulla Canonizationis S. Udalrici Epiſcopi Auguſtani, Bull. Rom. Tom. 1. pag. 288. & 289.

Gregorius Cardinalis Epiſcopus Portuenſis, S. R. E. Bibliothecarius iterum, ſub eodem Papa Joanne XV. an. 994. Ex Privilegiis Salernitanæ Eccleſiæ, Bull. Rom. Tom. 1. p. 290.

Joannes Cardinalis Epiſcopus Albanenſis, S. R. E. Bibliothecarius, ſub Gregorio V. & Sylveſtro II. ab anno 997. ad 999. Ex Bullis eorumdem Summorum Pontificum, Bullar. Rom. Tom. 1. pag. 292. & ſeqq.

Petrus Cardinalis Epiſcopus Præneſtinus, S. R. E. Bibliothecarius, ſub Sergio IV. ann. 1011. Ex Diplomate Privilegiorum Monaſterii S. Vincentii Vulturnenſis, dat. v. kal. Martii, Indict. x. Bull. Rom. Tom. 1. pag. 309.

Gregorius Epiſcopus . . . S. R. E. Bibliothecarius ſub eodem Papa Sergio IV. eodem anno 1011. ſed menſe diverſo ; ut liquet ex Diplomate Privilegiorum Eccleſiæ Salernitanæ, dat. xv. kal. Junii, Indict. x. Bull. Rom. Tom. 1. pag. 309.

Benedictus Epiſcopus Sylvæ Candidæ, S. R. E. Bibliothecarius, ſub Benedicto VIII. ann. 1013. Ex Privilegiis Eccleſiæ Bambergenſis, & Monaſterii Farfenſis, Bull. Rom. Tom. 1. pag. 319.

Boſo Epiſcopus, forte Tyburtinus, de quo infra, S. R. E. Bibliothecarius ſub eodem Pontifice Benedicto VIII. ann. 1014. Ex Privilegiis Monaſterii Farfenſis, Bullar. Rom. Tom. 1. pag. 322.

Petrus Cardinalis Epiſcopus Præneſtinus, S. R. E. Bibliothecarius iterum ſub eodem Papa Benedicto VIII. ann. 1016. ut ex Bullis Monaſterii Farfenſis ſcribunt Panvinius & Raſponus.

Boſo Epiſcopus . . . . S. R. E. Bibliothecarius iterum, ſub eodem Benedicto VIII. ann. 1017. & 1018. Ex Privilegiis Eccleſiæ Biſuldunenſis, Monaſterii Farfenſis, & Eccleſiæ Portuenſis, Bull. Rom. Tom. 1. pag. 327. & ſeqq.

Dodo, ſeu *Dado Epiſcopus*, forte Iſchiæ, ut cenſet Ciampinus, S. R. E. Bibliothecarius, ſub Joanne XIX. ann. 1024. Ex Bullis Monaſterii S. Mariæ in Organo Veronæ, apud Panvinium, & Raſponum.

Boſo Epiſcopus Tyburtinus, S. R. E. Bibliothecarius, ſub eodem Joanne XIX. anno 1026. Ex Diplomate Privilegiorum Eccleſiæ Sylvæ Candidæ, in cuius clauſula hæc legas ; *Datum* XVI. *Kalendas Januarii per manum Boſonis Epiſcopi Sanctæ Tyburtinæ Eccleſiæ*

clesiæ, & Bibliothecarii Sanctæ Apostolicæ Sedis. Bullar. Basilicæ Vaticanæ S. Petri novissimæ editionis Tom. 1. pag. 19.

Peregrinus Coloniensis Archiepiscopus, S. R. E. Bibliothecarius sub eodem Joanne XIX. eodemque anno 1026. sed die diverso; cujus absentis vices gessit *Benedictus Cardinalis Episcopus Portuensis*; ut adparet ex prælaudato Diplomate Privilegiorum Ecclesiæ Sylvæ Candidæ Tomo 1. Bullarii Basilicæ Vaticanæ pag. 19. inserto; ubi post subscriptionem Bosonis Episcopi Tyburtini, quam paullo ante protulimus, hæc habentur: *Datum secundo Kalendas Januarii per manum Benedicti Episcopi Portuensis, & Vice Peregrini Coloniensis Archiepiscopi, Bibliothecarii Sanctæ Apostolicæ Sedis, anno Pontificatus Domini nostri Joannis Summi Pontificis, & universalis Deciminoni Papæ in sacratissima Sede Beati Petri Apostoli sedentis, Tertio, mense Decembris, Indictione decima*.

Petrus Cardinalis Episcopus Prænestinus, S. R. E. Bibliothecarius iterum sub eodem Joanne XIX. anno 1027. Ex ejusdem Summi Pontificis Epistola ad universos Christi Fideles pro Cluniacensibus Monachis, in cujus clausula ista leguntur: *Data v. Kal. Aprilis per manum Petri Episcopi Prænestinæ Ecclesiæ, & Bibliothecarii Sanctæ Apostolicæ Sedis, Anno Pontificatus Domini Joannis Sanctissimi XIX. Papæ III. Indict.* x. Bullar. Ordin. Cluniac. pag. 10.

Boso Episcopus Tyburtinus, S. R. E. iterum Bibliothecarius sub eodem Joanne XIX. eodemque anno 1027. a mense Septembri, & duobus annis consequentibus, nec non sub Benedicto IX. ann. 1038. Ex Privilegiis Ecclesiarum Aquilejensis, Sylvæ Candidæ & Monasterii Cassinensis, Bull. Rom. Tom. 1. pag. 338. & 349. & apud Mabillonium Tom. II. Musei Ital. pag. 157.

Petrus Episcopus Sylvæ Candidæ, S. R. E. Bibliothecarius, creatus a Benedicto IX. mense Novembri ann. 1037. ut docet Diploma Privilegiorum Episcopo Sylvæ Candidæ ab eodem Pontifice concessorum; ubi inter cetera constitutum est, ut non solum præfatus Petrus, sed & omnes ejus successores Episcopi Sylvæ Candidæ, Sanctę Romanę Ecclesiæ essent in perpetuum Bibliothecarii, hisce verbis: *Ad memoriam servitii nostri, qui semper pure S. R. Ecclesiæ fecisti, nobisque & Antecessoribus nostris, non solum te, sed omnes tuos successores Episcopos Bibliothecarios Sedis nostræ esse perpetuo Apostolica auctoritate censemus; ut merito, qui in Apostolica Ecclesia desudatis, in Apostolicis scriptis fideles testes semper existatis*, &c. Bull. Rom. Tom. 1. pag. 348. & Bull. Basilicæ Vatic. Tom. 1. pag. 22. Verum hæc Constitutio servata non fuit; nam consequenti anno 1038. *Boso Episcopus Tyburtinus*, iterum S. R. E Bibliothecarius ab eodem Papa Benedicto IX. creatus, subscripsit prælaudato Privilegiorum Cassinensis Cœnobii Diplomati, Tomo 1. Bullar. Rom. pag. 349. inserto, in hęc verba: *Datum kalendis Julii per manum Bosonis Episcopi Sanctæ Tyburtinæ Ecclesiæ, & Bibliothecarii Sanctæ Apostolicæ Sedis, Anno ab Incarnatione Domini millesimo trigesimo octavo, Pontificatus vero Domini Benedicti IX. Papæ anno* v.

Petrus Diaconus Card. S. R. E. Bibliothecarius & Cancellarius, sub Gregorio VI. Clemente II. Damaso II. & Leone IX. ab anno 1044. ad 1050. ut ex eorumdem Summorum Pontificum Bullis perspicuum est; Bull. Rom. pag. 353. & seqq.

Fridericus Lotharingus, Gozeleonis Lotharingiæ Ducis filius, ex Canonico Regulari Ecclesię S. Lamberti, Diaconus Card. S. R. E. Bibliothecarius, & Cancellarius vice Herimanni Archicancellarii, & Coloniensis Archiepiscopi, sub Leone IX. ann. 1050. die 16. Octobris. Ex Privilegiis Monasterii Sanctę Marię in Insula Gorgonea; Bull. Rom. Tom. 1. pag. 373. Is deinde Presbyter Card. tit. S. Chrysogoni, Abbas Cassinensis, & demum Romanus Pontifex creatus die 9. Augusti 1057. Stephanus IX. dictus fuit, obiitque 29. Martii 1058.

Wido, seu *Udo Tullensis*, Primicerius, Cancellarius, & S. R. E. Bibliothecarius sub Leone IX. ann. 1050. die 6. Decembris, & 1051. die 11. Januarii. Ex Privilegiis Monasterii SS. Bertarii & Ataleni in Comitatu Sautensi, & Biuntinæ S. Stephani Ecclesiæ, Bull. Rom. Tom. 1. pag. 374. & 375.

Petrus Diaconus Card. S R. E. Bibliothecarius & Cancellarius, iterum sub eodem Leone IX. ann. 1051. die 18. Aprilis. Ex Privilegiis Corbejensis Monasterii, Bull. Rom. Tom 1. pag. 376.

Fridericus Diaconus Card. iterum S. R. E. Bibliothecarius, & Cancellarius vice Herimanni Coloniensis Archiepiscopi & Archicancellarii, sub eodem Leone IX. ann, 1051.

die 21. Junii & 22. Julii. Ex Privilegiis Monasterii S. Clementis Casauriensis, & Ecclesię Salernitanę, Bull. Rom. Tom. 1. pag. 376. & seq.

Petrus Diaconus Card. S. R. E. Bibliothecarius, & Cancellarius iterum sub eodem Leone IX. eodemque anno 1051. die tamen 6. Augusti. Ex Privilegiis Monasterii Amiatini Clusinę Diœcesis; Bull. Rom. Tom. 1. pag. 378.

Fridericus Diaconus Card. de quo supra, iterum S. R. E. Bibliothecarius, & Cancellarius vice Herimanni Archicancellarii, & Coloniensis Archiepiscopi, sub eodem Leone IX. a mense Novembris 1051. ad 1054. Ex Privilegiis Monasterii Farfensis, & Ecclesię Coloniensis, nec non Abbatię S. Sophię Beneventanę Diœcesis, Ecclesię Asculanę, Episcoporum Valvensium, Ecclesię Bambergensis, & Basilicę Vaticanæ; Bull. Rom. Tom. 1. pag. 380. & seqq. & Bull. S. Petri Tom. 1. pag. 27. 29. & 33. & apud Ciampinum Catalog. Biblioth. pag. 38. & seqq.

Hildebrandus Soanensis Thuscus S. R. E. Card. Subdiaconus, mox Archidiaconus S. Marię in Domnica, Pro-Bibliothecarius, & Cancellarius sub Victore II. ann. 1055. Ex Bullis Ecclesię Bononiensis apud Panvinium, & Rasponum. Is quum adhuc Alexandro II. in Lateranensi Basilica parentaret, die 22. Aprilis 1073. Summus Pontifex electus, Gregorii VII. nomen sibi adscivit, obdormivitque sanctissime in Domino die 25. Maji 1085.

Aribo Diaconus Card. S. R. E. Pro Bibliothecarius & Cancellarius, sub eodem Victore II. ann. 1056. & 1057. Ex Bullis Ecclesię Portuensis apud Panvinium, & Ecclesię Ferrariensis; Bull. Rom. Tom. 1. pag. 389.

Humbertus Tullensis Gallus, ex Monacho S. Benedicti Card. Episcopus Sylvæ Candidę, S. R. E. Bibliothecarius sub Stephano IX. Nicolao II. & Alexandro II. a mense Novembri 1057. ad 1062. Ex eorundem Summorum Pontificum Bullis, libro II. Cap. 97. Historiæ Cassinensium, & Bullario Romano Tom. 1. pag. 397. & seqq. insertis

Maynardus Capuanus ex Monacho Cassinensi Card. Episcopus Sylvæ Candidæ, S. R. E. Bibliothecarius sub Alexandro II. ann. 1062. Ex Privilegiis Ecclesiæ Pisanæ; Bullar. Rom. Tom. 2. pag. 4.

Petrus Acolythus S. R. E. Bibliothecarius & Cancellarius vice Annonis Coloniensis Archiepiscopi & ipsius S. R. E. Archicancellarii, sub eodem Alexandro II. ann. 1062. die 23. Martii. Ex Privilegio Monasterii Fructuariensis, Bull. Rom. Tom. 2. pag. 2.

Joannes Card. Episcopus Albanensis, S. R. E. Bibliothecarius, sub eodem Alexandro II. ann. 1063. die 19. Aprilis. Ex Privilegiis Monasterii SS. Salvatoris & Julię Brixien. apud Margarinum, Bull. Casinen. Tom. II. Constit. 104. pag. 98.

Petrus, forte *Acolythus*, de quo supra, Subdiaconus, tum Presbyter Card. S. R. E. Bibliothecarius, & Cancellarius vice prefati Annonis Archiepiscopi Coloniensis, Archicancellarii, sub Alexandro II. ab anno 1064. ad 1072. ex Diplomate Monasterii S. Petri Perusini apud Margarinum Tom. 2. Constit. 105. & ex Bullar. Rom. Tom. 2. pag. 6. & seqq.

Petrus Clericus fungens vices præfati Petri S. R. E. Subdiaconi ac Bibliothecarii sub eodem Alexandro II. ann. 1068. & duobus annis consequentibus. Ex Bullis ejusdem Pontificis, Bull. Rom. Tom. II. pag. 11. & seqq.

Petrus, *Guillelmus* cognominatus, teste Baronio, S. R. E. Diaconus, tum Presbyter Card. tit. S. Chrysogoni, Bibliothecarii & Cancellarii muneribus extremis Alexandri II. temporibus, & diu sub Gregorio VII. functus est, ab anno scilicet Domini 1072. ad ann. circiter 1084. scripsitque post Anastasium Pontificum Romanorum Vitas, a Nicolao scilicet Primo usque ad Paschalem II. Id vero liquet ex Bullis eorumdem Pontificum, quę in Bull. Rom. Tom. 2. pag. 19. & seq. exhibentur, atque ex ipsius Guillelmi Historia, quam laudat Rasponus in sua Basilica Lateranen. lib. III. Cap. 16. pag. 250. ubi tamen eundem Guillelmum sub Benedicto IV. circa annum 900. S. R. E. Bibliothecarium incautus jam fecerat.

Beniamin fungens vices laudati Petri Presbyteri Card. S. R. E. Bibliothecarii, sub eodem Gregorio VII. an. 1083. Ex Diplomate Confirmationis Privilegiorum Panormitanæ Ecclesię, Bull. Rom. Tom. II. pag. 59.

. . . *Signensis Episcopus*, forte *S. Bruno*, cujus meminit Martyrologium Romanum die 18. Julii, & Baronius in illius notis, aliique Scriptores, ut existimat Ciampinus, S. R. E. Bibliothecarius sub Victore III. ann. 1087. Ex Privilegiis Ravellensis Ecclesię, Bull. Rom. Tom. II. pag. 16.

Joannes Cajetanus, ex Monacho Casinensi S. R. E. Subdiaconus, tum Diaconus Card. Bi-

Bibliothecarius sub Urbano II. & Paschali II. ab anno 1088. ad 1097. Ex eorumdem Pontificum Bullis, Bull. Rom. Tom. II. pag. 63. & seqq.

Chrysogonus Diaconus Card. S. R. E. Bibliothecarius, sub Gelasio II. & Callisto II. ab anno 1118. ad 1122. ut ex eorundem Summorum Pontificum Bullis constat, Bull. Rom. Tom. II. a pag. 156. ad 183.

Ugo S. R. E. Sabdiaconus, Bibliothecarii vices gessit sub Callisto II. ann. 1123. ex Panvinio & Raspono.

Gerardus Caccianemicus Ursi filius Bononiensis, Presbyter Card. S. R. E. Bibliothecarius sub Innocentio II. & Cælestino II. ab anno 1141. ad 1144. Ex eorundem Summorum Pontificum Bullis, Bullario Romano Tom. II. pag. 252. & seqq. insertis. Is die 12. Martii 1144. Romanus Pontifex creatus, Lucius II. nuncupatus fuit, obiitque sequenti anno 1145. die 25. Februarii, quum sedisset tantum menses undecim, dies quatuor.

Post hunc Gerardum, per duo ferme secula, nullum alium S. R. E. Bibliothecarium, aut Bibliothecæ Pontificiæ Præfectum ex Bullis consequentium Summorum Pontificum, aut aliunde nancisci licuit; qui enim deinceps iisdem Bullis subscripti leguntur, & quorum series usque ad annum 1316. a Panvinio & Raspono exhibetur, ii quidem S. R. E. Cancellarii, seu Vicecancellarii fuerunt, ut ex eorundem subscriptionibus perspicuum est. Eos propterea Catalogo S. R. E. Bibliothecariorum merito expunxit clarissimus Ciampinus; qui tamen perperam Gerardum quemdam Presbyterum Cardinalem S. R. E. Bibliothecarium sub Cœlestino III. ad an. 1192. commemorat ex Diplomate Lanfranco Abbati S. Mariæ de Bono Solatio & successoribus concesso, apud Ughellium in Archiepiscopis Florentinis; quod ad Cælestinum Secundum referendum esse, ostendit ejusdem Pontificis nomen, in præfati Diplomatis clausula expressum, quamvis tempus ipsi Diplomati adscriptum cum Cælestino Secundo non conveniat; ut recte monet Zaccagnius in Notis Mss. ad Ciampinum. Sic enim ibidem legitur: *Datum per manus Gerardi S. R. E. Presbyteri Cardinalis, & Bibliothecarii 4. kal. Martii, Indict. x. Incarnat. Dom. ann.* 1192. *Pontificatus vero Cælestini Papæ II. anno Primo*. Ubi, ut vides, errorem in anno, & Indictione potius, quam in nomine Pontificis obrepsisse credendum est; quum nullus Gerardus Presbyter Cardinalis sub Cœlestino III. vixerit.

Fr. Ptolemæus Lucensis Ord. Prædicatorum, S. Thomæ Aquinatis alumnus, Bibliothecæ Apostolicæ Bibliothecarius sub Clemente V. & Joanne XXII. ab anno 1305. ad 1318. quo ad Torcellanum Episcopatum fuit assumtus. Ex Ughellio Ital. Sac. Tom. v. p. 1393.

Porro Onuphrius Panvinius Cod. Ms. Vat. 615. narrat, Joannem XXII. Ordini Heremitarum S. Augustini tria in Romana Curia Officia, quæ conjunxerat, videlicet, munus Sacrarii Pontificii administrandi, Bibliothecæ Apostolicæ custodiendæ, & Confessionis Summi Pontificis pro tempore existentis excipiendæ, amore erga præfatum Ordinem, cui antea adscriptus fuerat, ductum, concessisse; eodemque amplissimo Privilegio Augustiniani Fratres usque ad Sixti IV. tempora continenter fuisse potitos, qui Bibliotheca Apostolica ampliori, nobiliorique loco donata, Bibliothecarium a Sacrista, & Confessario distinxit, & Fratribus Augustinianis inde amotis, Julianum Dathum Abbatem S. Sebastiani, Sacristam; Joannem vero Antonium Buxi Episcopum Aleriensem Bibliothecarium constituit. Ceterum munus Sacristæ, ab Alexandro VI. Ordini præfato restitutum, Fratres ejusdem Ordinis adhuc in pace obtinent. Idem Panvinius Cod. cit. septem prælaudati Ordinis S. Augustini Alumnos enumerat, quos tribus præfatis muniis una fuisse perfunctos adfirmat. Ii autem sunt qui sequuntur.

Magister Fr. Joannes Lemovicensis Gallus Theologus, Bibliothecarius Apostolicus, & Sacrista sub Joanne XXII. Benedicto XII. & Clemente VI. creatus ab eodem Joanne Papa Avenione an. 1318. obiit 1346.

Mag. Fr. Raymundus de Acono, Monasterii Appiarum Alumnus, ex Episcopo Forolijviensi Episcopus Appamiarum, Joanne Lemovicensi in Bibliothecarii, Sacristæ, & Confessarii muniis suffectus est anno 1346. iisque functus sub Clemente VI. & Urbano V.

Mag. Fr. Petrus Amely de Brenaco Lemovicensis Gallus, ex Episcopo Senogalliensi Archiepiscopus primo Hydruntinus, & post annum Tarentinus, & Patriarcha Gradensis, demum Patriarcha Alexandrinus, Pontificius Bibliothecarius, Sacrista & Confessarius sub Urbano V. Gregorio XI. & Bonifacio IX. creatus anno 1366.

Mag. Fr. Petrus Appamiensis Gallus, primus Montis Falisci Episcopus ab Urbano V. renunciatus, Pontificius Bibliothecarius, Sacrista, & Confessarius sub Urbano VI. anno 1378.

Mag. Fr. Petrus Assalbiti, Gallus Lemovicensis, ex Olorensi Condovensis, deinde Electensis Episcopus, an. 1395. Pontificius Bibliothecarius, Sacrista, & Confessarius a Bonifacio IX. creatus, obiit plenus dierum ann. 1440. Verum ex Codice Ms. qui in Archivo Vaticano plut. x. Miscell. num. 98. adservatur, teste clarissimo viro Josepho Comite Garampio, ejusdem Archivi Præfecto, colligitur, præfato Petro Assalbiti *Guilielmum de Vinea* Episcopum Anconitanum in munere Sacristæ, Thesaurarii, & Confessarii a Bonifacio IX. fuisse suffectum, eaque munia usque ad Pontificatum Gregorii XII. gessisse.

Mag. Fr. Andulphus Tiphernas, non vero Lemovicensis Gallus, ut scribunt Rasponus & Ciampinus, Episcopus Tipherni, seu Civitatis Castelli, Bibliothecarius, Sacrista, & Confessarius Eugenii IV. Nicolai V. Callixti III. & Pii II. ab anno 1440. ad 1460. quo an. die 9. Junii obivit, sepultusque est in Ecclesia S. Augustini de Urbe, ante Aram S. Monicæ sacram; ubi adhuc in pavimento ejus effigies leviter insculpta spectatur, cum hocce Epitaphio, quod pene invidiosa vetustas delevit: *Hic jacet corpus R. D. Domini Rodulphi Episcopi C. Castelli, & IIII. Summorum Pontificum, scilicet Eugenii IV. Nicolai V. Callixti III. & Pii II. Confessoris, & Sacristæ, & Bibliothecari, qui suis humeris portavit Sacrum Corpus S. Monicæ ab Ostia Tiberina translatum, Anno Domini MCCCCXXXX.*

Mag. Fr. Joannes de Janderonis, Senensis, pr laudati Rodulphi ex sorore nepos, ejusdemque tum in Episcopatu Tiphernate, a quo postea ad Massensem Ecclesiam in Etruria translatus est, tum in Pontificii Bibliothecarii, Sacristę, & Confessarii muneribus successor a Pio II. die 15. Junii 1460. renunciatus, eadem Officia tenuit usque ad sui obitum, qui an. 1472. adcidit. Eo autem defuncto, Sixtus IV. Augustiniani Ordinis Alumnos amplissimis hisce Officiis exspoliavit, ut superius memoravimus; nec ullus Sacrista Pontificius, Vaticanæ Bibliothecę in posterum prȩfuit.

Joannes Antonius de Buxis, Episcopus Alariensis, cujus nulla in Catalogis Ponificiorum Bibliothecariorum a Ciampino, & Angelo Rocca vulgatis fit mentio, creatus Bibliothecarius a Sixto IV. an. 1472. obiit 4. Februarii 1475 sepultusque est in Ecclesia S. Petri ad Vincula sub hac epigraphe: *Jo. Ant. Epo Alarien. gne de Buxis, Patria Viglevanen. Xisti IIII Pont. Max. Ref. Bibliothecario, Secretarioque venerando, Senatui ac toti Ecclie caro, qui fuit pietate, Lris insignis, de Patria, Parentibus, Amicis, & omnibus benemeritus. Jacobus fr. ger. pientiss. Vixit An ✠ LVII M ✠ VI. D XII. Obiit An. Jubilei MCCCCLXXV. prid. Non. Febr.*

Bartholomæus Platina Cremonensis, Scriptor Apostolicus & Familiaris Sixti IV. Bibliothecarius ab eodem Pontifice creatus an. 1475. Idibus Julii; atque hujusmodi munus perpetuum deinceps fore decretum; obiit mense Octobri 1481.

Bartholomæus, alias *Aristophilus*, *Manfredus*, Clericus Britonoriensis Diœcesis, Decretorum Doctor, linguarum peritia insignis, Scriptor Apostolicus, & Familiaris Sixti IV. Bibliothecarius ab eodem Pontifice creatus die 19. Octobris 1481. cujus munus ut pristino splendori restitueret, idem Pontifex amplificavit, statuitque, ut Bibliothecarii, qui deinceps sequerentur, Scutiferi primi Romani Pontificis in perpetuum essent, cum salario, honoribus & emolumentis consuetis; præstita tamen cautione decem millium ducatorum; ut ex ejusdem Pontificis Bulla, dat. xiv. Kal. Novembris 1481. liquet; ubi hæc legas: *Volumus autem, quod præfatus Bartholomæus Manfredus in dicta Camera Apostolica cautionem decem millium ducatorum præstet cum Juramento de fideli ac diligenti cura circa libros, & res ejusdem Bibliothecæ habenda*. A quo tamen onere Bibliothecarii omnes, qui Thomam Phædrum Jnghiramium, ab anno 1516. ad nostram usque ætatem excepere, liberati sunt, & Paragraphus ille ex Diplomatibus Pontificiis, quibus iidem Bibliothecarii creari solent, inde in posterum ademtus est; ut ea legentibus constabit.

Christophorus Persona Romanus, Prior S. Balbinæ, creatus Bibliothecarius ab Innocentio VIII. die 13. Decembris 1485. obiit an. 1486.

Joannes Laurentius de Dionysiis Venetus, creatus Bibliothecarius ab eodem Pontifice An. 1487.

Hieronymus Cathalanus, Archidiaconus Barchinonensis, creatus Bibliothecarius ab Alexandro VI. an. 1493.

Joannes Fonsalida Hispanus, Episcopus Interamnensis, creatus Bibliothecarius ab eodem Alexandro VI. an. 1495. obiit 13. Martii 1498.

Julia-

Julianus Volaterranus, Archiepiscopus Ragusinus, Joanni Fonsalidæ suffectus, obiit an. 1510. mense Junio, aut Julio ineunte.

Thomas Phædrus Inghiramius Volaterranus, creatus Bibliothecarius a Julio II. an. 1510. die 17. Julii; ut ex ejusdem Pontificis Diplomate, ab eruditissimo Marino Caracciolo, ejus a secretis, postea S. R. E Cardinali, conscripto, & num. 64. in Regestis Archivi Vaticani Cod. 883. pag. 337. signato, constat; quod est hujusmodi: *Julius Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Thomæ Phædro Inghiramio Clerico Volterrano Acolytho & Bibliothecario familiari nostro salutem* &c. *Cum assidue animo volutamus Romanam Ecclesiam, aliarum omnium Reginam, litteratorum præsertim virorum ductu & auxilio erectam, propugatam, & in sua, qua nunc est, majestate collocatam fuisse; illosque viros esse litteratos, qui Christi vestem inconsutilem scindere volentium petulantiæ sæpe obstiterunt, gregem Dominicum servaverunt, ac fluctuantem demum Petri naviculam, & procellis pene obrutam in portum semper reduxerunt: nedum adducimur, sed cogimur Bibliothecis, in quibus tot tantorumque virorum vigiliæ sunt collocatæ, quæque ad eorundem litteratorum commoditatem constitutæ fuere, eos Viros præficere, qui fama, moribus, & præsertim doctrina sunt conspicui, cæterosque antecellunt. Cum itaque Officium Bibliothecarii Palatii nostri Apostolici, quod bonę memoriæ Julianus Archiepiscopus Ragusinus dum viveret, exercebat, per obitum ejusdem Juliani Archiepiscopi, qui in Romana curia debitum naturæ persolvit, vacaverit, & vacet ad præsens: Nos cupientes Bibliothecam nostri Palatii, quam fel. record. Sixtus Papa IV. Prædecessor, & noster secundum carnem patruus publicavit, multisque præclaris voluminibus tum Græcis, tum Latinis auxit & ornavit, per virum doctrina & moribus probatis ornatum regi & gubernari: Te, qui etiam Brevium Apostolicorum Scriptor, & continuus commensalis noster existis, & de tuis moribus, doctrina, & prudentia & rerum experientia plurimum confidimus, a quibuscumque &c. Officium prædictum sic vacans cum omnibus illius honoribus, oneribus, & emolumentis consuetis Apostolica tibi auctoritate, per te quoad vixeris tenendum, regendum, & gubernandum, ita quod ab illo, quoad vixeris, a quoquam amoveri nequeas, concedimus: teque in locum dicti Juliani Archiepiscopi, quoad officium prædictum substituimus, & subrogamus; decernentes, te ad officium prædictum, ejusque liberum exercitium, ac honores, onera & emolumenta prædicta recipiendum fore pariter & admittendum. Mandantes moderno & pro tempore pecuniarum dictæ Bibliothecæ Depositario Generali, ac aliis, ad quos spectat, ut tibi de salario decem ducatorum auri de Camera pro quolibet mense Bibliothecario Deputato, congruis & consuetis temporibus respondeant, seu faciant ab aliis, quorum interest, respondere. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod tu in Camera Apostolica cautionem solitam præstes, cum juramento de fideli ac diligenti cura circa libros, & res ejusdem Bibliothecæ habenda. Nulli ergo* &c. *Si quis autem* &c. *Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ* 1510. XVI. *Kal. Augusti, Pontificatus nostri Anno Septimo*. Porro Thomas Phædrus Inghiramius Canonicatu Basilicæ Vaticanæ auctus, obiit die 5. Septembris 1516.

Philippus Beroaldus Junior Bononiensis, anno 1516. ipso die 5. Septembris, quo Thomas Phædrus Inghiramius obierat, Bibliothecarius a Leone X. creatus, moritur die 30. Augusti 1518. En Diploma Pontificium ejus in Bibliothecarium promotionis, a Jacobo Sadoleto Leonis X. ab epistolis, deinde S. R. E. Cardinali præclarissimo, scriptum, quod ex ejusdem Pontificis lib. V. Secr. num. 1125. p. 170. heic exhibemus; quippe alio a præcedenti exordio concinnatum: *LEO &c. Dilecto filio Beroaldo Juniori Palatii nostri Apostolici Bibliothecario, Notario, & Familiari nostro antiquo salutem* &c. *Cum multis retro seculis Græcæ & Latinæ litteræ ob barbararum nationum colluviem periculum magnum adiissent, & calamitatem sensissent non parvam, ac sequentibus temporibus cum Italia præsertim eo malo quodammodo liberata quiescere cœpisset; multi Christiani Principes scientiarum virtutumque ornamentis decorati, præsertimque Romani Pontifices Prædecessores nostri literarum, & librorum reliquias inquirentes collegerunt; ac ut in posterum talibus injuriis, quantum cum Deo possent, obviam irent, diversas Bibliothecas instituere, ubi tamquam in asylo tutus ab omni injuria locus ipsis libris esset, iisdemque Bibliothecis viros litteratura moribusque conspicuos etiam magnis cum præmiis præfecere, quibus procurantibus res litteraria non modo detrimentum non pateretur, sed incrementum quotidie susciperet. Horum igitur Prædecessorum nostrorum vestigiis insistentes, cum Officium Bibliothecarii Palatii nostri Apostolici, quod quondam Thomas*

mas Phædrus de Inghiramiis Canonicus Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, dum viveret, exercebat, per obitum ejusdem Thomæ, qui apud Sedem Apostolicam diem clausit extremum, vacaverit, & vacet ad præsens: Nos sumentes de litteratura, fidelitate, & prudentia tua fiduciam specialem, ac sperantes, quod ipsa Bibliotheca tua doctrina & diligentia conservabitur, ac in dies suscipiet incrementum, motu proprio, non ad tuam, vel alicujus alterius pro te super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, te, qui etiam continuus Commensalis & Secretarius noster antiquus existis; ac quem nuper ob eximiam litteraturam, aliaque merita Academiæ Romanæ in Præpositum præfecimus, in nostrum & dicti Palatii Apostolici Bibliothecarium, quoad vixeris, auctoritate Apostolica tenore præsentium recipimus, facimus, constituimus & deputamus, cum omnibus & singulis honoribus, oneribus, salario & emolumentis consuetis; teque in locum dicti quondam Thomæ Phædri ad dictum Officium, pariter quoad vixeris, ponimus, substituimus, & subrogamus, decernentes te ad Officium prædictum, ejusque liberum exercitium, & honores, onera, salarium & emolumenta hujusmodi recipiendum fore pariter & admittendum; ac mandantes dilecto filio moderno, & pro tempore nostro, & Romanorum Pontificum successorum nostrorum Datario, seu alii, aut aliis, ad quos id spectat, ut salarium debitum Bibliothecario dicti Palatii pro tempore singulis mensibus integraliter tibi persolvat, ac de illo plene & cum effectu satisfaciat, non obstantibus &c. *Nulli ergo* &c. *Si quis autem* &c. *Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ* 1516. *Nonis Septembris, Pontificatus nostri anno Quarto*.

Mag. Fr. Zenobius Acciaiolus, Ordinis Fratrum Prædicatorum de Observantia professor, an. Domini 1518. mense Septembri Bibliothecarius a Leone X. creatus, obiit die 27. Julii 1519.

Hieronymus Aleander de Motta Dioec. Cenetensis in Carnia, Canonicus Leodiensis, tum Archiepiscopus Brundusinus, ac demum S. R. E. Presbyter Cardinalis, anno Domini 1519. ipso die 27. Julii, quo Zenobius Acciaiolus excesserat, Bibliothecarius a Leone X. creatus, obiit Kalendis Februarii 1542. Id tamen munus ad Cardinalatus honorem Aleander adsumtus deponere jussus fuit a Paulo III. anno 1538. ut ex Chirographo ejusdem Pontificis a nobis mox infra proferendo, quo Augustinus Steuchus in Aleandri locum substituitur, perspicuum est. Porro Diploma Pontificium a prælaudato Jacobo Sadoleto conscriptum, quo Hieronymus Aleander Bibliothecarius constitutus fuit, & unde Aleandri ejusdem laudes atque promerita adsequi licet, hujusmodi est: *LEO* &c. *Dilecto Filio Hieronymo Aleandro de Motta Canonico Leodiensi, Magistro in Theologia, ac Palatii nostri Bibliothecario, Familiari nostro salutem* &c. *Cum vita hominum brevis & fragilis sit, rerumque gestarum memoria plurimum humano usui necessaria in librorum thesauris conservetur; nihilque magis bonis moribus, & optimis legibus quam litterarum scientia conferre videatur: idcirco magno studio, magnoque sumptu & industria consuevere prisci Reges, & rerum publicarum Præsides, inprimisque Romani Pontifices Prædecessores nostri, conquisitis undique eximiis in variis linguis, & omni scientiarum genere libris, amplissimas Bibliothecas constituere, & illis Viros in hujusmodi linguis, & scientiis excellentes, magno etiam exhibito illis præmio præficere; quorum ingenio, eruditione, & prudentia Bibliothecæ ipsæ non modo conservationem, verum etiam majus in dies & incrementum reciperent & ornamentum. Horum igitur Prædecessorum nostrorum vestigiis insistentes, cum Officium Bibliothecarii Palatii nostri Apostolici, quod quondam Zenobius Acciaiolus Ordinis Fratrum Prædicatorum de Observantia Professor, dum viveret, obtinebat, per obitum ejusdem Zenobii, qui apud Sedem Apostolicam diem clausit extremum, vacaverit, & vacet ad præsens, Nos volentes te, qui es Magister in Artibus, ac Hebraicam, Græcamque, & Latinam linguam in nostra Parisiensi Universitate & aliis locis diu professus; nec non dilecti filii nostri Julii Tit. S. Laurentii in Damaso Presbyteri Cardinalis S. R. E. Vicecancellarii servitiis insistendo, & familiaris continuus commensalis noster existis, ob singularem doctrinam, ac fidem & probitatem tuam favore prosequi generoso, teque a quibusvis* &c. *te in nostrum, & dicti Palatii Apostolici Bibliothecarium quoad vixeris, auctoritate Apostolica tenore præsentium recipimus, facimus,* &c. *Non obstantibus* &c. *Nulli ergo* &c. *Si quis* &c. *Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnat. Dom.* 1519. *VI. Kal. Augusti, Pontif. nostri anno Septimo*. Ex Leonis X. lib. 2. Secr. n. 1122. p. 230.

Augustinus Steuchus Eugubinus, Congregationis SS. Salvatoris Bononiensis alumnus, Episcopus Chisamensis, creatus Bibliothecarius a Paulo III. anno 1538. die 24. Octobris, obiit ann. 1548. Is non per Diploma aut Breve, ut alias fieri consuevit, sed per Chirographum

phum Pontificium Bibliothecarii munus a laudato Paulo III. obtinuit, quod est hujusmodi: *Concessio Officii Bibliothecarii Palatii Apostolici, vacantis per Assumptionem ad Cardinalatus honorem Card. Brundusini. Motu proprio* &c. *Cum Officium Bibliothecarii Palatii Apostolici, quod nuper dilectus filius noster Hieronymus Aleander Tit. S. Chrysogoni Presbyter Cardinalis Brundusinus nuncupatus, tunc in minoribus constitutus obtinebat, & exercebat, per assumptionem ejusdem ad Cardinalatus honorem vacet ad præsens, prout nos officium ipsum per eandem assumptionem vacare decernimus. Et cupientes eidem Officio de persona idonea providere. Motu simili Officium prædictum, sive ut præmittitur, sive alias quovis modo vacans, dilecto filio Augustino de Steuchis, electo Chisamensi, in omnibus, & singulis honoribus, oneribus, salariis & emolumentis consuetis, per eum, quoad vixerit, etiam postquam munus consecrationis susceperit, una cum Ecclesia Chisamensi, tenendum & exercendum, concedimus, & assignamus, & eum in locum Hieronymi Card. quoad hujusmodi officium, & ejus liberum exercitium substituimus, & subrogamus; nec non ex nunc ad dictum officium, ejusque liberum exercitium, ac honores & onera, salaria & emolumenta prædicta recipiendum, & admittendum, ac de salariis & emolumentis prædictis sibi respondendum fore decernimus. Mandantes dilectis filiis Guidoni Ascanio Sfortiæ SS. Viti & Modesti in Macello Martyrum Diacono Card. Camerario nostro, ac Præsidentibus & Clericis dictæ Cameræ, nec non Datario nostro, & Domus nostræ Magistro, ac aliis, ad quos pertinet, ut ipsum Augustinum electum ex nunc ad hujusmodi officium ejusque liberum exercitium, nec non honores, onera, salaria, & emolumenta prædicta in locum dicti Hieronymi Cardinalis recipiant, & admittant, ac sibi de emolumentis, ac salariis prædictis respondeant, & responderi faciant cum effectu. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, statutis,* &c *etiam juramento* &c. *roboratis, nec non quibusvis Privilegiis & Indultis Apostolicis, quomodocumque, & sub quibuscumque tenoribus & formis, & cum quibusvis clausulis, & decretis ex quibusvis causis concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus, si opus fuerit, latissime extenden. tenorem illorum pro sufficienter expressis haberi placeat, specialiter & expresse derogamus* &c. *Fiat motu proprio A. & cum absolutione a censuris ad effectum* &c. *& cum decreto, constitutione, deputatione, concessione, assignatione, substitutione, subrogatione, mandato, decreto, & derogatione de ac pro omnibus & singulis prædictis extenden. ad vitam, ut supra, & quod præsentis supplicationis sola signatura sufficiat in judicio & extra, & juxta illius tenorem judicari debeat, regula quacumque contraria non obstan. vel si videbitur per Breve S. V. & cum deputatione executorum, si opus fuerit, expediri possint. Fiat A. Dat. Romæ apud S. Petrum Nono Kal. Novembris Anno Quarto. Collat. cum Originali concordat per me Alexandrum Cam. Apost. Notarium die 27. Octobris* 1538. Ex Pauli III. diverf. lib. 2. f. 181. Atque heic corrigendus Angelus Maria Cardinalis Quirinus, qui in Conspectu Bibliothecæ Vaticanæ post insignem Aulæ adcessionem a Clemente XII. ei factam, quem adfabre delineatum, ærique incisum, una cum Summorum Pontificum, qui eandem Bibliothecam insignioribus beneficiis exornarunt, nec non S. R. E. Cardinalium Bibliothecariorum serie, ac numismatibus, Romæ anno 1735. unico folio vulgavit, Hieronymum Aleandrum, quem Cardinalem creatum, Bibliothecarii Officium, ac titulum abdicasse, ex laudato Pauli III. Chirographo ostendimus, primum Cardinalium S.R.E. Bibliothecariorum incautus constituit.

Porro autem Augustino Steucho e vivis erepto, *Bibliothecarii Palatii Apostolici*, seu *Vaticanæ Bibliothecæ* nomen ex Diplomatibus Pontificiis abrogatum fuit, eique substitutus amplissimus primum titulus *Bibliothecæ Vaticanæ Protectoris*; deinde vero *S. R. E. Bibliothecarii*, addita clausula, *seu Vaticanæ Bibliothecæ Protectoris*, quo quidem titulo atque munere nonnisi S. R. E. Cardinales fuerunt deinceps insigniti, quorum primus,

Marcellus Cervinus Politianus, Presbyter Cardinalis Tit. S. Crucis in Hierusalem, postea Marcellus II. PP. creatus Vaticanæ Bibliothecæ Protector a Paulo III. vivæ vocis oraculo, an. D. 1548. tum a Julio III. ann. 1550. die 24. Februarii, in eodem munere ac titulo per Literas in forma Brevis confirmatus, quæ sequuntur: *Dilecto Filio nostro Marcello Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbytero Cardinali JULIUS PAPA III. Dilecte Fili noster salutem* &c. *Accepimus, quod alias fel. rec. Paulus III. immediatus predecessor noster, defuncto bon. mem. Augustino Episcopo Chisamensi Bibliothecario Bibliothecæ nostræ Palatinæ, ne dicta Bibliotheca detrimentum pateretur, de tua multiplici doctrina, ac singulari erga rem litterariam studio & amore confisus, Bibliothecæ Protectionem, & curam circumspectioni*

ctioni tuæ etiam forsan vivæ vocis oraculo demandavit; ita quod ejusdem Bibliothecæ Custodes, ac in ea Scriptores, & Operarios quoslibet ad libitum tuum confirmare, aut amovere, & toties quoties opus foret, alios deputare & de salario Bibliothecario pro tempore debito quomodolibet disponere, aliaque facere, & exequi posses quæ ad ipsius Bibliothecæ conservationem, & augumentum pertinere judicares. Ut autem hoc honestum & laudabile negocium, quod nobis valde cordi est, & liberius, & animosius peragere valeas, quo nostra quoque fueris in hoc auctoritate munitus, commissionis dicti Pauli Prædecessoris vigore per te hactenus gesta confirmantes, & rata habentes, Protectionem, & curam hujusmodi tibi, quoad vixeris, ita quod omnia & singula supradicta libere agere, & exequi possis, auctoritate Apostolica tenore præsentium demandamus. Mandantes Custodibus, Scriptoribus ac operariis prædictis, ut tibi non secus ac Nobis obediant, & ad quos spectat, ut de dicto salario ad libitum tuum disponant. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Dat. Romæ &c 24. *Februarii* 1555. *Pontif. nostri Anno Primo. Blos.* Ex libro Brevium Julii III. an 1550. fol.23. Porro Marcellus Cervinus salarium Bibliothecariis antea constitutum generosissime recusavit, illudque bifariam divisum duobus librorum Latinorum Correctoribus, a se institutis, adtribuit. Atque inde factum est, ut Cardinales, qui eundem Marcellum sunt consequuti, munus S.R.E. Bibliothecarii, seu Bibliothecæ Vaticanæ Protectoris sine mercede ulla gererent, si quidem Cæsarem Baronium excipias, cui eo nomine Clemens VIII. Abbatiæ S. Mariæ de Venticano redditus concessit, quos deinde Paulus V. unis Vaticanæ Bibliothecæ usibus in perpetuum destinavit; ut ex ejusdem Pontificis Bulla, quam superius exhibuimus, manifestum est. Quod autem ad nimiam authoritatem in prælaudato Julii III. Diplomate Marcello datam adtinet, Bibliothecæ scilicet Vaticanæ Custodes, Scriptores, ac Operarios quoslibet pro libito confirmandi, aut inde removendi; ea certe a consequentibus Romanis Pontificibus coërcita fuit, qui præfatos Custodes, atque Scriptores perpetuos fore decreverunt, nec nisi legitime Officiis suis expoliandos; ut plane demonstrant Diplomata Pontificia, superius a nobis prolata, quibus Vaticanæ Bibliothecæ Administri constituuntur.

Robertus de Nobilibus Politianus, Diac. Card. Tit. S. Mariæ in Domnica, creatus S.R.E. Bibliothecarius, seu Vaticanæ Bibliothecæ Protector, a Paulo IV. an. 1555. obiit 14 Januarii 1559.

Alphonsus Carafa Neapolitanus, Diac. Card. Tit. S. Mariæ in Domnica, creatus S. R. E. Bibliothecarius, seu Vaticanæ Bibliothecæ Protector, a Paulo IV. an. 1559. obiit Kal. Septembris 1565.

Marcus Antonius Amulius Venetus, Presbyter Card. S. Marcelli, creatus S. R. E. Bibliothecarius seu Vaticanæ Bibliothecæ Protector a Pio IV. an. 1565. obiit 13. Martii 1570.

Guilielmus Sirletus, Stili in Calabria natus, Diac. deinde Presb. Card. Tit. S. Laurentii in Pane & Perna, creatus S. R. E. Bibliothecarius, seu Bibliothecæ Vaticanæ Protector, a S. Pio V. die 18. Martii an. 1572. obiit 8. Octobris 1585.

Antonius Carafa Neapolitanus, Diac. Card. S. Mariæ in Cosmedin, deinde S. Mariæ in Via lata, ac demum Presbyter Card. S. Eusebii, postea SS. Jo. & Pauli, creatus S. R. E. Bibliothecarius, seu Bibliothecæ Vaticanæ Protector, a Sixto V. die 15. Octobris an. 1585. obiit 12. Januarii 1591. non vero 1590. ut perperam scribit Angelus Rocca.

Marcus Antonius Columna Romanus, Presb. Card. Tit. SS. XII. Apostolorum, deinde Episcopus Prænestinus, creatus S. R. E. Bibliothecarius, seu Vaticanæ Bibliothecæ Protector, a Gregorio XIV. die 14. Febr. an. 1591. obiit 13. Maji 1597.

Cæsar Baronius Soranus, Presbyter Card. Tit. SS. Nerei & Achillei, creatus S.R. E. Bibliothecarius, seu Vaticanæ Bibliothecæ Protector, a Clemente VIII. ann. 1597. obiit 30. Junii 1607.

Ludovicus de Torres Romanus, Presbyter Card. Tit. S. Pancratii, creatus S. R. E. Bibliothecarius, seu Vaticanæ Bibliothecæ Protector, a Paulo V. die 4. Julii an. 1607. obiit 9. Julii 1609.

Scipio Burghesius Romanus, Presb. Card. Tit. S. Chrysogoni, creatus S. R. E. Bibliothecarius, seu Bibliothecæ Vaticanæ Ptotector, a Paulo V. die 11. Julii an. 1609. obiit 2. Octobris 1633.

Scipio Cobellutius Viterbiensis, Presbyter Card. Tit. S. Susannæ, creatus S. R. E. Bibliothecarius, seu Bibliothecæ Vaticanæ Protector, a Paulo V. abdicante Scipione Burghesio, die 17. Februarii 1618. obiit 11. Augusti 1626.

Fran-

Franciscus Barberinus Florentinus, Diac. Card. Tit. S. Agathæ, deinde Episcopus Ostiensis, creatus S. R. E. Bibliothecarius ab Urbano VIII. die 1. Julii an. 1626. obiit 10. Septembris 1679. Huic Urbanus patruus, ejusque successoribus Bibliothecariis ædes in Palatio Vaticano concessit, per Apostolicum Breve, quod sequitur: *URBANUS PP. VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Universæ Domus Dei, quæ est Ecclesia sua Sancta, quamquam immeriti, Divina dispensatione, curam gerentes, domus nostræ, videlicet Sacri Palatii Apostolici diligentiam, juxta Apostoli doctrinam, omittere non debemus; quod si ulla ejusdem Palatii pars providentiam Pontificiam præcipuam promeretur, Bibliotheca nostra Vaticana illam merito postulare dignoscitur, quæ a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris vetustis variarum linguarum monumentis, Sanctorum Patrum, aliorumque gravissimorum Scriptorum, magnis sumtibus instructa, toto orbe celebris reddita est, & studiosis literarum, præsertim Sacrarum, exposita, non solum Apostolicæ Sedi, sed etiam Ecclesiæ Universali non mediocres præbet utilitates; quapropter, & ejus cura S. R. E. Cardinali merito demandari consuevit, prout nos etiam illam demandavimus, & ut omni solicitudine, fide, & diligentia administretur, assidue procuramus. Id vero, quoniam fieri commode non potest, nisi, cum opus esse duxerit, proxime habitare S. R. E. Cardinalis Bibliothecarius valeat, certam illi Palatii nostri partem eidem Bibliothecæ contiguam perpetuo attribuendam duximus. Itaque motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine dilecto filio nostro Francisco S. Agathæ Diacono Cardinali Barberino nuncupato, nostro secundum carnem ex fratre germano Nepoti moderno, & pro tempore existenti S. R. E. Bibliothecario, partem illam Palatii, quæ contra Hortos nostros Vaticanos Belvedere vocatos inter eandem Bibliothecam a septentrionali parte, & Porticum a fel. rec. Paulo PP. V. prædecessore Nostro ornatam sub magna, & insigni ambulatione Gallaria nuncupata existit, cujus particulares fines a latere australi eadem Bibliotheca, a septentrionali autem mansio porticui prædictæ contigua, per quam ad eandem Porticum itur, & a superiori inambulatione per scalam ab eodem Paulo prædecessore pariter factam descenditur; ab ortu vero atrium inferius, & contiguum alio Vignola nuncupato, & ab occasu Solis, via inter dictum Hortum Belvedere, & dictum Palatium directa, seu alii veriores confines existunt, cum omnibus suis membris, juribus & pertinentiis suis universis, quæ membra sunt quæ sequuntur, videlicet: Ad septentrionem aditus, sive anditus, qui ad porticum prædictam ducit, longitudinis sexaginta trium, & latitudinis palmorum quinque, ad cujus sinistram dictam Porticum versus euntibus coquinæ super aditum hujusmodi extructæ, & mansiuncula; ad dextrum vero latus alia mansiuncula post aditum hujusmodi meridiem versus, alia item mansio latitudinis viginti septem, longitudinis vero viginti sex palmorum, in qua est ostium, & ex atrio prædicto Vignolæ ingressus, hanc alia sequitur major mansio eidem Bibliothecæ contigua longa sexaginta septem, & lata vigintiseptem palmis, ex qua ad Bibliothecam per portam itur, & in cujus sinistro latere dictam Bibliothecam versus euntibus est porta trium aliarum mansionum, quarum prima longitudinis quadraginta sex, & latitudinis triginta unius, secunda longitudinis triginta septem, & latitudinis triginta unius, tertia longitudinis viginti novem, & latitudinis etiam triginta unius palmorum, quæ etiam a meridie Bibliotheca, ab ortu Solis atrio prædicto, a septentrione aditu antiquo earundem mansionum terminantur: & has eidem Francisco moderno & pro tempore existenti dictæ Bibliothecæ Bibliothecario tenore præsentium perpetuo concedimus, attribuimus, & applicamus; præsentesque literas, & in eis contenta quæcunque de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quovis alio, etiam quantumvis substantiali defectu, etiam prætextu aperitionis oris, reductionis ad viam juris, & quovis alio casu, eventu, occasione, capite, prætextu, vel quæsito colore, etiam ex eo, quod interesse habentes, seu habere prætendentes auditi, citati, vel vocati minime fuerint, aut alias quomodolibet, ullo unquam tempore notari, infringi, impugnari, revocari, annullari, rescindi, aut in jus vel controversiam adduci, necnon contra ea juris, vel facti, seu gratiæ, vel justitiæ, aperitionis oris, reductionis ad viam juris, vel quodvis aliud remedium peti, vel impetrari, nec petitum, & impetratum, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessum ullatenus suffragari, minusque dictum Franciscum Cardinalem modernum & pro tempore existentem Bibliothecarium super illis, aut eorum aliquo, quovis quæsito colore, ingenio, vel prætextu per Nos, successoresque nostros, & Cameram prædictam, aut quosvis alios ejusdem Sedis & Cameræ Officiales, & Ministros,*

aut Cardinalem Camerarium, seu quosvis alios directe, vel indirecte quomodolibet molestari, vexari, perturbari, inquietari, vel impediri posse, seu debere; sed donationem, ac concessionem, ac has, & in eis contenta prædicta semper & perpetuo rata, grata, firma, & efficacia fore, & existere, & sub quibuscumque similium vel dissimilium gratiarum generalibus, vel specialibus revocationibus, moderationibus, declarationibus, limitationibus, suspensionibus, & quibusvis aliis contrariis dispositionibus hactenus factis, seu in futurum, etiam per Successores Nostros quoscunque faciendis, nullatenus comprehendi, sed ab illis omnino excepta fuisse, & esse, ac validi & efficacis contractus inter Nos, & Cameram Apostolicam ex una, ac dictum Franciscum Cardinalem ex altera partibus initi, & utrinque jurati vim, & efficaciam habere, & obtinere; sicque in præmissis omnibus, & singulis per S. R. E. Camerarium, & Thesaurarium, Præsidentes, & Clericos, ac Commissarium ejusdem Cameræ, & Palatii Nostri Apostolici caussarum Auditores, & quosvis alios Judices Ordinarios, & Delegatos, ac Subdelegatos nunc & pro tempore existentes, quacumque auctoritate, & dignitate fungentes, & functuros, sublata &c. *judicari, & definiri debere, ac irritum & inane existat, si secus* &c. *attentari. Non obstan. præmissis, ac, quatenus opus sit, Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, nec non fel. rec. Symmachi, Pauli II., Pauli IIII., Pii IIII., & Pii V. necnon aliorum quorumcunque Romanorum Pontificum de rebus Ecclesiæ, & Cameræ prædictæ non alienandis, necnon ejusdem Pii IIII. de gratiis, & rebus Cameræ Nostræ prædictæ qualecunque interesse concernen. infra certum terminum in eadem Camera præsentandis, seu in ea admitti, in suisque libris registrari faciendis, aliorumque Romanorum Pontificum Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictarum Cameræ, & Urbis Statutis, regulis, usibus, stilis, & consuetudinibus, etiam* &c. *roboratis, privilegiis* &c. *Apostolicis eidem Cameræ, & Camerario, Thesaurario, Commissario, Præsidentibus, & Clericis prædictis, & quibusvis aliis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus & singulis illorum omnium tenores* &c. *derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœc.* &c. *die 5. Maji 1627. Pontificatus Nostri anno Quarto.*

Fr. Antonius Barberinus Florentinus, Presbyter Card. Tit. S. Onuphrii, abdicante Francisco nepote, creatus S. R. E. Bibliothecarius, seu Vaticanæ Bibliothecæ Protector, ab Urbano VIII. die 13. Decembris an. 1633. obiit 11. Septembris 1646.

Horatius Justinianus Genuensis, Presbyter Card. Tit. S. Onuphrii, creatus S. R. E. Bibliothecarius, seu Vaticanæ Bibliothecæ Protector, ab Innocentio X. die 25. Septembris an. 1646. obiit 25. Julii 1649.

Aloysius Capponius Florentinus, Presbyter Card. Tit. S Laurentii in Lucina, creatus S. R. E Bibliothecarius, seu Bibliothecæ Vaticanæ Protector, ab Innocentio XI. die 4. Augusti An. 1649. obiit 7. Aprilis 1659.

Flavius Chisius Senensis, Presbyter Card. Tit. S. Mariæ de Populo, creatus S. R. E. Bibliothecarius, seu Vaticanæ Bibliothecæ Protector ab Alexandro VII. die 21. Junii an. 1659. obiit anno 1693.

Fr. Laurentius Brancatus de Lauria Diœces. Policastren. Presbyter Card. Tit. S. Augustini, deinde SS. XII. Apostolorum, abdicante Flavio Chisio, creatus S. R. E. Bibliothecarius, seu Bibliothecæ Vaticanæ Protector, ab Innocentio XI. die 19. Septembris an. 1681. obiit 30. Novembris 1693

Hieronymus Casanate Neapolitanus Cardinalis Diac. S. Mariæ in Porticu, deinde Presbyter S. Sylvestri in Capite, creatus S. R. E. Bibliothecarius, seu Bibliothecæ Vaticanæ Protector, ab Innocentio XII. die 2. Decembris an. 1693. obiit 3. Martii 1700.

Fr. Henricus Noris Veronensis Presbyter Card. Tit. S. Augustini, creatus S. R. E. Bibliothecarius, seu Bibliothecæ Vaticanæ Protector ab Innocentio XII. die 6. Martii an. 1700. obiit 22. Februarii 1704.

Benedictus Pamphilius Romanus, Diaconus Card. Tit. S. Mariæ in Porticu, tum S. Cæsarii, ac demum S. Mariæ in Via-lata, creatus S. R. E. Bibliothecarius a Clemente XI. die 26. Februarii an. 1704. obiit 20. Martii 1730.

D. Angelus Maria Quirinus Venetus, Presbyter Card. Tit. Sancti Augustini, tum

S. Ma-

S. Marci, ac demum S. Praxedis, creatus S.R.E. Bibliothecarius, seu Bibliothecæ Vaticanæ Protector, a Clemente XII. die 4. Septembris an. 1730. obiit 6. Januarii 1755.

Dominicus Passioneus, Presbyter Card. Tit. S. Bernardi ad Thermas, deinde S. Praxedis, creatus S. R. E. Bibliothecarius, seu Bibliothecæ Vaticanæ Protector, a BENEDICTO XIV. feliciter regnante, die 22. Januarii, Anno Domini 1755. ut ex Diplomate Pontificio, quod sequitur, adparet; cujus quidem formula, a Paulo V. primum inducta, ad hæc usque tempora, mutatis mutandis, integre atque ad literam servata est. Foris: *Dilecto Filio nostro Dominico S. R. E. Presbytero Cardinali Passioneo nuncupato*. Intus vero: *BENEDICTUS PP. XIV. Dilecte Fili Noster Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Spectata circumspectionis tuæ in gravissimis nostris, & hujus Sanctæ Sedis negotiis peragendis prudentia, fides, doctrina, & integritas promerentur, ut præcipua, & quæ nobis maxime cordi sunt ejusdem Sedis munera Tibi committamus. Cum itaque Officium S. R. E. Bibliothecarii, seu Protectoris Bibliothecæ nostræ Vaticanæ, quod bon. mem. Angelus Maria ejusdem S. R. E. Presbyter Cardinalis Quirinus nuncupatus, dum viveret, obtinebat, per obitum ejusdem Angeli Mariæ Cardinalis, qui nuper extra Romanam Curiam debitum naturæ persolvit, vacaverit, & vacet de præsenti; Nos de præfatis, & aliis eximiis virtutum donis quibus illarum largitor Altissimus personam tuam multipliciter insignivit, plurimum in Domino confisi, motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine Officium S. R. E. Bibliothecarii, seu dictæ Bibliothecæ Protectoris hujusmodi, sicut præmittitur, vacans, cum auctoritatibus, facultatibus, honoribus & oneribus per alios Cardinales Bibliothecarios, seu dictæ Bibliothecæ Protectores ante Te haberi, & exerceri solitis, & consuetis, ac etiam a fel. rec. Paulo Papa V. Prædecessore nostro per suas in simili forma Brevis die prima Julii 1607. expeditas literas, quarum tenorem præsentibus pro expresso habere volumus, præscriptis, & quibus illi usi sunt, seu uti potuerunt, vel etiam debuerunt, tenore præsentium ad tui vitam concedimus, & conferimus, Teque in locum ipsius Angeli Mariæ Cardinalis quoad Officium Bibliothecarii, seu Bibliothecæ hujusmodi Protectoris substituimus, & subrogamus. Mandantes dilectis filiis Custodibus, Scriptoribus, & Ministris dictæ Bibliothecæ, cæterisque ad quos spectat, ut Te ad prædictum Bibliothecarii officium ea, qua decet reverentia recipiant, & admittant, tuisque justis mandatis, & monitis, in his, quæ ad bonum ipsius Bibliothecæ directionem, & prosperum statum pertinebunt, pareant, & obediant. Nos enim Tibi quoscumque in præmissis non obtemperantes censuris, & pœnis ad id opportunis compescendi, omniaque, & singula officium Bibliothecarii, seu Protectoris Bibliothecæ hujusmodi de jure, vel consuetudine, ac alias quomodolibet concernentia, necessariaque, & opportuna gerendi, & exercendi plenam, & liberam tribuimus facultatem. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXII. Januarii MDCCLV. Pontificatus Nostri anno XV.* Cui præstantissimo, atque vigilantissimo D. Cardinali Passioneo, Deum Optimum Maximum oramus, beatissimam atque diuturnissimam ætatem concedat; ut quæ Vaticanæ Bibliothecæ decori atque incremento, & universæ literatorum Reipublicæ bono, vix Bibliothecarius renunciatus plaudentibus omnibus adgressus est, quæque in Præmonito nostro literatis Viris inscripto, seorsimque jam edito, quod ad sempiternam tanti Viri nominis gloriam heic quoque adnectere libuit, ex parte delibantur, eadem feliciter persequatur, & pari cum felicitate ad exitum perducat. Præmonitum autem illud est quod sequitur.

SACRÆ PROPHANÆQUE ERUDITIONIS CULTORIBUS, BIBLIOTHECÆ APOSTOLICÆ VATICANÆ CUSTODES.

„ COmpertum jam erit, & in Sacræ Prophanæque Eruditionis Cultores pervulgatum, splen-
„ didis atque immortalibus BENEDICTI XIV. Pontificis Maximi in omne literarum
„ genus promeritis nuper hoc adcessisse, quod ad Literariam Rempublicam in dies ornandam
„ augendamque, eruditissimum omnique laudis genere spectatissimum S.R.E. Cardinalem Bi-
„ bliothecarium DOMINICUM PASSIONEUM constituerit. Quam præclare vero in eo munere tali

„ tantoque Viro mandando Pontifex vere Summus, cui nihil placet quod non sit optimum, „ literarum bono atque incremento consuluerit, aperte res ipsa declarat. Ex quo enim Eminentissimus PASSIONEUS integram Apostolicæ Vaticanæ Bibliothecæ Possessionem adivit, pro „ ea qua pollet doctrina atque sapientia, jam tum ad opus mentem animumque convertit, cogitavitque in primis, quomodo de literis omnibus optime mereri posset. Quare Vaticanæ „ ejusdem Bibliothecæ Ministris in consilii societatem humanissime adscitis, quid sentiret, quid „ meditaretur, aperuit; deinde tum singulos, tum universos hortatus est, ut quæcumque „ peritioris eruditionis non ad Latinam minus, quam ad Græcam, quam ad Orientalem etiam „ literaturam spectantia, aut nondum edita superessent, aut jam edita ob exemplarium paucitatem magnum sui desiderium facerent, illi & anecdota edendo, & jam vulgata adnotationibus illustrando, omnia in Reipublicæ Literariæ decus utilitatemque conferrent. Quumque „ permotos omnes inflammatosque videret; Primo tamdiu expetitum desideratumque Vaticanæ „ Bibliothecæ Codicum Manuscriptorum, Orientalium præsertim, Catalogum exornari, typisque mandari jussit, non illum tamen, qui nuda Scriptorum nomina, aut puros Voluminum titulos complecteretur, sed elaboratum, sed absolutum, perpetuisque observationibus instructum, ut omnes probe intelligant, Bibliothecam nullam unam esse, quæ librorum vel pretio, vel copia, vel varietate possit cum nostra de principatu contendere. Ad præstantiores „ deinde Auctores edendos se convertit. Quam ob rem ex Ebræis prodibunt Alexandri de „ Franciscis Episcopi Foroliviensis *Observationes in Pentateuchum*, ubi aliquot Vulgatæ Editionis loca, quæ ab Ebraico textu dissona videntur, docte & erudite conciliantur. Liber „ præterea *Zikuk*, idest, *Expurgatorium* inscriptus, quo nimirum plures Ebræorum libri a „ mendis, erroribus, & exsecrationibus in Christianos conjectis purgantur, quemque Auctor diligentissimus, quisquis ille fuerit, ea mente consilioque elaboravit, ut Sacri potissimum Inquisitores probe noscerent, qui libri typis impressi, aut manu exarati Ebræis legendi retinendive permitterentur. Ex Græcis *Spicilegium*, sive Anecdota tum Sacra, tum „ Profana præclarorum Scriptorum, quæ vel diligentissimos Græcanicarum rerum Interpretes, atque Editores hactenus latuerunt. Ex Latinis vero, præter Epistolas *Antonii Augustini*, *Petri Victorii*, *Latini Latinii*, & *Caroli Sigonii*, Vitæ & Opera omnia nondum „ typis commissa Cardinalium *Hieronymi Aleandri*, *Gulielmi Sirleti*, aliorumque celebriorum S. R. E. Bibliothecariorum, necnon Vaticanæ Bibliothecæ Præfectorum, qui non tam „ de Bibliotheca ipsa, quam de universa Literaria Republica optime promeriti judicantur. „ Tandem facem præferet omnibus doctissimus ipse CARDINALIS PASSIONEUS. Is enim quum a „ Lambecio & Pagio Viris clarissimis didicisset, quam manca esset, & quot mendis erroribusque scateret celeberrimi *Codicis Carolini*, qui summa diligentia ac religione in Bibliotheca „ Cæsarea Vindobonensi adservatur, editio a Gretsero primum curata; quumque iteratis Sapientum votis novam adcuratioremque præstantissimi ejusdem Codicis editionem quam maxime desiderari intellexisset, jam tum, quum apud Carolum VI. Romanorum Imperatorem „ Legati Apostolici munere fungeretur, gratissimam non Apostolicæ modo Sedi, verum etiam „ literatis Viris rem se facturum putavit, si neque precibus neque sumtibus pepercisset, ut „ absolutissimum emendatissimumque tanti Codicis exemplar adsequeretur, quod demum in „ lucem emitteret. Id autem, quod frustra alii tentaverant, quum unus PASSIONEUS obtinere potuerit, & multis aliis Diplomatibus auctum, observationibusque illustratum, ad umbilicum jam perduxerit, quam primum est editurus, & ad immortalem sui nominis gloriam „ publicæ consecraturus utilitati. Quæ quidem Opera in vulgus prolata, alia in posterum „ haud minoris pretii consequentur. De his omnibus, quæ & sapientissimo Pontifice BENEDICTO MAGNO, & DOMINICO PASSIONEO S. R. E. Cardinali Bibliothecario, literarum „ fautoribus amplissimis digna sunt, Sacræ Profanæque eruditionis Cultores præmonitos esse „ volumus, ut additos sibi ad sapientiam stimulos sentiant, eorumque voluntati, qui de „ omnibus bene mereri exoptant, privato studio diligentiaque obsecundent. E Bibliotheca „ Vaticana Nonis Majis MDCCLV.

SE-

SERIES

Bibliothecæ Apostolicæ Vaticanæ Custodum.

1. *Petrus Demetrius* Lucensis primus Bibliothecæ Vaticanæ Custos creatus a Sixto IV die 1. Martii, Anno Domini MCCCCLXXXI. qui & eodem anno die 28. Aprilis, *Johannem Chadellium* Lugdunensem alterum ejusdem Bibliothecæ Custodem instituit; ut ex ejusdem Summi Pontificis Apostolicis literis perspicuum est; in quibus & hujusmodi officia perpetua fore decretum. Petrus Demetrius obiit an. 1511. Joannes vero Chadellius an. 1512.

2. *Laurentius Parmenius* de Sancto Ginesio Camerinensis, loco Petri Demetrii suffectus a Julio II. die 6. Julii an. 1511. obiit anno 1522. Joannem vero Chadellium excepit die 1. Septembris 1512. *Romulus Mammacinus* Aretinus, qui diem suum obivit anno 1534.

3. *Faustus Sabæus* Brixiensis post obitum Parmenii Custos ab Adriano VI. an. 1522. creatus, moritur anno 1559. luminibus orbus, & octogenario major. Interim Romulo Mammacino alteri Custodi demortuo sufficitur anno 1534. *Nicolaus Majoranus* de Malpignano Hydruntinus; quem die 15. Decembris 1553. in Episcopum Melphitensem, non vero Monopolitanum, ut in mendosa Serie Custodum apud Angelum Roccam habetur, electum *Guilielmus Sirletus* de Stylo Dioec. Scyllacensis excepit; huic vero, qui postea Cardinalis & Bibliothecarius fuit, *Hieronymus Sirletus*, ejusdem Guilielmi germanus Frater, die 14. Maji 1557. per resignationem successit, obiitque mense Martio 1591.

4. *Fridericus Raynaldus* Valvensis, Fausto Sabæo defuncto An. 1559. a Paulo IV. ex Scriptore Latino Custos instituitur, quum ante duos annos, nempe die 30. Junii 1557. ejus, jam octogenarii & luminibus orbi, coadiutoriam cum futura successione, ut ajunt, obtinuisset; ut hoc docet ejusdem Pontificis Chirographum, quod in Archivo Bibliothecæ adservatur.

Motu proprio &c.

„ Cum dilectus filius Faustus Sabæus Clericus Brixiensis Bibliothecæ nostræ, & Sacri „ Palatii Apostolici Custos, in officio Custodiæ librorum ipsius Bibliothecæ per triginta an- „ nos, & ultra omni cum diligentia & fidelitate inserviverit, & ad præsens, tum quia „ octogenarius, vel circa, tum etiam quia lumine oculorum orbatus existit, inservire non „ valeat; nos nolentes ipsam Bibliothecam circa Custodiam, & curam ipsorum librorum „ præcipue nostris temporibus aliquod detrimentum seu damnum pati; sed ad illam & ejus „ libros custodiendum pro ipso Fausto, & ejus loco aliquem idoneum, & sufficientem ac „ expertum deputare volentes, & ad dilectum filium Fridericum Raynaldum Clericum, „ seu Scholarem Valvensem, qui in ipsa Bibliotheca jam per decem annos & ultra bene, „ fideliter & diligenter inservivit, oculos mentis nostræ dirigentes, ac sperantes, quod „ ipse Fridericus omne studium, & omnem diligentiam & curam circa Custodiam ejusdem „ Bibliothecæ, & ejus librorum adhibebit, & peramplius inserviet; volentesque eidem „ Friderico specialem gratiam facere, motu simili &c. ipsum Fridericum in dictæ Bibliothe- „ cæ Custodem in locum dicti Fausti ex nunc, absque ipsius Fausti, & emolumentorum „ per eundem Faustum percipi solitorum, quæ dictum Faustum, sua vita durante, perci- „ pere volumus, præjudicio, cum ipsius Fausti ad hoc expressus accedat assensus, depu- „ tamus. Ita quod idem Fridericus, uti Custos dictæ Bibliothecæ pro ipso Fausto Custode „ in ipsa Bibliotheca deservire, ac omnia, quæ ad officium Custodis dictæ Bibliothecæ spe- „ ctant & pertinent, facere, & exercere possit. Ac ut ipse Fridericus, durante vita di- „ cti Fausti, & etiam post se diligentem in exercendo dictum officium exhibeat, eidem Fri- „ derico ex nunc, prout ex tunc, & e contra postquam ipse Faustus ab humanis decesserit, „ officium Custodis prædictum cum omnibus & singulis illius honoribus & oneribus ac emo- „ lumentis, & salariis solitis & consuetis, ac omnibus aliis, quæ idem Faustus & ejus Fa- „ muli etiam circa victum quomodolibet habent; ita ut ipse Fridericus, & ejus Famuli illa „ omnia etiam habeant, concedimus & assignamus, illudque sibi concessum & assignatum „ esse, & sic per quoscumque Judices &c. judicari &c. debet, sublata &c. ac irritum &c. „ si secus &c. decernimus. Mandantes dilectis filiis Guidoni Ascanio Sfortiæ Cardinali, & „ S. R. E. Camerario, ac Clericis, & Præsidentibus Cameræ Apostolicæ, necnon Domus

,, nostræ Magistro, & dictæ Cameræ Thesaurario, & Depositario, ac ipsius Bibliothecæ Bi-
,, bliothecario, Custodi, & aliis Officialibus, omnibusque aliis, &c. ad quos quomodo-
,, libet spectat, & spectabit in futurum, quatenus visis præsentibus, omni mora & dilatio-
,, ne postpositis, dictum Fridericum ad dictum officium, ejusque liberum exercitium, ac
,, honores, onera, & emolumenta, & alia prædicta admittant, & admitti faciant, ac post
,, obitum dicti Fausti eidem Friderico de emolumentis & aliis prædictis respondeant, & alia
,, prædicta tradant, ac responderi & tradi faciant; non obstantibus &c. Concessum ut pe-
,, titur in præsentia D. N. PP. B. Card. Tranen. Et cum absolutione a censuris ad effectum &c.
,, & deputatione, concessione, assignatione, ac omnibus aliis & singulis præmissis, quæ hic
,, pro repetitis & expressis habeantur. Et quod præsentis sola signatura sufficiat, & ubique
,, fidem faciat in Judicio & extra; quacumque regula contraria non obstante. Datum Ro-
,, mæ apud S. Petrum, pridie Kal. Julii, Anno tertio. Ita mandavit Sanctissimus. S. Card.
,, Pisarum.,, Obiit Fridericus Raynaldus die 2. Septembris 1590.

5. *Marinus Raynaldus* Valvensis Fridericum fratrem excepit an. 1590. cujus coadiutoriam ex Scriptore Latino die 30. Junii an. 1565. obtinuerat; vixitque Custos usque ad annum 1602. *Thomas* autem *Sirletus* defuncto patruo Hieronymo, alteri Custodi successit die 15. Martii 1561. eique ad Episcopatum Scyllacensem promoto suffectus est *Dominicus Raynaldus* Friderici & Marini ex fratre nepos, die 27. Julii 1594. abdicata tamen Coadiutoria patrui Marini, quam anno 1571. obtinuerat, obiitque an. 1606.

6. *Alexander Raynaldus* Marino patruo per resignationem successit die 22. Junii an. 1602. Verum, Josepho Raynaldo Scriptore Latino, qui Dominicum patruum alterum Custodem die 28. Augusti 1606. exceperat, ex rationabilibus caussis animum Pauli V. moventibus, ut ejusdem Pontificis utar verbis, quæ in Diplomate institutionis Balthassaris Ansidei in Primarium & Majorem Vaticanæ Bibliothecæ Custodem leguntur, inde remoto, Secundus ac Minor Custos declaratus, & Primarii seu Majoris Custodis imperio, ut ceteri inferiores administri, subjectus obiit anno 1645.

7. *Balthassar Ansideus* Perusinus creatus Primarius & Major Custos a Paulo V. die 23. Novembris an. 1606. cum omnimoda superioritate, authoritate, ac præeminentia super alio Custode, qui deinceps Secundus & Minor Custos dictus, ut superius memoravimus; obiit die 5. Decembris 1614.

8. *Nicolaus Alemannus* Græcus Anconitanus, ex Andro oriundus, Primarius & Major Custos a Paulo V. die 15. Decembris an. 1614. creatus, moritur 4. Julii 1626.

9. *Felix Contelorius* Cæsius creatus Primarius & Major Custos ab Urbano VIII. die 8. Julii an. 1626. hocce officium Præfectura, seu Commissariatu Cameræ Apostolicæ, ut ajunt, aliisque muneribus auctus an. 1632. abdicavit.

10. *Horatius Justinianus* Januensis ex Chio oriundus, Presbyter Congregationis Oratorii, ab Urbano VIII. an. 1632. Primarius & Major Custos creatus, verum anno 1640. ad Episcoparum Montis Alti in Piceno promotus, Custodiam abdicavit. Is postea Cardinalis & S. R. E. Bibliothecarius ab Innocentio X. factus obiit die 25. Julii 1649.

11. *Annibal Albanus* Urbinas, Clementis XI. patruus, creatus Primarius, & Major Custos ab Urbano VIII. die 18. Octobris an. 1640. obiit 30. Septembris 1650. Interea mortuo Alexandro Raynaldo Secundo & Minori Custodi suffectus est anno 1645. *Matthæus Peregrinus* de quo mox infra. Vacavit autem Primarii Custodia ab obitu Albani tres menses & 10. dies; quo tempore *Horatius Tacchelinus* Procustos Primarius ab Innocentio X. constitutus Bibliothecæ præfuit; etiamsi Peregrinus Secundi, & Minoris Custodis officium obtineret.

12. *Matthæus Peregrinus* Clericus Bononiensis die 10. Januarii an. 1651. ab Innocentio X. Primarius & Major Custos creatus, moritur post undecim menses, nempe die 10. Decembris 1652. Ei vero ad Primariam Custodiam promoto successit *Donatus Lilitellus*, quem anno 1656. excepit *Leo Allatius* linguæ Græcæ in eadem Bibliotheca Scriptor, de quo infra.

13. *Cosmas Riccardus de Accoltis* Aretinus, creatus Primarius, & Major Custos ab Innocentio X. die 14. Decembris an. 1652. vixit, eo munere insignitus, menses 8. dies circiter 10.

14. *Lucas Holstenius* Hamburgensis creatus Primarius, seu Major Custos ab Innocentio X. die 2. Septembris an. 1653. moritur 2. Februarii 1661.

15. *Leo Allatius* Chius Græcus creatus Primarius, & Major Custos ab Alexandro VII. die

die 13. Aprilis an. 1661. obiit 18. Januarii 1668. Eo autem Primario Custode electo, Stephanus Gradius, de quo infra, eodem die 13. Aprilis 1661. Secundus & Minor Custos factus, hocce munus gessit usque ad diem 14. Januarii 1682.

16. *Octavius Boldovius* Episcopus Theanensis, Primarius, & Major Custos creatus a Clemente IX. in locum Leonis Allatii die 2. Decembris 1669. hocce munus uno post anno abdicavit.

17. *Fr. Laurentius Brancatus de Lauria* Policastrensis Dioecesis: qui postea S. R. E. Cardinalis & Bibliothecarius fuit, Primarius, & Major Custos a Clemente X. creatur die 26. Novembris an. 1670. eoque in Purpuratorum album relato

18. *Stephanus Gradius* Ragusinus, de quo supra, Primarius, & Major Custos ab Innocentio XI. die 14. Januarii an. 1682. constitutus, moritur 2. Maji 1683. eodem autem anno, quo is primariam Custodiam inivit, die 6. Martii *Emmanuel Schelestratius*, de quo mox, secunda & minori Custodia fuit insignitus, quam usque ad obitum Gradii tenuit.

19. *Emmanuel Schelestratius* Belga creatus Primarius, seu Major Custos ab Innocentio XI. die 7. Decembris an. 1683. obiit mense Majo, an. 1692. Illum autem in munere Secundi & minoris Custodis die 22. Januarii 1684. excepit *Laurentius Zacccgnius* usque ad diem 25. Januarii 1698. quo ad Primariam Custodiam fuit evectus.

20. *Fr. Henricus Norisius* Veronensis Ordinis Heremitarum S. Augustini Alumnus, qui postea Cardinalis & Bibliothecarius, creatus Primarius, seu Major Custos ab Innocentio XII. die 16. Maji, an. 1692. eoque ad Cardinalitiam dignitatem promoto, vacavit Primaria Custodia duobus annis, totidemque ferme mensibus, nimirum a die 12. Decembris 1695. ad 25. Januarii 1698.

21. *Laurentius Zaccagnius* Romanus, de quo supra, Primarius & Major Custos ab Innocentio XII. die 25. Januarii an. 1698. creatus, moritur mense Majo, 1712. Relictam vero a Zaccagnio minorem Custodiam eodem anno 1698. eodemque die 25. Januarii inivit *Joannes Baptista de Miro* Neapolitanus, Abbas Congregationis Cassinensis Ord. S. Benedicti; cui abdicanti successit *Carolus Majellus*, de quo mox, die 22. Septembris 1711.

22. *Carolus Majellus* Neapolitanus, mortuo Laurentio Zaccagnio, Primarius & Major Custos creatus a Clemente XI. die 1. Junii an. 1712. hocce munus exercuit usque ad diem 30. Decembris 1738. quo Archiepiscopus Emissenus, & Secretarius Pontificius ad Principes in Domino obdormivit. Interim vero *Joannes Vignolius* Suanensis die 1. Junii 1712. minorem Custodiam consequutus est; eoque abdicante, *Joseph Simonius Assemanus*, Syriacus & Arabicus Scriptor, eandem Custodiam a die 30. Septembris 1730. usque ad Caroli Majelli obitum gessit.

23. *Joseph Simonius Assemanus* Syrus Maronita, de quo modo supra, creatus Primarius & Major Custos a Clemente XII. die 3. Januarii an. 1739. ut per consuetum Apostolicum Breve, quod sequitur:

Foris: *Dilecto Filio Josepho Simonio Assemano Prælato nostro Domestico*. Intus vero:

CLEMENS PP. XII.

„ Dilecte Fili Salutem & Apostolicam Benedictionem. Cum ad Custodiam Bibliothecæ „ nostræ Vaticanæ Virum doctrina, fide, & diligentia probatum eligendum duxerimus, Tu „ nobis occurristi, quem insigni doctrina præditum, vitæque, ac morum integritate, aliisque „ virtutum donis ornatum esse, & singularem erga Nos, & Sedem Apostolicam fidei & „ devotionis affectum gerere comperimus. Idcirco motu proprio, non ad tuam, vel alte- „ rius instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, Tibi Officium Custo- „ dis Bibliothecæ prædictæ, quod bo. mem. Carolus Majellus, dum vixit, Archiepiscopus „ Emissenus obtinebat, per obitum dicti Caroli Archiepiscopi ad præsens vacans, cum omni- „ bus & singulis immunitatibus, facultatibus, prerogativis, indultis, & gratiis, nec non „ salariis, provisionibus, & portionibus etiam panis & vini ex Palatio Apostolico, ac juri- „ bus & emolumentis ordinariis & extraordinariis, regaliis, & aliis quibuscumque rebus „ solitis, & consuetis, quibus alii quicumque ante Te Bibliothecæ hujusmodi Custodes uti, „ potiri & gaudere, quasque habere consueverunt, & ulterius cum omnimoda superiorita- „ te, auctoritate & præeminentia super altero ipsius Bibliothecæ pro tempore existente Mi- „ nore Custode, ac super ceteris omnibus, & singulis ejusdem Bibliothecæ Officialibus, & „ ministris; ita ut quilibet eorum post dilectum filium nostrum Angelum Mariam S. R. E.

„ Cardi-

„ Cardinalem Quirinum, nunc ejusdem S. R. E. Bibliothecarium, Tibi tamquam Primario
„ & Majori Custodi, cui omnem curam, custodiamque ejusdem Bibliothecæ principaliter in-
„ cumbere, ac in primis Minorem Custodem, aliosque Officiales, & Ministros supradictos
„ subesse volumus, in his, quæ dictæ Bibliothecæ Officium concernunt, parere debeant, ad
„ Tui vitam Apostolica authoritate, tenore pręsentium concedimus, & assignamus; Teque
„ in locum dicti Caroli, quoad prædictum Custodis Officium, illiusque liberum exercitium,
„ nec non honores, onera, salaria, provisiones, portiones, jura & emolumenta prædi-
„ cta, ac pręterea cum Privilegii superioritate, & aliis supradictis substituimus, & sub-
„ rogamus. Mandantes propterea eidem Angelo Marię S. R. E. Cardinali Bibliotheca-
„ rio, ac ejusdem S. R. E. Camerario, & Generalibus Thesaurario & Commissario no-
„ stris, Palatiique nostri Præfecto, ac ceteris omnibus, & singulis, ad quos spectat, &
„ in futurum spectabit, ut omni mora, dilatione & contradictione prorsus cessantibus,
„ Te ad prædictum Custodis officium, ejusque liberum exercitium, necnon honores,
„ onera, privilegia, exemptiones, salaria, provisiones & portiones panis & vini, ac
„ jura, regalia, & alia supradicta, illorumque usum & perceptionem recipiant,
„ & admittant, ac recipi & admitti, Tibique de salariis, provisionibus, portioni-
„ bus, & aliis supradictis responderi curent, & faciant. Minori vero Custodi a nobis
„ deputando, Officialibus & Ministris omnibus, & singulis ejusdem Bibliothecę, ut Tibi
„ modo pręmisso pareant, & assistant. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationi-
„ bus Apostolicis, ac quatenus opus sit, concessione Minoris Officii Custodis a nobis facien-
„ da, ac regula nostra de jure quęsito non tollendo, necnon Urbis nostrę, & dicti Pa-
„ latii statutis, stylo & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Aposto-
„ licis, quibusvis personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clau-
„ sulis, & decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & in-
„ novatis, quibus omnibus, & singulis, illorum tenores pręsentibus pro plene & sufficienter
„ expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansu-
„ ris, ad pręmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ce-
„ terisque contrariis quibuscumque. Datum Romę apud S. Mariam Majorem sub Annulo
„ Piscatoris die 3. Januarii 1739. *Dominicus Cardinalis Passioneus.*

Atque idem Pręsul, quę Dei gratia est, prospera valetudine sospes, Bibliothecam ipsam Vaticanam, summa fidelitate, atque industria, absit verbis invidia, in pręsentiarum administrat, Custode Secundo & Minore cl. v. *Joanne Bottario* Florentino, qui id officium a Clemente XII. die 5. Januarii 1739. obtinuit per hocce Apostolicum Breve, quo alteri Minores Vaticanę Bibliothecę Custodes destinari solent:

Foris: *Dilecto Filio Joanni Bottari Cappellano Secreto, & Familiari, & continuo Commensali Nostro.* Intus:

CLEMENS PP. XII.

„ Dilecte Fili salutem &c. Cum officium Secundi Custodis Bibliothecę Nostrę Vatica-
„ nę, quod dilectus filius Josephus Simonius Assemanni Prelatus Noster Domesticus obti-
„ nebat, ex eo quod eundem Josephum Simonium nuper in primum Custodem ejusdem
„ Bibliothecę deputavimus, vacaverit, & vacet de præsenti; Nos spectantes, quod Tu
„ officium hujusmodi ea, qua par est, fide & industria sis administraturus, Teque specia-
„ libus &c. volentes, & a quibusvis &c. censentes, Tibi officium Secundi Custodis, ut
„ præmittitur vacans, cum honoribus, oneribus, privilegiis, exemtionibus, salariis,
„ provisionibus, portionibus etiam panis, & vini, ac juribus, regaliis, & aliis emo-
„ lumentis solitis, & consuetis, ac prout dictus Josephus Simonius illud obtinebat, Apo-
„ stolica auctoritate tenore pręsentium ad Tui vitam concedimus, & assignamus, Teque
„ in ipsius Josephi Simonii locum, quoad officium Secundi Custodis Bibliothecæ hujusmo-
„ di, ejusque liberum exercitium, ac honores, & onera, privilegia, exemtiones, sa-
„ laria, provisiones, portiones, jura, regalia, & emolumenta prædicta ponimus, sub-
„ stituimus, & subrogamus. Mandantes propterea dilectis filiis nostris S. R. E. Camera-
„ rio, & Bibliothecario Cardinalibus, necnon Thesaurario nostro Generali, ac Palatii no-
„ stri Præfecto, ceterisque ad quos spectat, ut Te ad præfatum Secundi Custodis officium,
„ illiusque liberum exercitium juxta tenorem præsentium recipiant, & admittant; Tibique
„ de provisione, salariis, & emolumentis, ac portionibus prædictis libere faciant respon-

„ deri,

„ deri, ac Tibi faveant, & assistant. Non obstan. Constitutionibus & ordinationibus „ Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. M. M. die 5. Ja- „ nuarii 1739. Pontificatus Nostri anno Nono. *D. Cardinalis Passioneus.*

Qui eruditissimus Joannes Bottarius, sacris, piisque exercitationibus deditus, ac illustrandis in dies, edendis, recudendisque doctorum Virorum Scriptis distentus, adjutorem sibi in Secundi, seu Minoris Bibliothecæ Vaticanæ Custodis Officio, cum futura, ut ajunt, successione, a Benedicto XIV. feliciter regnante fieri curavit cl. Virum Petrum Fogginium Florentinum, cui severior præsertim morum Disciplina haud modicum debet.

Hæc, Lector benevole, tibi grata fore opinati, præmittenda duximus Catalogo Mss. Vaticanorum, exhibituri postmodum in Adpendice Elogia celebriorum Bibliothecæ Apostolicæ Vaticanæ Bibliothecariorum, Custodum, & Scriptorum, qui non tam de Bibliotheca ipsa, quam de universa Literaria Republica optime promeriti judicantur, necnon insigniora Bibliothecæ ipsius Ornamenta æreis laminis incisa, simul cum speciminibus Characterum antiquorum cujuscumque linguæ Codicum, & Imaginibus illustrium Virorum, quæ monumentis iis conjunctæ sunt; ne, si Vaticanam Bibliothecam oculis tuis nunquam lustravisti, saltem in hoc Opere nostro quidquam desideres. Hisce igitur Lucubrationibus nostris, auspice BENEDICTO XIV. in lucem prolatis, utere feliciter, & vale diutissime.



SE-

SERIES
SIVE
CONSPECTUS
RERUM OMNIUM
Quæ in hoc Volumine exhibentur.

CATALOGI
CODICUM MANUSCRIPTORUM
BIBLIOTHECÆ APOSTOLICÆ VATICANÆ
PARTIS PRIMÆ
TOMUS PRIMUS
COMPLECTENS
Codices Ebraicos, & Samaritanos.

ADMONITIO

Codices Mss. Ebraicos, & Samaritanos, quorum Catalogum, atque Synopsim, Tibi, Lector benevole, in hoc Volumine exhibemus, in tres Classes in Apostolica Vaticana Bibliotheca distributos invenies. Prima, ceteris longe uberior atque locupletior, sita erat in penultimo, eoque perampl o, Conclavi ipsius Bibliothecæ ad lævam, & complectitur quadringentos quinquaginta tres Codices Mss. Ebraicos, tam Vaticanos, scilicet, ejusdem Bibliothecæ sumtibus ad nostra usque tempora comparatos, aut ab ipsius Bibliothecæ Administris vel elaboratos, vel transcriptos; quam eos, qui olim ad celeberrimam Bibliothecam Palatinam ad Rhenum pertinuerunt, quam, Gregorio XV. P. M. Apostolicæque Sedi a Maximiliano Bavariæ Duce invictissimo dono datam, Urbanus VIII. P. M. Bibliothecæ Vaticanæ Anno Domini MDCXXIV. addixit. Altera, quæ eodem in Conclavi e regione Palatinæ adservabatur, quinquaginta novem Codices Mss. Ebraicos numerat, quorum priores quinquaginta septem ad insignem Bibliothecam Urbinatem spectabant, quam Alexander VII. P. M. ut alibi memoravimus, repenso cedentibus præmio, Anno Salutis MDCLVIII. curavit Urbino Romam transferri, atque pretiosa ejus & antiqua omnis generis, omniumque linguarum manuscripta Volumina Vaticanæ adjunxit; reliqua vero typis impressa Sapientiæ Romanæ Archigymnasio concessit, ex quibus egregia Bibliotheca conflata est, quæ ibidem prostat, quæque ejusdem Pontificis nomine Alexandrina est nuncupata. Tertia denique Classis exhibet duos tantummodo, verum præstantissimos, & auro contra æstimandos, Codices Samaritanos manu exaratos, ad Codices Ebraicos Urbinates conlocatos. Nunc autem, dum hæc scribimus, ut Sacro Museo, quod a SS. Domino Nostro BENEDICTO XIV. magnificentissime adornatur, locus esset, tam Ebraici & Samaritani Codices, quam Syriaci, Arabici, aliique Orientales, e Pluteis Palatinæ, & Urbinatis Bibliothecæ, in quibus, ut supra, repositi erant, ad Conclave illud a Clemente XII. Vaticanæ adjectum, translati sunt.

Atque Ebraicorum horum Codicum tres quidem, iique diversi Indices, seu Catalogi, manuscripti in Archivo Bibliothecæ Vaticanæ inveniuntur, præter perbreves Latinas, Italicasve Epigraphas, quas plerisque Codicibus veteres Bibliothecæ nostræ Scriptores præfixerunt; in quibus, utcumque tamen, minusque adcurate, præcipui indicantur Tractatus, qui iisdem in Codicibus continentur. Primus Index, libello unico, in quarto, ut ajunt, comprehensus, a Carolo Friderico Borromæo, Ebraicæ linguæ in Bibliotheca Vaticana Scriptore, exaratus fuit, sub auspiciis Antonii Cardinalis Barberini, S. R. E. Bibliothecarii, & Felicis Contelorii Cæsii, ejusdem Bibliothecæ Præfecti. Is vero Index ultra centum septuaginta tres Codices non protenditur, quorum soli, nudique tituli cum Authorum nominibus referuntur, numeris prorsus diversis ab iis, quibus iidem Codices in Regestis designantur. Eapropter Index ille nullo unquam in pretio fuit, nec usui esse potest. Index alter a Julio Bartoloccio, adjuvante Johanne Baptista Jona, ejusdem Bartoloccii antea in lingua Ebraica magistro, tum socio in munere Ebraici Scriptoris Vaticani, Anno Domini MDCL. confectus, & in unum Tomum in folio parvo digestus, quingentos octoginta quatuor complectitur

tur Codices Ebraicos Vaticanos, & Palatinos, tam manu exaratos, quam typis excusos. Quo in Indice lingua primum Ebraica, deinde Latina leviter adtinguntur Codices, juxta numerorum seriem, quibus tunc temporis signati in Vaticana exstabant; inde vero quum eorum ordo fuerit immutatus, numerique variati, nec non manuscripta Volumina ab iis, quæ typis cusa erant, separata, Index ille, utpote inutilis, obsolevit pariter, cumque primo Caroli Friderici Borromæi in pulvere delitescit. Tertius denique Index, & ipse a Bartoloccio eodem, operam conferente suam Julio Morosino, Johannis Baptistæ Jonæ successore, contextus, in tres ingentes Tomos in folio majori partitur. In duobus primis Tomis delineantur Ebraice & Latine Codices Mss. Vaticani & Palatini, non secundum numeros antiquos, aut recentiores eorundem, sed secundum præcipua ipsorum argumenta; atque ea ratione, ut totidem Codices inde exsurgant, quot rerum sunt in uno, eodemque Volumine contentarum genera, quę ad numerum usque sexcentesimum nonagesimum tertium adscendunt. Scatet Index hic multis repetitionibus, variisque mendis, ita quidem, ut ad inveniendum Codicem, aut Tractatum, quem quæras, necesse Tibi sit quandoque non semel, sed iterum utrumque Tomum a fronte ad calcem versare, atque pervolvere. Quamobrem & isthic nulli fere est aptus usui. Tertius Tomus hujus Judicis in duas Partes dividitur, quarum prima recenset omnes Codices Vaticanos, & Palatinos, altera Urbinates, qui tunc in Vaticana Bibliotheca exiftebant. Hic unus est Index, qui nunc consulitur, quum Codices referat eodem ordine, iisdemque numeris, quibus hodie in Pluteis distincti reperiuntur; quamquam nuda Authorum nomina, nudosque Tractatuum titulos exhibeat, pluribus etiam non raro prætermissis.

Nos itaque postremi hujusce Indicis methodo inhęrentes, servato ordine, quo in Pluteis Vaticanis dispositi Codices adservantur, prænotatisque eorum nominibus, ad quos, anteaquam in Bibliothecam Vaticanam inferrentur, iidem Codices spectaverant, distribuimus pariter Volumen hoc nostrum, veluti in tres Partes, & recensuimus primum sub numeris iisdem, quibus in pręsentiarum notati sunt, Codices Mss. Ebraicos Vaticanos, & Palatinos, deinde Urbinates, tertio denique loco Samaritanos, quorum peculiaris Index jamdiu desiderabatur. Et quoniam major pars horum Codicum Opera quamplura variorum & Authorum, & Argumentorum comprehendit, ita quidem, ut tot Miscellanea, quot Codices esse dixeris; unumquemque Codicem describentes, Tractatus varios distinximus serie numerorum Arabicorum, atque Authorum nomina, nec non Ebraicos Operum titulos Latinis majoribus literis expressimus; ut ope Indicis Alphabetici, ad Tomi hujus calcem adpositi, possis facilius, unoque veluti ictu oculi, invenire & Authorem, & Opus quodcumque optaveris.

Ceterum ut ad Julium Bartoloccium redeamus, virum alioquin doctissimum, & de Bibliotheca Vaticana, literisque pręsertim Ebraicis optime meritum, is quidem, ut vel primis egregiisque Scriptoribus in magnis Operibus evenire solet, cum in Indicibus Mss. tum in magna Bibliotheca sua Rabbinica allucinatus est multis in locis, præcipue quum Scriptores & Argumenta Codicum refert: quo factum est, ut illum authorem crebro sequuti Johannes Christophorus Wolfius, aliique præclari viri, qui de Manuscriptis Ebraicis Vaticanis egere, in errores multos inciderint, quos in Opere hoc nostro, prout res postulaverit, notatos, suisque in locis castigatos, invenies. Tantum autem abest, ut idcirco Bartoloccio, Wolfioque quidquam gloriæ detractum velimus, ut eos potius summa ac æterna laude dignos existimemus, primosque fuisse fateamur inter omnes, qui res Ebraicas tractaverunt. Enimvero eorum nomina in Literaria Repubilca florebunt perpetuo, ac editæ ab iisdem Bibliothecæ Rabbinicæ thesauri loco erunt Sapientibus omnibus, qui quidquid illi peccaverint declinantes, inde poterunt omnem cum Sacram, tum Prophanam Judaicæ gentis eruditionem depromere. Nos vero præ ceteris eos maximi facimus, plurimumque ipsis debere nos profitemur, quippe qui ab illis accepimus pleraque ex iis, quæ ad plenitiorem Scriptorum Ebraicorum notitiam spectantia in Catalogo hoc nostro occurrunt. Atque de his Te monitum voluimus, Lector benevole, tum ut plenam consilii nostri cognitionem adsequereris, tum etiam ut grati sincerique animi nostri erga tantos Viros significationem testatam omnibus faceremus.

CO-



CODICES EBRAICI
MANUSCRIPTI
PALATINO-VATICANI



CODEX I.



OTULUS, ſeu Volumen antiquiſſimum, longum pedes centum octoginta duos, & ſex pollices, latum pedes duos, & octo pollices, olim Palatinum, ſive ex manuſcriptis Codicibus celeberrimæ Bibliothecæ Heidelbergenſis Electoris Palatini ad Rhenum, quam, Heidelberga capta, Maximilianus, Bavariæ Dux, Friderico Quinto Electori detraxit, & Gregorio Decimoquinto, Pontifici Maximo, per clariſſimum virum Leonem Allatium, Anno 1623. obtulit, quamque Urbanus Octavus, ejuſdem Gregorii deceſſoris ſui voluntati obſequutus, Apoſtolicæ Vaticanæ Bibliothecæ addixit. Conſtat Rotulus ille coriis quinquaginta tribus una conſutis, & quidem ex illo coriorum genere, quæ vulgo *Marrocchini* adpellantur. Ibi continetur,

ספר תורה SEPHER THORA, *Liber Legis*, ſive quinque libri Moſis, *Geneſis*, ſcilicet, *Exodus*, *Leviticus*, *Numeri*, & *Deuteronomium*, literis quadratis majuſculis, more exemplarium, quæ in Synagogis adhibentur, eleganter exarati, tribuſque, aut quatuor columellis per ſingula coria diſpoſiti. Initium. בראשית ברא אלהים את השמים

Is Rotulus ante undecimum Chriſti ſeculum videtur deſcriptus; ut plane conjicere eſt ex coriis longo uſu detritis, & ex pervetuſtis characteribus, qui pluribus in locis ſic deleti ſunt, ut vix, ac ne vix quidem legi poſſint. Quod damnum recentior aliquis Judæus, aliis literis ſuperimpoſitis, reſarcire voluit.

II.

ROTULUS, ſeu Volumen perantiquum, longum pedes centum octoginta tres, & ſex pollices, latum pedes tres, & quinque pollices, olim Palatinum. Conſtat membranis ſeptuaginta tribus una conglutinatis, volutiſ-

que juxta institutum Judæorum super duobus baculis, quæ עץ החיים *Lignum Vitæ*, & vulgo עמודים *columnas* nuncupant. Ibi continetur,

ספר תורה Liber legis, sive *Pentateuchus Mosis*, literis quadratis majusculis ad usum alicujus Synagogæ Germanicæ nitidissime ac politissime exaratus, tribusque aut quatuor columnis per singulas membranas dispositus. Initium. בראשית ברא אלהים את השמים

Hunc Rotulum multis abhinc annis scriptum esse, ostendunt membranæ, & characteres nimia vetustate exesi, & absumti, ut pluribus in locis vix legi possint. Hinc duo ista Volumina; uti & illa, in quibus leve aliquod mendum ex Calligraphorum oscitantia obrepserit, aut quæ non secundum superstitiosas Talmudistarum regulas fuerint conscripta, tamquam פסולים *Prophana*, Judæis reprobantur. De quibus regulis videsis Maimonidem Repetitionis Legis lib.2. & Bartoloccium Bibliothecæ Rabbinicæ Tom.3. pag.631.

III.

Codex antiquus in folio membraneus, foliis constans 574. quadrato charactere satis eleganti exaratus, olim Palatinus; quo continentur, ארבעה ועשרים Viginti quatuor, sive Testamenti Veteris libri omnes, duabus columnis dispositi, una cum notis Masorethicis, sive criticis Doctorum Judæorum in dictiones ac sententias Sacræ Scripturæ observationibus, quæ ad utramque paginarum oram Rabbinico, seu Ebræo-cursivo charactere, quem vulgo רשי *Rasci* dicunt, adfabre sunt descriptæ. Adcedit ad singulorum sacrorum librorum calcem Summa Commatum, seu Versuum, uti & Sectionum atque Ordinum, quibus iidem libri constant, cum designatione medii uniuscujusque libri; prout in vulgatis Bibliis magnis Rabbinicis.

Hæc autem Biblia in quatuor dividuntur Partes, quarum Prima inscribitur תורה Lex, complectiturque Pentateuchum, sive quinque Libros Mosis; videlicet,

ספר בראשית *Liber Genesis* incipit fol. 1. בראשית ברא אלהים את
ס"שמות *Exodus*, fol. 38. a tergo. ואלה שמות בני ישראל הבאים
ס"ויקרא *Leviticus*, fol. 69. a terg. ויקרא אל משה וידבר יהוה
ס" במדבר *Numeri*, fol. 91. a terg. וידבר יהוה אל משה במדבר סיני
ס" דברים *Deuteronomium*, fol. 122. a terg. אלה הדברים אשר דבר משה

Pars II. נביאים ראשונים Prophetæ Priores; videlicet,

ס"יהושע *Josue* incipit fol. 151. a terg. ויהי אחרי מות משה עבד יהוה
ס"שופטים *Judices*, fol. 171. ויהי אחרי מות יהושע וישאלו
ס"שמואל I. *Samuelis*, sive *Regum*, fol. 190. ויהי איש אחד מן הרמתים
ס"שמואל ב' II. *Samuelis*, sive *Regum*, fol. 213. ויהי אחרי מות שאול
ס"מלכים I. *Regum*, Græcis Latinisque *Tertius*, ad cujus medium intermittuntur Notæ Masorethicæ, fol. 235. והמלך דוד זקן בא בימים
ס' מלכים ב' II. *Regum*, sive IV. Init. fol. 258. a terg. ויפשע מואב בישראל

Pars III. נביאים אחרונים Prophetæ Posteriores; videlicet,

ישעיה

ישעיה *Isaias*, fol. 283. a terg. חזון ישעיהו בן אמוץ אשר
ירמיה *Jeremias*, fol. 314. דברי ירמיהו בן חלקיהו מן
יחזקאל *Ezechiel*, fol. 355. a terg. ויהי בשלשים שנה ברביעי
תרי עשר XII. PROPHETÆ MINORES; videlicet,
הושע *Oseas*, incipit fol. 389. דבר יהוה אשר היה אל הושע
יואל *Joël*, fol. 393. a terg. דבר יהוה אשר היה אל יואל בן
עמוס *Amos*, fol. 395. דברי עמוס אשר היה בנקדים
עובדיה *Abdias*, fol. 399. חזון עבדיה כה אמר אדני יהוה
יונה *Jonas*, fol. 399. a terg. ויהי דבר יהוה אל יונה בן
מיכה *Michæas*, fol. 400. a terg. דבר יהוה אשר היה אל מיכה
נחום *Nahum*, fol. 401. a terg. משא נינוה ספר חזון נחום
חבקוק *Habacuc*, fol. 402. a terg. המשא אשר חזה חבקוק הנביא
צפניה *Sophonias*, fol. 403. a terg. דבר יהוה אשר היה אל צפניה
חגי *Aggæus*, fol. 405. בשנת שתים לדריוש המלך
זכריה *Zacharias*, fol. 406. a terg. בחדש השמיני בשנת שתים
מלאכי *Malachias*, fol. 412. משא דבר יהוה אל ישראל

Pars IV. כתובים HAGIOGRAPHA, sive *Scriptores Sacri*; videlicet,
ס' תהלים *Psalmi*, cum notis Masorethicis, incipiunt fol. 415. a tergo אשרי האיש אשר לא הלך.
ס' משלי *Proverbia*, fol. 453. a terg. משלי שלמה בן דוד מלך
איוב *Job*, cum Masora, fol. 466. a terg. איש היה בארץ עוץ איוב
רות *Ruth*, cum notis Masorethicis, fol. 481. a terg. ויהי בימי שפט השפטים
שיר השירים *Canticum Canticorum*, cum Masora, fol. 484. שיר השירים אשר לשלמה ישקני מנשיקות.
קהלת *Ecclesiastes*, cum Notis Masorethicis, fol. 486. a terg. דברי קהלת בן דוד מלך.
איכה *Threni*, cum Notis Masorethicis, fol. 491. a ter. איכה ישבה בדד העיר
אסתר *Esther*, cum Masora, fol. 494. a terg. ויהי בימי אחשורוש הוא
דניאל *Daniel*, fol. 501. בשנת שלוש למלכות יהויקים
עזרא I. *Esdrae*, fol. 511. a terg. ובשנת אחת לכרש מלך פרס
נחמיה II. *Esdræ*, sive *Nehemias*, fol. 518. a terg. דברי נחמיה בן חכליה
דברי הימים I. *Paralipomenon*, fol. 529. אדם שת אנוש קינן
דברי הימים ב' II. *Paralipomenon*, fol. 548. a terg. ויתחזק שלמה בן דויד

Is Codex pertinuit olim ad ברוך כהן בן יוסף מליוורני *Baruch Cohen* sive Sacerdotem Judæum, *filium Josephi*, *Liburnensem*; ut fol. 574. ad calcem adnotatur; ejus autem ætas ad decimum tertium Christi seculum videtur referenda.

I V.

Codex antiq. in fol. membraneus, foliorum 326. literis quadratis elegantibus exaratus, olim Palatinus; ubi continetur,

Testamenti Veteris Tomus I. בראשית שמות ויקרא ובמדבר GENESIM, EXODUM, LEVITICUM, & NUMEROS exhibens, in duplici columna, quarum prior cum punctis, geminatos.

Genesis incipit fol. 1. בראשית ברא אלהים את השמים

Exodus, fol. 80. ואלה שמות בני ישראל הבאים

Leviticus, fol. 185. ויקרא אל משה וידבר יהוה

Numeri, fol. 238. וידבר יהוה אל משה במדבר סיני

Adcedit ad marginem פירוש ר׳ שלמה בן יצחקי COMMENTARIUS R. SALOMONIS F. ISAACII, Galli, quem & ירחי *Jarchi*, hoc est Lunaticum; ut quidam apud Bartoloccium, & wolfium interpretantur, & per compendium literarum רשי *Rasci* adpellant, charactere Rabbinico exaratus, qui tamen ad Versum 10. Capitis XXII. Numerorum intermittitur. Ejus initium fol. 1. אמר ר׳ יצחק לא היה צריך

Is Codex scriptus dicitur Anno Christi 1140. ut hæc ostendit Epigraphe, quæ fol. 326. ad calcem, diversa tamen recentiorique manu, adposita est: נכתב בשנת ארבעת אלפים ותשע מאות לחדש סיון בארבעה ועשרים יום לחדש בעזרת האל יתברך *Ope Dei benedicti absolutus est* hic liber *die vigesima quarta mensis Sivan*, Maji, *Anno Creationis Mundi* 4900. Porro Judæi loco veræ Epochæ conditi Mundi utuntur artificiosa periodo Astronomica, a ר׳ הלל הנשיא *R. Hillele Hannasci*, qui circa Annum Christi 344. potissimum floruit, excogitata, cujus annus primus respondet anno Periodi Julianæ 935. A quo termino, si continua annorum series deducatur, necessario sequitur, ut annus Mundi Judaicus 4900. quo laudatus Codex dicitur exaratus, cœperit Autumno anni æræ Christianæ vulgaris 1140. Supputant enim Judæi ab initio Epochæ Hillelis usque ad initium Æræ Christianæ annos 3760. Ideoque si detur annus Æræ Judaicæ vulgaris, & quis scire velit, cui respondeat anno Christiano, subtrahantur a dato anno Mundi Judaico anni 3760. residuum vero exhibebit annum Æræ Christianæ vulgaris, a cujus autumno propositus annus Judaicus initium auspicatur.

V.

CODEX antiq. in folio, membraneus, foliorum 170. quadratis literis eleganter exaratus, olim Palatinus; ubi continetur,

Testamenti Veteris Tomus II. ס׳ דברים וחמש מגילות והפטרות DEUTERONOMIUM sistens cum QUINQUE PARVIS VOLUMINIBUS, & HAPHTAROTH, sive Lectionibus e Prophetis.

Deuteronomium, in duplici columna, quarum prior cum punctis, geminatum, incipit fol. 1. אלה הדברים אשר דבר משה

In fine vero fol. 71. hæc a librario adnotata leguntur: חזק ונתחזק יעקב בר משה הסופר לא יוזק לא היום ולא לעולם עד שיעלה חמור בסולם· ובאיזה סולם אשר יעקב חלם· *Confortare & esto robustus, Jacob f. Mosis Scriba nullo adficiatur damno neque nunc, neque in seculum; donec asinus per scalam ascendat: at per ecquam scalam? per illam, quam Jacob in somno vidit*.

Consequuntur *Quinque parva volumina*, duabus columnis disposita, una cum punctis vocalibus, & accentibus, nova tamen manu additis: videlicet,

Liber Esther: legitur in festo פורים *Purim*, h. e. Sortium, quo recolitur memo-

memoria Esther, & Mardochæi, nempe die 15. mensis Adar, Februarii. Init. fol. 72. ויהי בימי אחשורוש הוא

Canticum Canticorum: legitur Sabbatho hebdomadæ Paschalis. Init. fol. 87. שיר השירים אשר לשלמה.

Liber Ruth: legitur die Pentecostes. Init. fol. 93. ויהי בימי שפט השפטים ויהי

Liber Threnorum: legitur die 9. mensis Ab, Julii, in memoriam eversi templi Hierosolymitani tam sub Nabuchdonosore Rege, quam sub Tito Imperatore. Init. fol. 96. a terg. איכה ישבה בדד העיר

Ecclesiastes: legitur Sabbatho inter hebdomadam Festi Tabernaculorum. Init. fol. 100. דברי קהלת בן דוד מלך

In clausula Cantici Canticorum fol. 90. habentur *duæ Lectiones Propheticæ*, quarum prior desumta ex Is. Cap. LXVI. legiturque in Neomenia, quæ in Sabbathum incidat; altera ex I. Sam. Cap. XX. recitanda in Neomenia, quæ in feriam primam seu Dominicam cadat. Ad calcem vero Ecclesiastæ a fol. 107. ad finem conjectæ sunt reliquæ *Lectiones Propheticæ*, quæ per anni circulum singulis Pentateuchi Sectionibus, juxta receptam apud Judæos consuetudinem in Synagogis adjungi solent; de quibus consule Bartoloccium Tom. 2. a pag. 590.

Is Codex scriptus dicitur Anno Christi 840. Sic enim fol. 170. a tergo habetur: נכתב בשנת ארבעת אלפים ושש מאות לחדש סיון בארבעה ועשרים יום לחדש בעזרת האל יתברך *Ope Dei benedicti descriptus est* hic liber *die* 24. *Mensis Sivan*, Maji, *Anno Creationis Mundi* 4600. Verum mendosam esse numeralem hanc notam, suadent vel characteres ipsi, eadem certe, qua præcedentis Codicis epigraphe, manu exarati.

V I.

Codex antiq. in fol. membraneus, foliorum 400. quadrato charactere satis eleganti conscriptus, olim Palatinus; quo continetur,

Testamenti Veteris Tomus III. complectens: כתובים: ונביאים ראשונים ואחרונים HAGIOGRAPHA, & PROPHETAS PRIORES ac POSTERIORES, duabus columnis dispositos, punctisque vocalibus animatos, quæ tamen recentius addita videntur.

Psalmi, incipiunt fol. 1. אשרי האיש אשר לא הלך
Job, fol. 35. איש הוה בארץ עוץ איוב שמו
Proverbia, fol. 48. a terg. משלי שלמה בן דוד
Ruth, fol. 59. a terg. ויהי בימ׳ שפט השפטים
Canticum Canticorum, fol. 61. a terg. שיר השירים אשר לשלמה
Ecclesiastes, fol. 63. a terg. דברי קהלת בן דוד
Threni, fol. 68. a terg. איכה ישבה בדד העיר
Esther, fol. 71. ויהי בימי אחשורוש הוא
Daniel, fol. 76. a terg. בשנת שלוש למלכות
I. Esdræ, fol. 86. a terg. ובשנת אחת לכרש מלך
II. Esdræ, fol. 93. a terg. דברי נחמיה בן חכליה

I. Pa-

I. Paralipomenon incipit fol. 103. אדם שת אנוש
II. Paralipomenon, fol. 122. a terg. ויתחזק שלמה בן דויד
Josue, fol. 149. ויהי אחרי מות משה עבד יהוה
Judices, fol. 166. ויהי אחרי מות יהושע
I. Samuelis, fol. 184. ויהי איש אחד מן הרמתים
II. Samuelis, fol. 206. a terg. ויהי אחרי מות שאול
Regum I. sive III. fol. 224. a terg. והמלך דוד זקן בא בימים
Regum II. sive IV. fol. 237. a terg. ויפשע מואב בישראל
Isaias, fol. 266. a terg. חזון ישעיהו בן אמוץ
Jeremias, fol. 294. דברי ירמיהו בן חלקיהו
Ezechiel, fol. 331. ויהי בשלשים שנה ברביעי
Oseas, fol. 372. a terg. דבר יהוה אשר היה אל הושע
Joël, fol. 376. a terg. דבר יהוה אשר היה אל יואל
Amos, fol. 378. דברי עמוס אשר היה בנקדים
Abdias, fol. 381. a terg. חזון עבדיה כה אמר אדני יהוה
Jonas, fol. 382. ויהי דבר יהוה אל יונה
Michæas, fol. 383. a terg. דבר יהוה אשר היה אל מיכה
Nahum, fol. 386. משא נינוה ספר חזון נחום
Habacuc, fol. 387. המשא אשר חזה חבקוק
Sophonias, fol. 388. דבר יהוה אשר היה אל צפניה
Aggæus, fol. 389. a terg. בשנת שתים לדריוש המלך
Zacharias, fol. 390. a terg. בחדש השמיני בשנת שתים
Malachias, fol. 394. משא דבר יהוה אל ישראל

Ad calcem Codicis fol. 398. a tergo recentiori charactere Rabbinico addita est Precatio illa Judæorum, quæ a prima voce יוצר *Jotser*, i. e. *Formans*, adpellatur.

Is Codex scriptus dicitur Anno Christi 840. ut liquet ex hisce librarii verbis, quæ in clausula Malachiæ fol. 395. a tergo leguntur, נכתב בשנת ארבעת אלפים ושש מאות לחדש סיון בארבעה ועשרים יום לחדש: בעזרת האל יתברך *Ope Dei benedicti exaratus est* hic liber *die 24. Mensis Sivan*, Maji, *Anno Creationis Mundi* 4600. De hac tamen Epigraphe, quæ eadem prorsus, qua duorum præcedentium Codicum Epigraphes, manu descripta videtur, idem esto judicium.

V I I.

Codex antiq. in fol. membraneus, foliorum 464. quadratis literis nitidissime exaratus, olim Palatinus. Ibi continetur,

תורה Lex, sive *Pentateuchus Mosis*, duabus columnis dispositus, una cum תגין *Taghin*, coronulis, sive accentibus, novem Alphabeti Ebraici literis superimponi solitis; de quibus videsis Bartoloccium Tom. 3. pag. 630. necnon cum punctis vocalibus & notis Masorethicis, inter columnas, & ad utramque oram in varias figuras artificiosissime redactis.

Præmittuntur חילוף הקראיה בין בני אשר ובין בני נפתלי *Variæ lectiones, inter filios*

filios Ascer, *& filios Nephtali*, cum nonnullis versibus in laudem Legis, e Sacra Scriptura potissimum excerptis, qui per earum circuitum majusculis literis notati sunt. Item *Chronologia Sacrorum Bibliorum*, & *Psalmus* CIII. cujus versus ita sunt dispositi, ut figuram orbiculatam referre videantur. Singulorum autem Sacrorum Librorum, qui hoc in Codice exhibentur, initiales voces auro & minio expressæ sunt.

Genesis incipit fol. 8. בראשית ברא אלהים את השמים
Exodus, fol. 61. a terg. ואלה שמות בני ישראל הבאים
Leviticus, fol. 105. ויקרא אל משה וידבר יהוה
Numeri, fol. 135. a terg. וידבר יהוה אל משה במדבר סיני
Deuteronomium, fol. 180. אלה הדברים אשר דבר משה

Adnectitur סימני הפרשיות ולוח הפטרות של כל השנה *Index omnium Sectionum Pentateuchi*, *& Haphtaroth*, seu Capitulorum e Prophetarum libris, quæ per anni circulum in Synagogis legi solent, Initium fol. 219. a tergo. לראש השנה: יום ראשון

כתובים HAGIOGRAPHA, duabus itidem columnis disposita, una cum punctis vocalibus, & *Masora* parva inter columnas; nec non cum *Haphtaroth*, seu Lectionibus Propheticis, quæ minusculo, sed nitidissimo charactere ad utramque oram conjectæ sunt.

I. Paralipomenon incipit fol. 222. a terg. אדם שת אנוש
II. Paralipomenon, fol. 251. a terg. ויתחזק שלמה בן דויד
Psalmi, fol. 289. אשרי האיש אשר לא הלך
Proverbia, fol. 346. משלי שלמה בן דוד מלך
Job, fol. 365. איש היה בארץ עוץ איוב שמו

Ad Caput XVI. Jobi fol. 373. intermittuntur *Haphtaroth*, iisque sufficiuntur *Notæ Mosorethicæ*.

Ruth incipit fol. 388. ויהי בימי שפט השפטים
Canticum Canticorum, fol. 390. שיר השירים אשר לשלמה
Ecclesiastes, fol. 393. a terg. דברי קהלת בן דוד מלך
Threni, fol. 401. a terg. איכה ישבה בדד העיר
Esther, fol. 405. a terg. ויהי בימי אחשורוש הוא
Daniel, fol. 414. a terg. בשנת שלוש למלכות
I. Esdræ, fol. 431. ובשנת אחת לכרש מלך פרס
II. Esdræ, fol. 441. a terg. דברי נחמיה בן חכליה

A folio 457. ubi explicit Liber II. Esdræ, ad finem usque Codicis habentur variæ aliæ Lectiones accentuum in multis Sacræ Scripturæ dictionibus inter Ben-Ascer, & Ben-Nephtali, quæ sub titulo: חילופין בין ארץ ישראל ובין ארץ בבל *Differentiæ lectionis, quæ est inter habitatores Terræ Israelis, & Terræ Babylonis*, seu בין בני אשר ובין בני נפתלי *inter filios Ascer, & filios Nephtali*; in fine Tomi IV. Magnorum Bibliorum Rabbinicorum editionis Venetæ, & Basileensis leguntur. Vide Bartoloccium Tom. I. num. 159. & Wolphium Tom. I. num. 193. ubi utriusque Rabbini plenum nomen, atque ætas memorantur.

Is Codex ad decimum tertium Christi seculum videtur referendus, pertinuit-

tinuitque olim ad יעקב בן אברהם בן שלמה *Jacobum filium Abrahami f. Salomonis*; ut in fronte adnotatur.

VIII.

Codex antiq. in folio membraneus, foliorum 464. quadratis literis eleganter conscriptus, olim Palatinus; ubi continentur,

ארבעה ועשרים VIGINTI QUATUOR, sive Testamenti veteris libri omnes, duabus columnis dispositi, una cum punctis vocalibus, nova tamen manu additis, & summa Commatum, seu versuum in Sacris Libris contentorum, quam ad singulorum calcem adnotatam reperias.

Accedit ר' דוד בן יוסף קמחי ס השרשים R. DAVIDIS F. JOSEPHI KIMCHI LIBER RADICUM, seu Lexicon Biblicum, in superiori, & inferiori margine minusculis literis descriptum, & a folio 387. ubi desinunt Biblia, ad finem usque continuatum; de quo inferius. Præit *Index Sectionum Pentateuchi* metricus, tum incipit præfatum Lexicon hisce verbis: אמר דוד בן יוסף קמחי הספרדי.

In hunc autem ordinem Biblia Sacra sunt digesta;

תורה LEX, sive Pentateuchus Mosis; videlicet,

Genesis incipit fol. 1. בראשית ברא אלהים את השמים

Exodus, fol. 23. a terg. ואלה שמות בני ישראל הבאים

Leviticus, fol. 43. ויקרא אל משה וידבר יהוה

Numeri, fol. 56. a terg. וידבר יהוה אל משה במדבר סיני

Deuteronomium, fol. 75. a terg. ואלה הדברים אשר דבר משה

Subnectitur סימני פרשיות והפטרות *Index Sectionum Pentateuchi cum suis Haphtaroth*, sive Lectionibus e Prophetis per anni circulum. Initium fol. 93. הפטרת בראשית: כה אמר האל יהוה.

נביאים ראשונים PROPHETÆ PRIORES; videlicet,

Josue incipit fol. 94. a terg. ויהי אחרי מות משה עבד

Judices, fol. 105. a terg. ויהי אחרי מות יהושע

I. Samuelis, fol. 117. ויהי איש אחד מן הרמתים

II. Samuelis, fol. 132. ויהי אחרי מות שאול

I. Regum, fol. 144. a terg. והמלך דוד זקן בא בימים

II. Regum, fol. 161. ויפשע מואב בישראל

נביאים אחרונים PROPHETÆ POSTERIORES; videlicet,

Isaias, incipit fol. 176. a terg. חזון ישעיהו בן אמוץ אשר

Jeremias, fol. 196. דברי ירמיהו בן חלקיהו

Ezechiel, fol. 221. ויהי בשלשים שנה ברביעי

תרי עשר DUODECIM PROPHETÆ MINORES; videlicet,

Oseas, incipit fol. 243. דבר יהוה אשר היה אל הושע

Joël, fol. 246. דבר יהוה אשר היה אל יואל

Amos, fol. 247. דברי עמוס אשר היה בנקדים

Abdias, fol. 249. חזון עבדיה כה אמר אדני

Jonas, fol. 250. ויהי דבר יהוה אל יונה

Mi-

Michæas, fol. 250. a terg. דבר יהוה אשר היה אל מיכה
Nahum, fol. 252. a terg. משא נינוה ספר חזון נחום
Habacuc, fol. 253. המשא אשר חזה חבקוק הנביא
Sophonias, fol. 254. דבר יהוה אשר היה אל צפניה
Aggæus, fol. 255. בשנת שתים לדריוש המלך
Zacharias, fol. 255. a terg. בחדש השמיני בשנת שתים
Malachias, fol. 259. a terg. משא דבר יהוה אל ישראל
כתובים HAGIOGRAPHA; videlicet,
I. *Paralipomenon* incipit fol. 261. אדם שת אנוש ׃ קינן
II. *Paralipomenon*, fol. 275. ויתחזק שלמה בן דויד
Psalmi, fol. 293. a terg. אשרי האיש אשר לא הלך
Proverbia, fol. 328. משלי שלמה בן דוד מלך
Job, fol. 339. a terg. איש היה בארץ עוץ איוב שמו
Ruth, fol. 353. ויהי בימי שפט השפטים
Canticum Canticorum, fol. 354. a terg. שיר השירים אשר לשלמה
Threni, fol. 356. a terg. איכה ישבה בדד העיר
Ecclesiastes, fol. 358. a terg. דברי קהלת בן דוד מלך
Esther, fol. 362. a terg. ויהי בימי אחשורוש הוא
Daniel, fol. 366. a terg. בשנת שלוש למלכות יהויקים
I. *Esdræ*, fol. 374. a terg. ובשנת אחת לכרש מלך פרס
II. *Esdræ*, fol. 380. a terg. דברי נחמיה בן חכליה

Is Codex ante annum Christi 1441. fuit exaratus; eo quippe anno *Jannotius Manetti Florentinus* illum aureis numis 21. se emisse, ad calcem testatur.

IX.

CODex antiq. in fol. membraneus, foliis constans 413. quadrato charactere elegantissimo conscriptus; quo continentur,

ארבעה ועשרים VIGINTI QUATUOR, sive Testamenti Veteris libri omnes, duabus columnis dispositi, una cum punctis vocalibus, accentibus, & summa commatum in iisdem contentorum, quæ ad singulorum calcem charactere minusculo Rabbinico adnotatur.

Præmittitur סימני כל הפטרות INDEX OMNIUM HAPHTAROTH, sive Lectionum ex Prophetis, quæ totius anni decursu in Synagogis recitari solent.

Dividuntur hæc Biblia in tres סדרים Ordines, quorum frontes & clausulæ variis animantium, & florum picturis adornatæ sunt.

Ordo I. cujus titulus, תורה LEX, complectitur Pentateuchum Mosis.
Genesis, incipit fol. 1. בראשית ברא אלהים את השמים
Exodus, fol. 26. a terg. ואלה שמות בני ישראל הבאים
Leviticus, fol. 48. ויקרא אל משה וידבר יהוה
Numeri, fol. 63. וידבר יהוה אל משה במדבר סיני
Deuteronomium, fol. 84. אלה הדברים אשר דבר משה

Ordo II. נביאים PROPHETAE, in duas Partes, sive in Prophetas Priores, & Posteriores distributus.

נביאים ראשונים PROPHETÆ PRIORES sunt .

Josue , cujus initium fol. 103. ויהי אחרי מות משה עבד
Judices , fol. 116. ויהי אחרי מות יהושע
Samuelis , sive Regum I. fol. 129. ויהי איש אחד מן הרמתים
Samuelis , sive Regum II. fol. 146. a terg. ויהי אחרי מות שאול
Regum I. sive III. fol. 162. a terg. והמלך דוד זקן בא בימים
Regum II. sive IV. fol. 179. ויפשע מואב בישראל

נביאים אחרונים PROPHETÆ POSTERIORES ; videlicet ,

Isaias , fol. 196. a terg. חזון ישעיהו בן אמוץ אשר
Jeremias , fol. 219. דברי ירמיהו בן חלקיהו
Ezechiel , fol. 248. a terg. ויהי בשלשים שנה ברביעי

תרי עשר DUODECIM PROPHETÆ MINORES ; videlicet ,

Oseas , incipit fol. 275. דבר יהוה אשר היה אל הושע
Joël , fol. 278. a terg. דבר יהוה אשר היה אל יואל
Amos , fol. 280. דברי עמוס אשר היה בנקדים
Abdias , fol. 283. חזון עבדיה כה אמר אדני
Jonas , fol. 283. a terg. ויהי דבר יהוה אל יונה
Michæas , fol. 284. a terg. דבר יהוה אשר היה אל מיכה
Nahum , fol. 286. a terg. משא נינוה ספר חזון נחום
Habacuc , fol. 287. המשא אשר חזה חבקוק הנביא
Sophonias , fol. 288. דבר יהוה אשר היה אל צפניה
Aggæus , fol. 289. בשנת שתים לדריוש המלך
Zacharias , fol. 290. בחדש השמיני בשנת שתים
Malachias , fol. 294. a terg. משא דבר יהוה אל ישראל

Ordo III. כתובים HAGIOGRAPHA ; videlicet ,

I. *Paralipomenon* , incipit fol. 296. a terg. אדם שת אנוש: קינן
II. *Paralipomenon* , fol. 310. ויתחזק שלמה בן דויד
Psalmi , fol. 328. אשרי האיש אשר לא הלך
Job , fol. 357. a terg. איש היה בארץ עוץ איוב שמו
Proverbia , fol. 368. a terg. משלי שלמה בן דוד מלך ישראל
Ruth , fol. 378. ויהי בימי שפט השפטים ויהי רעב
Canticum Canticorum , fol. 379. a terg. שיר השירים אשר לשלמה
Ecclesiastes , fol. 381. a terg. דברי קהלת בן דוד מלך
Threni , fol. 384. a terg. איכה ישבה בדד העיר
Esther , fol. 386. a terg. ויהי בימי אחשורוש הוא
Daniel , fol. 390. a terg. בשנת שלוש למלכות יהויקים מלך
Esdræ I. fol. 398. ובשנת אחת לכרש מלך פרס
Esdræ II. fol. 403. דברי נחמיה בן חכליה

Ad ejus calcem , fol. 411. recentioribus literis Rabbinicis adjectæ sunt , ברכות להפטרות BENEDICTIONES , seu deprecationes dicendæ ante , & post HAPHTAROTH , seu Lectiones e Prophetarum libris , quæ singulis Pentateuchi sectionibus adjungi solent . Initium : ברוך אתה יהוה אלהינו מלך

Is Codex exaratus est anno Christi 1286. ut hæc ostendunt librarii verba , quæ in clausula lib. II. Esdræ , fol. 410. leguntur ; נשלמה כל המלאכה בעשרה

בעשרה ימים בתמוז שנת חמשת אלפים וארבעים ושבעה לבריאת העולם בעיר רומא היושבת על נהר טברים *Completum est totum opus die* 10. *Mensis Thammuz*, Junii, *anno Creationis Mundi* 5647. *in Urbe Roma*, *quæ ad ripam Tyberis sita est*. Pertinuit olim ad יוסף בן שלמה *Josephum Salomonis filium*; ut sub initium adnotatur.

X.

Codex antiq. in folio membraneus, foliorum 269. quadratis literis elegantissime exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

נביאים וכתובים PROPHETÆ ET HAGIOGRAPHA tribus columnis disposita, una cum accentibus & punctis vocalibus; necnon cum utraque מסרה *Masora*, inter columnas, & ad oram minusculo charactere descripta.

נביאים ראשונים PROPHETÆ PRIORES; videlicet,

Josue, initio usque ad com. 26. Capitis VI. mutilus, incipit fol. 1. בעת ההיא לאמר ארור האיש

Judices, fol. 12. ויהי אחרי מות יהושע

I. *Samuelis*, sive Regum fol. 24. a terg. ויהי איש אחד מן הרמתים

II. *Samuelis*, sive Regum, a Cap. VIII. vers. 16. ad finem usque mancus, fol. 34. a terg. בן אחיטוב ואחימלך בן אביתר

Regum I. sive III. initio usque ad Cap. V. vers. 11. mutilus, incipit fol. 45. שמן כתית כה יתן שלמה לחירם שנה בשנה

Regum. II. sive IV. fol. 59. ויפשע מואב בישראל אחרי מות

נביאים אחרונים PROPHETÆ POSTERIORES; videlicet,

Jeremias, initio usque ad com. 21. Cap. II. mancus, incipit fol. 69. הגפן נכריה׃ כי אם תכבסי בנתר

Isaias, a com. ultimo Cap. LIII. ad finem usque mancus, incipit fol. 97. a terg. ולפשעים יפגיע׃ רני עקרה

Ezechiel, initio usq. ad com. 2. Cap. XXXIX. mancus, incipit fol. 117. ושבבתיך וששאתיך והעליתיך מירכתי

תרי עשר DUODECIM PROPHETÆ MINORES; videlicet,

Oseas, incipit fol. 123. דבר יהוה אשר היה אל הושע

Joël, fol. 126. a terg. דבר יהוה אשר היה אל יואל

Amos, fol. 127. a terg. דברי עמוס אשר היה בנקדים

Abdias, fol. 130. a terg. חזון עבדיה כה אמר אדני

Jonas, fol. 131. ויהי דבר יהוה אל יונה

Michæas, fol. 132. דבר יהוה אשר היה אל מיכה

Nahum, fol. 134. משא נינוה ספר חזון נחום

Habacuc, fol. 135. המשא אשר חזה חבקוק

Sophonias, fol. 136. דבר יהוה אשר היה אל צפניה

Aggæus. fol. 137. בשנת שתים לדריוש המלך

Zacharias, fol. 137. a terg. בחדש השמיני בשנת שתים

Malachias, fol. 142. משא דבר יהוה אל ישראל

כתובים HAGIOGRAPHA; videlicet,

Ruth, fol. 144. ויהי בימי שפט השפטים
Psalmi, fol. 145. a terg. אשרי האיש אשר לא הלך
Job, fol. 173. a terg. איש היה בארץ עוץ איוב שמו
Proverbia, fol. 186. משלי שלמה בן דוד מלך ישראל
Ecclesiastes, fol. 197. דברי קהלת בן דוד מלך בירושלם
Canticum Canticorum, fol. 201. שיר השירים אשר לשלמה
Threni, fol. 202. a terg. איכה ישבה בדד העיר
Esther, fol. 205. ויהי בימי אחשורוש הוא
Daniel, fol. 210. בשנת שלוש למלכות יהויקים
I. *Esdræ*, fol. 218. a terg. ובשנת אחת לכרש מלך פרס
II. *Esdræ*, qui & *Nehemias*, fol. 224. a terg. דברי נחמיה בן הכליה
Paralipomenon I. fol. 232. a terg. אדם שת אנוש : קינן
Paralipomenon II. fol. 249. ויתחזק שלמה בן דויד

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

X I.

CODex antiq. in fol. membraneus, foliorum 214. quadratis majusculis literis nitidissime conscriptus; quo continentur,

נביאים אחרונים PROPHETÆ POSTERIORES, duabus columnis dispositi, una cum punctis vocalibus, & notis Masorethicis, inter columnas, & in superiori, ac inferiori margine, charactere tamen Rabbinico, descriptis.

Præmittitur מספר השנים של ספרים *Chronologia Sacrorum Bibliorum*, sive summa annorum, quibus inceperunt, ac perdurarunt materiæ in singulis libris contentæ, adjuncta e regione interpretatione Latina incerti authoris. Ad calcem vero Prophetarum additus est numerus commatum sive versuum, quibus singuli absolvuntur.

Isaias incipit fol. 1. a terg. חזון ישעיהו בן אמוץ אשר
Jeremias, fol. 52. דברי ירמיהו בן חלקיהו מן
Ezechiel, fol. 115. ויהי בשלשים שנה ברביעי
Oseas, fol. 171. דבר יהוה אשר היה אל הושע
Joël, fol. 178. a terg. דבר יהוה אשר היה אל יואל
Amos, fol. 181. a terg. דברי עמוס אשר היה בנקדים
Abdias, fol. 187. a terg. חזון עבדיה כה אמר אדני
Jonas, fol. 188. a terg. ויהי דבר יהוה אל יונה
Michæas, fol. 190. a terg. דבר יהוה אשר היה אל מיכה
Nahum, fol. 194. a terg. משא נינוה ספר חזון נחום
Habacuc, fol. 196. המשא אשר חזה חבקוק
Sophonias, fol. 198. דבר יהוה אשר היה אל צפניה
Aggæus, fol. 200. a terg. בשנת שתים לדריוש המלך
Zacharias, fol. 202. בחדש השמיני בשנת שתים
Malachias, fol. 211. a terg. משא דבר יהוה אל ישראל

Is Codex exaratus est anno Christi 1311. ut hæc ostendit epigraphe, eadem, qua ipse Codex, manu descripta, quæ fol. 214. ad calcem legitur.

אני

אני אברהם בר יוסף חרקסניאל ת׳נ׳א׳צ׳כ׳ה׳ כתבתי הקריה הזאת והשלמתיה הודות לאל יתברך בחדש אב שנת ה׳ה׳ס׳ד׳ ליצירה בשוריא אל התלמיד התם הנכבד ר׳ יצחק בר יהושע דקאלו המקום יתברך יתן לו בנים זכרים עוסקים בתורה ומקיימי מצות בישראל ויזכה אותו ואותם להגות בתורת השם תמיד ויקיים בו ובהם קרא דכתיב וכל בניך למודי ה׳ ורב שלום בניך: ברוך ה׳ לעולם אמן אמן *Ego Abraham f. Josephi Charkasaniel : Erit anima Domini mei custodita, quasi in fasciculo viventium: scripsi hanc Scripturam in gratiam discipuli honesti, intelligentis, viri desideriorum, Isaacii f. Josue de Kalo, cui Deus benedictus concedat filios mares, qui laborent in Lege, & servent præcepta in Israel; omnesque simul dignos reddat, qui adsiduo meditentur Legem Domini; ut confirmetur in eis quod scriptum est : Universos filios tuos doctos a Domino, & multitudinem pacis filiis tuis. Laus Deo Benedicto. Absolvi autem illam in Syria, mense Ab,* Julio, *anno ab Orbe condito 5072. Benedictus Deus in æternum, Amen, Amen.*

XII.

Codex antiquus in fol. membraneus, foliorum 270. quadratis, elegantibusque literis exaratus; ubi continentur,

כתובים Hagiographa, duabus columnis disposita, unacum punctis vocalibus, & notis Masorethicis, in superiori, ac inferiori margine, Rabbinico charactere recentius additis.

Ruth, incipit fol. 1. a terg. ויהי בימי שפט השפטים
Psalmi, fol. 5. אשרי האיש אשר לא הלך
Proverbia, fol. 72. a terg. משלי שלמה בן דוד מלך
Ecclesiastes, fol. 95. a terg. דברי קהלת בן דוד מלך
Canticum Canticorum, fol. 104. שיר השירים אשר לשלמה
Threni, fol. 108. איכה ישבה בדד העיר
Esther, fol. 112. a terg. ויהי בימי אחשורוש
Job, fol. 121. a terg. איש היה בארץ עוץ איוב שמו
Daniel, fol. 149. a terg. בשנת שלוש למלכות יהויקים
I. *Esdræ*, fol. 167. a terg. ובשנת אחת לכרש מלך
II. *Esdræ*, fol. 179. a terg. דברי נחמיה בן חכליה
I. *Paralipomenon*, fol. 196. אדם שת אנוש : קינן
II. *Paralipomenon*, fol. 229. a terg. ויתחזק שלמה בן דויד

Is Codex ante annum Christi 1331. fuit descriptus; ut colligitur ex hac epigraphe, quæ sub ejusdem initium legitur : ספר תהלים וכתובים הקדיש ר׳ יצחק בר יהושע שבתי דקאלו בשעת פטרתו שנת צ׳ב׳ לפרט היצירה *Liber Psalmorum, & Hagiographorum, quem Isaac f. Josue Sabbathai de Kalo, morti proximus, Synagogæ addixit, Anno 92. secundum minorem supputationem*, id est ab Orbe condito 5092. In hujus autem gratiam antelaudatus Prophetarum Codex exaratus fuerat in Syria, Anno Mundi 5072. Christi 1311. ut ibidem admonuimus.

XIII.

CODex antiquus in fol. membraneus, olim Palatinus, foliis constans 355. quadratis literis exaratus. Ibi continentur,

תורה Lex, sive *Pentateuchus Mosis*, duabus columnis dispositus, una cum תרגום אונקלוס *Targum*, seu Paraphrasi Chaldaica *Onkelosi*, alternis versibus; nec non cum punctis vocalibus, quæ recentius addita esse non temere conjicias.

Genesis, ab initio ad Caput Sextum mutilus, incipit fol. 1. ודין דתעביר יתיה
Exodus, fol. 81. ואילין שמהת בני ישראל
Leviticus, fol. 146. וקרא למשה ומליל יהוה עמיה
Numeri, fol. 194. ומליל יהוה עם משה במדברא דסיני
Deuteronomium, fol. 256. אילין פתגמיא די מליל משה

הפטרות כל השנה Haphtaroth, sive Capitula e Prophetarum libris, quæ juxta ritum Judæorum Italorum, in Sabbathis, & festis diebus per anni circulum leguntur; desiderantur tamen in fine duo Capitula, quæ duabus posterioribus Deuteronomii Sectionibus adjungi solent, Initium fol. 322. a terg. כה אמר האל יהוה בורא השמים

Is Codex decimotertio Christi seculo videtur exaratus.

XIV.

CODex antiquus in fol. membraneus, foliorum 292. quadratis literis elegantissime scriptus, olim Palatinus, quo continentur.

תורה Lex, sive *Pentateuchus Mosis*, tribus columnis dispositus, una cum תרגום אונקלוס *Targum*, seu Paraphrasi Chaldaica, *Onkelosi*, singulis versibus subjecta; nec non cum accentibus, & punctis vocalibus, recentius tamen additis. Adcedit ad marginem utraque מסרה *Masora*; & parva quidem inter columnas, magna vero in fronte & calce, minusculis characteribus, in varias figuras ductis, adcuratissime descripta. Initiales singularum Pentateuchi Sectionum voces auro, & minio distinctæ sunt.

Genesis, incipit fol. 1. a terg. בקדמין ברא יהוה ית שמיא
Exodus, fol. 63. a terg. ואילין שמהת בני ישראל
Leviticus, fol. 113. וקרא למשה ומליל יהוה עמיה
Numeri, fol. 143. a terg. ומליל יהוה עם משה במדברא
Deuteronomium, fol. 199. a terg. אילין פתגמיא די מליל משה

חמש מגילות Quinque parva Volumina, cum notis itidem Masorethicis, ut supra, ad marginem, & utramque oram descriptis, verum absque Targum, seu Paraphrasi Chaldaica.

Canticum Canticorum, incipit fol. 242. a terg. שיר השירים אשר לשלמה
Ruth, fol. 244. ויהי בימי שפט השפטים
Threni, fol. 246. איכה ישבה בדד העיר
Ecclesiastes, fol. 248. a terg. דברי קהלת בן דוד מלך
Esther, fol. 252. a terg. ויהי בימי אחשורוש הוא

הפטרות לכל השנה HAPHTAROTH, ſive Capitula e Prophetarum libris, poſt ſingulas Pentateuchi Sectiones, totius anni decurſu, juxta receptam apud Judæos Germanos conſuetudinem in Synagogis legenda. Initium fol. 257. כה אמר האל יהוה בורא השמים

Is Codex exaratus eſt anno Chriſti 1299. ut hæc oſtendunt librarii verba, ex initialibus Maſoræ in Deuteronomium literis compoſita, quæ a fol. 234. ad 242. occurrunt. אני אליה איש רב פעלים בן היקר ונחמד הרב ברכיה התנא והנקדן והדייקן איש הון וחקר תקן משלים הרבה : וברוך מבנים אשר אשר נדב לבו לעשות ספר יפה כזה ויזכהו השם יתברך להגות בו חזק וכו׳ : *Ego Elias Rabbinus, vir magnus operibus, filius eximii, & deſideroſi R. Barachiæ Lectoris, Punctatoris, & Grammatici, viri magnarum facultatum, qui ſpeculatus eſt, & compoſuit multa Proverbia. Benedictus in filiis Aſçer, qui obtulit cor ſuum, ut adornaret hunc librum; prout fecit. Deus reddat illum dignum, qui legat in eo. Confortare &c.* Ad calcem vero Codicis fol. 292. iſta leguntur: נסמיתיו ביום ג׳ בי׳ חדש אב שנת נ״ט׳ האלף החמישי שבח לאל *Abſolvi autem illum feria tertia, die* 10. *Menſis Ab*, Julii, *Anno* 59. *quinti millenarii*, hoc eſt 5059. ab Orbe condito. *Laus Deo &c.*

X V.

Codex antiquus in fol. membraneus, foliorum 336. quadrato charactere eleganti conſcriptus, olim Palatinus. Ibi continentur,

תורה LEX, ſive *Pentateuchus Moſis* cum חמש מגילות והפטרות *Quinque parvis Voluminibus*, & *Haphtaroth*, duabus columnis diſpoſitus, punctiſque vocalibus animatus; quæ tamen recentius addita videntur.

Geneſis, incipit fol. 1. בראשית ברא אלהים
Exodus, fol. 51. a terg. ואלה שמות בני ישראל הבאים
Leviticus, fol. 99. ויקרא אל משה וידבר יהוה
Numeri, fol. 133. a terg. וידבר יהוה אל משה במדבר סיני
Deuteronomium, fol. 184. אלה הדברים אשר דבר משה
Canticum Canticorum, fol. 228. שיר השירים אשר לשלמה
Ruth, fol. 231. a terg. ויהי בימי שפט השפטים
Threni, fol. 233. a terg. איכה ישבה בדד העיר
Eccleſiaſtes, fol. 240. דברי קהלת בן דוד מלך
Eſther, fol. 248. a terg. ויהי בימי אחשורוש הוא

הפטרות HAPHTAROTH, ſive Lectiones Propheticæ, quæ ſingulis Pentateuchi Sectionibus, juxta ritum Italicum, adjungi ſolent. Deeſt tamen finis Lectionis, quæ in octava feſtivitatis Tabernaculorum recitatur. Initium fol. 258. a terg. כה אמר האל יהוה בורא

Is Codex circa finem Seculi Decimitertii videtur deſcriptus.

Co-

XVI.

Codex antiquus in fol. membraneus, foliorum 162. quadrato charactere conscriptus, olim Palatinus; ubi continetur,

תרגום אונקלוס על חומשי תורה PENTATEUCHUS CHALDAICUS versionis *Onkelosi*, duabus columnis dispositus, una cum punctis vocalibus, nova tamen manu additis.

Genesis, incipit, fol. 1. a terg. בקדמין ברא ית יהוה שמיא

Exodus, fol. 45. a terg. ואילין שמהת בני ישראל

Leviticus, fol. 80. a terg. וקרא למשה ומליל יהוה עמיה

Numeri, fol. 105. ומליל יהוה עם משה במדברא

Deuteronomium, fol. 135. a terg. אילין פתגמיה דמליל משה עם

Onkelosus autem ille, quem Proselytum Judæi adpellant, ineunte seculo Christi primo floruit, Vide Wolfium tom. II. a pag. 1147. ubi de ejus ætate, ac Paraphrasi, quæ inter eas, quæ exstant, antiquissima & purissima, atque utilissima merito judicatur, erudite disserit.

Is Codex, quem non immerito ad decimum tertium Christi seculum referas, pertinuit olim ad יוסף בר יוסף ישראל *Josephum f. Josephi Israelitam*; ut in fronte adnotatur.

XVII.

Codex antiquus in folio, membraneus, foliorum 181. quadratis literis elegantissime exaratus, olim Palatinus; quo continetur.

תורה וחמש מגילות והפטרות LEX, sive *Pentateuchus Mosis* cum QUINQUE PARVIS VOLUMINIBUS, & HAPHTAROTH, duabus columnis dispositus, punctisque vocalibus animatus; quæ tamen recentius addita non immerito pronuncies.

Genesis, a commate 1. ad 18. Capitis I. mancus, incipit fol. 1.: החשך וירא אלהים כי טוב

Exodus, fol. 37. ואלה שמות בני ישראל

Leviticus, fol. 68. ויקרא אל משה וידבר יהוה

Numeri, fol. 87. וידבר יהוה אל משה במדבר סיני

Deuteronomium, fol. 107. אלה הדברים אשר דבר משה

Canticum Canticorum, fol. 134. a terg. שיר השירים אשר לשלמה

Ruth, fol. 136. a terg. ויהי בימי שפט השפטים

Threni, fol. 139. איכה ישבה בדד העיר

Ecclesiastes, fol. 142. דברי קהלת בן דוד מלך

Esther, fol. 147. ויהי בימי אחשורוש הוא

הפטרות HAPHTAROTH, sive Capitula e Prophetarum libris, quæ per anni circulum in Synagogis Italicis legi solent, sine mutila; desinunt enim in illud, quod feria secunda post Pascha ex IV. Regum Cap. XXIII. legitur. Atque adeo quindecim posteriora capitula cum suis benedictionibus, sive preca-

eatiunculis desiderantur. Initium fol. 154. כה אמר האל יהוה בורא השמים
Is Codex ad decimumtertium Christi seculum videtur referendus.

XVIII.

Codex in fol. membraneus, foliis constans 372. quadrato charactere eleganti exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

תורה Lex, seu Pentateuchus Mosis, tribus columnis dispositus, punctisque vocalibus animatus, una cum תרגום אונקלוס *Targum*, seu Paraphrasi Chaldaica *Onkelosi*, alternis versibus, necnon cum Commentariis רשי *Rasci*, sive R. Salomonis fil. Isaacii, Jarchi, Galli, charactere Rabbinico ad marginem conjectis,

Genesis, principio mancus, cujus nempe priora duo folia lacera, incipit a com. 5. Cap. I. קרא ליליא והוה רמש והוה צפר יומא חד

Exodus, fol. 81. ואילין שמהת בני ישראל

Leviticus, fol. 145. וקרא למשה ומליל יהוה עמיה

Numeri, fol. 188. ומליל׳ יהוה עם משה במדברא

Deuteronomium, fol. 246. a terg. אילין פתגמיא דמליל משה

הפטרות Haphtaroth, sive Capitula e Prophetis, juxta ritum Judæorum Italorum, Sectionibus Pentateuchi in Synagogis adjungenda. Initium fol. 299. a terg. כה אמר האל יהוה בורא

חמש מגילות Quinque Volumina; videlicet,

Ruth, incipit fol. 336. ויהי בימי שפט השפטים ויהי,

Canticum Canticorum, fol. 338. שיר השירים אשר לשלמה

Ecclesiastes, fol. 340. דברי קהלת בן דוד מלך

Threni, fol. 345. איכה ישבה בדד העיר

Esther, fol 347. a terg. ויהי בימי אחשורוש הוא Subnectuntur,

Liber Job, fol. 352. a terg. איש היה בארץ עוץ איוב

Fragmentum Prophetiæ *Jeremiæ* a Cap. II. com. 29. ad Cap. V. com. 11. Initium fol. 367. למה תריבו אלי כלכם פשעתם בי

Is Codex scriptus est Anno Christi 1472. Sic enim in calce Pentateuchi fol. 299. legitur. אני יצחק בר שמואל הכהן סיימתי תרגום זה של ר׳ יצחק בר דוד בשלשה חדשים בשנת ל׳ג׳ר׳ לפרט ה׳ק׳ב׳ה׳ יזכיהו לחיי העולם הבא ויסלח לי כל עוונות ותשלח לי מזל טוב בעגלא ובזמן קריב אמן אמן סלה *Ego Isaac filius Samuelis* Cohen Sacerdos *anno Creationis Mundi 5233. spatio trimestri absolvi hunc Pentateuchum cum sua Paraphrasi, ad usum R. Isaacii f. Davidis, quem Deus Sanctus, & benedictus aptet ad vitam futuri Seculi, dimittatque illi, & mihi omnia peccata: mihi vero propere concedat dexterum sidus in Orbe. Amen, Amen, Sela.*

XIX.

Codex antiquus in fol. membraneus, foliorum 340. partim quadratis, partim Rabbinicis literis elegantissime exaratus; ubi continentur,

Pentateuchi Mosis Libri tres posteriores, Ebraice, Chaldaice, & Arabice, alternis versibus, sic tamen dispositis, ut primum locum obtineat versus Ebraicus, quadrato majusculo charactere notatus, secundum Chaldaicus, literis tamen minusculis quadratis Ebraicis expressus, tertium Arabicus, verum charactere Rabbinico, quem רשי *Rasci*, i. e. R. Salomonis fil. Isaacii Jarchi dicunt, ex eo potissimum, quod posteaquam pueri scripturam quadratam perdidicerint, continenter imbuantur Commentariis præfati R. Salomonis, qui ejusmodi charactere conscripti sunt. Quod quidem institutum apud omnes Judæos Orientales, & Europæos hucusque viget.

ס' ויקרא SEPHER VAJEKRA, *Liber Levitici*, incipit fol. 1. Ebraice ויקרא אל משה וירבר יהוה Chaldaice וקרא למשה ומליל יהוה עמיה Arabice a com. 2. primum enim penitus deletum: וכאטב לבני ישראל וקאל להם

ס' במדבר SEPHER BAMIDBAR, *Liber Numerorum*, fol. 99. Ebraice וירבר יהוה אל משה במדבר Chaldaice ומליל יהוה עם משה במדברא Arabice וכלם אללה למושא פי בריה:

ס' הדברים SEPHER DEVARIM, Liber *Deuteronomii*, fol. 277. Ebraice אלה הדברים אשר Chaldaice ואילין פתגמיא דמליל משה Arabice והדה אלכלמאת אלדי כלם מושא

Is Codex decimoquarto Christi seculo exaratus videtur.

X X.

Codex antiquus in quarto, membraneus, foliorum 177. quadratis literis eleganter conscriptus, olim Palatinus; quo continentur,

תורה LEX, sive Pentateuchus Mosis, una cum punctis vocalibus, recentius additis; a Genesi tamen usque ad com. 37. Capitis XXX. Exodi mancus.

Exodus, incipit fol. 1. במתכנתה לא תעשו לכם קדש

Leviticus, fol. 13. ויקרא אל משה וידבר יהוה אליו מאחל

Numeri, fol. 43. וידבר יהוה אל משה במדבר סיני באהל

Deuteronomium, fol. 98. a terg. אלה הדברים אשר דבר

הפטרות HAPHTAROTH, sive Capitula e Prophetarum libris, secundum ritum Italicum totius anni decursu in Synagogis legenda. Desiderantur nonnulla Capitula, quæ illud diei secundæ Initii anni, ex Cap. ultimo Habacuc desumtum, consequuntur. Init. fol. 139. כה אמר האל יהוה בורא השמים

Ad calcem hujus Codicis, cujus ætas ad decimumtertium Christi seculum videtur referenda, conjecta est Tabula æri incisa, ejusdemque tegumini conglutinata, quæ stemma Ducis Bavariæ, cum hac epigraphe exhibet: *Sum de Bibliotheca, quam Heidelberga capta, spolium fecit, & P. M. Gregorio XV. trophæum misit Maximilianus, utriusque Bavariæ Dux &c. S. R. I. Archidapifer, & Princeps Elector, A. C.* MDCXXIII. quæ Tabula singulis Codicibus Palatinis, in Vaticanam Bibliothecam inlatis, adfixa reperitur, si eos excipias, qui deinde iterum compacti sunt.

Co-

X X I.

COdex antiquus in quarto, membraneus, foliorum 143. majuſculis quadratis literis eleganter conſcriptus, olim Palatinus; quo continentur,

ספר ויקרא LIBER LEVITICUS cum punctis vocalibus, & notis Maſorethicis, ad utramque oram in varias figuras adfabre redactis. Initium fol. 1. ויקרא אל משה וידבר יהוה

ברכות להפטרות BENEDICTIONES, ſeu precatiunculæ ante, & poſt *Haphtaroth*, ſive Lectiones e Prophetis, dicendæ. Initium fol. 88. a terg. ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם

הפטרות HAPHTAROTH, ſive Lectiones Propheticæ, decem Levitici Sectionibus adjungendæ, una cum Targum, ſeu Paraphraſi Chaldaica, ſingulis verſibus ſubjecta. Initium fol. 89. a terg. עם זו יצרתי לי תהלתי יספרו

שיר השירים CANTICUM CANTICORUM, itidem cum punctis, & notis Maſorethicis. Initium fol. 133. a terg. שיר השירים אשר לשלמה

Is Codex ad decimumtertium Chriſti ſeculum videtur referendus.

X X I I.

COdex antiquus in fol. membraneus, foliorum 131. quadratis majuſculis literis elegantiſſime ſcriptus, olim Palatinus. Ibi continentur,

חמש מגילות CHAMESC MEGHILLOTH *Quinque Volumina*, punctis vocalibus & accentibus animata; videlicet,

Canticum Canticorum, principio uſque ad Com. 4. Capitis II. mancum, incipit fol. 1. בין הבנים בצלו חמדתי וישבתי

Ruth, fol. 5. a terg. ויהי בימי שפט השפטים ויהי רעב בארץ

Threni, fol. 10. a terg. איכה ישבה בדד העיר רבתי עם

Eccleſiaſtes, fol. 17. a terg. דברי קהלת בן דוד מלך בירושלם

Eſther, fol. 30. ויהי בימי אחשורוש הוא אחשורוש המלך מהדו

הפטרות HAPHTAROTH, ſive *Lectiones Propheticæ* per anni circulum juxta ritum Italicum, fine mutilæ; deſinunt enim in Lect. ex Cap. IV. Prophetiæ Jonæ, quam ſex aliæ ex poſterioribus Prophetis ſubſequi deberent. Initium fol. 43. כה אמר האל יהוה בורא השמים

Is Codex decimotertio Chriſti ſeculo videtur exaratus.

X X I I I.

COdex antiquus in fol. membraneus, foliorum 138. quadratis literis exaratus, olim Palatinus; ubi continentur,

נביאים ראשונים PROPHETÆ PRIORES, duabus columnis diſpoſiti, punctiſque vocalibus animati, una cum ſumma commatum, ſeu verſuum in iiſdem contentorum, quæ ad ſingulorum calcem addita eſt; nec non cum Anonymi notulis ad marginem, & inter columnas, charactere tamen Rabbinico

 & qui-

& quidem recentiori conjectis, quibus difficiliora quædam Prophetarum loca, & vocabula explicantur.

Josue, incipit fol. 1. ויהי אחרי מות משה עבד יהוה

Judices, fol. 21. ויהי אחרי מות יהושע וישאלו

I. Samuelis, sive Regum, fol. 39. a terg. ויהי איש אחד מן הרמתים צופים מהר אפרים ושמו אלקנה בן ירחם

II. Samuelis, sive Regum, fol. 66. ויהי אחרי מות שאול ודוד שב

Regum I. sive III. fol. 87. והמלך דוד זקן בא בימים ויכסהו

Regum II. sive IV. fol. 111. a terg. ויפשע מואב בישראל אחרי מות אחאב

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

X X I V.

Codex antiquus in fol. membraneus, foliorum 152. quadrato charactere descriptus, olim Palatinus; quo continentur,

נביאים אחרונים Prophetæ Posteriores, duabus columnis dispositi, una cum punctis vocalibus, & summa commatum, ad singulorum calcem conjecta. Ad marginem vero, & inter columnas, charactere Rabbinico, & quidem recentiori additæ sunt passim Adnotationes in difficiliora loca, & dictiones Prophetarum: quarum initium fol. 1. חזון ישעיהו בן אמוץ אמר רבי לוי אמוץ ואמציה אחים היו·

Isaias, incipit fol. 1. חזון ישעיהו בן אמוץ אשר חזה

Jeremias, fol. 37. a terg. דברי ירמיהו בן חלקיהו מן הכהנים

Ezechiel, fol. 82. ויהי בשלשים שנה ברביעי בחמשה לחדש

Oseas, fol. 121. a terg. דבר יהוה אשר היה אל הושע בן בארי

Joël, fol. 126. a terg. דבר יהוה אשר היה אל יואל בן פתואל

Amos, fol. 128. a terg. דברי עמוס אשר היה בנקדים מתקוע

Abdias, fol. 133. חזון עבדיה כה אמר אדני יהוה

Jonas, fol. 133. a terg. ויהי דבר יהוה אל יונה בן אמתי לאמר

Michæas, fol. 135. דבר יהוה אשר היה אל מיכה

Nahum, fol. 138. משא נינוה ספר חזון נחום האלקשי

Habacuc, fol. 139. a terg. המשא אשר חזה חבקוק הנביא

Sophonias, fol. 140. a terg. דבר יהוה אשר היה אל צפניה בן כושי

Aggæus, fol. 142. a terg. בשנת שתים לדריוש המלך בחדש

Zacharias, fol. 143. a terg. בחדש השמיני בשנת שתים לדריוש

Malachias, fol. 151. משא דבר יהוה אל ישראל ביד מלאכי

Porro Versus 19. Capitis ultimi Zachariæ deletus est, eique fol. 151. col. 2. ad calcem, impius nescio quis Judæus hæc Rabbinico charactere substtuit: וזאת תהיה חטאת נוצרים וחטאת כל הגוים אשר לא יעלו לחג את חג הסכות *Hoc erit peccatum Nazareorum*, id est Christianorum. *& hoc peccatum omnium gentium* &c.

Is Codex eadem, qua præcedens, manu exaratus est; atque adeo ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

Co-

X X V.

CODex antiquus in fol. membraneus, foliorum 198. quadratis literis elegantissime exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur, כתובים CHETUVIM, *Hagiographa*, una cum punctis vocalibus, & summa commatum, in libris Psalmorum, & Job contentorum, quam in eorundem clausula adnotatam reperias.

Psalmi, incipiunt fol. 1. אשרי האיש אשר לא הלך בעצת
Job, fol. 46. a terg. איש היה בארץ עוץ איוב שמו והיה
Proverbia, fol. 64. משלי שלמה בן דוד מלך ישראל
Daniel, fol. 79. a terg. בשנת שלוש למלכות יהויקים מלך
I. Esdræ, fol. 93. a terg: ובשנת אחת לכרש מלך פרס לכלות
II. Esdræ, fol. 103. דברי נחמיה בן חכליה ויהי בחדש
Ruth, fol. 117. ויהי בימי שפט השפטים ויהי רעב
Canticum Canticorum, fol. 119. a terg. שיר השירים אשר לשלמה
Ecclesiastes, fol. 122. a terg. דברי קהלת בן דוד מלך בירושלם
Threni, fol. 128. איכה ישבה בדר העיר רבתי עם
Esther, fol. 132. a terg. ויהי בימי אחשורוש הוא אחשורוש
I. *Paralipomenon*, fol. 140. אדם שת אנוש : קינן מהללאל ירד
II. *Paralipomenon*, fol. 166. a terg. ויתחזק שלמה בן דויד על מלכותו

Porro ad calcem libri Threnorum adjecti sunt *Psalmi* CXXXV. & LXXVIII. in fine vero libri Esther majusculis literis notantur *Nomina accentum Musicorum*, juxta ritum Italicum; de quibus videndus Bartoloccius.


Is Codex decimotertio Christi seculo videtur exaratus

X X V I.

CODex antiquus in fol. membraneus, foliorum 200, quadratis, elegantissimisque literis conscriptus, olim Palatinus; quo continentur, כתובים CHETUVIM, *Hagiographa*, duabus columnis disposita, una cum punctis vocalibus. Adcedunt ad marginem notulæ in dictiones Biblicas, quæ aliter legi debeant, ac scripta sunt,

Ruth, incipit fol. 1. a terg. ויהי בימי שפט השפטים ויהי רעב
Psalmi, fol. 4. אשרי האיש אשר לא הלך בעצת
Job, fol. 53. a terg. איש היה בארץ עוץ איוב שמו והיה
Proverbia, fol. 73. a terg. משלי שלמה בן דוד מלך ישראל
Daniel, fol. 89. a terg. בשנת שלוש למלכות יהויקים מלך
I. Esdræ, fol. 102. a terg. ובשנת אחת לכרש מלך פרס לכלות
II. Esdræ, fol. 111. a terg. דברי נחמיה בן חכליה ויהי בחדש
Canticum Canticorum, fol. 124. שיר השירים אשר לשלמה
Ecclesiastes, fol. 127. דברי קהלת בן דוד מלן ישראל
Threni, fol. 133- איכה ישבה בדר העיר רבתי עם
Esther, fol. 136. a terg. ויהי בימי אחשורוש הוא אחשורוש

Pa-



I. Paralipomenon, fol. 143. אדם שת אנוש קינן מהללאל ירד

II. Paralipomenon, fol. 167. a terg. ויתחזק שלמה בן דויד על מלכותו

מגילת אנטיוכוס MEGHILLATH *Volumen Antiochi*, ſive commentarius de rebus geſtis Machabæorum ſub Antiocho Rege, hujuſque in Judæos immanitate, Chaldaice, verum charactere Ebraico. Diſcrepat ab editis Machabæorum Libris, proindeque inter apocriphos numerandus. Initium fol. 197. והוה בימי אנטיוכוס מלכא דיוניא

Is Codex ſcriptus eſt ante Annum Chriſti 1438. eo quippe anno die 2. Junii emtus dicitur Valentiæ a *Leonardo de Freſcobaldis*, *ad uſum Fratrum Conventus Angelorum*; ut in fine adnotatur.

XXVII.

CODEX in quarto, membraneus, foliorum 186. majuſculis quadratis literis exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

ספר תהלים SEPHER TEHILLIM, *Liber Pſalmorum* Davidis, una cum punctis vocalibus, & Anonymi expoſitione in *Pſalmum* XXXVII. charactere tamen Rabbinico, ad marginem fol. 28. & 29. recentius addita. Initium fol. 1. אשרי האיש אשר לא הלך בעצת רשעים·

מזמורים MIZMORIM, *Hymni*, ſeu rithmicæ precationes, itidem cum punctis, in ſeptem partes pro totidem hebdomadæ diebus diſtributæ, ad uſum Synagogæ Romanæ. Initium fol. 151. אנעים זמירות ושירות אערוג

Is Codex plurimis mendis, ex oſcitantia calligraphi ſcatet: ſcriptus eſt autem anno Chriſti 1420. ut hæc docet epigraphe, quæ fol. 150. a tergo in fine Pſalmorum legitur: נשלם ספר תהלים· וחפצינו ישלים ואויבנו יכלים האל המושיע ישראל מבשר אליה ונואל יבאינו לאריאל וכתבתי עזריאל בר אבי העזרי ז'צ'ל מאגרא ונמרתי ביום א' ב'ח' י'ב' תמוז ק'פ' לפרט האלף הששי *Explicit liber Pſalmorum. Impleat votum noſtrum, diſperdatque inimicos noſtros Deus ſervator Iſraelis; nobiſque nunciet adventum Redemtoris per Eliam, atque ingredi nos faciat in Templum. Scripſi ego Azriel f. Abi Aëzri: memoria juſti in benedictionem: In civitate Ægra; & complevi illum feria prima, die 12. Menſis Thammuz*, Junii, *Anno Creationis Mundi 180. Sexti Millenarii*, id eſt, 5180.

XXVIII.

CODEX antiquus, in octavo, membraneus, foliorum 151. quadratis literis eleganter exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

ספר תהלים SEPHER THEHILLIM *Liber Pſalmorum* Davidis, punctis vocalibus animatus. Initium fol. 1. אשרי האיש אשר לא הלך

Priora hujus Codicis octo folia recens ſuppleta ſunt, forte a *Jannotio Manetto*, ad quem, ut in fronte adnotatur, Codex pertinuerat: cætera autem ſeculo Chriſti decimoquarto videntur conſcripta.

Co-

XXIX.

CODEX antiquus, in fol. membraneus, foliorum 240. quadratis literis nitidissime exaratus; quo continentur,

כתובים CHETUVIM, *Hagiographa*, duabus columnis disposita, una cum punctis vocalibus, & notis Masorethicis, ad utramque oram, & inter columnas nova manu adjectis. Singulis vero Libris adnectuntur notæ numerales commatum, sive versuum, quos iidem complectuntur.

Psalmi, incipiunt fol. 1. אשרי האיש אשר לא הלך בעצת
Job, fol. 58. a terg. איש היה בארץ עוץ איוב שמו והיה
Proverbia, fol. 83. משלי שלמה בן דוד מלך ישראל
Ruth, fol. 103. ויהי בימי שפט השפטים ויהי רעב
Canticum Canticorum, fol. 107. שיר השירים אשר לשלמה
Ecclesiastes, fol. 110. a terg. דברי קהלת בן דוד מלך בירושלם
Threni, fol. 117. a terg. איכה ישבה בדר העיר רבתי עם
Esther, fol. 122. ויהי בימי אחשורוש הוא אחשורוש
Daniel, fol. 130. a terg. בשנת שלוש למלכות יהויקים מלך
I. Esdræ, fol. 146. ובשנת אחת לכרש מלך פרס לכלות
Nehemias, sive II. Esdræ, fol. 157. דברי נחמיה בן הכליה ויהי בחדש
I. Paralipomenon, fol. 173. אדם שת אנוש קינן מהללאל
II. Paralipomenon, fol. 203. a terg. ויתחזק שלמה בן דויד על מלכותו

Is Codex, quem non immerito ad decimumquartum Christi seculum referas, pertinuit olim ad עומית בן עזריאל פקיד על אוצרות המלך *Umith Azrielis filium, Aerarii Regii Præfectum*; ut in fine adnotatur.

XXX.

CODEX antiquus, in fol. membraneus, foliis constans 193. quadrato charactere exaratus, olim Palatinus; quo continetur.

מדרש על ספר בראשית MEDRASC AL SEPHER BERESCITH, *Expositio allegorica in Librum Genesis*, accentibus, & punctis vocalibus animata, verum principio, & fine mutila; incipit enim a commate 4. Cap. I. & desinit in Cap. XLIX. Authoris nomen latet; attamen unus ex antiquioribus Rabbinis videtur, quibus hujusmodi *Medrascim*, sive allegoricæ expositiones adtribuuntur. Initium fol. 1. וירא אלהים את כל אשר עשה

Is Codex decimotertio Christi seculo videtur descriptus.

XXXI.

CODEX antiquissimus, in fol. membraneus, foliorum 112. quadratis literis exaratus: ubi continetur,

Commentarius in Leviticum, qui per eminentiam ספרא SIPHRA, *Liber* vocatur, alias vero תורת כהנים THORATH COHANIM, *Lex Sacerdotum*: quod, scilicet,

licet, potiſſima Sacerdotum officia, & munia in eo exponuntur. Opus antiquiſſimum, magni apud Judæos pretii; de cujus authore variæ ſunt ipſorum Judæorum ſententiæ. Alii Authorem vocant רב Rau, R. Chaje, & R. Judæ Sancti diſcipulum; unde & alias vocari liber ſolet ספרא דבי רב teſte Sabbathæo in ſua Bibliotheca Ebraica, quæ שפתי ישנים *Sciphethe jeſcenim*, i. e. labia dormientium inſcribitur; alii *R. Judam f. Elai*; alii demum *R. Akibam f. Joſephi*, qui ſub Hadriano Imperatore, inter Miſcnicos Doctores, ætate tertia ab excidio Templi Hieroſolymitani claruit. Vide Wolfium Tom. II. num. 522. ubi & variæ hujuſce Operis editiones, atque verſiones memorantur. Initium fol. 1. ר׳ ישמעאל אומר בשלש עשרה מדות

אליהו רבה Eliahu Rabba, *Elias magnus*, ſive commentarius de viſionibus, & adparitionibus Eliæ Prophetæ, adulterinus. Initium fol. 112. וינרש את האדם מלמד שנתן לו הקב״ה

סדר אליהו זוטא Seder Eliahu Zutta *Ordo Eliæ parvi*, ſive compendium præfati commentarii de viſionibus, & adparitionibus Eliæ Prophetæ, anilibus fabulis refertum. Init. fol. 159. a terg. משום רבי אליהו הנביא אמרו

Is Codex ſcriptus eſt Anno Chriſti 1073. ut hæc oſtendunt librarii verba, quæ ad calcem Siphræ fol. 112. leguntur. ונגמר בשנת ת״ת״ל״ג׳ ליצירה ובשנת אלף וחמש לחרבן הבית שיבנה במהרה בימינו אמן *Explicit liber iſte Anno ab orbe condito 4833. ab excidio Templi, quod utinam noſtra hac ætate quantocyus reædificetur 1005.*

XXXII.

Codex antiquus in fol. membraneus, foliorum 115. Rabbinicis literis exaratus; quo continentur,

אגדתא דויקרא רבא Agadtha Devaiekra Rabba, *Narratio magna*, ſeu commentatio ſubtilis, allegorica & fabuloſa, in *Librum Levitici*, e ſcriptis Rabbinorum Talmudiſtarum excerpta, initio tamen mutila; de qua videndus Wolfius Tom. II. pag. 1249. & 1423. Initium fol. 2. רבי יהודה בר ר׳ אילעאי ורבנן ר׳ יהודה בר אלעאי אמר

ספרי Siphri, *Libri*, ſive Commentarii allegorici in *Numeros*, & *Deuteronomium*, fine mutili. Opus antiquiſſimum, & Judæis æque ac Siphra probatiſſimum, quod ר׳ שמעון בן יוחאי *R. Simeoni filio Jochai* communiter tribuitur. Prodiit una cum Siphra Venet. Anno Chriſti 1545. in fol. apud Danielem Bombergium. Init. fol. 39. a terg. וידבר יהוה אל משה לאמר צו את בני ישראל

Is Codex decimoquarto Chriſti ſeculo videtur exaratus.

XXXIII.

Codex antiquus in fol. membraneus, foliis conſtans 185. Rabbinico charactere deſcriptus, olim Palatinus; quo continetur,

ר״ש״י פירוש על התורה Rasci, i. e. R. Salomonis, filii Iſaacii, Jarchi, Galli Trecenſis, Anno Chriſti 1105. defuncti, Perusc al Thora, *Commentarius in*

Legem, ſive Pentateuchum Moſis, ſæpenumero typis vulgatus.

In Geneſim, incipit fol. 1. בראשית ברא אמר ר׳ יצחק לא היה צריך

In Exodum, fol. 50. a terg. ואלה שמות א׳ע׳פ׳ שמנאן הכתוב בחייהם

In Leviticum, fol. 97. ויקרא אל משה לכל הדברות ולכל האמירות

In Numeros fol. 125. וידבר יהוה אל משה במדבר סיני

In Deuteronomium, fol. 156. a terg. אלה הדברים לפי שהן דברי תוכחות

Initio Codicis ad marginem nova manu addita eſt in vocem primam Geneſeos בראשית BERESCITH, *in principio*, Quæſtio de Creatione Mundi, a duobus priſcis Rabbinis *Eliezer*, & *Joſue* in Talmude, Tract. de Initio anni Cap. I. agitata: quonam, ſcilicet, anni menſe Mundus fuerit creatus. R. Joſue id factum contendebat menſe Niſan, Martio, Eliezer vero menſe Tiſcri, Septembri. Poſtrema hæc ſententia, in quam plerique Rabbini concurrunt, anagrammatice confirmatur ex ipſa voce Bereſcith, quam ſic ſcribunt באחד בתשרי, hoc eſt: *In prima die lunæ menſis Tiſcri*, Septembris. Vide Bartoloccium Tom. II. pag. 436. ubi præcipua utriuſque ſententiæ fundamenta ex Talmude proferuntur.

Is Codex ad decimumquartum Chriſti ſeculum non immerito videtur referendus.

XXXIV.

Codex antiquus in fol. membraneus, foliorum 233. literis majuſculis Rabbinicis elegantiſſime ſcriptus, olim Palatinus; ubi continetur. ס׳ ר׳ תנחומא על התורה R. TANCHUMÆ, filii Abba, diſcipuli Hunnæ Sacerdotis, *expoſitio in Pentateuchum*, allegorica, duabus columnis diſpoſita, quæ ab authoris nomine TANCHUMA, i. e. *Conſolatio*, vel ילמדנו JELAMEDENU *Docebit nos*, a frequentiore hujus vocis uſu, inſcribitur. Adcedunt Anonymi notulæ marginales, recentius tamen exaratæ, quibus difficiliores voces dilucidantur, quæque cum eodem libro ſæpius lucem publicam aſpexerunt. Vide Wolfium Tom. I. num. 229. ubi ſingulas ejuſdem Operis editiones recenſet, deque authore erudite agit. Noſter vero Codex diſcrepat nonnihil ab edito Venetiis apud Danielem Bombergium anno Mundi 5305. Chriſti 1545. in folio.

In Geneſim, incipit fol. 1. בראשית ברא אלהים וכתיב חמקרה במים

In Exodum, fol. 78. a terg. ואלה שמות ונו׳ ז׳ש׳ה׳ כשמך אלהים

In Leviticum, fol. 119. a terg. ויקרא אל משה ונו׳ ז׳ש׳ה׳ ברכו יהוה מלאכיו

In Numeros, fol. 157. a terg. וידבר יהוה אל משה ונו׳ ז׳ש׳ה׳ צדקתך כהררי אל

In Deuteronomium, poſteriora cujus quatuor Capita deſiderantur, fol. 216. אלה הדברים אשר דבר משה ונו׳ יתברך שמו

Is Codex decimoquarto Chriſti ſeculo videtur deſcriptus.

XXXV.

Codex in fol. chartaceus, foliorum 208. Rabbinicis literis nitidiſſime exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

פירוש על התורה לר'ל'ב'ג' RALBAG, i. e. R. Levi, f. Gherſciom, ſeu Gerſonis Hiſpani, vel potius Provincialis de oppido Bagnolo, vulgo *Magiſtri Leonis de Bagnolo* dicti, qui obiit Anno Chriſti 1370. PERUSC AL HATTHORA, *Commentarius in Legem*, ſeu *Pentateuchum Moſis*, hiſtoricus, literalis, non raro Philoſophicus, & a Sacræ Scripturæ ſenſu recedens, cum utilitatibus inde provenientibus; quarum, uti & Capitulorum initiales voces majuſculis rubeis literis diſtinctæ ſunt; duabus columnis diſpoſitus, qui ſæpenumero lucem publicam aſpexit. Vide Bartoloccium Tom. IV. Wolfium Tom. I. & Lelongium Tom. II. ubi & aliorum ejuſdem authoris in reliquos Teſtamenti Veteris Libros Commentariorum editiones recenſentur.

Præfatio, incipit fol. 1. אמר לוי בן גרשום יתברך וית' הצור

In Geneſim, fol. 3. a terg. בראשית : אמר לוי בן גרשום מבואר

In Exodum, fol. 43. ואלה שמות : ביאור המלות את יעקב

Huic ſubnectitur Epigramma ר' שלמה ארדוט *R. Salomonis f. Ardoth* in laudem Authoris, cujus initium fol. 88. a terg. ראו ספר עלי תבל מחודש

In Leviticum, fol. 89. ויקרא עד ונפש כי תקריב קרבן מנחה

In Numeros, fol. 142. a terg. וידבר יהוה אל משה ונו' רע כי כבר נמנו

In ejus clauſula fol. 168. hocce Authoris monitum occurrit. ובכאן נשלם זה הבאור מזה הספר והשלמנוהו בזמן קצר מאד ובזולת ספרים ולזה יצטרך בנ'ה' לעבור עליו שנית והיתה השלמתו בכ'ג' לחדש טבת של שנת צ'ח' לפרט האלף הששי ותהלה לאל וכו *Atque Heic explicit Commentarius in hunc librum, quem raptim conſcripſimus, nec ad alios libros contulimus: quare recognoſcendus eſt. Finis autem ejus fuit die* 23. *Menſis Teveth*, Decembris, *anno ab Orbe condito* 98. *ſexti millenarii*, hoc eſt Chriſti 1338. *Laus Deo &c.*

In Deuteronomium incipit fol. 168. a ter. אלה הדברים ונו' אשר ראוי שלא יעלם

Is Codex exaratus eſt anno Chriſti 1484. ut liquet ex hiſce librarii verbis, quæ fol. 208. ad calcem habentur: ואני אברהם בן קרשף הסופר כתבתי זה הספר אשר הוא באור התורה להחכם הכולל מאישטרי ליאון ז'ל' והיתה השלמתו יום ה' י'ז' לחדש שבט משנת ר'מ'ד' לפרט ליצירה בהיותי בוילילאון והוא מקנת כסף לאיש נכבד נדיב ונעלה הנבון ר' יוסף די מילאן י'צ'ו' בן כבוד הישיש הנכבד ונעלה דון שלמה די מילאן השם י'ז'כ'ה'ו' להגות בו ובספרים אחרים ויתן לו האל חן וחסד בעיני כל רואיו וירבה מעלתו בעושר ובכבוד כתאות נפשו אמן · *Ego Abraham filius Karſciaph Scriba exaravi hunc Codicem, qui complectitur Commentarium in Legem ſapientiſſimi Magiſtri Leonis; cujus memoria in benedictionem; perfecique illum Villalone, feria quinta die* 17. *menſis Scevat*, Januarii, *Anno Creationis Mundi* 244. *juxta minorem ſupputationem, juſſu, & expenſis honorandi, nobilis, illuſtris, & intelligentis R. Joſephi Mediolanenſis f. honeſti ſenioris, & illuſtris Domini Salomonis Mediolanenſis, quem Deus cuſtodiat, dignumque pro ſua miſeratione reddat, qui legat in eo, & in aliis Libris; concedat-*

cedatque illi gratiam & clementiam apud omnes , qui ipsum viderint , & ampliorem faciat ejusdem gradum opibus , & gloria , secundum votum Animæ ipsius , Amen .

XXXVI.

Codex antiquus in fol. partim chartaceus , partim membraneus , foliorum 208. Rabbinicis literis elegantissime exaratus , olim Palatinus ; ubi continentur ,

1. ביאור על ס׳ הסודות התורה של ר׳ אברהם בן מאיר אבן עזרא מר׳ יוסף אבן כספי COMMENTARIUS IN LIBRUM SODOTH HATTHORA , *Mysteriorum Legis*, R. ABRAHAMI F. MEIR ABEN EZRÆ ; ubi interpretationes arcaniores , quas סודות SODOTH Ebræi vocant , in Pentateuchum adferuntur ; grammaticus , & Philosophicus , hactenus , quod sciam , ineditus : Authore R. JOSEPH ABEN CASPI , i. e. Argentarii , Barcinonensi , qui tertiodecimo Christi seculo claruit . Initium fol. 1. אמר יוסף סוד יהוה לראיו ובריתו

2. פי אבן כספי על ביאור התורה של ר׳ אברהם אבן עזרא Ejusdem ABEN CASPI EXPOSITIO COMMENTARIORUM *R. Abrahami Aben--Ezræ in Pentateuchum*, grammatica, & Philosophica , nondum typis edita ; in cujus fine fol. 83. hæc habentur : תם ונשלם פי׳ אבן כספי על ביאור התורה של ר׳ אברהם אבן עזרא *Absoluta & completa est expositio fil. Caspi in Commentarios R. Abrahami Aben-Ezræ in Pentateuchum* . Unde corrigendus Bartoloccius , qui in Indice Mss. Ebraicorum hanc expositionem ipsi Aben-Ezræ tribuit , quam ab editis discrepare adfirmat . Init. fol. 51. בראשית יש אומרין שהבית נושא

3. אגרת ששלח אחד הקראים לאחד הרבנים Anonymi KARRAITE EPISTOLA, cuidam Rabbino inscripta, adversus præfatum *R. Abrahamum Aben-Ezram* , qui mathematicis rationibus ostendere nititur necessitatem quatuor literarum , quibus nomen Dei ineffabile componitur ; ita ut nec plures , nec pauciores esse potuerint , neque alterius naturæ , quam sint . י ה ו ה *jod , he , vau , he* . Subnectitur Responsio Rabbini ; ubi duplici ratione sententia Aben-Ezræ confirmatur . Initium fol. 85. יורע לכבוד הרב שזה

Porro *Karraitæ* , Ebræorum hæretici , negant traditiones Seniorum , & omnes Testamenti Veteris libros amplectuntur ; quos tamen ad literam intelligendos esse contendunt , & secundum quod legunt , observant ; unde nomen קראים *Karraim* , quasi legentes , a verbo קרא *Kara* , quod legere significat , sortiti . Vide Bartoloccium Tom. I. pag. 375. ubi & ceterarum apud Ebræos Sectarum origines , & præcipui errores expenduntur .

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus .

XXXVII.

Codex in fol. chartaceus , foliis constans 84. Rabbinicis literis exaratus . Ibi continentur ,

1. פי׳ ר׳ שלמה ירחי על ס׳ בראשיתא R. SALOMONIS F. ISAACII , co-

 gno-

gnomento *Jarchi*, Galli Trecensis, contracte רשי *Rasci* dicti, BIUR AL BERESCITH, *Illustratio*, sive *commentarius in librum Geneseos*, Italice, verum charactere Ebraico descriptus, interprete Anonymo. Init. fol. 1. ריצי רבי יצחק נון אקומינסר לתורה

2. ר׳ אברהם בן מאיר אבן עזרא ספר סודות התורה R. ABRAHAMI FILII MEIR ABEN-EZRÆ, Hispani Toletani, SEPHER SODOTH HATTHORA, *Liber de Arcanis Legis*, sive commentarius in Pentateuchum; ex quo tamen Exodus tantum, & quidem prioribus duodecim Capitibus mutilus, heic habetur. Vide inferius Cod. CCXLIX. ex quo suppleri possunt quæ in hoc volumine desiderantur. Init. fol. 31. שהוא כמו באבנים והאלף שורש

3. פי׳ ר׳ אברהם בן אליה כהן על הברייתא ר׳ ישמעאל אומר בשלוש עשרת מידות התורה נדרשת R. ISMAELIS FILII ELISÆI SACERDOTIS MAGNI, socii R. Akibae, non vero discipuli; ut scribit Maimonides; atque adeo circa Annum Christi 200. clari, Tractatus de *tredecim* MIDDOTH, *modis* interpretandi Legem, Commentariis R. ABRAHAMI FILII ELIÆ SACERDOTIS, illustratus. Modi autem illi initio Siphræ præfigi solent; prodieruntque Latine Parisiis Anno Christi 1622. ex versione Philippi Aquinatis ex Judæi, & Roterodami Anno 1694. in Fasciculo IV. Opusculorum, quæ ad Historiam, & Philologiam spectant, a pag. 421. Init. fol. 74. בראש תורת כהנים הנזכר ר׳ ישמעאל אומר

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur exaratus.

XXXVIII.

CODEX in fol. membraneus, foliorum 107. quadratis literis nitidissime scriptus, olim Palatinus. Ibi continetur,

ר׳ אברהם בן מאיר אבן עזרא פי׳ על התורה R. ABRAHAMI F. MEIR ABEN-EZRÆ, Hispani Toletani, contracte הר׳אב׳ע HARABAH nuncupati, PERUSC AL HATTHORA, *Commentarius in Legem*, sive in Pentateuchum Mosis, literalis & grammaticus, sæpius editus. Præeunt Carmina quædam cum Præfatione Operis, quorum initium fol. 1. בשם האל הגדול והנורא אחל לפרש התורה

In Genesim, incipit fol. 2. בראשית חכמינו אמרו שהבית נוסף

In Exodum, fol. 21. a terg. ואלה טעם הוו בעבור הזכיר בסוף

In Leviticum, fol. 66. a terg. ויקרא מצאנו ברית יחיד

In Numeros, fol. 81. וידבר במדבר סיני להודיע כי לא עלה

In Deuteronomium, fol. 93. a terg. אלה יש אומרים כי טעם אחד עשר יום

In fine vero, fol. 127. hæc a Calligrapho adnotantur. וכתבתיו אני שלמה בן החסיד ר׳ רפאל ז׳ל׳ למורי הנכבד ר׳ יחיאל בן החסיד ר׳ משה ז׳ל׳ הרחמן יזכהו וכו׳ חזק ונתחזק הסופר לא יוזק עד שיעלה חמור בסולם אשר יעקב אבינו חלם אמן *Ego Salomon filius pii R. Raphaëlis : memoria justi in benedictionem : scripsi hunc Librum ad usum Domini mei honorandi R. Jechielis filii pii R. Mosis b. m. quem Deus dignum reddat, qui legat in eo &c. Confortare & esto robustus, scriba nullo adficiatur damno, donec asinus per scalam ascendat, quam pater noster Jacob in somno vidit, Amen.*

Is Codex ante Annum Christi 490. descriptus est; eo quippe anno, die 8. Ja-

8. Januarii emtus dicitur in Gallia Narbonensi a ר׳ יצחק בן יוסף ירחי R. *Isaac filio Josephi, Jarchi*: ceu ipse sub initium profitetur.

XXXIX.

Codex antiquus in fol. partim membraneus, partim bombycinus, foliis constans 144. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

ה׳א׳ר׳ב׳ע׳ פי׳ על התורה HARABAH, i. e. R. Abrahami filii Meir Aben-Ezræ, PERUSC AL HATTHORA, *Commentarius in Legem*, seu Pentateuchum Mosis, grammaticus, & literalis, duabus columnis dispositus, cui Author Anno Christi 1167. septem scilicet annos antequam e vivis excederet, fastigium imposuit: ut hæc ostendit metrica ejusdem epigraphe, quæ fol. 145. ad calcem legitur: לדור דורים שנותיך אלהים ׃ וחיינו מתי מספר ספורים ואתה חי וקיים לעדי עד וסופר כל למשפחות ודורים ושוכן עד וקדוש רם ונשגב ועושה טוב ומטיב לישרים ומדריכם בדרך הישרה ויקראם הסידים גם ברורים ׃ בחסדך אלהים למדני לתורתיך ואבין הסדרים וכו׳ כמה עד כה עזרתני בטובך לפרש פשט כל הספרים ׃ והשלמתו בארבעת אלפים תשע מאות ועוד שבע ועשרים שנת ששי למחזור שנת רצון שנת תפקוד אסורים ׃ ביום ששי ביום טובה ושמחה לישראל קדושים גם טהורים׃ *In secula seculorum anni tui, Domine mi, & viventium ac mortuorum numerus est præfinitus. Tu vero vivus & stans in sempiternum, enumeras omnes generationes & secula; erisque in æternum sanctus, excelsus ac sublimis. Benefacis, & Justos ad benefaciendum adigis, & in rectam viam dirigis, eosque trepidos electos adpellas. Per miserationem tuam, Deus, doce me Legem tuam, & ejus Ordines percipiam* &c. *Hucusque pro tua bonitate adfuisti mihi, ut exponerem ad literam omnes Libros. Absolvi autem hunc Commentarium mense Ab*, Julio, *Anno Creationis Mundi* 4927. *Cycli* 6. *Anno voluntatis, quo, scilicet, vindictam maturabis, & captivos visitabis, feria sexta, quæ felix, faustaque sit sanctis, & puris Israëlitis.* Subnectitur Librarii adnotatio, qua ejusdem Aben-Ezræ ánnus emortualis designatur, in hæc verba: ביום ב׳ ב׳ר׳ח׳ אדר ראשון שנת ד׳ת׳ת׳ק׳כ׳ז׳ נפטר החכם הגדול ר׳ אברהם בן עזרא ז״ל והוא בן ע׳ה׳ שנה וכתב סימן לעצמו בשעת פטרתו בכתיבת ידו ואברם בן חמש שנים ושבעים שנה בצאתו מחרון אף׃ *Die* 2. *mensis Adar prioris*, Februarii, *anno ab Orbe condito* 4937. Christi 1167. *e vita decessit sapientissimus R. Abraham Aben-Ezra: memoria Justi in benedictionem: annum vero ætatis tunc agebat septuagesimum quintum; ut liquet ex hocce titulo, quem morti proximus ipse sibi conscripsit: Et Abraham natus septuaginta quinque annos erat, quum ex furore seculi hujus exiret.* His ferme similia de Abrahamo Patriarcha Genes. Cap. XII. 4. leguntur.

Præfatio, principio manca, incipit fol. 2. מפרשי התורה הולכים על ארבעה
Commentarius vero in *Genesim*, fol. 3. a ter. בראשית קדמונינו אמרו שהבית נוסף
In Exodum, fol. 30. a terg. ואלה שמות טעם הוו בעבור שהזכיר
In Leviticum, fol. 90. ויקרא מצאנו ברית יחיר
In Numeros, fol. 108. a terg. וידבר ה׳ במדבר סיני להודיע כי לא עלה

In Deu-

In Deuteronomium, fol. 126. a terg. אלה יש אומרים כי טעם אחר עשר יום

Desiderantur sex Carmina, quæ Præfationi hujusce operis in aliis exemplaribus tam manu exaratis, quam impressis præfigi solent.

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

X L.

Codex antiquus in fol. membraneus, foliorum 140. Rabbinicis literis eleganter exaratus, olim Palatinus; ubi continetur,

ר' משה בר' נחמן פי' על ס' בראשית ואלה שמות R. MOSIS F. NACHMAN, contracte הרמבן *Haramban* dicti, PERUSC AL SEPHER BERESCITH, VELESCEMOTH, *Commentarius in Librum Genesis & Exodi*, Literalis & Cabbalisticus, qui una cum ejusdem Authoris in reliquos Pentateuchi libros commentariis, in quibus varia etiam ex Rasci, & Aben-Ezra adferuntur, sæpius lucem publicam aspexit. Præmittitur Præfatio, cujus initium fol. 1. a terg. בשם האל הגדול הגבור והנורא

In Genesim, incipit fol. 2. בראשית משה רבינו כתב הספר הזה

In Exodum, fol. 88. ואלה שמות השלים כתב ספר בראשית

Moses autem ille Philosophus, Medicus, & insignis Cabbalista, quem per excellentiam המאור *hamaor* lucem, & ציץ נזר הקדש *Tsis nezer hakodesc* florem coronæ sanctitatis; item חכם מופלג *Chacam Muflag*, sapientem admirandum, vocant, Gerundæ in Hispaniis natus, obiit Anno Christi 1300. ut videre est apud Bartoloccium Tom. IV. pag. 218. & apud Wolfium num. 1612. ubi ejusdem scripta laudantur, variorumque de ipsius anno emortuali sententiæ expenduntur.

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur descriptus.

X L I

Codex antiquus in fol. membraneus, foliorum 142. Rabbinicis literis elegantibus exaratus, olim Palatinus. Ibi continetur,

ס' מלמד התלמדים ליעקב בר שמשון בר אנטולי SEPHER MALEMAD HATHALEMIDIM, *Liber Stimuli Discipulorum*, sive commentarius in Pentateuchum Mosis, Literalis & Philosophicus, hactenus ineditus; Authore R. JACOB, FILIO SIMSON, sive Sampsonis, FILII ANTOLI, Hispano, genero R. Samuelis Aben-Tibbon, qui librum Maimonidæ, cujus titulus מורה נבוכים *More Nevuchim* i. e. director perplexorum, Ebraicum ex Arabico fecit. Vixit ille seculo XIII. imperante Friderico II. & interpretatione variorum librorum ex aliis linguis suscepta inclaruit. Vide Lambeccium Tom. I. Comment. Biblioth. Vindobonen. pag. 180. ubi is plenius vocatur *Jacob fil. R. Aba mori fil. R. Simson Antoli*; nec non Wolfium Tom. I. num. 1121. singula ejusdem Opera recensentem.

Præfatio incipit fol. 1. עזרי מעם ה' עושה שמים וגו' פתיחת

In Genesim, fol. 6. בראשית : ה' חפץ למען צדקו יגדיל

In Exo-

In Exodum. fol. 36. שמור רגלך כאשר תלך אל בית
In Leviticum, fol. 68. ויקרא : שמעה עמי ואדברה ישראל
In Numeros, fol. 82. במדבר סיני וארשתיך לי לעולם
In Deuteronomium, fol. 110. אלה הדברים : כה אמר ה' צבאות צום

Singulis Pentateuchi Sectionibus adnectuntur Conciones, sive sermones de Judæorum Festis, & Jejuniis. In calce vero Codicis, cujus ætas ad decimumquartum Christi seculum videtur revocanda, fol. 142. a terg. hæc adnotata reperias: נשלם ספר זה הנקרא ס' המלמד על ידי העלוב והנכלם המיחל ומקוה לתשועת אלהיו וצורו היה אלהים חיים ומלך עולם אברהם בן יצחק ז'ל' הירושלמי קטן התלמדים לבחור הנעים ילד שעשועים תמים דעים בן אחים יפריח ורעים יניק וחכים עם דורשי אל מסכים ולביתו וחצרותיו מעריב ומשכים ה'ר' ישראל כוזי בן מורי ורבי המובהק הידוע בשירי המעלות בערים ומקהלות אשר תמיד בבית ה' בלילות ובכם דרך ושלחן ערך במסילות ונתחכם בחמש קולות בצל שדי יתלונן ובא אל תוך הענן : ובנן עדנו יתלונן ה'ר' יוחנן זכרו לחיי עד ותלקו עד הנ'ל'ע'ד' בבקר יאכל עד יזכה להגות בו הוא ובניו תחת אבתיו וכו' וירבה ויסנה ימים ושנים ובאחריתו יהיה זקן ונשוא פנים אמן · *Absolutus est hic liber, cujus titulus Stimulus Discipulorum, manu miseri, & ignominia adfecti, Abrahami fil. Isaacii, minimi discipulorum: memoria justi in benedictionem: Hierosolymitani, qui exspectat, & præstolatur salutem a Deo creatore suo, qui est Deus vivus, & Rex universi orbis. Scriptus autem fuit in usum juvenis suavis, & perfectæ speciei, qui lactet, & sit sapiens cum quærentibus Dominum, quorum consuetudine mane & vespere utitur. Hic autem vocatur Israël Cuzi filius domini, ac magistri mei illustris, & in Civitatibus ac Synagogis canticis Poëtarum, qui stant in Domo Dei in noctibus, celebratissimi, R. Elchanan, cujus memoria in vitam æternam, & pars cum piis & justis in seculo futuro: qui quinque vocibus* i. e. Musices, *doctus est, & in umbra Omnipotentis commoratur: quem Deus dignum reddat, ut legat in eo cum filiis suis; adaugeatque ipsi opes, honores, dies, & annos; atque in summa senectute sit aspectu venerandus. Amen.*

X L I I.

CODEX in folio partim membraneus, partim chartaceus, constans foliis 277. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus; quo continetur

ספר עולת שבת לר' יואל בן שועיב OLATH SCIABATH, *Holocaustum Sabbath*, ex Num. XXXVIII. 10. inscriptus, sive Conciones Sabbathicæ in Legem, quibus nempe Pentateuchi Sectiones, diebus Sabbathi per annum in Synagogis legendæ, exponuntur; Authore R. JOEL FILIO SCIOEB, Hispano Aragonensi, seu Celtibero, circa Annum Christi 1469. claro, qui a Lelongio Bibl. Sac. pag. 799. mendose *Filius Joël* vocatur.

In Genesim incipit fol. 1, a terg. בראשית ברא : מה רבו מעשיך ה' כלם בחכמה
In Exodum, fol. 56. ואלה שמות : כצנת שלג ביום קציר ציר
In Leviticum, fol. 102. ויקרא אל משה : הגיד לך אדם מה טוב ומה ה' שואל
In Numeros, fol. 166. a terg. במדבר סיני והיה מספר בני ישראל כחול הים

In Deu-

In Deuteronomium, cujus finis desideratur, fol. 221. אלה הדברים מזמור לאסף אך טוב לישראל

Prodiit hocce Opus Venetiis Anno Mundi 5337. Christi 1577. in fol. de quo, uti & de reliquis Joëlis nostri scriptis agit Wolfius Tom. I. & III. num. 800.

Is Codex autographus videtur, quippe qui feria prima, die 6. mensis Adar prioris, Februarii, Anno Creationis Mundi 5223. Christi 1463. venditus, sub initium dicitur, ab אישטרוגא אלמנת ר' בונשינור. *Istruga, vidua R. Bonsenor*, cuidam Judæo, cujus nomen abrasum est: quo quidem anno Joël noster inter Judæos Hierosolymis exules vivebat; ceu ipse in titulo profitetur.

XLIII.

Codex in fol. partim chartaceus, partim membraneus, foliorum 171. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

ר' אברהם בן מאיר אבן עזרא פי' על התורה R. ABRAHAMI FILII MEIR ABEN-EZRÆ Hispani, PERUSC AL HATTHORA, *Commentarius in Legem*, seu Pentateuchum Mosis duabus columnis dispositus, a tertio tamen Capite Geneseos ad finem usque mutilus.

Præfatio incipit fol. 1. בשם האל הגדול הגבור והנורא

In Genesim, fol. 3. בראשית חכמינו אמרו שהבית נוסף

ר' מנחם מרקאנטי ביאור על התורה R. MENACHEM REKANATENSIS, imo Recinensis, ex Italiæ scilicet urbe, quam Latini *Recinetum*, Itali *Recanati* vocant, oriundi, BIJUR AL HATTHORA, *Expositio in Legem*, Cabbalistica, ex libro זוהר *Zohar* in primis ejusque תקונים *Tikkunim*, seu Correctionibus ac Supplementis excerptus; ubi & Commentariis R. Mosis Nachmanidæ lux adfertur, jam sæpius typis vulgata. Adcedunt ad marginem passim Scholia Anonymi in eundem Commentarium.

In Genesim, incipit fol. 9. a t. בראשית ברא וגו' לפי דעת ר'ז'ל' ומהנראה מכוונתם

In Exodum, fol. 65. a terg. ואלה שמות הפרשה ידוע ויש

In Leviticum, fol. 99. ויקרא: למה הזכיר שם המיוחד בדבור

In Numeros, fol. 127. a terg. במדבר סיני למה הוצרך לכל הביאורים

In Deuteronomium, fol. 147. ואתחנן ולא אמר ואתפלל כן ידבר התחנה לשם הנכבד

Porro posteriores tres Deuteronomii Sectiones tam in hoc, quam in reliquis exemplaribus desiderantur; illas enim Author morte præventus absolvere non potuit. Obiit autem ille Anno Mundi 5050. Christi 1290. teste R. Gedalia Jachaide in Scialsceleth Hakabala, sive Catena Traditionis pag. 61. Vide Wolfium Tom. I. num. 1457. ubi singula ejusdem R. Menachem scripta commemorat.

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur conscriptus.

Co-

XLIV.

Codex in fol. bombycinus, foliorum 385. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

מדרש ר' תנחומא על התורה R. TANCHUMÆ, filii Abba, MEDRASC AL HATTHORA, *ommentarius in Legem*, seu *Pentateuchum Mosis*, allegoricus, qui ילמדנו DOCEBIT NOS, vel a nomine Authoris תנחומא CONSOLATIO inscribi solet; ut superius monuimus.

In Genesim incipit fol. 3. בראשית ברא וגו' ז'ש'ה' המקרה במים עליותיו

In Exodum, fol. 79. ואלה שמות וגו' ז'ש'ה' חושך שבטו שונא

In Leviticum, fol. 142. a terg. ויקרא וגו' ז'ש'ה' ברכו ה' כל מלאכיו

In Numeros, fol. 197. במדבר סיני ז'ש'ה' צדקתך בהררי אל

In Deuteronomium, fol. 266. a terg. אלה הדברים וגו' יתברך שמו ויתעלה

Præmittitur fragmentum Tractatus Anonymi *de Ritibus Sabbathicis*, duobus foliis comprehensum, cujus initium fol. 1. כי מכבדי אכבד ובוזי יקלו

סדר העולין לקרות בס' תורה SEDER HAOLIN LIKROTH BESEPHER THORA, *Ordo*, sive *Ritus legendi Volumen Legis*, per hebdomadas in Synagogis; ubi scilicet designantur loca Sectionum Pentateuchi, quæ in suggesto, in media Synagoga posito, a septem viris una cum Custode, seu Præcentore, quem חזן *Chazan* vocant, alternatim leguntur. Initium fol. 291. בראשית מנחה יום אחד יום שני׃

מסכת דרך ארץ MASSECHETH DEREC ERETS, *Tractatus de via terræ*, sive de Urbanitate, & moribus, quos vocant *viam terræ*, Talmudicus, fine mancus. Init. fol. 295. ישראל שהן דומין לחולים שנ' יושבי חשך

Is duplex est, alius רבא Rabba *magnus*, alius זוטא Zuta *minor*. Ille Capitibus decem absolvitur, quorum quatuor tantum priora in hoc Codice habentur. Iste sex, & in fine additur peculiare Caput, quod שלום Scelom *Pacis* inscribitur; ubi scilicet de præstantia pacis, & quomodo conservanda sit, atque fovenda inter homines, differitur. Uterque Tractatus Talmudi Babylonico recens adjectus est post Tractatum de Capitulis Patrum, absque nomine authoris, quod adhuc latet.

מעשה תורה שנאמרה על ידי רבינו הקדוש MAASCE THORA SCENEEMERA AL JADE RABRENU HAKKADOSC, *Opus Legis dictum per Magistrum nostrum sanctum*, sic R. Judam filium R. Simeonis, qui, imperante Hadriano floruit, per eminentiam vocant, fine mutilum; ubi ex Gemara hinc inde collecta sunt veterum pronunciata de momentis; aut rebus tribus, quatuor, quinque &c. usque ad decem, quæ idem prædicatum patiuntur; qualia etiam in Proverbiis, & Syracide, itemque in Pirke Avoth, seu Capitulis Patrum, Cap. postremo occurrunt. Libellus Judæis probatissimus sæpius typis editus. Init. fol. 288. a terg. שלושה פעמים בכל יום הכרוז יוצא ואומר

Fragmentum מעשה MAASCE, *Narrationis* de casu, qui sub finem Capitis septimi Tractatus II. Talmudici de Scripturis Dotalibus, adcidisse dicitur ר' יהושע בן לוי R. Josue filio Levi cum Dæmone; quum ille vellet videre & me-

& metiri loca Paradisi, & Inferni. Incipit a mensuris dictorum locorum, fol. 303. אמר להם לכו ובדקו אחריו אם נשבע קודם זה

6. ס' בן סירא LIBER BEN SIRAH, quem Judæi Jeremiæ Prophetæ filium impudentissime faciunt. Ibi agitur de ejusdem Ben Siræ conceptione absque copula virili, vita, confabulationibus, & sententiis moralibus, sive responsis ad viginti duas quæstiones, sibi a Nabuchodonosore Rege propositas, & Alphabetico ordine digestas. Libellus, pessimus ac futilis, tum Ebraice, tum Latine, Germanice ac Gallice sæpenumero impressus, quem fusius describit Bartoloccius Tom. I. pag. 684. Init. fol. 304. a terg. כתיב עושה גדולות עד אין חקר ונפלאות.

7. צורת הולד TSURATH HAVALED, *De formatione Infantuli in utero materno*, Dissertatio Anonymi, nondum, quod sciam, typis vulgata. Init. fol. 323. האיש מזריע לובן ואשה מזרעת אדום.

8. פ'י משלי PERUSC MISCLE, *Expositio in Proverbia* Salomonis Regis, allegorica, ignoti, sed antiquissimi authoris; ubi varia de Christo Domino testimonia occurrunt, quæ hodiernis Judæis obverti possunt. Forte eadem est cum illa, quæ exstat in fine Commentarii in Psalmos edit. Venet. Anno Christi 1546. quam nobis videre non licuit. Initium fol. 324. a terg. מלמד שהיתה הנמרו של שלמה.

9. מעש ם שבתלמוד MAASCIM SCEBATALMUD, *Narrationes Thalmudicæ* variæ commentitiæ, & deridendæ. Initium fol. 356. ר' מאיר הוה יתיב ודריש והוה אלישע בן אבויה עבר.

10. Anonymi פי' על מלא וחסר שבתורה *Declaratio Dictionum Pentateuchi* cum plenarum, tum defectivarum, partim Ebraice, partim Arabice, literis tamen Rabbinicis. Init. fol. 375. אלהים חסר ללהכאם הדיליה

11. פזמון על מקרא מגלת אסתר PIZMON, sive *Canticum*, quod lectioni voluminis Esther præmitti solet. Init. fol. 384. קוראי מגלה ירננו לאלהי

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

X L V.

Codex in fol. chartaceus, foliorum 100. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus; ubi continentur,

1. לקוטים מס' לקח טוב LIKKUTIM, *Collectanea ex libro* LEKACH TOU, *doctrina bona* ex Prov. IV. 1. inscripto, cujus author creditur. ר' משה נאגרא בן יהודה *R. Moses Nagara filius Judæ*, ex Sapheth, Galileæ superioris oppido, oriundus; quique jam prodiit Constantinopoli anno Mundi 5331. Christi 1571. in fol. apud Salomonem & Josephum fratres, & filios R. Isaaci Jabetz. Ibi exhibetur Commentarius in Pentateuchum Mosis, ac speciatim in Præcepta adfirmantia, & negantia, ex Talmude, Mechilta, Siphra, &c. collectus. Initium fol. 1. קריה שנית קההדן היתה ת'ה'ו'

2. פיטרת משה רבינו ואהרון PETIRATH MOSCE RABBENU VAHARON *De obitu Mosis, & Aaronis*, narratio adulterina jam typis vulgata, principio & fine manca. Initium fol. 80. ויאמר ה' אל משה רב לך בעל דין עלך

3. סגולות

3. סגולות ורפאות *De proprietatibus herbarum*, aliarumque rerum ad medicinam pertinentium. Tractatulus ignoti Authoris, duabus columnis dispositus, totidemque foliis comprehensus; quorum tamen alterum numero 95. signatum, sub initium libri, *Selectus Margaritarum*, qui postremum in hoc Codice locum obtinet, ex oscitantia Bibliopæi compactum est. Initium fol. 82. לחולי הרע הקשה קח בצל

4. Fragmentum ממסכת תמיד ומדות Tractatuum TAMID, *De jugi Sacrificio*, & MIDDOTH, *de mensuris ac dimensionibus Templi Hierosolymitani*, ex Ordine quinto Talmudico, qui קדשים Kodascim *de sanctitatibus* inscribitur. Initium fol. 83. בראשית ברא אלהים מר אמר אור נברא

5. מנהגים על כל השנה MINAHGIM AL COL HASCIANA; *Constitutiones*, seu *decisiones in Festa Judæorum*, Legales, & Ceremoniales, una cum Ordine legendi Sectiones Pentateuchi per anni circulum, nec non cum ritu petendi pluviam. Init. fol. 84. הסליחות בשבת שלפני קודם ראש השנה

6. דינים של פסח DINIM SCEL PESACH, *Constitutiones de Paschate* Judaico, adjectis quibusdam disputationibus de cibis vetitis, atque permissis, ex libris R. Avigadoris Sacerdotis Justitiæ, & R. Salomonis Jarchi, quorum Primus *Portæ Justitiæ*, alter *Paradisus* inscribitur, ab Anonymo depromtis, quæ jam Venetiis Anno Mundi 5379. Christi 1619. prodierunt. Init. fol. 88. אור לארבעה עשר בודקין את החמץ

7. ס' מבחר הפנינים MIBCHAR HAPPENINIM, *Selectus Margaritarum*. Liber moralis, magni apud Judæos pretii, sæpenumero editus; ubi præcepta morum varia, ex veteribus Græcorum & Arabum Philosophis collecta reperias; vel inde notissimus, quod eum fere integrum libro Apophtegmatum Ebræorum & Arabum inseruerit Janus Drusius. Authoris nomen latet. Buxtorfius vocat ר' שלמה בן גבירול *R. Salomonem fil. Ghevirol*, Hispanum Malacensem, Anno Christi 1070. clarum, a quo lingua Arabica collectum librum, inde in Ebraicam translatum fuisse per ר' יהודה אבן תבון *R. Judam Aben Tibbon*, adfirmat. Eandem sententiam tuentur, Bartoloccius, qui ceteroquin sibi non constat, quum Par. IV. pag. 317. eum librum tamquam ἀνωνύμον recenseat. Wolfius Tom. I. pag. 404. & Pasinus in Catalogo Biblioth. Taurinen. Part. I. pag. 50. Cod. CXXXIX. ubi *Mosen Aben Tibbon* interpretem Judæ substituit. Alii vero, inter quos Gualminus, Plantavitius, & Sabbathæus, adscribunt ר' ידעיה הפניני בן ר' אברהם הבדרשי *R. Jedaiæ Happenini filio Abrahami, Bedersensi*; quos tamen scite refellit Wolfius loc. cit. ubi & ejusdem operis editiones recenset. Initium fol. 96. a terg. במליצת החכמים הקדמונים

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur conscriptus.

XLVI.

Codex antiquus in quarto, membraneus, foliis constans 205. Rabbinico charactere descriptus, olim Palatinus; ubi continetur,

פי' רש"י על התורה RASCI, i. e. R. Salomonis Jarchi filii Isaacii, PERUSC AL

AL HATTHORA, *Commentarius in Legem*, seu *Pentateuchum*, cum editis omnino concordans, si nonnullas Anonymi notulas excipias, quæ ad marginem recentius additæ sunt,

In Genesim incipit fol. 1. אמר ר׳ יצחק לא היה צריך
In Exodum, fol. 54. a terg. ואלה שמות א׳ע׳פ׳י׳ שמנאן בחיהן
In Leviticum, fol. 105. ויקרא אל משה : לכל דברות ואמירות
In Numeros, fol. 136. a terg. במדבר : באחד לחדש השני מתוך חבתן
In Deuteronomium, fol. 171. a terg. אלה הדברים לפי שהן דברי תוכחות

Ad calcem Codicis, fol. 205. recentiori manu adnotata reperias loca Biblica, a LXX. Interpretibus, ne scilicet, in offensionem Ptolomæi Regis caderent, interpolata, ut Judæi fabulantur. Is autem Codex exaratus est Anno Christi 1385. ut hæc docet epigraphe, quæ initio præfigitur: שלי שבתי בכ׳מ׳ר׳ יחיאל כ׳כ׳ר׳ משה הרופא ז׳צ׳ל׳ שכתבתיו בהר פולינ בשנת ק׳מ׳ה׳ לפרט *Hic liber pertinet ad me Sabbathai filium Jechielis filii R. Mosis, Medici: memoria justi in benedictionem. Scripsi autem illum heic in Monte Plogo*, seu, Ploco oppido Poloniæ inferioris, Episcopali sub Gnesnensi Archiepiscopo, *anno ab orbe condito* 145. secundum minorem supputationem, idest, 5145.

XLVII.

Codex antiquus in quarto, membraneus, foliorum 220. Rabbinico charactere elegantissimo exaratus, olim Palatinus; quo continetur ר׳ שלמה ירחי בן יצחק פי׳ על התורה R. SALOMONIS JARCHI, F. ISAACII PERUSC AL HATTHORA, *Commentarius in Legem*, seu *Pentateuchum*, adjectis nonnullis notulis ex Commentariis ר׳ משה הדרשן *R. Mosis Concionatoris*, ejusdem R. Salomonis magistri,

In Genesim incipit fol. 1. בראשית : אמר ר׳ יצחק לא היה צריך
In Exodum, fol. 61. ואלה שמות : א׳ע׳פ׳י׳ שמנאן בחייהן
In Leviticum, fol. 115. a terg. ויקרא : לכל דברות ואמירות
In Numeros, fol. 149. במדבר באחד לחדש השני מתוך חבתן
In Deuteronomium. fol. 184. a terg. אלה הדברים : לפי שהן דברי תוכחות

In fine Codicis, fol. 217. exstat figura Candelabri cum ipsius mensuris, itemque mensæ Panum propositionis, quos facierum vocant, cum eorundem numero, & ordinibus. Ibidem quoque nova manu conscriptum reperias, Puellam a die nativitatis usque ad diem consequentem annum ætatis ejus duodecimum, vocari ex Lege ילדה קטנה Jaleda Ketana *Puellam parvam*, ab eo die usque ad exitum proximorum sex mensium נערה Naara *Puellam juvenem*. Inde vero ad alios sex menses בוגרת Bogareth *adultam*, sive viro maturam. Subnectitur vetus Rabbinorum axioma, quo prudentem virum ex tribus rebus cognosci docent; ex vino scilicet, ex crumena, & ex iracundia. In vino quidem comprehendi ajunt, illius temperantiam, in crumena liberalitatem, in iracundia mansuetudinem. Ebraice vero tribus dictionibus axioma commode exprimitur: בכוסו בכיסו בכעסו *Becoso*, *Bechiso*, *Bacaaso*, i. e. in Calice ejus, in Crumena ejus, in Iracundia ejus.

Is

Is Codex ſcriptus eſt Anno Chriſti 1413. Sic enim in clauſula Deuteronomii, fol. 217. legitur : והשלם מלאכת עבודת הקדש ע'י' משה ב'כ'ר' אליה ז'ל' בששי בשבת בר'ח' אדר שנת חמשת אלפים ק'ע'ג' לבריאת העולם השם יזכיני להגות בו ובשאר ספרי הקודש וכו' *Perfectum eſt opus in uſus Sanctuarii, manu Moſis filii honorandi R. Eliæ, cujus memoria in benedictionem ; feria ſexta, die* 1. *menſis Adar*, Februarii, *Anno Creationis Mundi* 5173. *Deus me dignum reddat, qui legam in eo, & in aliis ſacris libris* &c.

XLVIII.

Codex antiquus in fol. membraneus, foliorum 136. literis Rabbinicis eleganter exaratus, olim Palatinus ; quo continentur,

ס' פענח רזא מר' יצחק בן יהודה הלוי SEPHER PAANEACH RAZA, *Liber revelationis ſecretorum*, ſive Commentarius Cabbaliſticus in *Pentateuchum*, & *quinque Volumina*, in quo ſæpe adhibetur modus interpretandi per נוטריקון *Notarikon*, ſive literas vel initiales, vel finales diverſarum vocum ita in unum compingendi, ut quæ inde naſcitur, plurium illarum ſenſum repræſentare exiſtimetur ; authore R. ISAAC FILIO JUDÆ LEVITA, qui huic libro ſuo ejuſmodi titulum, ceu in Præfatione profitetur, ideo fecit, quod utraque vox פענח & רזא ſecundum Judaicam per literas numerandi rationem, 208. inferat, qui numerus etiam nomine יצחק continetur. Idem in Præfatione ſcribit, ſe multa debere *R. Niſſim*, item *R. Judæ Chaſid*, tum *R. Iſaaco Aurelianenſi*. Vide Wolfium Tom. I. & III. num. 1197. ubi hujuſce operis editiones recenſet ; ac præterea corrigit Bartoloccium, qui Par. IV. illud ut ἀνωνύμον commemorat, atque in eo duo vel tria obſcuriora ex qualibet Sectione Pentateuchi loca explicari adfirmat. Porro initiales ſingulorum Librorum, & Sectionum voces minio diſtinctæ ſunt.

In Geneſim incipit fol. 1. בראשית ברא אלהים : להאיר זו אלהים
In Exodum, fol. 51. ואלה שמות הבאים מצרים ה'ד'ה' עמו אנוכי בצרה
In Leviticum, fol. 103. ויקרא אל משה : מפני זה הקריאה זו יותר
In Numeros, fol. 106. a terg. במדבר סיני איש איש על דגלו לבית
In Deuteronomium, fol. 112. אלה הדברים : זה שכתב למעלה אלה המצות
In Eſther, fol. 117. a terg. ויהי בימי אחשורוש : והשתיה כדת אין אונס
In Canticum Canticorum, fol. 119. a terg. שיר השירים אשר לשלמה : שירת דודי לכרמו מל' כרמו ישקיני מנשיקות.
In Eccleſiaſten, fol. 120. a ter. דברי קהלת בן דוד מלך על ישר' בירושלים ובמשלי
In Ruth, fol. 121. a terg. רות : למה נקרא שמה רות
In Threnos, fol. 123. איכה : ישבה למה להו באיכה שעברו

Ad calcem Threnorum, fol. 125. a terg. hæc adnotata reperias : חזק ונתחזק הסופר לא יזק לא היום ולא לעולם עד שיעלה תיקן עולי בשמים א' א' א' סלה *Confortare, & eſto robuſtus ; ſcriba nullo adficiatur damno neque nunc, neque in æternum, donec in Cælos aſcendat, qui hunc librum compoſuit, Amen, Amen, Amen, Sela.*

2. ר' יצחק בר שועל פי' על ס' רות R. ISAACI FILII SCIOEL, cujus ætas, & pa-

& patria latent, PERUSC *Commentarius in librum* RUTH, allegoricus & literalis, hactenus ineditus. Init. fol. 125. a terg. ויהי בימי שפט השפטים לכך קורין בעתות בזמן ירידות·

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

XLIX.

CODex in quarto, chartaceus, constans foliis 186. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. Anonymi פי' על ביאור ר'ש'י' על ס' בראשית PIRUSC AL BIUR, *expositio Commentariorum* RASCI, i. e. R. Salomonis Jarchi fil. Isaacii, *in Genesim*, principio & fine mutila. Init. fol. 1. נענש ודוחק לו דעל שנתרשל משה

2. ר' יוסף אבן כספי ס' הסוד R. JOSEPHI FILII CASPI, i. e. Argentarii, Barcinonensis, qui vixit decimotertio Christi seculo, & post Davidem Kimchium in rebus Grammaticis quammaxime commendatus, SEPHER HASSOD, *Liber Arcani*, sive Commentarius in Pentateuchum, Grammaticus & Philosophicus, nondum typis commissus, qui alias אוצר יהוה OTSAR ADONAI, *Thesaurus Domini*, & תורת יהוה THORATH ADONAI, *Lex Domini* inscribi solet. Ibi autem difficiliora præsertim Commentariorum R. Abrahami Aben-Ezræ loca Capitibus octo elucidantur, præmissa Præfatione, cujus Init. fol. 5. a terg. אמר יוסף סוד השם ליראיו ובריתו

In Genesim, Cap. I. cum tribus consequentibus, incipit fol. 33. בראשית ברא זנו' דע כי קרה להמון

In Exodum, Cap. V. fol. 81. a terg. פרק חמישי: ואלה שמות דע כי אלו

In Leviticum, Cap. VI. fol. 93. a terg. פרק ששי: ויקרא: הנה רמה שיכלול

In Numeros, Cap. VII. fol. 93. a terg. פרק שביעי במדבר: זה ספר יכלו ל כמו

In Deuteronomium, Cap. VIII. fol. 99. a terg. פרק ח' אלה הדברים

3. ח' פרקים מאכונצר אלפארבי להגיון ABU-NASTAR ALPHARABI, Arabis Philosophi, anno Hegiræ 339. Christi 961. secundum Eduardum Pocokium in Præfatione ad Philosophum Autodidactum filium Thophail pag. 1. vel anno 388. Chr. 1010. si Leoni Africano apud Hottingerum pag. 255. Biblioth. quadrip. fides adhibenda, defuncti, CHAMISCIA PERAKIM LHIGAJON, *Quinque Capitula Logices*, ex Arabica lingua in Ebraicam, forte a ר' שמואל אבן תבון *R. Samuele Aben Tibbon* conversa, necdum edita, Init. fol. 105. אמר המחבר בוונהתנו לעיין במלאכת·

4. Anonymi ביאור המילות BIIUR HAMILLOTH, *declaratio vocabulorum, ac terminorum Logices*. Init. fol. 115. הקדמות המונחות למי שירצה

5. ביאור קהלת מר' אברהם בן מאיר אבן עזרא R. ABRAHAMI FIL. MEIR ABEN-EZRÆ BIIUR KOHELETH, *Commentarius in Ecclesiasten*, cum editis concordant. Init. fol. 126. אורח חיים למעלה למשכיל

Præmittuntur Carmina quædam loco Præfationis; quorum Initium fol. 126. שמע אמרי ספר לאברהם סופר·

6. פי' על איכה PERUSC AL ECHA, *Commentarius in Threnos Jeremiæ*. Init. fol. 159. a terg. אנשי אמת יבינו מדרשי קדמונינו

7. Ejus-

7. Ejusdem פירוש על ספר רות PERUSC, *Commentarius in librum* RUTH. Initium fol. 166. נאם אברהם הספרדי בעבור היות שרש

8. Ejusdem יסוד מורא JESOD MORA, *Fundamentum timoris*, liber argumenti Theologici, in duodecim Portas, seu Capita distributus; ubi de præceptis omnibus, quæ in Pentateucho Judæis tradita sunt, disseritur. Præ ceteris autem declarantur differentiæ, quæ esse videntur inter ea, quæ in prioribus quatuor Libris occurrunt, ac postea in Deuteronomio repetuntur, addita aliqua verborum dissimilitudine; uti e. g. Exod. XX. 8. *Memento, ut diem Sabbathi sanctifices*, & Deuter. V. 12. *Observa diem Sabbathi, ut sanctifices eum* &c. Vide Wolfium Tom. I. pag. 78. ubi hujusce libri editiones recenset, & Bartoloccium merito arguit, qui illum grammaticum esse ait, quem Joh. Buxtorfii filius Ebraice & Latine ediderit. Neque enim est grammaticus, neque Latine unquam prodiit. Præterea idem Bartoloccius Par. III. sub litera י Jod eundem librum iterum commemorat, tamquam ab hoc distinctum, & ab Anonymo profectum, qui exponat de Capitibus Fidei, & de Præceptis, rebusque Philosophicis &c. Quem errorem ex eo natum esse putat Wolfius, quod quum Buxtorfius filius in Adpendice ad Bibl. Rabb. pag. 447. recte ex Legeri indicio monuisset, librum hunc, quem pater antea Grammaticum dixerat, pro Theologico habendum esse, Bartoloccius ex uno hoc duos distincti argumenti exculpsit. Init. fol. 169. אמר אברהם המחבר הנה נא הואלתי לדבר.

Præit Præfatiuncula, quam duo claudunt disticha, in quibus duplex huic libro titulus imponitur, nempe, יסוד מורא *Jesod Mora*, Fundamentum timoris, & יסוד תורה *Jesod Thora*, Fundamentum Legis. Ea autem sunt:

ראה ספר שמו נקרא:
יסוד מורא ויסוד תורה:
לאברהם בנו מאיר:
ספרדי בנו עזרא:

Aspice Librum, cui nomen inditum
Fundamenti Timoris, & Fundamenti Legis.
Author ejus est Abraham filius Meir,
Hispanus filius Ezræ.

Quæ quidem disticha fugerunt oculos Bartoloccii, qui Par. I. pag. 38. ex uno eodemque libro, duos diversæ inscriptionis, & argumenti libros fecit, quos eidem R. Abrahamo Aben-Ezræ adtribuit. Initium fol. 169. אחד בלי ראשית

Is Codex exaratus est Anno Christi 1490. ut hæc ostendunt librarii verba, quæ fol. 5. ad calcem Expositionis in Commentarium Rasci in Genesim leguntur: נשלם הספר הזה יום ב': י'ב' לתשרי של שנת ושמרו ד'ר'ך' י'ה'ו'ה' יתברך העזור על כל ברכה ותהלה אמן: אברהם כהן הכותב *Absolutus est hic liber feria secunda, die 12. Mensis Tisri*, Septembris, *anno; ut custodiant viam Domini*: A Creatione, scilicet, Mundi 5250. quam quidem summam conficiunt literæ, quibus ea verba ex Gen. XVIII. 11. desumta, componuntur; *Benedictus adjutor super omnem benedictionem, & laudem. Amen. Abra-*

Abraham Sacerdos exaravit. Pertinuit olim ad זכריה כהן *Zachariam Coben*, ſive Sacerdotem Judæum; ut ibidem adnotatur.

L.

COdex in quarto, chartaceus, foliorum 53. Rabbinicis literis exaratus. Ibi continetur

ר' משה בן יהודה בן משה ממשפחת הנערים R. MOSIS FIL. JUDÆ FIL. MOSIS, *ex familia* HANNAARIM, *Puerorum*, Romani, decimotertio Chriſti ſeculo inclinante clari, תפוח זהב THAPUACH ZAHAU, *Pomum aureum*, titulo deſumto ex com. 11. Capitis XXV. Proverbiorum; ſive Expoſitio locorum difficiliorum, quæ obvia ſunt in Commentariis *R. Abrahami Aben-Ezræ* in Pentateuchum, præcipueque in Geneſim & Exodum, uſque ad Sectionem: ואתה תצוה את בני ישראל ויקחו אליך שמן *Præcipe filiis Iſraël, ut afferant tibi oleum* &c. Cap. XXVII. 20. In Leviticum, & Sectionem בלק *Balak*, quæ Numeros a Cap. XXII. 2. ad XXV. 11. complectitur, & in Sectiones Deuteronomii: ואתחנן *& exoravi gratiam*; &: והיה עקב *ſi poſtquam audieris*: ſive a Cap. III. 23. ad VII. 12. & a Cap. VII. 11. ad Cap. XI. 13. nondum typis conſignata. Deeſt prima pars Præfationis. Init. fol. 1. אקדים הביאור ממה שיצטרך אליו

Is Codex medio Chriſti ſeculo decimoſexto videtur exaratus.

L I.

COdex antiquus in quarto, membraneus, foliorum 150. Rabbinicis literis conſcriptus; quo continentur,

ר' אחאי גאון שאלתות על התורה R. ACHAI GAON, Anno Chriſti 761. defuncti, SCEELTOTH, *Poſtulata*, ſive *Quæſtiones* CCCCLXX. *in Pentateuchum*, Venetiis jam editæ; ubi de ritibus & inſtitutis ceremonialibus in Lege obviis, ſecundum ſeriem Sectionum ipſius Pentateuchi exponitur.

In Geneſim incipiunt fol. 1. בראשית ברא : שאלתא דמחייבין בית ישראל

In Exodum, fol. 38. ואלה שמות : שאלתא דמחייבין דבית ישראל

In Leviticum, fol. 73. a terg. ויקרא אל משה: שאלתא דאסיר להון לבית ישראל

In Numeros, fol. 118. a terg. במדבר שאלתא דמתחייבין דבית ישראל דאלו

In Deuteronomium; fol. 135. a terg. אלה הדברים : שאלתא דמחייבין דבית

Is Codex ad decimumquintum Chriſti ſeculum videtur referendus.

L I I.

COdex in quarto, chartaceus, foliorum 175. Rabbinico charactere exaratus, quo continetur.

ספר חזקוני SEPHER CHIZKUNI, *Liber Confortate me*, titulo forte deſumto ex commate 28. Capitis XVI. Judicum; ſive Commentarius Literalis, & Myſticus in Pentateuchum Moſis: cujus tamen ex Sectionibus nonniſi tria, aut

aut quatuor loca, ceteris difficiliora, vel ſcitu digniora, ex Rabboth, Mechilta, & Siphra potiſſimum exponuntur, abſque nomine Authoris. Diſcrepat nonnihil ab alio ejuſdem inſcriptionis & argumenti libro, cujus author *R. Chiskia*, ſeu Ezechias, *filius Manoach*, ſeculo XIV. non vero XVII. ut ſcribit Wolfius, clarus; quique cum Textu Sacro prodiit Venetiis apud Danielem Bombergium Anno Mundi 5284. Chriſti 1524. atque alibi paſſim; ut utrumque librum conferenti perſpicuum eſt. Initium fol. 1. בראשית ברא : בית גדולה לרמוז ב׳ עולמות

Is Codex exaratus eſt Anno Chriſti 1443. Sic enim in fine, fol. 175. habetur: בריך רחמנא דסייען ויהי לי למשען זה החזקוני סיימתי בכ׳א׳ לחדש אייר יום א׳ ר׳ג׳ לפרט ויחזקוני ה׳ש׳י׳ לקרות בו אני וזרעי עד ביאת הגואל לקבץ נפוצות יהודה וישראל יצחק בן ה׳ח׳ר׳ יום טוב כהן ז׳ל׳ *Benedictus Deus, qui mihi tulit opem, & fuit mihi baculus. Ego Iſaac filius Sapientis R. Jom tou Sacerdotis; cujus memoria in benedictionem; abſolvi librum Confortate me, die 21. Menſis Jar*, Aprilis, *Anno ab Orbe condito 5203. Deus me conroboret ut legam in eo cum ſemine meo, donec adveniat Redemtor, & congreget diſperſos Judæ & Iſraëlis*. Hinc vero corrigendus Bartoloccius, qui Par. III. num. 952. & Iſaacium hunc calligraphum, ceu authorem conſtituit; & librum ipſum typis jam eſſe vulgatum adfirmat; quum tamen nullibi, quod ſciam, excuſus reperiatur

L I I I.

Codex in quarto chartaceus, foliorum 189. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

ס׳ מנחת יהודה מר׳ יהודה בן אלעזר הכהן אשכנזי Liber MINCHATH JEHUDA, *Munus Judæ*, ex Malach. III. 4. ſive Expoſitio Commentariorum *R. Salomonis Jarchi, fil. Iſaacii* in Pentateuchum, ex Rabboth, Tanchuma, Talmude, & aliis Doctorum Judæorum Scriptis depromta, atque Lublini, Cracoviæ, & Pragæ jam typis vulgata; Authore R. JUDA FIL. ELEAZAR, SACERDOTE GERMANO, decimotertio Chriſti ſeculo inclinante claro; qui quum adhuc diſcipulus eſſet R. Eliakimi filii Menachem, hocce Opus conſcripſit; ut ex ejuſdem Epigraphe, ad calcem adpoſita, quam mox proferemus, liquet.

In Geneſim incipit fol. 1. פירש ר׳ש׳י׳ : אמר ר׳ יצחק לא היה צריך

In Exodum, fol. 69. a terg. פירשי ר׳ש׳י׳ : א׳ע׳פ׳י׳ שמנאם בחייהם

In Leviticum, fol. 121. ויקרא אל משה : פי׳ ר׳ש׳י׳ למעט את אהרון

In Numeros, fol. 141. a terg. במדבר : ואלה שמות האנשים כאן מנאן

In Deuteronomium, fol. 166. a terg. וחצרות : פי׳ ר׳ש׳י׳ מחלקותו של קרח

In fine vero, folio 188. a tergo, hæc ab Authore adnotata leguntur: ואני יהודה בן אלעזר יסדתיו ע׳ג׳ לפרט האלף הששי לפני מורי הר׳ אליקים בן הר׳ מנחם ז׳צ׳ל׳ וכתבתי בו דבריו ודברי חזקוני : גם דבקתי מן התלמוד והתוספות ומדברי תנחומא ומב׳ר׳ ומפי׳ הר׳מ׳ מקוצי ומעקרי מדרשים אחרים : וכתבתי בו דבר בשם אמרו איש על שמו באותות במקומו וראוי לו : ובשמי קראתיו מנחת יהודה על שם מה שכתוב וערבה ליהוה מנחת יהודה וגו׳ *Ego Judas filius Elea-*

zar, composui hunc librum Anno Creationis Mundi 73. *sexti millenarii*, i. e. Christi 1313. Bartoloccius ex Cod. Ebr. Ms. Urbinate-Vaticano XXI. de quo inferius, habet *Anno Mundi* 5043. *C.* 1283. Utra autem lectio præferenda, divinare quidem non possumus. *Præsente, atque dirigente præceptore meo R. Eliakim fil. R. Menachem; memoria justi in benedictionem; retulique in ipsum illius dicta, quæ confirmavi ex libro Confortate me. Adjeci quoque verba Talmudis, Tosaphoth, R. Tanchumæ, Berescith Rabba, & R. Mosis Hierosolymitani, cum aliis fundamentis allegoricis. Quæ quidem omnia majusculis literis notata sunt. Ex meo autem nomine titulum illi Munus Judæ imposui, juxta illud* Malachiæ: *Placebit Domino munus Judæ*, &c. Atque hinc dubitatio omnis Wolfio adimenda, qui Tom. I. num. 691. hunc librum R. Judæ Löw, filio Obadiæ, Eulenburgensi, Præsidi Senatus Briscensis in Lithuania, suspicatur esse adscribendum, unius R. Sabbathæi authoritate ductus, qui id ipsum in Labiis Dormientium, seu Bibliotheca Ebraica, omnium primus confixit.

Is Codex exaratus est Anno Christi 1432. ut liquet ex Metrica hac Epigraphe, quæ fol. 189. ad calcem adposita est: ותשלם המלאכה : סדורה וערוכה כדת וכהלכה : שבח לאל הנותן ברכה : לאום המבורכה : וישלח לנו ריוח טוב והצלחה באורך ימים ושנים וברויחה : וכתבתיו אל הנכבד ר' מרדכי המעיין בן אליה וסיימתי אותו ביום ב' פרשת ושנרת וכפר עליה הכהן וט'ה'ר'ה' : המקום ברחמיו יזכהו לקרות בו הוא ובנו בששון ובשמחה באורך ימים ושנים ויזכהו לראות בנים ובני בנים : ויזכהו כולם בביאת הגואל · והר ציון על מכונו א' · *Perfectum est opus, quod conscriptum est, atque digestum, secundum Legem, & Ritum. Laus Deo, qui benedixit Nationi benedictæ. Ipse concedat nobis quietem perfectam, prosperitatem, & longitudinem dierum & annorum, cum animi relaxatione. Exaravi autem illud feria secunda hebdomadæ, qua legitur Lectio Pentateuchi; Orabitque pro ea Sacerdos, & mundabitur*, Lev. XII. 8. *ad usum honorandi R. Mordechai fil. Eliæ Studiosi, quem Deus dignum reddat, ut legat in eo cum filio suo, in gaudio, exultatione, & longitudine annorum, atque dierum; & videat filios, & filios filiorum; omnesque simul videre mereantur adventum Redemtoris, & Montem Sion restitutum, Amen*. Porro literæ vocis וט'ה'ר'ה' *vetahera*, & mundabitur, quæ punctis distinctæ sunt, conficiunt summam 219. Annorum minoris supputationis; atque adeo hujus Codicis ætas ad annum Creationis Mundi 5219. Christi 1459. est referenda. Sectio autem illa legi solet mense Aprili.

L I V.

Codex in quarto chartaceus, foliorum 282. Rabbinicis literis eleganter exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

ס' אות הנפש SEPHER OTH HANNEPHESC *Liber signi animæ*, sive expositio allegorica Commentariorum R. ABRAHAMI ABEN-EZRÆ in Pentateuchum, hactenus inedita, Anonymi authoris, ipsi tamen Aben-Ezræ æqualis, ut ex præfatione colligitur; ubi seipsum פלוני אלמוני PELONI ALMONI i. e. *talem incognitum* adpellat.

Præfatio, principio mutila, incipit fol. 1. ואין מלת לעולם זכר א'ע' הנה בעבור *In Ge-*

In Genesim fol. 5. a terg. אמר החכם א'ע' בראשית חכמים אמרו שהבית נוספת
In Exodum, fol. 52. ואלה שמות : פ'י פלוני אלמוני והנה העד איש
In Leviticum, fol. 96. a terg. ויקרא אל משה : ועולה מפורשת ר'ל' כי מלה
In Numeros; quorum priora decem Capita desiderantur, fol. 122. דגל
נ' מחנות כי המחנות נוסעות
In Deuteronomium, fol. 135. ואלה הדברים י'א' כי טעם אחד עשר יום

2. פי' ר' אלעזר על ס' סודות תורה מר' אברהם ן' עזרא *R.* ELEAZARIS, cujus cognomen & patria latent, PERUSC AL SEPHER SODOTH THORA, *expositio in librum Arcanorum Legis R. Abrahami Aben-Ezræ*, nondum, quod sciam, typis commissa; ubi potissimum agitur de rebus Astronomicis, & Geometricis, quæ in Aben-Ezræ Commentariis in Pentateuchum occurrunt, additis variis figuris mathematicis ad pleniorem Operis intelligentiam pernecessariis.

In Genesim incipit fol. 161. אמונת בעלי האור והחשך הם עובדי
In Exodum, fol. 179. ואלה שמות : איש וביתו : הם יוצאי חלציו
In Leviticum, fol. 204. a terg. ויקרא אל משה : מצאנו ברית יחיד
In Numeros, fol. 216. ניקנור שהיה בן עזרת נשים לעזרת
In Deuteronomium, fol. 223. a terg. אלה הדברים : יש אומרים כי עונותם נרמז

Porro ex Libro Numerorum quinque priora Capita desunt, ex Deuteronomio vero duo posteriora.

3. Anonymi פי' על התורה על מה שפירש אבן עזרא PERUSC *Expositio commentariorum Aben-Ezræ in Pentateuchum*, Cabbalistica, a superioribus diversa, neque unquam typis vulgata.

Præfatio incipit fol. 233. a terg. ואם האמת הנקורה במו ואם יהיה
In Genesim, fol. 235. בראשית : מנורת השתות שהוא יסוד
In Exodum, fol. 249. a terg. ואלה שמות : וכפר הכהן שהוא אשתו
In Leviticum, fol. 262. ויקרא אל משה : מצאנו ברית יחד
In Numeros, fol. 270. במדבר סיני : ראשי אלפי ישראל כל אחד
In Deuteronomium, fol. 276. a terg. ואלה הדברים יש אומרים כי טעם אחד

Is Codex ineunte decimosexto Christi seculo videtur exaratus.

L V.

CODEX perantiquus in octavo, membraneus, foliis constans 234. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

ר' שלמה ירחי בן יצחק פי' על התורה R. SALOMONIS JARCHI FILII ISAACII, quem per compendium literarum ר'ש'י' *Rasci* dicunt, PERUSC AL HATTHORA *Commentarius in Legem*, seu Pentateuchum Mosis, duabus columnis dispositus, qui cum sæpius editis adamussim concordat.

In Genesim, cujus priores novem versus desiderantur, incipit fol. 1.
בתוך המים באמצע המים ש ש׳
In Exodum, fol. 44. ואלה שמות א'ע'פ'י' שמנאן בחייהן בשמותם
In Leviticum, fol. 92. ויקרא אל משה : לכל דבור ואמירה וציוי
In Numeros, fol. 129. באחד לחדש השני : מתוך חיבתן לפניו
In Deuteronomium, a versu octavo Capitis postremi mutilus, incipit fol. 181.

fol. 181. a terg. אלה הדברים : לפי שהן דברי תוכחות ומנה

Is Codex, cujus membrana longo uſu detrita, & characteres ex nimia vetuſtate multis in locis penitus deleti, non immerito ad Authoris ætatem, nempe ad initium duodecimi ſeculi videtur referendus.

L V I.

Codex in quarto chartaceus, foliorum 356. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

לקוטים מהתלמוד מר' שמואל מרושיא LEKKUTIM MEHATALMUD AL HATTHORA *Collectanea Talmudica in Legem*; ubi expoſitiones Commatum Pentateuchi, quæ in Talmude Babylonico leguntur, ſecundum ordinem Librorum, & Sectionum ejuſdem Pentateuchi exhibentur, Authore R. SAMUELE DE RUSSIA, cujus ætas ignoratur.

In Geneſim incipiunt fol. 1. בראשית ברא : פי' אותיות דר' עקיבא

In Exodum, fol. 54. ראובן שמעון לוי ויהודה יששכר זבולון בני לאה

In Leviticum, fol. 131. וידבר אליו דכתיב וישמע את הקול

In Numeros, fol. 255. וידבר באחד לחדש השני פי' אייר

In Deuteronomium, fol. 302. a terg. אשר דבר פי' הוכיח לישראל בעבר

Is Codex decimoquinto Chriſti ſeculo videtur exaratus, pertinuitque olim ad שמואל נחום *Samuelem Nachum*; uti ſub initium adnotatur.

L V I I.

Codex in quarto chartaceus, foliorum 112. Rabbinico charactere exaratus; quo continetur,

ר' שמואל אלמושנינו ביאור על פי' ר'ש'י' BIIUR AL PERUSC RASCI R. SAMUELIS ALMOSENINI, *Expoſitio Commentarii* R. Salomonis fil. Iſaacii Jarchi *in Pentateuchum*, quæ junctim cum tribus aliis Commentariis nempe *R. Caniſelis*, *R. Moſis Albeldæ*, & *R. Aaronis Abu-Aldari* prodiit Conſtantinopoli in fol. teſte Sabbathæo in Labiis dormientium. Author eſt etiam פשטים ſive notarum literalium in Prophetas minores, quas R. Moſes Francofurtenſis edidit in Bibliis Rabbinicis ſub titulo : קהלת משה, Amſtelodami 1724. & ſeqq. in fol. excuſis. Init. fol. 1. בראשית ברא : אמר ר' יצחק לא היה צריך

Hujus Codicis nonnulla folia inverſo ordine ex oſcitantia Bibliopæi ſunt compacta. Ejus autem ætas ad ſeculum decimoquintum videtur referenda.

L V I I I.

Codex in quarto partim membraneus, partim chartaceus, foliorum 95. Rabbinicis literis elegantiſſimis exaratus, olim Palatinus. Ibi continetur

הר'מ'ב'ן פי' על התורה RAMBAN, i. e. R. Moſis Nachmanidæ Gerundenſis, PERUSC AL HATTHORA, *Commentarius in Legem*, ſeu *Pentateuchum Moſis*, ab editis diverſus. In iis enim totus Pentateuchus ordinatim & ex integro expla-

explanatur; heic vero ex ſingulis ejuſdem Pentateuchi Sectionibus nonniſi duo vel tria commata, ceteris difficiliora, dilucidantur, præmiſſa Præfatione; cujus init. fol. 5. a terg. בשם האל הגדול והגבור והנורא אתחיל

In Geneſim incipit fol. 6. משה רבינו ע׳ה׳ כתב את הספר הזה עם

In Exodum, fol. 32. a terg. ואלה שמות : השלים הכתוב ס׳ בראשית

In Leviticum, fol. 60. a terg. ויקרא : הס׳ הזה הוא תורת כהנים והלוים

In Numeros, fol. 81. במדבר אחר שבאר תורת הקרבנות בספר

In Deuteronomium, uſque ad com. 12. Capitis VII. cetera enim deſunt, incipit fol. 91. a terg. אלה הדברים הספר הזה ענינו ידוע שהוא

Initio Codicis, quem ad decimumquintum Chriſti ſeculum non immerito referas, præfigitur fragmentum antiquum membraneum Tractatus Talmudici כתובות *Chetuvoth* de contractibus Matrimonialibus, tribus conſtans foliis; cujus Init. fol. 1. ובית דין של אחריהן אמרו שאין האישה

L I X.

Codex antiquus in quarto chartaceus, foliorum 115. Rabbinico charactere nitidiſſimo deſcriptus; quo continetur,

ס׳ מגלה עמוקות מר׳ שלמה בן חנוך אלקוסטאנטיני SEPHER MEGALLE EMUKOTH, *Liber Revelans profunda*, titulo deſumto ex com. 22. Capitis XII. Job, ſive Commentarius literalis, myſticus, & philoſophicus in *Pentateuchum*; ubi difficiliora quædam loca contra mentem veterum Rabbinorum explicantur, necdum editus; authore R. SALOMONE FILIO ENOCH CONSTANTINOPOLITANO, qui hocce opus compoſuit Anno Chriſti 1353. ceu ipſe in fine Præfationis, fol. 9. a terg. teſtatur, in hæc verba : נשלם המאמר הזה ת׳ל׳ : וחברתי אותו בברגש ש׳מאה ושלוש עשרה בחדש בסליו לפרט . *Explicit hic Tractatus. Laus Deo. Compoſui autem illum menſe Chisleu*, Novembri, *Anno* 113. juxta minorem ſupputationem, i. e. Creationis Mundi 5113. *in Civitate Bergas*, ſeu Bergula, quæ & Arcadiopolis in Thracia inter Hadrianopolim ad occaſum 54. & Heracleam ad ortum, 47. mil. paſſ. non vero in Civitate *Burgenſi*, ut perperam interpretatur Bartoloccius Tom. IV. pag. 376. ubi hoc ipſum opus bis commemorat ſemel quidem loc. cit. ſub nomine R. Salomonis fil. Enoch, deinde vero ibidem num. 1738. ſub nomine R. Salomonis Conſtantinopolitani, tamquam a priori diverſum.

Præfatio incipit fol. 1. אמר ר׳ שלמה ן׳ חנוך קחו ספר מגלה עמוקות

Commentarius vero in *Geneſim* fol. 10. a terg. בראשית: כל דברי אקדים

In Exodum, fol. 49. a terg. ואלה שמות: כבר בארתי למעלה בענין

In Leviticum, fol. 79. ויקרא אל משה : דע המעיין כי בקטנה אלף

In Numeros, fol. 95. במדבר: כבר יעדתה כי הקנאה

In Deuteronomium, fol. 104. a terg. אלה הדברים: מדרך ההולך אדם כשיחטיא

Subnectitur סוד ראויה בת שבע לדוד *Secretum de Beth Sabea*; an ſcilicet Davidi Regi ab initio Creationis fuerit in uxorem deſtinata, ex Tractatu Talmudico de Sabbatho Ordinis ſecundi de Sacris feſtis, depromtum. Init. fol. 115. מששת ימי בראשית אלה שאכלה

Is

Is Codex ad Authoris ferme ætatem videtur referendus.

L X.

Codex antiquus in quarto membraneus, foliis constans 180. Rabbinico charactere exaratus; quo continetur,

בראשית רבה BERESCITH RABBA *Glossa magna*, sive Commentarius allegoricus in Genesim, duabus columnis dispositus, sæpenumero typis editus, verum principio & fine mutilus; Authore, ut plerique Judæorum autumant, רבה בר נחמני RABBA FILIO NACHMANI, Academiæ Soranæ per annos 22. Rectore, quem ob doctrinam & ingenii felicitatem, עוקר הרים *Oker barim* eradicantem, seu transferentem montes adpellant, teste Zemach David ad Annum Mundi 4082. Christi 322. quo ille e medio excessit. Initium fol. 1. ונהורא עמיה שרי זה מלך המשיח.

Is Codex decimotertio Christi seculo videtur exaratus.

L X I.

Codex in quarto chartaceus, constans foliis 225. Rabbinico charactere descriptus; quo continetur,

פי' ר' שלמה ידידיה על בראשית ושמות R. SALOMONIS JEDIDIÆ PERUSC, *Commentarius in Genesim & Exodum*, literalis, nondum editus.

Genesis, cujus priora 25. commata desunt, Incipit fol. 1. כי טוב ללכת אל

Exodus, a Capite XXII. ad finem usque mutilus. Incipit fol. 115. ואלה שמות : בעבור היות זה תחלת הספר.

Ad Authoris ætatem quod adtinet, is R. Salomone filio Isaacii Jarchi posterior est, quum passim ad illum provocet. Noster tamen Codex decimoquinto Christi seculo videtur exaratus.

L X I I.

Codex antiquus in quarto, partim chartaceus, partim membraneus, foliorum 95. literis Rabbinicis conscriptus, olim Palatinus; quo continentur,

1. ס' הזהר מר' שמעון בן יוחאי SEPHER ZOHAR, i. e. *Liber splendoris*, titulo desumto forte ex com. 3. Capitis XII. Danielis; sive Commentarius Cabbalisticus, & Literalis in *Genesim* & *Exodum*; Authore R. SIMEONE FIL. JOCHAI, cui tamen falso adscriptum censeo; hujus enim expositio in Pentateuchum, etsi eodem titulo insignita, dialecto tamen Hierosolymitana edita est; hic vero liber Zohar pura puta Ebraica lingua conscriptus; quem proinde fœtum esse ר' משה מליאון *R. Mosis de Leon*, seu Legionensis, facile crediderim; qui, ut recte observat Gedalias in Scialsceleth Hakabala, sive Catena traditionis pag. 30. variis in Legem expositionibus, a se compilatis, titulum Zohar imposuit; ut nimirum eas expeditius, atque utilius vende-

vendere poſſet; utpote qui rerum omnium penuria premeretur, nec alia ratione numeroſæ familiæ ſuæ alimenta comparare valeret. Vixit autem decimotertio Chriſti ſeculo exeunte. Vide Bartoloccium Par. IV. pag. 82. ubi & alia ejus Scripta recenſet. Præmittitur elogium Operis; cujus Initium fol. 1. אנן הסהר הוא ס' הזוהר להדריך הנמהר

Geneſis incipit ibidem בראשית ברא אלהים הב' היא הבית של עולמית

Exodus, fol. 70. ר' אבא שאל מה כתיב ותרב חכמת שלמה

In fine vero habetur *declaratio vocum difficiliorum*, quæ in hoc Opere occurrunt, Alphabetico ordine diſpoſita; cujus initium fol. 90. סור אנחא בארא

2. ICHNOGRAPHIA URBIUM ET LOCORUM, quæ Numer. Cap. XXXV. de poſſeſſionibus Iſraëlitarum Levitis, & transfugis a Deo per Moſen adſignantur. Initium fol. 91. צורת העיר והמגרש אלפים באמה

3. SENTENTIÆ quædam morales, ex Talmude depromtæ. Initium fol. 91. a terg. כל האוכל מעפרה של בבל כאילו אוכל

Is Codex pertinuit olim ad שמואל בן יצחק בן יוסף אלגזי הרופא ספרדי *Samuelem filium Iſaaci, fil. Joſephi, Algazi, medicum Hiſpanum*; ut fol. 90. a terg. adnotatur. Ejus autem ætas Authori æqualis videtur.

L X I I I.

CODEX antiquus in quarto, partim chartaceus, partim membraneus, foliis conſtans 134. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

מדרשים ר' שמואל אבן חפני כהן על התורה R. SAMUELIS FILII CHOPHNI COHEN, ſive Sacerdotis Cordubenſis, e ſchola Gaonitarum, MIDRASCIM AL HATTHORA, *Expoſitiones in Legem*, ſeu *Pentateuchum*, allegoricæ, nondum typis vulgatæ, principio tamen & fine mutilæ, quibus hæc Epigraphe præfigitur: זה החבור חיבר החכם הגדול הפילוסוף האלהית רבינו שמואל בן חפני מן קורטבה בשנת ד' אלפים ת'ת'ז' ליצירה אמן סלה. *Liber hic compoſitus eſt a ſapiente magno, Philoſopho Divino, R. Samuele filio Chophni, Cordubenſi, Anno Creationis Mundi* 4807. Chriſti 1047. *Amen, Sela*. Verum Juchaſin, & Zemach David ejus obitum ad Annum Mundi 4794. Chriſti 1034. referunt. Vide Wolfium Tom. I. num. 1066. ubi & alia ejuſdem Chophni ſcripta recenſentur. Initium fol. 1. להאיר להם ולא לאחרים זולת

Hujus Codicis folia quadam ex oſcitantia Bibliopæi luxata ſunt, atque perperam compacta; verum quum ob nimiam vetuſtatem ordinari, atque denuo compingi nequeant, utilius eſſet integrum librum tranſcribere; haud contemnendos enim Scripturales exhibet conceptus; ſcriptus autem videtur ſeculo Chriſti decimotertio inclinante.

L X I V.

CODEX in quarto chartaceus, foliorum 279. charactere Rabbinico elegantiſſimo conſcriptus, olim Palatinus; quo continetur,

Ano-

Anonymi ספר הגאולה Sepher Hagheulla, *Liber Redemtionis*, sive Commentarius in Genesim & Exodum; ubi varia ex Rasci, Aben-Ezra, & Maimonide loca proferuntur, necdum editus, & a nemine commemoratus. Nam qui a Bartoloccio, & Wolfio ex R. Asaria in Meor Enaiim, R. Nachmanidæ tribuitur, liber eodem titulo insignitus, Cabbalisticus est, & de liberatione Judæorum ab exilio, & servitute agit, quam in Annum Mundi 5118. Christi 1358. refert.

In Genesim incipit fol. 1. בשם האל הגדול הגבור והנורא

In Exodum, fol. 150. השלים הכתוב ס' בראשית שהוא

In fine vero, fol. 279. hæc habentur: והנה נשלם ספר הגאולה אשר ה' אלהי ישראל בא בו לבני ישראל עם קרובו. *En perfectus est Liber Redemtionis, quacum Dominus Deus Israel veniet ad filios Israelis, populum sibi propinquum* &c.

Is Codex ante Annum Christi 1515. exaratus est, utpote qui eo anno venditus dicitur a משה קפטלי *Mose Kaptali* cuidam Judæo, cujus nomen abrasum; ut fol. 279. a terg. adnotatur.

L X V.

Codex antiquus in quarto, chartaceus, foliis constans 168. Rabbinico charactere eleganti descriptus, olim Palatinus; quo continentur,

לקוטי מדרשים על התורה Likkute Midrascim al Hatthora, *Collectanea expositionum allegoricarum*, ex diversis Doctorum Judæorum scriptis, *in Legem*, seu Pentateuchum; ubi & nonnulla aliorum Sacrorum Librorum commata allegorice item dilucidantur, absque nomine Collectoris. Initium fol. 1. בעזרת האל שוכן מעונה אתחיל לכתוב

Is Codex, cujus Apographum variis tamen in locis, quæ heic vix ac ne vix quidem legi possunt, mancum, habes inferius in Codice CCCCXLV. ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

L X V I.

Codex antiquus in quarto, membraneus, foliorum 234. charactere quadrato exaratus, olim Palatinus; ubi continetur,

תורת כהנים Thorath Cohanim, *Lex Sacerdotum*, sive Commentarius in *Leviticum*, punctis vocalibus Arabicis animatus, quæ præter Judæorum morem literis superimposita sunt; a Capite tamen XXV. ad finem usque mutilus; qui alias per eminentiam ספרא Siphra i. e. *Liber* inscribitur. De eo fusius supra in Codice XXXII. Initium fol. 1. ר' ישמעאל אומר בי"ג' מידות

Is Codex decimotertio Christi seculo videtur descriptus,

Co-

LXVII.

Codex antiquus in folio, partim membraneus, partim chartaceus, conſtans foliis 99. Rabbinico charactere elegantiſſimo conſcriptus, olim Palatinus; ubi continetur,

ר׳ משה בר נחמן. פי׳ על ס׳ בראשית ושמות R. MOSIS FIL. NACHMAN, Gerundenſis Hiſpani, PERUSC AL SEPHER BERESCITH VESCEMOTH, *Commentarius in Geneſim, & Exodum*, Cabbaliſticus, præmiſſa Præfatione ab editis nonnihil diverſa, cujus priores duo verſus deleti. Init. fol. 1. a terg. ספר כעץ שתול

In Geneſim incipit fol. 1. a tergo. משה רבינו כתב הספר הזה עם התורה

In Exodum, a tertio tamen Capite ad finem uſque mutilus, incipit fol. 89. השלים הכתוב ספר בראשית שהוא ספר יצירה

Is Codex decimoquinto Chriſti ſeculo videtur exaratus.

LXVIII.

Codex in fol. chartaceus, foliorum 204. Rabbinico charactere perpolito deſcriptus, olim Palatinus; ubi continentur,

1. Anonymi לקוטים מס׳ הזהר ומר׳ סעדיה גאון והרמבן ורשי על התורה LIKKUTIM, *Collectanea expoſitionum in Pentateuchum*, ex *Zohar*, *Saadia Gaon*, *Nachmanide*, & *Raſci*, nullo tamen Authorum, vel materiarum ordine ſervato, principio mutila. Init. fol. 1. לראות באבי הנחל נראה כמה יש לאדם

2. מדרש רות להזוהר MEDRASC, *Commentarius in librum* RUTH, allegoricus, ex *libro Zohar* potiſſimum depromtus, incerti Authoris. Initium fol. 91. ויהי בימי שפוט השפטים רבנן פתרון האי.

3. רלבג פי׳ ואלה שמות RALBAG, i. e. R. Levi fil. Gerſonis, vulgo Magiſtri Leonis de Bagnolo dicti, PERUSC, *Commentarius in Exodum*, hiſtoricus, literalis, non raro Philoſophicus, & a ſenſo Sacræ Scripturæ recedens, ſæpius editus. Init. fol. 124. איש וביתו באו ר׳ל׳ בעם יעקב בבאו

Is Codex ad decimumſextum Chriſti ſeculum videtur referendus.

LXIX.

Codex in fol. chartaceus, foliorum 186. Rabbinicis literis exaratus, [illegible]o continentur,

1. גימטריות על ס׳ בראשית GHEMATERIOTH AL SEPHER BERESCITH, *obſervationes Cabbaliſticæ in Geneſim*, ex vi numerica literarum Ebraicarum, incerti Authoris; in quarum fine, fol. 121. a tergo hæc a Calligrapho adnotantur: לא נמצא יותר מזה הספר ונעתק ע׳י׳ צעיר המחוקקים יואן פאולו איוסטאקיאו לשעבר אליה ב׳כ׳מ׳ר׳ מנחם הרופא ז׳ל׳ מינולה במיצורת החשמן מארקו אנטוניאו אמאליאו אדוני שר שומרי ספר האפיפיור ישמרם צורם וחיים פה רומא שנת אלף וחמש מאות וששים ושמונה לביאת יש׳ע משיחנו שנת ב׳ לפיאו חמשי חדש פיבראר ביום כ׳ח׳ שנת העיבור ב׳י׳ל׳א׳ו׳ *Nihil aliud inventum eſt in autographo*

pho, ex quo hunc Codicem transcripsi ego, scribarum minimus, Joannes Paulus Eustachius, olim, in Judaismo scilicet, *nuncupatus Elias filius Menachem, Medicus, de Nola: memoria justi in benedictionem: jussu Domini mei Marci Antonii Amulii S. R. E. Cardinalis, & Bibliothecarii Summi Pontificis, quem Deus diu incolumen servet; heic Romæ, Anno intercalari a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1568. Pontificatus Pii Quinti Anno 2. die 28. mensis Februarii. Benedictus Deus in æternum, Amen.* Consequitur Index eorum, quæ pro Religione Christiana ex hocce opusculo adduci possunt, a laudato Jo. Paulo Eustachio concinnatus. Porro Observationes illæ Cabbalisticæ incipiunt fol. 1. בראשית ברא ב׳ של בראשית גדולה

2. ר׳ משה בן יצחק חלאיו ס׳ תפוחי זהב R. MOSIS FIL. ISAACI CHALAJO, ex Judæo Christiani, seculo XV. clari, SEPHER TEPUCHE ZAHAU, *Liber Pomorum aureorum*, titulo desumto ex com. 11. Capitis XXV. Proverbiorum; sive Commentarius *in Canticum Canticorum*, Philosophicus, hactenus ineditus. Init. fol. 124. תפוחי זהב במשכיות כסף דבר דבור על

Ad ejus calcem, fol. 185. a terg. hæc ab eodem Joanne Paulo Eustachio, Ebraicæ linguæ in Bibliotheca Vaticana Scriptore, adnotata habentur: שבח ותהילה לישוע הנצרי נשלם פירוש שיר השירים מר׳ משה חלאיו על ידי הצעיר יואן פאולו איוסטקיאו מנולה פה רומה שנת אלף וחמש מאות וששים ושמונה לביאת משחינו ישוע במצות החשמן המעולה השר מארקו אנטוניא אמוליאו שר בית ספרי האפיפיור פיאו חמישי השם יגדל מלכותו על כל השרים אמן. *Laus & Jubilatio Jesu Nazareno: Explicit Commentarius R. Mosis Chalajo in Canticum Canticorum, per minimum Joannem Paulum Eustachium Nolanum, heic Romæ, Anno ab Adventu Domini Nostri Jesu Christi 1568. jubente Illustrissimo Principe Marco Antonio Cardinali Amulio, Bibliothecario Pontificis Pii Quinti, cujus regnum super omnes Principes exaltet Deus, Amen.* Adnectitur Index locorum, quæ pro Religione Christiana ex hocce itidem Commentario adduci possunt, Ebraico-Italicus, ab eodem Eustachio elaboratus.

L X X.

CODEX in fol. chartaceus, foliis constans 210. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. Anonymi ספורי אברהם יצחק ויעקב SEPPURE, *Narrationes*, sive Commentarius de rebus gestis SS. Patrum ABRAHAMI, ISAACI, & JACOBI, anilibus fabulis refertus, nondum typis vulgatus. Dividitur in tres Partes, quæ iterum in certa Capita abeunt. Earum

I. חלק ספורי אברהם PARS NARRATIONUM ABRAHAMI inscribitur. Ejus Capita sunt tredecim. Initium fol. 1. דע שכל מראה נבואה אשר חזו אבותינו

II. חלק ספורי יצחק PARS NARRATIONUM ISAACI, Capita ejus septem. Initium fol. 57. דע כי התכליות בספורים הפרטיים אשר באו

III. חלק ספורי יעקב PARS NARRATIONUM JACOBI; Capita ejus quatuordecim. Initium fol. 89. ידע כי הספורים הבאים בתורה

2. ס׳ תפוחי זהב מר׳ משה בר יצחק חלאיו R. MOSIS FILII ISAACI, CHALAJO, ex

ex Judæo Christiani, Liber inscriptus TEPUCHE ZAHAU, *Poma aurea*, ex Prov. XXV. 11. sive expositio in Canticum Canticorum, de qua in præcedenti Codice atque alibi. Initium fol. 151. תפוחי זהב במשכיות כסף דבר דבור

Is Codex exaratus est Anno Christi 1556. ut hæc ostendunt Librarii verba, quæ fol. 210. ad calcem leguntur: ותכל מלאכת הקדש היום יום ששי תשעה לחדש ניסן שנת י׳ר׳נ׳נ׳ו׳ על ידי אליה ב׳כ׳מ׳ר׳ מנחם הרופא מנולה זעיר הסופרים ה׳ יזכנו לראות בביאת משיח צדקנו ולהגות בתורתינו יומם ולילה אמן ואם ימצא הקורא בו איזה טעות אל יחשדני כי כן מצאתי ושגיאות מי יבין מנסתרות נקני נקני מעון ומפשע ב׳ו׳ל׳א׳ו׳ אמן סלה *Perfectum est Opus Sanctitatis, hodie feria sexta, die 9. Mensis Nisan*, Martii, *Anno Cantabunt*, i. e. Creationis Mundi 5316. *manu Eliæ filii Menachem Medici Nolani, minimi Scriptorum; quem Deus dignum reddat, ut videat Adventum nostri veri Messiæ, & meditetur Legem ejus diu noctuque Amen. Quisquis autem legerit, & in eo aliquod mendum offenderit, id mihi nequaquam crimini det; quoniam sic in autographo inveni. Errores quis intelligat? Ab occultis munda me & libera me de iniquitate & peccatis. Benedictus Deus semper, Amen, Amen. Sela.*

Porro Elias hic ad Christianam Religionem conversus, Joannes Paulus Eustachius fuit adpellatus, & Scriptoris Ebraici in Bibliotheca Vaticana munere insignitus, ut alibi monuimus.

L X X I.

CODEX antiquus in fol. membraneus, foliorum 533. Rabbinico charactere elegantissimo exaratus, olim Palatinus. Ibi continetur,

פי׳ ר׳ד׳ק׳ על נביאים ראשונים ואחרונים RADAK, i. e. R. Davidis Kimchi fil. Josephi Hispani, PERUSC AL NEVIIM RESCIONIM, VACHARONIM, *Commentarius in Prophetas Priores, & Posteriores*, qui tum alias, tum in Bibliis magnis Rabbinicis Bombergii prodierunt; præmissis Præfatiunculis in singulos libros, prout in vulgatis.

In Josue Incipit fol. 1. a terg. ראשית חכמה וכי׳ ויהי אחרי מות
In Judices, fol. 19. a terg. הנה נא אל נורא מי יעלה לנו לכבוש
In I. *Samuelis*, sive Regum, fol. 38. מכונן מלתי ויהי איש אחד מן הרמתים
In II. *Samuelis*, sive Regum, fol. 76. a terg. ויהי בבואו דוד בבית : נקרא
In I. sive III. *Regum*, fol. 109. מקים מלכים : והמלך דוד זקן בן שבעים
In II. sive IV. *Regum*, fol. 143. a terg. מה משפט האיש ומה תארו ותרג
In Isaiam, fol. 172. a terg. רוח נבואה בה יעלה ויגבה
In Jeremiam, fol. 289. עזור נא אל אדיר : דברי ירמיהו בן
In Ezechielem, fol. 356. a terg. מראות אלהים ויהי בשלשים שנה ברביעי
In Oseam, fol. 436. a terg. דברי נביאים וכו׳ ן׳ תחלת דבר ה׳ בהושע
In Joëlem, fol. 459. דבר ה׳ אשר היה אל יואל בן פתואל זה הנביא
In Amos, fol. 464. a terg. דברי עמוס כתבו רז׳ל׳ כי כשמתחיל
In Abdiam, fol. 478. חזון עבדיה : זה הנביא לא ידענו באי זה
In Jonam, fol. 480. ויהי דבר ה׳ אל יונה בן אמתי : זה נביא
In Michæam, fol. 483. דבר ה׳ אשר היה אל מיכה המורשתי בימי

In Nachum, fol. 492. a terg. משא נינוה ספר חזון נחום האלקושי
In Habacuc, fol. 497. המשא אשר חזה חבקוק הנביא הנביא הזה
In Sophoniam, fol. 503. a terg. דבר ה׳ אשר היה אל צפניה בן כושי בן גדליה
In Aggæum, fol. 507. a terg. בשנת שתים לדריוש המלך הוא דריוש בן אחשורוש
In Zachariam, fol. 510. בחדש השמיני בשנת שתים לדריוש
In Malachiam, fol. 528. משא דבר ה׳ אל ישראל ביד מלאכי

Is Codex recognitus fuit a *Joannotio Manetto Florentino*, qui & latinum ejus Indicem initio præfixit; ſcriptus eſt autem Anno Chriſti 1403. ut hæc oſtendunt librarii verba, quæ fol. 533. ad calcem leguntur: אני שלמה הסופר בכמר יוסף ז׳ל׳ כתבתי זה פי׳ קמחי כולו דהיינו פי׳ נביאים ראשונים ואחרונים וכתבתיו להר׳ נתן בכ׳ר׳ אברהם ז׳ל׳ : השם אשר יזכני לכתבו ולהשלימו יזכהו הוא וזרעו וזרע זרעו להגות בו ובשאר ספרים הקדושים הכתובים בתורת משה אמן אמן סלה : וסיימתיו בכ׳א׳ ימים לירח ניסן ש׳ ק׳נ׳ נכתב ונחתם בג׳ חדשים וח׳ ימים · *Ego Salomon ſcriba fil. Joſephi, cujus memoria in benedictionem, exaravi hunc Commentarium Kimchi in Prophetas Priores, & Poſteriores, ad uſum honorandi R. Nathan, filii honeſti R. Abrahami, cujus memoria in benedictionem; quem Deus, quemadmodum dignum me fecit, ut ſcriberem atque perficerem, ita dignum quoque illum reddat cum ſemine ſuo, & ſemine ſeminis ſui, ut meditetur illum, & alios ſanctos libros, ſecundum Legem Moſis. Amen, Amen, Sela, in æternum. Abſolvi autem illum die 21. Menſis Niſan*, Martii, *Anno* 103. *ſecundum minorem ſupputationem*, hoc eſt a condito Mundo 5103. *ſpatio trium menſium, & octo dierum*. Pertinuit olim ad *Matathiam fil. Sabbathai*; ut ibidem adnotatum reperias, hiſce verbis: זה הפי׳ נביאים ראשונים ואחרונים קניתיהו אני מתיתיה בכ׳ר שבתי תנצב׳ה׳ כר׳ נתן בכ׳ר׳ אברהם ז׳ל׳ מפלצה : בשכר כ׳ה׳ פרחים זהב ונחשבו המעות האילו בין סכום הפרעון מהטענה חממון מר׳ אליה חמי ככתוב ע׳ סופר דון פייטרו די קאסולו וכתוב כמו שמכרו לי בשמו בכ׳ה׳ פרחים זהב בשנת ק׳כ׳ה׳ *Commentarium hunc in Prophetas Priores ac Poſteriores emi ego Matathias fil. R. Sabbathai; cujus anima colligata ſit in faſciculo vitæ, a R. Nathan fil. R. Abrahami: memoria juſti in benedictionem: ex oppido Plaza*, ſive Foro alieni prope Ferrariam, *ſolutis vigintiquinque florenis aureis, deductis ex ſumma, quam ille ſocero meo R. Eliæ debet; prout ſcriptum eſt manu Domini Petri Caſoli Tabularii, qui inſtrumentum hujuſce contractus in Actorum Codicem retulit, Anno Creationis Mundi* 5125. hoc eſt, Chriſti 1365.

LXXII.

CODEX in fol. partim membraneus, partim bombycinus, foliorum 126. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

ר׳ אליה בן אלקנה קפשלי פירוש המלות זרות R. ELIÆ FIL. ELKANA, cognomento KAPHSCIALI PERUSC HAMMILLOTH ZAROTH, *Explicatio vocum difficiliorum*, quæ in Prophetis & Hagiographis obviæ ſunt, haud contemnenda; hactenus tamen inedita.

Joſue incipit fol. 4. מהמדבר והלבנון לבנון תרג

Ju-

Judices, fol. 5. בהונת גדולין ויתירו כמו ויתורו
Samuelis I. fol. 7. מנה אחת אפרש ראויה לפנים
Samuelis II. fol. 10. a terg. פשטתם במשמעו והוא דרך שאלה
Regum I. fol. 13. אינו בשמואל אלה בדברי הימים
Regum II. fol. 16. על ידי שלמה ולא יתנו מה שהיו
Isaias, fol. 19. הזון מראה נבואה וכן חזה אבום בעליו
Jeremias, fol. 36. a terg. בטרם אצרך לשון יצירה הקדשתיך
Ezechiel, fol. 46. בשלושים שנה ליובל י'א' בן ל' שנה
Oseas, fol. 55. a terg. כי נשא אשא להם פי' אשא להם
Joël, fol. 58. a terg. הגזם מין ארבה וכן הילק וכן
Amos, fol. 59. a terg. בנקדים כמו רועים וכתו' מרי
Abdias, fol. 62. a terg. וציר שלוח וכן ציר נאמן
Jonas, Ibidem לברוח תרשישה מלפני השם צריך
Michæas, fol. 63. a terg. כדונג הוא השעוה מונרים
Nahum, fol. 64. a terg. קנוא לשון קנאה ונקה
Habacuc. fol. 65. און ועמל שניהם ענין אחד וכן
Sophonias, fol. 66. אסף אסף כל ענין כליה וכן
Aggæus, fol. 66. a terg. פחת יהודה הפחת הוא הנגיד בבתיכם
Zacharias, fol. 67. a terg. כאשר זמם השב כמו מזמה השמר עליך
Malachias, fol. 69. לתנות מדבר וכן לתנות לבת יפתח
Psalmi, fol. 70. אשרי האיש לצים לשו' ליצנות
Job, fol. 83. a terg. איש היה צמר בקר ענין הבור כמו ויצמדו
Proverbia, fol. 100. לפתאים לשון פתי ערמה עניין
Daniel. fol. 109. a terg. בשנת שלוש וייצר לשון מיצור
Esdræ I. fol. 113. בשנת שלוש על אובל שם נהר ואולי
Esdræ II. fol. 114. העיר לשון התעוררות פקד
Ruth, fol. 119. אפרתים מבית לחם אפרתה ולכך
Canticum Canticorum, fol. 120. שיר השירים : מבחר השירים דודיך
Ecclesiastes, fol. 121. a terg. דברי קהלת נקרא שלמה קהלת על שם
Threni, fol. 124. a terg. בדר' שם היחידות ואינו תאר
Esther, cui nonnulla in fine desunt, incipit f. 127. a t. הפרתמים הם השרים

Is Codex scriptus est ante annum Creationis Mundi 5276. Christi 1516. quum eo anno, die 12. mensis Thammuz, Junii, emtus, sub initium dicatur, Massiliæ a יהודה בן נחמי *Juda filio Nachmi*.

LXXIII.

Codex in quarto, chartaceus, foliorum 132. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; ubi continetur,

ר' דוד בן יוסף בן קמחי פי' על ספר שמואל R. DAVIDIS FIL. JOSEPHI FIL. KIMCHI, Hispani, per compendium literarum, ר'ד'ק RADAK dicti, *Commentarius in Primum & Secundum Librum Samuelis*, sive Regum, qui in Bibliis magnis Rabbinicis Bombergianis & Basileensibus, una cum ejusdem Commentariis in reliquos Prophetas Priores, ac Posteriores, editus est. Initium

tium fol. 1. ויהי איש אחד כבר כהכנו למעלה

Præeunt quædam carmina loco Præfationis. Initium. Ibid. מכונן מלתי עד לא

Is Codex ad XVI. Christi seculum videtur referendus.

LXXIV.

Codex antiquus in fol. membraneus, foliis constans 185. charactere Rabbinico longe elegantissimo descriptus, olim Palatinus; quo continetur,

ר'ד'ק' פי' על ישעיה Radak, i. e. R. Davidis fil. Josephi Kimchi, Perusc, *Commentarius in Isaiam Prophetam*, qui sæpius lucem publicam aspexit, ut videre est apud Lelongium, & Wolfium. Ejus Latinam versionem a Theodoro Dassovio elaboratam laudat Joh. Alb. Fabricius pag. 14. Bibl. antiq. Initium fol. 1. a terg. חזון ישעיהו בן אמוץ לא ידענו יחשו מאיזה

Præmittuntur quædam carmina cum Præfatione Operis. Init. fol. 1. רוח נבואה כה יעלו וינבהו אנשי אמת.

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

LXXV.

Codex antiquus in fol. membraneus, foliorum 140. Rabbinicis literis eleganter descriptus, olim Palatinus. Ibi continetur,

ר' אברהם בן מאיר אבן עזרא פי' על ישעיה ותרי עשר R. Abrahami Aben-Ezræ, Filii Meir, Hispani, Perusc, *Commentarius in Isaiam & duodecim Prophetas Minores*, sæpius editus, præmissis quibusdam Carminibus loco Præfationis; quorum Initium fol. 1. בשם אל גדול הנקר איה אשר לו

Isaias Incipit ibid. חזון ישעיהו בן אמוץ נון חזון נוסף

Oseas, fol. 76. זה הושע מנביאי השם הנכבר הנכבדים

Joël, fol. 89. אין לנו לדעת את דורו ולפי הפשט איננו בן שמואל

Amos, fol. 92. a terg. זה הנביא היה כימי יהושע וכל נבואתו על ירבעם

Abdias, fol. 101. לא ידענו דורו ולא יוכל לומר כי הוא הנזכר

Jonas, fol. 102. a terg. זה הנביא התנבא על ירבעם בן יואש

Michæas, fol. 105. a terg. זה הנביא היה נזכר בספר ירמיהו

Nahum, fol. 112. a terg. ספר חזון כי דבק אע'פ'י' שהוא הכיר משא נבואה

Habacuc, fol. 115. גם זה הנביא לא ידענו דורו ולא משפחתו

Sophonias, fol. 119. a terg. הזכיר הכתוב שמות האבות עד שהגיע

Aggæus, fol. 122. a terg. בשנת זה דריוש הפרסי שאמרו קדמוני שהוא

Zacharias, fol. 125. מעלות הנבואה רבות ואין דרך לספרם

Malachias, fol. 137. a terg. יש אומרים שהוא עזרא ולפי דעתי שהוא עמו

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus, pertinuitque olim ad *Jannotium Manettum*, qui illum & recognovit, & latino Indice auxit.

Co-

L X X V I.

CODex antiquiſſimus in folio, membraneus, foliorum 184. charactere quadrato eleganti exaratus, olim Palatinus; ubi continentur,

1. מדרש שחר טוב מאחר תנא ANONYMI THANAITÆ, Academicorum Ebræorum id nomen eſt, quos & *Miſcnicos* adpellant, qui ſeculo III. poſt Chriſtum natum ineunte, in R. Judam Sanctum finem invenerunt, ut videre eſt apud Bartoloccium & Wolfium; ubi eorum Catalogus exhibetur: MEDRASC SCIOCHER TOU, i. e. *Surgens diluculo ad bonum*; quod eſt libri exordium, ex com. 27. Cap. XI. Proverbiorum deſumtum: ſive expoſitio allegorica in Pſalmos Davidis, Proverbia Salomonis, & Canticum Canticorum, ſæpenumero edita.

Pſalmi incipiunt fol. 1. a terg. אשרי האיש אשר לא הלך ז'ה'ה' שחר טוב

Proverbia, fol. 100. משלי שלמה בן דוד מלך ישראל דרש ר' תנחום

Canticum Canticorum, fol. 118. שיר השירים אשר לשלמה זה שאמר הכה'

2. פי' על פסוק ויהי ביום השמיני *Expoſitio* commatis 1. Cap. IX. Levitici, *Facto autem octavo die*: ex quæſtionibus R. Achai Gaon in ſectiones Pentateuchi deſumta, Rabbinico tamen charactere recens addita. Initium fol. 182. a terg. דאלו מן דשאתי המרא כשיעור

3. Fragmentum מסכת בבא מציעא *Tractatus* ſecundi *de Porta Media*, Ordinis IV. Talmudici, qui de *Damnis* inſcribitur; charactere itidem Rabbinico, & quidem recentiori, exaratum. Init. fol. 183. אמר מן השותפין שאמר להברו

Is Codex ſcriptus eſt Anno Chriſti 1017. ut ex hiſce Librarii verbis, ad calcem Cantici Canticorum fol. 182. a terg. adjectis, manifeſtum eſt: נעתק זה הספר לר' שמואל בכ'נ' לח' חשון ש' ק'ת'ר'ע'ז' ר' דוד ריתבע הידוע בן עדה. *Hic liber deſcriptus eſt a R. Davide Rithba noto in Synagoga, ad uſum R. Samuelis, die 23. Menſis Cheſcuan*, Octobris, *Anno Creationis Mundi 777. juxta minorem ſupputationem*, ideſt 4777.

L X X V I I.

CODex antiquus in quarto, membraneus, conſtans foliis 171. Rabbinico charactere eleganti exaratus. Ibi continentur,

1. ר'ד'ק' פי' על ספר תהלים RADAK, ſive R. Davidis fil. Joſephi Kimchi Hiſpani, PERUSC AL SEPHER TEHILLIM, *Commentarius in librum Pſalmorum*; de cujus Ebraicis editionibus, uti & Latinis verſionibus, a variis interpretibus elaboratis, vide Lelongium Bibl. Sac. pag. 696. Initium fol. 1. אמר דוד בן יוסף ז' קמחי הספרדי אמרו.

2. ר'ל'ב'ג' פי' על ס' איוב RALBAG, i. e. R. Levi fil. Gerſonis Hiſpani, vel potius Provincialis de opido Bagnolo, PERUSC, *Commentarius in librum* JOB, die 23. Decembris Anno Chriſti 1326. conſcriptus; ceu Author ipſe in ejus clauſula, fol. 170. a terg. teſtatur, hiſce verbis: והיתה השלמת זה הביאור בשני ב'כ'נ' לירח טבת ש' ה' אלפים ופ'ו' לפרט השישי ולאל לבדו התהילה אשר

אשר עזרנו ברוב חסדיו יהיה שמו מבורך ומרומם על כל ברכה ותהילה אמן אמן סלה · חזק ונתחזק הכותב לא יוזק · *Absolutus est hic Commentarius feria secunda, die 23. Mensis Teveth*, Decembris, *Anno ab Orbe condito* 86. *sexti millenarii. Laus Deo soli, qui multitudine miserationis suæ nobis opitulatur. Benedictum nomen ejus super omnem benedictionem & laudem, Amen, Amen, Sela. Consortare & esto robustus, Scriptor nullo adficiatur damno* &c. Initium fol. 105. אמר לוי בן גרשום ראינו לבאר

3. *Index locorum Biblicorum*, quæ a septuaginta Interpretibus interpolata fuisse, ne in Ptolomæi Regis offensionem caderent, Judæi fabulantur, quæque in tractatu Talmudico de Volumine Esther, Cap. I. fol. 9. proferuntur. Initium fol. 171. a terg. ר׳ יהודה אומר כשהחירו רבותינו ליכתוב

Is Codex exaratus est Anno Christi 1372. ut hæc ostendunt Librarii verba, quæ in calce Commentarii Radak in Psalmos, fol. 102. a terg. leguntur: זכרה לי אלהי לטובה כל אשר עשיתי בזה הפירוש ספר תהלים אני בנימן אזמי בכר אליה מעיר מיצירטה ממשפחת קורינטי וכתבתיו למר׳ שלמה הרופא ב׳כ׳ר׳ בנימן הרופא ז׳ל׳ פה בעיר מסי השם יזכהו להגות בו וכו׳ והשלמתו היתה שנת ה׳ אלפים וק׳ל׳ב׳ לפרט לבריאת העולם ביום ה׳ ביב׳ לחדש אלול: חזק בנימן הכותב יראה זרע יאריך ימים. *Memento mei, Deus mi, in bonum, & omnium, quæ feci in hoc Commentario. Ego Beniamin Azmi, filius Eliæ de Urbe Meserata*, forte Cairo, *e familia Corinthiorum, descripsi in usum Domini R Salomonis Medici fil. Beniamini: memoria justi in benedictionem: heic Masse. Deus reddat illum dignum, qui legat in eo* &c. *Absolvi autem hunc Commentarium feria quinta, die 12. mensis Elul*, Augusti, *Anno ab Orbe condito* 5132. *Roboretur Beniamin scriba, ut videat semen longævum*. Pertinuit olim ad אברהם צרפתי *Abrahamum Gallum*; ut in fronte adnotatur.

LXXVIII.

CODEX in quarto chartaceus, foliis constans 144. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. Fragmentum Tractatus Anonymi Cabbalistæ de סודות השם המפורש SODOTH HASCEM HAMEPHORASC, *Arcanis nominis Dei*, una cum nonnullis Carminibus in ipsius laudem. Initium fol. 1. מזבח של מטה כנגד מזבח של

2. ר׳ אברהם בן מאיר אבן עזרא פי׳ על תהלים ואסתר ושיר השירים R. ABRAHAMI FILII MEIR ABEN-EZRÆ PERUSC AL THEILLIM VESTHER USCIR HASCIRIM, *Commentarius in Psalmos, Esther, & Canticum Canticorum*, præmissis initio singulorum librorum quibusdam carminibus loco Præfationis.

Psalmi incipiunt fol. 4. אגדל אל אשר וכו׳ נאם אברהם בר מאיר

Esther, fol. 124. נאם אברהם הספרדי ויהי בימי אחשורוש שם לשון פרס

Canticum Canticorum, fol. 136. אני אל אל אדרוש: הפעם הראשונה נשיקה

Ad calcem Codicis, quem non immerito ad decimumquintum Christi seculum referas, duo hæc Epitaphia adnotata reperias, quæ tumulo R. Abrami Aben-Ezræ in insula Rhodo inscripta dicuntur. Ea autem quamvis Latine ad literam reddita admodum insulsa videantur; attamen Ebraice elegan-

gantiſſima ſunt, & ingenium haud mediocre Authoris oſtendunt.

EPITAPHIUM I.

הידעו הדמעות מי שפכם:
ודרשו הלבבות מי הפכם:
הפכם בוא מאורם תוך רגבים:
ולא ידעו רגבים מה בתוכם:
בתוכם שר ונדול תם וישר:
ירא האל ואיש נבון וחכם:

Numquid noverunt lacrymæ quis effudit eas;
Et investigatores cordium quis invertit eas?
Subverſio illarum provenit a luce, quæ eſt in medio glebarum.
Et non cognoverunt glebæ illum, qui eſt in medio ipſarum.
In medio ipſarum adeſt Princeps magnus perfectus & rectus:
Timens Deum, intelligens, & ſapiens.

EPITAPHIUM II.

אדם ולא אדם ואם אדם אמתי:
ממלאכי רום אמך הרתה:
או אומרה לאל באין אשה ואיש מלאך:
בעולם תחתון בראתה:

Homo eſt, vel non homo? & ſiquidem verus eſt homo;
Ex Angelis altitudinis mater tua te concepit.
Vel, ſi placeat, dicam Deo: ſine viro & muliere,
Angelum in hoc mundo inferiori creaſti.

LXXIX.

Codex in folio, chartaceus, foliorum 54. Rabbinicis literis exaratus; quo continetur,

פי' על חמש עשר המעלות PERUSC AL CHAMESC ASCIAR HAMAALOTH, *Expoſitio in* XV. *Pſalmos Graduales*; ubi etiam probatur, Latinam Sacrorum Bibliorum verſionem a Sancto Hieronymo elaboratam, Ebraico textui minime adverſari; Authore Anonymo Chriſtiano; cujus ætas ad ſeculum XVI. videtur referenda. Initium fol. 1. הנכון בעיני כי כל המזמורים שבספר תהלים

LXXX.

Codex in quarto chartaceus, foliis conſtans 33. Rabbinico charactere exaratus; ubi continentur,

1. Fragmentum פי' על תהלים דרך פשט וסוד PERUSC AL THEHILLIM DEREC PESCIAT VESOD, *Expoſitionis literalis, & myſticæ in Pſalmos* Davidis; ubi

ubi & de יג׳ מדות *tredecim Middoth*, sive Dei adtributis, quæ ex com. 6. Cap. XXXIV. Exodi יהוה יהוה אל רחום וחנון ארך אפים ורב חסד ואמת נוצר *Dominator Domine*, *Deus misericors*, *&* *clemens*, *patiens*, *&* *multæ miserationis ac verax*, *qui custodis* &c. eliciuntur, Cabbalistice differitur; Authore Anonymo. Initium fol. 1. זבחו זבחי צדק ובטחו אל יהוה

2. אגרת אינפרופייט דוראן למאיסטרו דוד בוניטו המשיח ENPEROPHIATH DURAN, Hispani, IGGHERETH, *Epistola ad magistrum Bonetum*, Avenionensem Neophytum, qui in Judaismo nomen habuerat *R. David fil. Garon*, sive *Goren*, nondum typis vulgata; principio tamen mutila. Ibi sub ænigmate horum verborum: אל תהי כאבותיך אשר *Non eris*, *sicut Patres tui*: eum ad Judaismum revocare conatur; adeoque de præcipuis Fidei Christianæ capitibus exponit, quæ sub specie defensionis evertere contendit. Author aliis, forte rectius, פריפוט דוראן *Peripot Duran*, sive *Peripoto Durante* dicitur, claruit Anno Mundi 5161. Christi 1401. vel anno 5154. Christi 1394. teste R. Gedalia in Scialsceleth Hakabbala, sive Catena Traditionis pag. 61. qui etiam addit tradi inter suos, quod ad Christianos quondam dilapsus, deinde mutata mente ad Judaismum sit reversus; quod tamen utrumque vere dici negat Sabbathæus in SCIPHETE JESCENIM, Labiis dormientium, sive Bibliotheca Ebraica pag. 3. num. 53. Vide Wolfium Tom. I. num. 1854. ubi Authoris ætas, & Bartolocii de ejusdem Epistola hallucinationes expenduntur. Initium fol. 6. תולדות ועל יסודותיך בנו בהיכלי

3. ס׳ נסתור הכומר נגד אמונת המשיחים NESTORII MONACHI, ex Christiano Judæi, SEPHER NEGHED EMUNATH HAMISCICHIM, *Liber contra Religionem Christianam*, nullius ponderis, hactenus ineditus, quem is scripsisse dicitur, quum ad Judaismum defecit. Initium fol. 20. זה הספר נסתור הכומר אשר אהב

4. תפלת הייחוד לר׳ משה בר יהודה בנימן R. MOSIS FILII JUDÆ BENIAMINI THEPHILLATH HAJECHUD, *Oratio de unitate Dei*, fine mutila, Initium fol. 33. a terg. אל אלהי אמת דיין אמת הוא ושמו אחד

Is Codex decimosexto Christi seculo videtur exaratus.

LXXXI.

Codex in quarto chartaceus, foliorum 244. literis Rabbinicis, exaratus; quo continetur,

מדרש תהלים לר׳ יהודה בר אלעאי MIDRASC THEHILLIM, *Expositio in Psalmos*, allegorica, quæ R. JUDÆ FILIO ELAI Anno Christi 121. claro, tribuitur; quem intelligendum esse, quotiescumque *Judas* simpliciter allegatur, tradit Author Catalogi Tannaitarum, qui exstat in calce Partis I. Miscnæ edit. Venet. An. 1655. Desunt aliqua folia, a fol. 61. scilicet, ad fol. 64. Quæ vero a num. 124. ad 127. & a 204. ad 208. occurrunt, in medium scissa sunt. Desiderabantur etiam nonnulla circa finem, quæ a Joanne Paulo Eustachio suppleta sunt; ceu ipse, fol. 244. profitetur his verbis: *Il complimento del Midras Tehillim*, *che e in Libraria Vaticana*, *che era difettoso*, *finito da me Gio: Paulo Eustachio Scrittore di detta Libraria*, *finito questo*

dì ultimo Novembre 1598. Initium fol. 1. אשרי האיש למנצח משכיל מזמור

LXXXII.

Codex antiquus in quarto, membraneus, foliis constans 180. Rabbinicis literis elegantissime exaratus, olim Palatinus. Ibi continetur, פירוש על תהלים וחמש מגלות מר' אברהם בר מאיר אבן עזרא R. ABRAHAMI FIL. MEIR ABEN-EZRÆ, Hispani, PERUSC AL THEHILLIM, VECHAMESC MEGHILLOTH, *Commentarius in Psalmos, & quinque Volumina*, quorum priores dictiones aureis literis distinctæ sunt.

In Psalmos Incipit fol. 1. a terg. נאם אברהם אבן מאיר אבן עזרא הספרדי

In Ecclesiasten, fol. 117. ארח חיים למעלה למשכיל וכו' כי באשר יתאוה

In Esther, fol. 149. נאם אברהם הספרדי הנקרא ן' עזרה אין עזרה

In Ruth, fol. 156. a terg. נאם אדרהם הספרדי בעבור היות דוד שורש

In Canticum Canticorum, fol. 160. a terg. נאם אברהם בר מאיר נ'ע' הספרדי

In Threnos, fol. 173. a terg. אנשי אמת יבינו מדרש וקדמונינו הצדיקים

Præfatiunculis singulorum Librorum, si Threnos excipias, nonnulla Carmina præfixa reperias, quæ in Bibliis Bombergianis & Buxtorfianis, ubi Commentarii præfati adjecti sunt, leguntur.

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

LXXXIII.

Codex antiquus in quarto, membraneus, constans foliis 255. Rabbinicis literis nitidissime exaratus, olim Palatinus; ubi continentur,

1. ר'ל'ב'ג פי' על משלי RALBAG, i. e. R. Levi fil. Ghersciom, seu Gersonis, PERUSC AL MISCLE, *Commentarius in Proverbia* Salomonis, Philosophicus & Grammaticus, unacum תועליות THOALIOTH, *utilitatibus*, quæ inde deduci possunt. Textus Biblicus, uti & in Commentariis, qui consequuntur, majusculis literis distinctus est, notisque vocalibus & accentibus animatus. Initium fol. 1. אמר לוי בן גרשום בעבור שראינו זה הספר

In ejus clausula, fol. 121. hæc ab Authore adnotata reperias: ובכאן נשלם הבאור ס' משלי והיתה השלמתו בג' לירח אייר של שנת צ'ח' לפרט האלף הששי יתברך ויתעלה על כל ברכה ותהלה אמן אמן סלה. *Explicit Commentarius in librum Proverbiorum; & quidem absolutus est die 3. Mensis Iiar*, Aprilis, *Anno 98. sexti millenarii*, hoc est, ab Orbe condito 5098. Christi 1338. *Benedictus Deus super omnem benedictionem & laudem, Amen, Amen, Sela.*

2. Ejusdem פי' על שיר השירים PERUSC AL SCIR HASCIRIM, *Commentarius in Canticum Canticorum*, compositus Anno Christi 1325. ut in calce, fol. 168. a terg. idem testatur, hisce verbis: ובכאן נשלם זה הביאור והיתה השלמתו בסוף תמוז' שנת פ'ה' לפרט אלף הששי והתהלה לאל וכו'. *Atque heic finis hujus Commentarii, qui absolutus est, exeunte mense Thammuz*, Junio, *Anno 85. sexti millenarii*, nempe ab Orbe condito 5085. *Laus Deo &c.* Initium f. 125. אמר לוי בן גרשום ראינו לבאר המגלה.

3. Ejus-

3. Ejusdem פי׳ על מגלת אסתר PERUSC AL MEGHILLAT, *Commentarius in volumen* ESTHER, cum sexdecim utilitatibus inde provenientibus. Initium fol. 169. a terg. אמר לוי בן גרשום ראוי שתדע שכבר

4. Ejusdem פי׳ על ספר דניאל PERUSC AL SEPHER, *Commentarius in Librum* DANIELIS, cui extremam manum Author imposuit Anno Christi 1338. ut idem in fine, fol. 229. adnotat in hæc verba. והנה היתה השלמת הביאור בה׳ אדר ב׳ שנת צ״ח׳ לפרט האלף הששי והתהלה לאל אשר וכו׳ *Et ecce finis Commentarii. Et quidem absolutus est die 5. Mensis Adar posterioris*, Februarii, *Anno 98. sexti millenarii*, i. e. Creationis Mundi 5098. *Laus Deo &c.* Initium fol. 190. a terg. אמר לוי בן גרשום התהלה לאל והשאלה

5. Ejusdem פי׳ על ס׳ עזרא PERUSC AL SEPHER, *Commentarius in Librum* ESDRÆ. Initium fol. 229. ובשנת אחת לכורש מלך פרס: עד ובמלכות אחשורוש

6. Ejusdem פי׳ על נחמיה PERUSC AL NECHAMIA, *Commentarius in* NEHEMIAM, sive in librum secundum Esdræ, quem mense Februario, Anno Christi 1338. absolvit. Sic enim ad calcem, fol. 255. a terg. adnotat: ובכאן נשלם ביאור זה הספר והיתה השלמתו בירח אדר ב׳ של שנת צ״ח׳ לפרט האלף הששי ליצירה יתברך ויתעלה יוצר הכל אשר עזרני ברחמיו ברוב חסדיו על כל ברכה ותהלה א׳ א׳ ס׳. *Atque heic explicit Commentarius in hunc librum; absolutus autem fuit Mense Adar posteriori, Anno 98. sexti millenarii*, i. e. Creationis Mundi 5098. *Benedictus Creator omnium, qui bonitate sua, & multitudine misericordiæ suæ mihi præsto fuit, super omnem benedictionem & laudem, Amen, Amen, Sela*. Initium fol. 237. a terg. דברי נחמיה בן הכליה וגו׳ עד

Is Codex, quem non immerito ad Authoris ætatem referas, pertinuit olim ad אליה קוזין בן שבתי *Eliam Kozinum filium Sabbathai*; ut ad calcem, fol. 257. a terg. adnotatur.

LXXXIV.

Codex antiquus in fol. membraneus, foliis constans 73. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. פי׳ ר׳מ׳ב׳ן על ס׳ איוב RAMBAN, i. e. R. Mosis fil. Nachman Gerundensis, PERUSC AL SEPHER, *expositio in librum* JOB; quam in vulgatis Bibliis Rabbinicis Bombergianis, Anno 1518. editam, reperias. In ejus clausula, fol. 47. a terg. ista leguntur: נשלם פי׳ איוב לרב הגדול ר׳ משה בר נחמן ז׳צ׳ל׳ *Explicit expositio in librum Job Rabbini magni Mosis fil. Nachman: memoria justi in benedictionem*. Init. fol. 3. a terg. איש היה בארץ עוץ מצאנו מלכי העוץ

Præit Præfatio, principio tamen mutila; cujus Init. fol. 1. ויש דבר מכאיב

2. פי׳ ר׳ אברהם בן עזרא בן מאיר על ס׳ איוב R. ABRAHAMI ABEN-EZRÆ, FIL. MEIR, Hispani, PERUSC, *Commentarius in librum* JOB, sæpius editus, quem *Romæ* composuit in gratiam בנימן בן יואב מרומה *Beniamini fil. Joab Romani*, discipuli sui, ut in epigrammate eidem præfixo profitetur; cujus Initium fol. 47. a terg. תנו כבוד לאל נורא ורואה כל ולא ירא

Job autem incipit fol. 48. בעבור היות כל נברא בראש מיש ומאין

3. פי׳ על ספר איוב PERUSC, *Commentarius in librum* JOBI, Grammaticus, Lite-

Literalis, & Cabbalisticus, secundum doctrinam *R. Abrahami Aben-Ezræ*; Authore quodam ejus discipulo, ut in fronte adnotatur; hactenus ineditus; de quo tamen quatuor tantum folia integra sunt, cetera corrosa adeo, atque lacera, ut vix legi possint. Init. fol. 61. a t. זה ספר איובנכלל בין שאר

Is Codex decimotertio Christi seculo videtur exaratus.

L X X X V.

Codex in fol. chartaceus, foliorum 74. Rabbinicis literis exaratus; quo continetur,

ר' עמנואל בן שלמה פי' על שיר השירים R. EMMANUELIS FILII SALOMONIS, quem Wolfius Tom. I. num. 1796. non esse distinguendum putat, ab Emmanuele filio Salomonis, Siphronæo, Poeta inter Judæos celebratissimo, qui floruit Anno Mundi 5001. Christi 1221. PERUSC AL SCIR HASCIRIM, *Commentarius in Canticum Canticorum*, Literalis, & Philosophicus, ineditus, quem ad usum Vaticanæ Bibliothecæ descripsit Joannes Paulus Eustachius, Ebraicæ Linguæ in eadem Bibliotheca Scriptor; ut idem, fol. 74. ad calcem, profitetur his verbis: נשלם על ידי יואן פאולו איאוסטאקיו היום יום א' אחרון לח' נובימברי שנת אלף וחמש מאות ותשעים ושנים : תהלה לאלהינו ישוע המשיח ולמרים אמו הקדושה אמן *Absolutus est hic liber manu Joannis Pauli Eustachii hodie feria* 1. *die ultimo Mensis Novembris, Anno* 1592. *Laus Deo nostro Jesu Christo, & Mariæ ejus Sanctæ Genitricis, Amen*. Transcriptus autem fuit ex Autographo, quod in Bibliotheca Ducis ab Altemps Romæ adservabatur; ut Bartoloccius testatur. Initium fol. 1. שיר השירים אשר לשלמה אמר עמנואל ב'כ'מ'ר' שלמה ז'ל'

L X X X V I.

Codex in quarto bombycinus, foliis constans 90. Rabbinicis literis, & quidem elegantissimis exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. פי' על שיר השירים לר' אברהם אבן עזרא PERUSC AL SCIR HASCIRIM, *Commentarius in Canticum Canticorum*, Cabbalisticus, R. ABRAHAMO ABEN-EZRÆ falso adscriptus; discrepat enim haud parum ab eo, quem revera Aben-Ezra elaboravit, quique Ebraice, & Latine per Genebrandum prodiit Parisiis Anno 1570. & 1585. ut utrumque conferenti perspicuum est. Ibi autem inter cetera insulsa, fol. 16. explicat illud Cap. IV. 11. נפת תטפנה שפתותיך כלה דבש וחלב תחת לשונך *Favum stillant labia tua, o sponsa; mel & lac sub lingua tua &c.* quod ad Legem Mosaicam refert, in qua dicit reperiri lac & mel, & lac quidem accipit pro 248. præceptis adfirmantibus, mel vero pro 365. negantibus; totidem namque præcepta Legem complecti Judæi adfirmant. Initium fol. 1. אמר המחבר ברוך יהוה אלהים אלהי ישראל

2. ר' בחיי בן אשר בן חלאיו ס' שולחן ארבע R. BECHAI FIL. ASCER FIL. CHALAJO, Cæsaraugustani, Anno Christi 1291. clari, SEPHER SCIULCHAN ARBAA. *Liber Mensæ quadratæ*, hocce titulo insignitus, quod quatuor Sectionibus,

nibus de moribus & ceremoniis, in conviviis, sive ad mensam observandis, præcipit; præmissa Præfatione, cujus initium fol. 53. a terg. בן אדם מורכב מן ארבע וכו׳ נוטה כרוק שמים.

Sectio I. agit de benedictionibus in mensa receptis, & cibi sumendi tempore, deque octo speciebus Aromatum, ex quibus suffitus Mosaicus parabatur, adlatis Gemaræ locis. Initium fol. 55. a terg. השער הא׳ בביאור הברכות

Sectio II. ostendit, quid inter prandendum vel cœnandum observari debeat, & quæ sit ratio jejuniorum cum in Expiationis festo, tum alias. Initium fol. 74. השער הב׳ בביאור איכות האכילה מה היא

Sectio III. Præcepta dat de moribus ad mensam probandis, docetque, quare Majores convivia instituerint, & Adamo creophagia prohibita, Noacho vero concessa sit. Initium fol. 78. a terg. הג׳ שער בביאור מוסר ודרך ארץ

Sectio IV. disputat fuse de convivio corporali, & spirituali Justis in futuro seculo exspectando; itemque de resurrectione mortuorum. Initium fol. 80. a terg. השער הד׳ בביאור הסעודה

Author hujus Operis, quod sæpius lucem publicam aspexit, confunditur a Bartoloccio cum *R. Bechai*, cognomento הדיין *Haddajan* Judice, fil. R. Pekuda, Hispano, qui Anno Christi 1140. vixit. Forte errandi ansam nactus est ex cognomento *Haddajan*, Judicis, quod utrique Rabbino Judæi adtribuunt. Vide ejusdem Bibl. Rabb. Par. I. pag. 507. ubi hujusce Operis occasione Epulas illas, quas Judæi sibi fingunt, ex ipsorum scriptis cum cura repræsentat.

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

LXXXVII.

Codex in quarto chartaceus, constans foliis 77. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; ubi continetur,

ר׳ל׳ב׳ג׳ ביאור על שיר השירים ורות וקהלת ואסתר RALBAG, i. e. R. Levi fil. Gersonis, BIUR, *Illustratio*, sive Commentarius

In Canticum Canticorum. Initium fol. 1. אמר לוי בן גרשום ראינו לבאר

In Librum Ruth. Initium fol. 33. a terg. אמר לוי בן גרשום זה הספור

In Ecclesiasten. Initium fol. 36. a terg. אמר לוי בן גרשום ראיתי לבאר

In Librum Esther. Initium fol. 61. אמר לוי בן גרשום ראוי שתדע שכבר

Porro Commentarius in Cantica Canticorum, qui a Flavio Mithridate Latine conversus, inter Codd. Mss. Latinos Vaticanos adservatur, ab Authore completus fuit, exeunte Mense *Thammuz*, Junio, *anno Creationis Mundi* 5085. Christi 1325. ut ex epigraphe, fol. 33. ad calcem adjecta, liquet; Commentarius vero in Ecclesiasten absolutus est *die* 9. *Mensis Thammuz*, Junii, *anno Creationis Mundi* 5089. Christi 1328. ceu ipse Ralbag, fol. 60. in fine profitetur.

Is Codex, quem non immerito ad seculum XVI. referas, exaratus est a משה בן יעקב ממושקא *Mose fil. Jacobi de Moska*; ut fol. 77. ad calcem adnotatur.

Co-

LXXXVIII.

Codex perantiquus in fol. partim chartaceus , partim membraneus , constans foliis 121. Rabbinicis literis exaratus , olim Palatinus ; quo continetur ,

פי׳ על קהלת מר׳ שמואל בר יהודה אבן תבון Perusc al Koheleth , *Commentarius in Ecclesiasten* , Philosophicus , ineditus ; a commate tamen 11. Capitis ultimi mutilus ; Authore R. Samuele fil. Judæ Aben Tibbon , Granatensi Hispano , Maimonidæ æquali , ut ex Præfatione , fol. 4. col. 2. liquet ; ubi ipse Samuel testatur , se fuisse discipulum R. Mosis Ægyptii , seque ab eo rogatum , ut in Ecclesiasten Commentarium ederet ; ex modestia quidem nonnisi post ejusdem obitum hocce opus elaborasse . Porro Moses Maimonides , cognomento Ægyptius , obiit Anno Mundi 4965. Christi 1205. Initium fol. 1. פרי צדיק עץ חיים ענין זה הפסוק ופירושו כך הוא

Is Codex ad Authoris ætatem videtur revocandus ; exscribatur tamen necesse est , quum pleraque ejus folia tineis , & vetustate adeo exesa , & corrosa sint , ut multis in locis vix legi possint .

LXXXIX.

Codex antiquus in quarto , partim membraneus , partim bombycinus , foliis constans 153. literis Rabbinicis exaratus , olim Palatinus ; quo continentur ,

1. פי׳ על משלי מר׳ יוסף קמחי ומר׳ יונה בן שמואל Peruſc al Miscle , *Expositio in Proverbia Salomonis* , Literalis , Mystica , & Philosophica , nondum typis edita ; Authoribus R. Josepho Kimchi , fil. Isaaci , patre RR. Davidis , & Mosis , Hispano , & R. Jona , filio R. Samuelis , Gerundensi . Porro R. Joseph , Anno Mundi 4920. Christi 1160. clarus , ab initio usque ad com. 14. Capitis XXI. מתן בסתר יכפה אף *Munus absconditum extinguit iras* &c. fol. 62. a terg. commentatus est ; inde vero usque ad finem continuavit R. Jonas , qui obiit Anno Mundi 5064. Christi 1304. Initium fol. 1. אמר יוסף קמחי הספרדי כאשר עמדתי על פרושי .

2. Fragmentum Tractatus Anonymi de *Aspectu Stellarum* Init. fol. 84. ק׳כ׳ו׳ לבנה אם מצא בכרטן שה׳ שהיא .

3. בקשה Bakascia , *Precatio ad Deum pro exulibus* , nempe Judæis , adversus Mahometanos , & Christianos , metrica , versibus constans quatuor & quadraginta . Initium. fol. 85. אשפיל לך לבי ועיני חפץ בלב שפל

4. פי׳ על דברי הימים מר׳ דוד בר יוסף קמחי R. Davidis fil. R. Josephi Kimchi Hispani , Anno Mundi 4992. Christi 1232. defuncti , Perusc Divre Hajamim , *Commentarius in Paralipomena* , cum eo , qui in Bibliis Rabbinicis edit. ann. 1549. & seqq. prodiit , adamussim concordans ; diversa a superiori manu exaratus , vetustate tamen , & tineis adeo exesus , ut variis in locis vix legi possit . Initium fol. 86. אמר דוד בן יוסף בן קמחי הספרדי זה

Is

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus, pertinuitque olim ad quemdam אליה *Eliam*, qui illum a vidua יהודה החבר *Judæ Hachaber* sibi comparavit; ut testatur שמואל כהן *Samuel Sacerdos* ad calcem.

X C.

Codex in quarto chartaceus, constans foliis 100. literis Rabbinicis exaratus; quo continentur,

1. ביאור על קדיש וקדושה ועל מזמור כ״ט׳ · ועל הללויות מר׳ יהודה ברמשה בר דניאל הפילוסוף מרומא R. JUDÆ F. MOSIS, F. DANIELIS, PHILOSOPHI, ROMANI, BIUR, *Expositio in Preces Judaicas*, quæ a prima voce KADDISC *Sanctus*, & KEDDUSCIA *Sanctitas*, inscribuntur; de quibus vide Bartoloccium Par. III. fol. 68. ubi tamen ex uno eodemque R. Juda filio Mosis, hujusce opusculi, nondum typis commissi, Authore, perperam duos fecit. Nec non in *Psalmum* XXIX. *Afferte Domino filios Arietum*; & in quinque posteriores Psalmos, qui a voce *Alleluja*, a qua initium ducunt, *Allelujoth* Judæis nuncupantur. Totum Opus in 76. Portas, seu Capita dividitur. Initium fol. 1. אמר יהודה המפרש עת אל הבית נק׳ עליו ·

2. פי׳ רשי על חמש מגילות RASCI, idest, R. Salomonis, filii Isaacii Jarchi, PERUSC AL CHAMESC MEGHILLOT, *Commentarius in quinque Volumina*, ex quibus tamen volumen Esther desideratur. Hunc Bartoloccius tam in Indice Ms. quam in Bibliotheca sua Rabbinica Par. III. num. 649. præfato *R. Judæ fil. Danielis Romano*, incautus adscribit, non alia, ut puto, ratione ductus, quam quia memoratas R. Judæ expositiones Commentarius ille sine præfixo Authoris Rasci nomine consequebatur; quem tamen si revera legisset, & ad alia manuscripta, & vulgata ejusdem Rasci Commentariorum exemplaria doctus vir contulisset, ipsum cum iisdem adamussim concordare plane intellexisset, nec sibi, nec Wolfio, eundem Commentarium R. Judæ fil. Danielis Romano, ex unius Bartoloccii fide tribuenti, ansam errandi præbuisset.

In Ecclesiasten incipit fol. 32. a terg. דברי קהלת וגו׳ כל מקום שנאמר

In Canticum Canticorum, præmissa Præfatione, ut in cæteris exemplaribus, incipit fol. 55. a terg. שיר השירים שנו רבותינו · אחת דיבר אלהים וכו׳

In Ruth incipit fol. 74. a terg. ויהי בימי שפט השפטים לפני מלוך שאול

In Threnos Jeremiæ incipit fol. 77. a terg. איכה ישבה ירמיה כתב ספר

3. ביאור לר׳ יואב הקטן על מזמור R. JOAB HAKKATON, sive minoris, BIUR, *Expositio*, Cabbalistica, inedita, in *Psalmum* LXXII. לשלמה אלהים משפטיך *Salomoni Deus judicium tuum &c.* Initium fol. 95. להיות זה המזמור רומז על

Item in verba Ezechielis Cap. I. 19. ובלכת החיות ילכו האופנים *Cumque ambularent animalia, ambulabant pariter Rotæ juxta ea &c.* Init. fol. 97. יראה היות מה שהתבאר בספר חכמה ·

Item in comma 13. Capitis XXIX. Isaiæ: ויאמר אדני יען כי נגש העם הזה בפיו *Et dixit Dominus, eo quod appropinquat Populus iste ore suo*, &c. Initium fol. 97. a terg. השכל המעשי רוב המושכלות

Frag-

4. Fragmentum Tractatus Philosophici על השמים ועולם *De Cælo*, & *Mundo*, ignoti Authoris. Initium fol. 98. הנשם הוא שלם בעצמותו

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur exaratus, pertinuitque olim ad שבתי בן יחיאל מנוח *Sabbathæum fil. Jechielis Manoach*; ut in fronte adnotatur.

X C I.

Codex in quarto, chartaceus, constans foliis 180. literis Rabbinicis exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. פי׳ ספר משלי מר׳ לוי בן גרשום R. LEVI FIL. GHERSCIOM, seu *Gersonis*, PERUSC SEPHER MISCLE, *Commentarius in Librum Proverbiorum* Salomonis; in cujus clausula, fol. 76. hæc librarii adnotatio occurrit: נשלם יום ה׳ כ׳ה׳ לירח ניסן שנת ה׳ ר׳מ׳ט׳ ליצירה אני שבתי בכ׳מ׳ר׳ זרח המכונה צבתניאל והשלמתיו להח׳ השלם הר׳ שלום המכונה ירושלמי הרחמן יזכהו וכו׳ *Absolutus est feria quinta, die* 25. *Mensis Nisan*, Martii, *Anno Creationis Mundi* 5249. Christi 1489. *Ego Sabbathai fil. honorandi R. Zarach, cognomento Tsabthanael, scripsi, in usum sapientis perfecti R. Scialom, cognomine Hierosolymitani, quem Deus misericors dignum reddat, ut legat in eo, &c.* Initium fol. 1. אמר לוי בן גרשום

2. Ejusdem ביאור דניאל BIJUR, *Commentarius in* DANIELEM, a laudato Sabbathai completus, *nocte Feriæ sextæ, Anno Creationis Mundi* 5249. Christi 1489. *Mense Adar*, Februario, ad usum præfati R. Salomonis, ut idem in calce, fol. 114. testatur. Initium fol. 81. אמר לוי בן גרשום אחר התהלה לאל

Ejusdem ביאור ס׳ עזרא BIJUR SEPHER EZRA, *Commentarius in librum I. Esdræ*. Initium fol. 117. ובשנת אחת וגו׳ ומפי ירמיהו עד ובמלכות

3. Ejusdem ביאור על נחמיה BIJUR AL NECHEMIA, *Commentarius in Nehemiam*, sive in Librum II. Esdræ, *nocte Feriæ sextæ, die* 12. *Mensis Adar*, *Anno Mundi* 5249. Christi 1489. ab eodem Sabbathai descriptus; ut ex Epigraphe, folio 141. ad calcem adjecta, liquet. Initium fol. 125. דברי נחמיה בן חכליה עד ויהי כאשר נבנתה החומה ׳

4. Ejusdem ביאור דברי הימים BIJUR DIURE HAJAMIM, *Commentarius in Paralipomena*. Initium fol. 141. a terg. אדם שרת אנוש ׃ עד ויקבצו כל ישראל

In ejus clausula fol. 180. hæc laudati Calligraphi verba leguntur: ובכאן נשלם זה הביאור והיתה השלמתו גם כן לחדש אדר שנת ה׳ר׳מ׳ט׳ ליצירה וכו׳ *Atque heic explicit Commentarius iste. Et quidem absolutus est etiam Mense Adar*, Februario, *Anno Creationis Mundi* 5249. Christi 1489. &c.

X C I I.

Codex in quarto, chartaceus, foliis constans 28. Rabbinicis literis elegantissime exaratus; quo continetur,

Anonymi מדרש על משלי MEDRASC AL MISCLE, *Expositio in Proverbia* Salomonis, allegorica; hactenus, quod sciam, inedita. Initium fol. 1. משלי שלמה בן דוד מלך ישראל ׃ משלי דרש רבי תנחום ·

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

XCIII.

CODEX in quarto, chartaceus, foliorum 47. Rabbinicis literis exaratus; quo continetur,

ר׳ יהודה בר יוסף ברסאני פירוש על איוב R. JUDÆ FIL. JOSEPHI BARSANI, quem Wolfius Tom. III. & IV. num. 713. ex indicio Gagnerii in Mss. Pocokianorum recensione, non esse distinguendum putat a R. Juda fil. Josephi Alkorasani, authore Libri ארון הערות *Arca Fœderis*, nec a R. Juda Barzillai discipulo R. Isaaci Alphesi, Barcinonensi, Anno Christi 1070. claro, cui idem quoque liber tribuitur. PERUSC, *Expositio in librum* JOB, secundum quinque vias Divinæ Providentiæ, a doctoribus Judæis constitutas; de quibus videndus Maimonides in Directore Perplexorum Par. III. Opus nondum typis consignatum. Ejus Init. fol. 1. דע כי כאשר השינ רבן של כל

Is Codex scriptus est Anno Christi 1596. ut hæc ostendunt librarii verba, quæ fol. 47. ad calcem leguntur: אני יואן פאולו איאוסטאקיאו כתבתי זה הפירוש על ספר איוב מר׳ יהודה בר ר׳ יוסף ברסאני זכרונו לברכה והשלמתי אותו היום יום ג׳ ט״ו לחרש אוטוברו שנת אלף וחמש מאות ותשעים וששה לביאת ארונינו ישוע המשיח יתנשא שמו לעד אמן : וכתבתי אותו באפיפיורות ארונינו קלימנטי שמיני להיות בבית הספרים אשר לו בהר ואטיקאנו ברוך השם לעולם אמן ואמן *Ego Joannes Paulus Eustachius exaravi hanc expositionem in Librum Job R. Judæ filii Josephi Barsani, cujus memoria in benedictionem*; Quæ formula, quoniam nonnisi Fidelibus defunctis subjungenda est, calligraphum nostrum ex Judæo Neophytum, facile de fide suspectum efficeret, nisi forte citra scelus ille peccaret; *Et absolvi eam hodie feria tertia, die* 15. *Mensis Octobris, Anno* 1596. *ab Adventu Domini Nostri Jesu Christi: elevatum sit nomen ejus in æternum, Amen. Descripsi autem illam, regnante Summo Pontifice Domino Nostro Papa Clemente VIII. ut sit inter reliquos libros Bibliothecæ Vaticanæ. Benedictus Dominus in æternum, Amen, Amen.* Is autem Joannes Paulus Eustachius, in Judaismo R. Menachem de Nola nuncupatus, Ebraicæ Linguæ in Bibliotheca Vaticana Scriptoris munere tum temporis fungebatur.

XCIV.

CODEX antiquus in fol. membraneus, foliorum 301. Rabbinicis literis elegantissime exaratus; ubi continentur,

ר׳ שלמה בן יצחק ירחי פי׳ על המקרא R. SALOMONIS FILII ISAACII, cognomento JARCHI, PERUSC AL HAMIKRA, *Commentarius in Sacram Scripturam*, literalis, tribus columnis dispositus, notisque marginalibus ab Anonymo passim illustratus, qui tum separatim, tum conjunctim sæpius lucem publicam aspexit, si quidem nonnulla excipias, quæ a vulgatis discrepant.

Genesis incipit fol. 1. a terg. בראשית ברא : אמ׳ ר׳ יצחק לא היה צריך
Exodus, fol. 25. a terg. ואלה שמות ונו׳ א׳ע׳פ׳י׳ שמנאן בחייהם מנאן אחר

Le-

Leviticus, fol. 52. ויקרא אל משה ונ׳לכל דברות ולכל צוויים ולכל אמירות
Numeri, fol. 68. וידבר במדבר סיני ונו׳ מתוך הבתן לפניו מונה אותן
Deuteronomium, in cujus calce fol. 101. Calligraphi nomen adnotatum reperias hiſce verbis: חזק ונתחזק מנחם הסופר לא יזק לא היום ולא לעולם עד שיעלה חמור בסולם *Confortare & eſto robuſtus, Menachem Scriba nullo adficiatur damno, neque hodie, neque in æternum, donec Aſinus aſcendat per ſcalam.* incipit fol. 84. a terg. אלה הדברים לפי שהן דברי תוכחות ומונה באן כל המקומות
Eccleſiaſtes, fol. 101. דברי קהלת כל מקום שנ׳ דברי אינו אלא דברי
Eſther, fol. 107. אחשורוש מלך פרס היה שמלך תחת בורש בסוף ע׳ שנה
Ruth, fol. 108. a terg. ויהי בימי שפט השפטים לפני מלוך שאול שהיו
Threni, fol. 109. איכה ישבה ירמיה כתב קינות ספר קינות
Canticum Canticorum, fol. 111. אחת דבר אלהים שתים זו שמענו מקרא
Joſue, fol. 116. ויהי אחרי מות משה טחובר אל סדר החורה המסיימת
Judices, fol. 120. מי יעלה לנו אל הכנעני על מקומות שהפלנו בגורל
Libri 2. Samuelis, ſive Regum I. & II. fol. 134. a t. ויהי איש אחד מן
Libri 2. Regum, ſive III. & IV. fol. 134. a terg. ולא יחם לו אמרו רבו׳
Jeremias, fol. 147. a terg. אשר היה דבר ה׳ אליו אשר התחילה שכינה
Ezechiel, in cujus fine habetur Ichnographica deſcriptio Templi Hieroſolymitani & Terræ Iſraelis, cum ejuſdem diviſionibus in duodecim Tribus, incipit fol. 156. ויהי בשלשים שנה סתם הנביא דבריו לא פירש שמו
Iſaias, fol. 175. a terg. חזון ישעיהו בן אמוץ אמ׳ ר׳ לוי דבר זה מסורת
Oſeas, fol. 203. a terg. דבר ה׳ אשר היה ונו׳ אשר התחילה שכינה ונו׳
Joel, fol. 208. a terg. אל יואל בן פתואל בן שמואל הנביא שפיתה לה׳
Amos, fol. 209. אשר היה בנוקדים דהוה מרי ניתין כמו ומישע
Abdias, fol. 213. חזון עובדיה מאי שניבא עבדיה לאדום ולא נבא
Jonas, fol. 213. a terg. וקרא עליה את קריאתי לברוח תרשישה יום
Micheas, fol. 214. מיכה המורשתי מעיר מרשה ויהי בכם לעד שנבאתי
Nahum, fol. 215. a terg. משא נינוה מטול כם דלווט לאשקאה את נינוה
Habacuc, fol. 217. המשא אשר חזה מטל נבואתיו וזה שנשא
Sophonias, fol. 218. a terg. אסף אסף לשון כיליון כמו ואספת את נפשך
Aggæus, fol. 219. בשנת שתים לדריוש הוא דריוש מלך פרס
Zacharias, fol. 219. a terg. נבואת זכריה סתומה היא מאד כי יש
Malachias, fol. 223. a terg. משא דבר ה׳ פורט דבר נמסר למלאכי
Pſalmi Davidis, fol. 225. אשרי האיש בעשרת מיני זמר נאמר ספר זה
Proverbia, fol. 245. משלי שלמה בן דוד כל דברות דומיות ומשלות
Job, fol. 255. איש היה בארץ עוץ זה פתרונו שר גדול כמו
Daniel, fol. 266. a terg. בשנת שלש למלכות יהויקים ונו׳ וכי איפ׳ לומר בן
Eſdras, fol. 273. a terg. ובשנת אחת לכורש מלך פרס ספר זה סדור
Nehemias, ſive Eſdræ liber II. fol. 277. דברי נחמיה ונו׳מכאן שכתב נחמיה
Libri 2. Paralipomenon, fol. 280. אנוש לשוערים ולשומרים מבחור׳ העמיד

Is Codex, quo cum & characteris elegantia, & foliorum membraneorum magnitudine, pauci comparandi, decimotertio Chriſti ſeculo videtur exaratus.

X C V.

CODEX antiquus, in quarto, partim membraneus, partim chartaceus, foliorum 104. literis Rabbinicis exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

ר' לוי בן גרשום פי' על איוב R. LEVI FILII GHERSCIOM, sive GERSONIS, PERUSC, *Commentarius in Librum* JOB, qui seorsim Ebraice Pisauri Anno Mundi 5237. Christi 1477. in 4. prodiit; Latine vero cum textu Ebraico, in quinque priora Capita tantum Parisiis 1623. in quarto, interprete Lud. Henrico Aquinate. Initium fol. 1. אמר לוי בן גרשום ראינו לבאר הספר הזה

Is Codex scriptus est Anno Christi 1438. ut hæc ostendunt librarii verba, quæ fol. 104. ad calcem leguntur: אני אליה בכ'ר משה ז'ל' כתבתי זה הפי' מיאוב מר' לוי בן גרשום ז'ל' לכ'מ'ר' מנחם בכ'ר' שלמה ז'ל' וקבלתי שכורתי משלם: והשלמתי אותו ב'י'ג' בשבט לשנת ה' אלפים ומאה ותשעים ושמונה ליצירה השם שיזכהו ליתן שכרו יזכהו וכו'. *Ego Elias, filius honorandi R. Mosis, exaravi hunc Commentarium in Librum Job, R. Levi fil. Gersonis, cujus memoria in benedictionem, ad usum honorandi R. Menachem fil. R. Salomonis, a quo accepi integram operis mei mercedem. Absolvi autem illum die 13. Mensis Scevat*, Januarii, *Anno ab Orbe condito 5198. Deus, qui dignum illum reddidit*, &c. Centum scilicet, & duodecim annis postquam Author eumdem Commentarium ediderat. Vide Catalogum Codd. Mss. Biblioth. Regii Taurinensis Athenæi Par. I. Cod. Ebr. CXXIII. in cujus calce fol. 109. hæc R. Levi nostri epigraphe legitur: והיתה השלמת זה הביאור בשלשה עשרים לירח טבת של שנת חמשת אלפים ושמנים ושש לפרט *Completa est hæc expositio* in Librum Jobi, *feria secunda, die 23. Mensis Teveth*, Decembris, *Anno Creationis Mundi* 5086. idest æræ vulgaris 1326.

X C V I.

CODEX in quarto, chartaceus, constans foliis 18. Rabbinico charactere exaratus; ubi continetur,

מדרש על מגלת אסתר MIDRASC AL MEGHILLATH, *Commentarius in Volumen* ESTHER, allegoricus, a commate 10. Cap. III. ויסר המלך את טבעתו מעל ידו *Tulit ergo Rex annulum, quo utebatur de manu sua* &c. usque ad finem mutilus; Authore ר' תנחומה בר אבא R. TANCHUMA BAR-ABBA, R. Hunnæ Sacerdotis discipulo; de cujus scriptis vide Bartoloccium Par. IV. p. 447. & Wolfium Tom. I. num. 2229. ubi tamen nulla de hocce Commentario fit mentio. Init. fol. 1. ויהי בימי אחשורוש ר' תנחומא בשם ברכיה רבא

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

Co-

XCVII.

CODEX antiquus in quarto, membraneus, foliorum 124. Rabbinicis literis elegantissime exaratus; ubi continetur,

מדרש על דברי הימים ודניאל ועזרא מר' שמואל מתנות תמך בר ניסים R. SAMUELIS MATTANOTH TAMACH FIL. NISSIM, Toletani, MIDRASC, *Commentarius in* PARALIPOMENA, DANIELEM, & ESDRAM, allegoricus, nondum editus, & Wolfio ex unius Bartoloccii fide cognitus.

In I. *Paralipomenon* incipit fol. 1. ארם שת אנוש אמרו רבותינו עזרא כתב

In II. *Paralipomenon*, fol. 38. a terg. וישב שלמה על כסא ה' למלך ר'ל'

In Danielem, fol. 67. בשנת שלש למלכות ונו' וכי אפשר לומר בן

In I. *Esdræ*, fol. 103. a terg. רניא ר' יהושע בן קרחה אומר מלאכי זה' עזרא

In II. *Esdræ*, fol. 114. a terg. ויהי בחרש ניסן ונו' אמר ר' חנינא שמות

Author forte idem est cum *R. Samuele filio R. Saadiæ fil. Motot*, cui מגלת סתרים *Meghillat Setharim*, Volumen occultorum, sive expositio in loca quædam obscuriora Commentariorum Aben-Ezræ in Pentateuchum tribuitur.

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

XCVIII.

CODEX in quarto, chartaceus, foliis constans 210. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; ubi continetur,

Anonymi ספר ילקוט SEPHER JALKUT, *Liber Marsupii*, seu Peræ pastoralis, titulo desumto ex 1. Sam. XVII. 40. Sistit Indicem omnium Commatum Biblicorum, qui in *Talmude*, *Siphra*, *Siphre*, & *Thancuma* expositi reperiuntur, Alphabetico ordine dispositus, sed a litera ר Resc usque ad finem mutilus. Alius autem est ab ejusdem tituli libro, Thessalonicæ, Venetiis, Liburni, atque alibi impresso, qui veluti catenam omnium fere antiquorum Rabbinorum in Sacram Scripturam complectitur. Initium fol. 1. נחל אות אלף בעזרת האל אבי השביעני ונו'

Is Codex decimosexto Christi seculo videtur exaratus.

XCIX.

CODEX in quarto, chartaceus, foliorum 91. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. Anonymi פשטים PESCIATIM, *Expositiones literales* in tres Sectiones Legis; videlicet,

In Sectionem חוקת CHUKATH, *Statutum*, quæ Numerorum librum a Cap. XIX. 2. ad Cap. XXII. 2. complectitur. Init. fol. 1. הטעם שהמרו בה חוקת

In Sectionem שלח לך SCELACH LECA, *mitte tibi*, sive Numer. a Cap. XIII. 3. ad Cap. XVI. 1. Init. fol. 2. למה דס' הפסוק צרור אתהמריגים

In

In Sectionem בלק Balak, ſive Numer. a Cap. XXII. 2. ad Cap. XXV. 11. Initium ibidem ד'ר'נ'ל' אין הנבואה שורה אלא על חכם גבור

2. Ejuſdem מסורת פסוקים מארבעה ועשרים Masoreth Pesukim Mearbaa Veescirim, *Conſignationes verſiculorum vigintiquatuor Librorum*, ſive Index omnium commatum Biblicorum, qui in Talmude adducuntur, unacum notis locorum ipſius Talmudis, ubi ii reperiuntur, Initium fol. 3. בראשית ברא

3. Ejuſdem עשרה גליות Asciara Galioth, *decem Captivitates* Judæorum, ab eorum exitu de Ægypto, uſque ad Hadriani Imperatoris tempora; quæ cum Latina verſione exſtant in calce Libri Joſephi de bello Judaico, a Sebaſtiano Munſtero editi, & cura Sebaſt. Lepuſculi recuſi, p. 276. & ſeqq. Initium fol. 85. עשר גליות גלו אבותינו משיצאו ממצרים

4. Ejuſdem נהוג המזל ומעברתו Nehuc Hammazal Umacartho, *Ductus Stellæ*, ſive Tractatus de influxu Aſtrorum, & utrum Stellæ, quæ ſunt in Signifero, cogant homines ad agendum; & an detur Fatum, Initium f. 91. אם נולד אדם במזל טוב יחזק השם.

5. Ejuſdem שאלה למה מנחים התפילין על הראש ותשובתו Quæsitum et Responsum de situ Phylacteriorum; cur ſcilicet non inter oculos, juxta Legem, ſed fronti adhibeantur. Initium fol. 94. למה אנו עושים התפילין

Is Codex ſcriptus eſt Anno Chriſti 1480. ut liquet ex epigraphe ad calcem Maſoreth, fol. 85. adpoſita; ubi hæc: ונשלמו מסורות הפסוקים הנדרשים בתלמוד מעשרים וארבעה בס'ד' יום א' בשבת י'ב' לח' סיון שנת ה'ר'ם' ליצירה בבית הכנסת של גבעת גוליאנה *Abſolutæ ſunt conſignationes commatum Biblicorum, quæ in Talmude allegorice exponuntur, feria prima, die 12. Menſis Sivan*, Maji, *Anno Creationis Mundi* 5240. *in ædibus Synagogæ Collis Juliani*. Pertinuit olim ad ר' יוסף הלוי *R. Joſephum Levitam*; uti ſub initium adnotatur.

C.

CODEX in quarto, chartaceus, foliis conſtans 189. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. *Sacroſancta Quatuor Jeſu Chriſti Evangelia*, quæ ab Ebræis אבן גיליון Aben Ghillajon, ideſt, *Lapis patefactus*, alias עון גיליון Avon ghilion, *Iniquitas patefacta*, & און גיליון Aven ghilion, *Vanitas patefacta*, inſcribuntur inepte tamen atque infideliter ab impio quodam Judæo, vel Atheo Ebraice reddita. Nam præter barbaram dictionem, & infinita propemodum menda, quibus hæc interpretatio ſcatet, omnia fere Sanctorum Patrum nomina, quæ in Genealogia D. N. Jeſu Chriſti recenſentur, ita corrupta ſunt atque luxata, ut, ſi quidem eorum etymon inquirere velis, multa nedum ridicula & futilia, verum & impia omnino reperias. Prioribus tribus Evangeliis præmittuntur admonitiones Interpretis, ut ſequitur.

Admonitio in *Matthæum* incipit fol. 1. בס'ד' אתחיל דא שי' מתיאו כאשר
Evangelium S. Matthæi, fol. 2. זה ספר תולדות משיח בן דויט בן אבראם
Admonitio in *Marcum*, fol. 47. מרקו מגיד נבחר מהאל ובן שי' פירו
Evangelium S. Marci, fol. 47. a terg. זהו האונגליאו מישאוש משיח בן

Ad-

Admonitio in *Lucam*, fol. 74. לוקא לפי התולדת היה מסיריאה
Evangelium S. Lucæ, ibidem בימי אירודים מלך נוריאה כהן
Evangelium S. Johannis, fol. 117. a terg. בתחלה היה בן האלוה ובן האל

2. מעשה אשמדאי MAASSE ASMEDAI, *Historia Asmodæi*, sive fabulosa narratio de Asmodæo dæmonum Principe, a Salomone Rege capto, cujus mentio fit in Talmudico Tractatu de Repudiis, Cap. VII. nondum typis vulgata. Vide Bartoloccium Part. I. num. 310. ubi eam breviter, summatimque describit. Initium fol. 157. a terg. כי לא לקלים המרוץ ולא לגבורים

3. משלי סנדבר MISCLE, *Proverbia* SANDABAR, Principis sapientum Indiæ, *Bibaro Indorum Regi* inscripta; ubi præcipue agitur de calliditate feminarum, & quomodo earum prudentia filius ejusdem Bibari Regis a morte sit liberatus. Opus notissimum ex lingua Indica primum Persice, hinc Syriace, & Arabice, ac tandem Ebraice ab Anonymo conversum, & sæpius typis vulgatum. Vide Wolfium Tom. I. num. 1752. ubi singulas ejus versiones atque editiones commemorat. Initium fol. 158. בימים ההם מלך היה

Is Codex decimoquinto Christi seculo posterior videtur.

C I.

Codex chartaceus in quarto, foliorum 32. Rabbinico charactere exaratus; quo continetur,

בשורה כפי מתי BESCIURA, *Prædicatio*, sive Sanctum Jesu Christi Evangelium *secundum* MATTHÆUM; quod cum edito a Sebastiano Munstero, & a Joh. Baptista Jona adamussim fere concordat. Unde corrigendus Bartoloccius, qui Par. I. num. 31. quæ de pravitate, atque infidelitate præcedentis quatuor Evangeliorum versionis monuimus, ad hocce S. Matthæi Evangelium perperam refert. Initium fol. 1. אלה תולדות ישוע בן דוד בן אברהם

In fine vero, fol. 32. ista habentur: נשלמה הבשורה טובה והורת המשיח שנכתבה על ידי מתי המבשר. *Absolutum est Evangelium, & Lex Christi, quam scripsit Matthæus Evangelista*.

Is Codex ad decimosextum Christi seculum videtur referendus.

C I I.

Codex in quarto, partim chartaceus, partim membraneus, foliis constans 274. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. Anonymi ביאור על פי' רשי BIJUR AL PERUSC RASCI, *Expositio commentariorum R. Salomonis Jarchi, fil. Isaacii, in Pentateuchum*, nondum edita; principio tamen mutila.

In Genesim incipit fol. 1. שקדמו לארץ רל' כיון שרדך הע'כ'נ'ם
In Exodum, fol. 69. a terg. והלה שמות ונו' פ'ר'ש'' א'ע'פ' שמנאם
In Leviticum, fol. 124. ויקרא פ'ר'ש'' לכל דברו' ולכל אמירו'
In Numeros, fol. 165. במדבר כל יוצא צבא פ'ר'ש'' מגיד
In Deuteronomium, fol. 195. a terg. הדברים במדבר פ'ר'ש'' לא במדבר היו

Ejus-

2. Ejusdem קיצור פי׳ ר׳ אברהם אבן עזרא על התורה KITSUR PERUSC, *Compendium commentariorum* R. ABRAHAMI ABEN-EZRÆ, *in Pentateuchum*, a Genesi ad Caput XV. Num. Init. fol. 223. a terg. בראשית ברא אלהים המינים

3. Fragmentum membraneum ביאור על פי׳ ר׳ אבן עזרא על התורה BIJUR AL PERUSC, *Expositionis commmentariorum* R. ABRAHAMI ABEN-EZRÆ IN LEGEM, seu Pentateuchum, ignoti Authoris; diversa a superiori manu, & quidem elegantiori, descriptum. Initium fol. 269. תכלית בכח ובן גם כן הקדמונים
Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur descriptus.

CIII.

CODEX antiquus in quarto, partim chartaceus, partim membraneus, foliis constans 109. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. Anonymi פי׳ על כל מקום שאמ׳ ר׳ אברהם בן עזרא בתורה וזה הוא סוד PERUSC, *Expositio in loca difficiliora Commentariorum* R. ABRAHAMI ABEN-EZRÆ *in Pentateuchum*: ubi nimirum ait: VEZE HU SOD, *Et hoc est arcanum*; sive, *hoc nos latet, utque explicari possit, divina indiget revelatione*. Opus perrarum, nondum, quod sciam, typis commissum. Initium fol. 1. a terg. בשם אל עולם אתחיל לפרש פי׳ הסודות אשר לחח

2. Ejusdem מחזור הפסח MACHAZOR HAPPESACH, *Cyclus Paschalis*. Liber Astronomicus, qui & de aspectibus & cursu planetarum exponit. Alius est ab eo, qui R. Simchæ ex urbe Vitri tribuitur. Init. f. 43. פי׳ החכם ר׳ אברהם בכלל

3. Ejusdem שמות שבעים זקנים שהיו עם משה SCEMOTH SCEVIIM ZEKANIM, *Nomina Septuaginta Seniorum*, qui unacum Mose Propheta Israelitas judicabant, cum eorum Tribubus; de quibus Num. XI. 16. Tractatulus Cabbalisticus, nondum typis vulgatus. Initium fol. 59. ויאמר ה׳ אל משה אספה לי שבעים איש

4. סדר הקבלה SEDER HAKABBALA, *Ordo Cabbalæ*, i. e. receptionis doctrinæ, nempe oralis traditionis beneficio acceptæ, cujus origo a Judæis in universum Divina creditur, & nunc ad ipsum Adamum, nunc ad Abrahamum, nunc ad Mosen, nunc ad Esdram, Divinæ scilicet voluntatis interpretes, refertur. Vide Wolfium Tom. II. pag. 1191. & seqq. ubi de ejus origine, natura, indole & usu eruditissime differit. Initium fol. 60. אלו הן הנביאים אברהם יצחק יעקב משה אהרן.

5. עשרה נקודות שבתורה ASSARA NEKUDOTH SCEBATTHORA, *Decem dictiones Legis*, seu *Pentateuchi*, quæ extra ordinem, & præter regulas Grammaticales vocalibus punctis, sive accentibus sunt superne insignitæ. Initium fol. 61. ראשונה ישפט השם ביני ובינך נקוד על

6. Ejusdem פי׳ סוד שם ירושלם PERUSC SOD SCEM JERUSCIALAIM, *Declaratio mysterii in voce Jerusalem contenti*; ubi causæ hujusmodi scriptionis Cabbalistice indicantur, & quid accentus significent, ostenditur; ac præterea redditur ratio, quare in Sacris Bibliis ea vox absque, Jod perpetuo scribatur. Initium fol. 62. סוד ירושלם למה חסר יוד דע כי מספר ירושלם

7. ס׳ שערי צדק על דרך הקבלה SCIAARE TSEDEK AL DEREC HAKABBALA, *Portæ*

Portæ Justitiæ , ex Ps. CXVIII. 18. sive introductio in scientiam CABBALISTICAM; ubi & de Divinis nominibus , & de decem *Sephiroth* , seu numerationibus agitur , Authore ר׳ יוסף קרניטול R. JOSEPHO KARNITOL , qui floruit Anno Mundi 5260. Christi 1500. De eo inferius . Vide etiam Bartoloccium Par. III. num. 800. & Wolfium num. 968. ubi hujusce Opusculi editiones recensentur . Init. fol. 66. a terg. בשם המשכיל לכל המשכילים מאציל

Is Codex , si quidem Tractatus , a num. 3. ad finem usque in eodem contentos , excipias , qui recentiori manu additi sunt , scriptus est Anno Christi 1436. ut hæc ostendunt librarii verba , quæ in calce Tractatuli de Cyclo Paschali , fol. 59. leguntur : תם שבח לאל בורא עולם אשר הוא רואה לכל נעלם משפיל האנשים ומעלם הוא יוליכני למקום חפצי לשלם נכתב שנת ה׳ק׳צ׳ו׳ ליצירה במדינת ניאמן דעל כף ימה וכו׳ יהושע ב׳ר׳ יהודה הרופא וכו׳. *Explicit : Laus Deo Creatori Mundi ; qui omne occultum videt , & qui humiliat homines atque exaltat . Ipse me admittat in locum desiderii mei ,* Jerusalem scilicet , *in pace . Scriptus est autem Anno Creationis mundi 5196. in civitate Jemen* Arabiæ , *ad littus maris sita , a Josue filio R. Judæ , Medico* &c.

C I V.

CODEX in quarto , bombycinus , foliis constans 136. Rabbinico charactere exaratus ; quo continentur ,

1. Anonymi ביאור לפירוש אבן עזרא על התורה BIJUR LEPERUSC ABEN-EZRA AL HATTHORA , *Expositio commentarii R. Abrahami Aben-Ezræ in Pentateuchum* ; nondum edita , quam Bartoloccius , & ex eo Wolfius *R. Siman Tou filio Eliæ Gazaræ* perperam tribuunt , quum is calligraphus hujusce operis potius dicendus est ; ut hæc ostendunt ejusdem verba , quæ fol. 47. leguntur : נשלם זה הביאור בעזרת ה׳ ית׳ וית׳ לעד אמן והשלימו סימן טוב הצעיר בכר אליה נזארה זל׳ והשלמה היתה לאור הנר ליל ד׳ כ׳ז׳ בכסליו שנת ה׳נ׳ה׳ ע׳ל׳ ה׳ הרים רגלי מבשר ונו׳ והיה שנת נ׳ק׳י׳ כפים וכר לבב לפרט האלף הששי והיה שנ כי כמי ה׳ע׳ץ׳ ימי עמי ונו׳ לכלל והיה שנת ה׳קטן ׳יהיה ׳לאלף ׳והצעיר ׳לגוי עצום׳ אני׳ ה׳ ב׳עתה אחישנה א׳י׳ר׳ *Explicit hæc expositio , ope Nominis Dei benedicti in æternum ; eamque absolvit minimus R. Siman Tou fil. Eliæ Gazara ; completa autem fuit ad lumen candelæ , nocte feriæ quartæ , die 27. Mensis Chisleu ,* Novembris , *Anno , Ecce super montes pedes Evangelizantis* , Is. LII. 7. *Anno , Mundus manibus & Mundus corde* , Psal. XXIII. 4. *sexti millenarii , Anno , quia secundum dies ligni , dies populi mei* , Is. LXV. 22. *Anno , Parva familia erit in mille , & parva familia erit in gentem fortem . Ego Dominus in tempore suo accelerare faciam illud* , Is. LX. 22. Porro literæ Ebraicæ lineolis notatæ , secundum Judæorum supputandi rationem , Annum ab Orbe condito 5166. Christi 1406. conficiunt .

In Genesim incipit fol. 1. בראשית והנה שכתוב ויברא אלהים את התנינים
In Exodum , fol. 11. a terg. ועוד הכתוב שהיא אשתו בכה
In Leviticum , fol. 26. a terg. מצאנו ברית יהיד בעבור שני
In Numeros , fol. 35. a terg. ראשי אלפי ישר כל אחד ראש על כל

In Deuteronomium, fol. 43. הם המצות הכתובות במשנה

2. ביאור על פי' בן עזרא לר' ידעיה הבידרשי R. JEDAJÆ, F. ABRAHAMI, BEDERSENSIS, ſeu Bitterenſis, qui הפניני *Happenini* cognominatur; uti & *Anbonet Abraham*, & per excellentiam המליץ *Hamelits*, Rhetor, Barcinone circa Annum Chriſti 1298. clari, BIJUR AL PERUSC ABEN-EZRA, *Illuſtratio commentarii R. Abrahami filii Ezræ in Pentateuchum*, nondum quod ſciam excuſa; ubi difficiliora illius loca explicantur.

Præfatio incipit fol. 48. אות נפש שוטף רוח ורודף קדים
Geneſis, fol. 49. a terg. חכמינו אמ' שהבית נוסף כבית
Exodus, fol. 100. כי האיש ואשתו הוא האדם רל' שזכר
Leviticus, fol. 114. מצאנו ברית יחיד בעבור שני דברים
Numeri, fol. 120. שאו את ראש כמו כי תשא ושם מפורש
Deuteronomium, fol. 128. a terg. בעבר הירדן במדבר בערבה ואם תבין
Is Codex ad decimumquintum Chriſti ſeculum videtur referendus.

C V.

COdex in quarto, chartaceus, foliis conſtans 310. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. Fragmentum ביאור BIJUR, *Expoſitionis Cabbaliſticæ in Librum* RUTH, incerti Authoris. Initium fol. 1. אל האיש אשר עיני שכלו בקצה השמים

2. ר' מרדכי בן אליעזר כומטיאנו ביאור על ספר יסוד מורא להר'א'ב'ע' BIJUR AL SEPHER JESOD MORA, *Commentarius in R. Abrahami Aben-Ezræ Librum*, cujus titulus FUNDAMENTUM TIMORIS: ubi de præceptis Judæorum, variiſque ſcientiarum generibus, ſuo ordine tractandis, agitur, ſtudiumque Sacri Codicis ſcriptis Gemaræ præmittendum ſuadetur; duabus columnis diſpoſitus; Authore R. MARDOCHÆO FIL. ELIEZERIS COMTIANO, non vero *Bomtiano*, ut ſcribit Bartoloccius, ſeculo decimoquarto claro, qui ſe *Conſtantinopolitanum* in limine Præfationis vocat, ubi & hocce Opus Hadrianopoli ſe compoſuiſſe teſtatur; præmiſſis quibuſdam Carminibus in laudem R. Abrahami Aben-Ezræ. Initium fol. 8. a terg. אמר מרדכי בן אליעזר כומטיאנו

3. ר' שלמה בן אליה שרביט הזהב פי' על ס' השם לר' אבן עזרא R. SALOMONIS FIL. ELIÆ SCIARBIT HAZAHAU, ideſt, *Virgæ aureæ*, Theſſalonicenſis, PERUSC AL SEPHER HASCEM, *Commentarius in R. Abrahami Aben-Ezræ Librum de nomine Dei tretragrammato*, duabus columnis diſpoſitus; quarum prior textum Aben-Ezræ, altera Commentarium exhibet; nondum typis conſignatus, quem Author compoſuit Anno ה'א'ס'פ'ו *Cogregamini*, ideſt, ab Orbe condito 5147. Chriſti 1387. ceu ipſe in clauſula epigrammatis, eidem Commentario præfixi, profitetur. Porro Liber de Nomine tetragrammato incipit fol. 49. a terg. בשם אחד יסוד כל אחדים וכו' נאם אברהם בן מאיר Commentarius vero incipit ibid. מהולל אל עלי כל אל וכו' שם הפרט הנכבד

4. דרושים מר' שבתי כהן R. SABBATHAI COHEN, ſive *Sacerdotis*, cujus nomen fol. 70. a terg. invenies, דרושים DERUSCIM, *Sermones* varii; videlicet,

I. דרש אור לי׳ד׳ *De vigiliis Paſchatis Azymorum*, principio mutilus. Initium fol. 64. והדין המכינים בי׳ד׳ בח׳ק׳ חיושר

II. פדיון שבוים *De Redemtione captivorum*, Initium fol. 70. a terg. כל הזהב העשוי למלאכה בכל מלאכת.

III. על החופה *De Nuptiis* filii ſui Iſaiæ, habitus Menſe Elul, Anno Creationis Mundi 5253. Chriſti 1493. Init. fol. 78. a t. אפריון עשה לו המלך שלמה

IV. Item על חופתי *De Nuptiis ſuis*, habitus Anno Creationis Mundi 5256. Chriſti 1496. Sabbatho præcedente feſtum Purim, ſive ſortium, quod a prima voce Sectionis, quæ ex Exodi Cap. XX. com. 8. eo die legi ſolet, וזכר *Vezachor*, *&* *memento* adpellatur. Init. fol. 89. a terg. הללויה אודה יהוה

V. *In Pſalmum* XXVI. Initium fol. 97. אחת שאלתי מאת יהוה אותה אבקש

VI. *Sermo*, habitus occaſione חופת *Nuptiarum* filii ſui Salomonis. Initium fol. 106. שלמה בני דע את אלהי אביך ועבדהו

Subnectitur fol. 116. ad calcem, exemplar Inſcriptionis metricæ, quam januæ cujuſdam Synagogæ in Urbe Gorizia ante everſionem II. Templi inciſam ajunt, quamque nullus ſapiens Judæus, nec R. Jochanan Gallus, per Cabbalam practicam explicare potuiſſe, in titulo eidem inſcriptioni præfixo dicitur, Eſt autem hujuſmodi,

ראשון טלה ביכור : כיד שכר שכור : בפתע שש זבור:
יהיה קרן פשוט על מרום לשוט : ערוך כמס קשוט
ויבן דת מתאמת נס ברקת מחותמת : צללי מיום מקמת
יצעיר קרן אחת חזות ארבע רווחת בנור סרטן ישחת
יבין אב עתים אך לשנים זיתים פארי קמיו להתים
בפשור משך שובט בתולת הומיה צבט משכילת לחם חובט
רעש חיבול עקרב מחולל איל יקרב רבוא ישע בקרב
בכסא ינדל מליץ חושים מגדל : מקנה קנה נבדל
באיחן קשת לפקם : תותח בחשע לנקם טרף זרוע אף קדקם
תערוג דור עיש שלישיה : באדר תרנא פוריה : כביכול ידידיה

5. Ejuſdem שאלות ותשובות SCEELOTH UTHESCIUVOTH, *Quæſita & Reſponſa*, legalia & ceremonialia ad *Jedidiam Rhodium*. Initium fol. 116. a terg. בהיות שרשך שרש אמת סגולת.

6. Ejuſdem מליצת הכתבים, *De conſcribendis Epiſtolis* metrice. Initium fol. 149. a terg. היושב על חוג המועצה הרוכב

7. Ejuſdem דרושים DERUSCIM, *Sermones* tres; quorum

I. Habitus die ultimo Paſchatis Azymorum in Creta Inſula, Anno Mundi 5231. Chriſti 1471. Initium fol. 177. a terg. עד שהמלך במסבו נרדי נתן

II. Occaſione Anathematis latæ in *filium Sabbathai Sacerdotis* Anno Mundi 5234. Chriſti 1477. Initium fol. 189. אל תתן את פיך לחטיא את בשרך

III. In reconciliatione ejuſdem. Initium fol. 190. a terg. כי אתה אבינו כי אברהם לא ידענו וישראל לא יכירנו.

Pleraque hucuſque recenſita Opuſcula Sabbathæus in ſua Bibliotheca Ebraica, cujus titulus *Labia Dormientium*, tribuit *R. Salomoni filio Iſaaci Levitæ*; verum præter quam quod ea ab editis Theſſalonicæ & Venetiis omnino

nino discrepant, Salomon quidem Levita Conciones in Pentateuchum habuit ab Anno Creationis Mundi 5328. Christi 1568. ad annum 5353. Christi 1593. ut earum Præfatio docet; noster vero Author uno circiter seculo ante, nempe Anno Mundi 5231. & 5256. Christi 1471. & 1496. scribebat; ut supra monuimus.

8. ויכוח על גילגול הנפשות מר' משה כהן אשכנזי R. Mosis Sacerdotis, Germani Vicuach al Ghilgul hannephascioth, *Disputatio de Metempsychosi*, seu *Transmigratione animarum*, inter Philosophos negantes dari, & Cabbalistas illam adstruentes; Author pro Cabbalistis nititur. Init. fol. 195. אמרו בנמ' חגיגה אין דורשים בעריות בג'.

9. ויכוח על הגילגול *Disputatio* alia *pro Methempsychosi*, contra Philosophos, ignoti Authoris. Initium fol. 216. אתה אמרת אך דבר שפתים עצה

10. סוד קץ הגאולה Sod kets Hagheulla, *Mysterium finis Redemptionis*, Judæorum nempe, excerptum ex verbis ר' שמעון בן יוחאי R. Simeonis filii Jochai, & ר' יהודה בן דוד פאסי R. Judæ fil. Davidis Passi, i. e. Fessani, cognomento חיוג Chiug, seu Chivag, Anno Christi 1040. clari; ubi agitur de Adventu Messiæ, futuro anno a Creatione Mundi 5230. hoc est a Partu Virginis 1470. secundum prophetiam Danielis, a Rabbinis interpolatam, & perperam expositam. Initium fol. 251. a terg. ר' שמעון פתח וזכרתי את בריתי יעקוב כואו.

11. ר' מכיאל בן שבתי כהן המכונה בלבו יש'י' עמהן פי' על מזמור כ'ח' R. Michaelis filii Sabbathai Sacerdotis, cognomento, Belibo Isai Imahen, ex initialibus literis horum verborum יבוא שלום ינוחו על משכבותם הלך נכחו, hoc est, *In corde suo veniat Pax, requiescat in cubili suo, qui ambulavit in directione sua*, Is. LVII. 2. Quod nec Bartoloccius, nec Wolfius adsequuti sunt; Perusc al Mizmor, *Expositio in Psalmum* XXVIII. seu XXIX. Vulgatæ editionis: *Afferte Domino filii Dei*: in cujus fine, fol. 268. a terg. hæc epigraphe legitur: תם ונשלם תהלה לאל עולם שנת ו'ר'ב' טוב לבית ישראל *Explicit: Laus Deo Mundi: Anno Creationis Mundi* 5208. *secundum minorem supputationem*, idest Christi 1448. cujus signum: *Et multiplex bonum domui Israël*, Is. LXIII. 7. Initium fol. 254. a terg. למה שהמזמור הוה והוא מזמור לדוד הבו לה'.

12. משלים מר' שלום R. Salom Mescialim, *Parabolæ*, in sex capita distributæ, addita earundem interpretatione; ubi de Creatione Adami & Evæ, de Paradiso voluptatis, de Serpente, & esu fructus vetitæ arboris scientiæ boni, & mali differitur. In earum clausula, fol. 286. hæc adnotata reperias: הכותב יוסף ענבי בן כבוד הנכבד הרב רבי שלום ענבי *Scriba est Joseph Anabi, filius honorandi R. Salom Anabi*. Initium fol. 270. a terg. אמר שלום למה שסופר אלי על איש שלם.

13. טעמי חגים לר' אליה Taame Chaghim, *Ratio festivitatum*, sive Tractatus de institutione festorum Judaicorum; quare nempe præfinitis in Lege temporibus a Deo fuerint imperata; authore quodam R. Elia. Initium fol. 286. אמר אליה לזה פרק מיוחד לביאור טעם

14. ר' יצחק בן מאיר דאשפירא בכבת הכוכב זנבוי R. Isaaci filii Meir,

Spi-

SPIRENSIS, Tractatus *de Cometarum natura*, & *significationibus*, ineditus. Initium fol. 288. אמר יצחק בן ר' מאיר דאשפירא למה שהיו דיעות הקדמונים

15. Ejusdem מחברת שבתי וצדק MACHBERETH SCIABBETHAI VETSEDEK, *De magnis conjunctionibus duorum superiorum Planetarum*, JOVIS, & SATURNI, quæ contigere solent juxta Authoris sententiam intra 238. annos cum aliquo signo Zodiaci, Tractatus itidem ineditus. Initium fol. 295. אמר יצחק לפי שראיתי כפי מה שסופר לי שהרבה.

16. ר' דויד בן יעקב מאיר על שפע הכוכבים R. DAVIDIS FILII JACOBI MEIR, Bibliothecarum Ebraicarum scriptoribus incogniti, AL SCEPHA HACOCAVIM, *De influxu Syderum*, Tractatulus nullius fere momenti. Initium fol. 307. a terg. אמר דוד בן החכם מאישטרו יעקב ז'ל' אחר שכבר

17. סגולות לזכרה SEGULLOTH LEZICHIRA, *Secreta ad memoriam acuendam*, aliorumque mentem penetrandam, superstitiosa; nova manu adjecta. Initium fol. 310. בשם שעם לשם לבי פוי

Is Codex ad decimumsextum Christi seculum videtur referendus.

C V I.

COdex antiquus, in fol. membraneus, foliorum 453. Rabbinicis literis elegantissime exaratus, olim Palatinus; ubi continetur,

ביאור ר' אברהם בן מאיר אבן עזרא על התורה R. ABRAHAMI FIL. MEIR ABEN-EZRÆ, BIJUR AL HATTHORA, *Commentarius in Legem*, seu Pentateuchum Mosis, de quo superius. Init. fol. 4. בראשית חכמנו אמרו כי הבית נוסף

Præit Præfatio, cum editis concordans; cujus initium fol. 1. בשם האל הגדול וכו' ואם אברהם בר מאיר.

Adcedunt tres expositiones in eundem Commentarium; quarum

Prima, in sinistro latere posita, מגלת סתרים MEGHILLATH SETHARIM, *Volumen occultorum* inscribitur; quæ jam prodiit seorsim Venetiis Anno Christi 1554. in 4. ejus Author ר' שמואל מוטוט R. SAMUEL MOTOT. Initium fol. 1. בהיות דרך ר' אברהם אבן עזרא על יסוד

Secunda, quæ in dextero latere, foetus est ר' שבתי R. SABBATHAI, cujus cognomentum, & ætas latent. Initium fol. 1. ראוי אמר כי אם להרחבת הלשון

Tertia, in parte superiori & inferiori descripta, Authorem habet ר' יוסף בן כספי R. JOSEPHUM FILIUM CASPI, Barcinonensem, qui claruit Seculo XIII. Initium fol. 1. בראשית יש אומרים שהבית נושא כלא טעם

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur exaratus.

C V I I.

COdex in quarto chartaceus, foliis constans 198. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. Anonymi אור נפש OR NEPHESC, *Lux Animæ*, sive expositio commentariorum *R. Abrahami Aben-Ezræ*, & *R. Mosis Nachmanidæ* in Pentateuchum, inedita; cujus in clausula, fol. 57. hæc a librario adnotata leguntur;

תם ונשלם תהלה לאדון עולם יום ה׳ פר׳ ויאמר פני ילכו והניחותי לך יום tur: י׳ט׳ לירח אדר שנת אנכי אנכי הוא מ׳נ׳ח׳מ׳כ׳ם׳ לפרט האלף הששי והמכתב מכתב מנוח בר מנחם. *Perfectus est atque completus : Laus Deo Mundi ; feria quinta hebdomadæ , qua legitur Sectio : cum tuleris* , Exod. XXX. 11. *die* 19. *Mensis Adar* , Februarii , *Anno Creationis Mundi : Ego ego consolator vester* ; idest , 5198. Christi 1438. *manu Manoach filii Menachem* . Wolfius ex Bartoloccio laudat hanc expositionem , perperam tamen corrigit eundem Bartoloccium , & R. Sabbathæum , qui ex Buxtorfio eam ab alia , cujus titulus אות נפש *Oth Nephesc* , hoc est, Signum animæ , jure ac merito distinguunt ; discrepat enim omnino ab *Oth Nephesc* ; de quo supra in Cod. LIV. egimus.

Præfatio incipit fol. 1. a terg. שוטף רוח ורודף קדים אשר חקר

In Genesim incipit fol. 2. בראשית חכמינו זל׳ אמרו שהבית

In Exodum , fol. 33. a terg. כי האיש ואשתו הוא אדם הל׳ שזכר

In Leviticum , fol. 42. מצאנו בבית יחיד בעבור שני דברים

In Numeros , fol. 46. שאו את ראש כמו כי תשא ושם מפורש

In Deuteronomium , fol. 52. בעבר הירדן במדבר בערבה ואם תבין

2. פירוש סודות התורה מהרמבן RAMBAN , idest, R. Mosis fil. Nachman , PERUSC SODOTH HATTHORA , *Expositio in Mysteria Legis* , seu Pentateuchi , Cabbalistica ; nondum typis consignata.

Genesis incipit fol. 60. כל המבקש בלתי זה אינו יודע מהו זה

Exodus , fol. 73. למאור פניו כבר אמרתי כי פנים רמז לדו

Leviticus , fol. 86. ויקרא אל משה כמו ואל משה אמר עלה

Numeri , fol. 95. עד שירמו לכרובים שראה יחזקאל

Deuteronomium , fol. 99. a terg. יושר וצדק אם תבין הפסוק חסד ואמת

Porro mysteria illa quatuordecim numerantur ; quorum 1. de Divinis nominibus . 2. de Noachi ortu . 3. de Abraami vita . 4. de Saræ gestis . 5. de Isaaci ortu . 6. de Josepho , carceri per annos duos incluso . 7. de Jacobi rebus gestis . 8. de Historia Exodi . 9. de Israelitarum dimissione , a Pharaone concessa . 10. de Oblatione . 11. de Siclo . 12. de Mosis precibus sub ingressum in terram Canaan . 13. de Judicum gestis . 14. de Benedictione Mosis . In fine vero , fol. 106. a terg. hæc habentur : נשלמו רמזי הר׳מ׳ב׳ן זל׳ כאשר קבלנום מפה לפה יאר ה׳ פניו אליך ויחנך וישם לך שלום · שבח לבורא הרום משפיל ומרים · תם ונשלם בכ׳ט׳ מרחשון שנת למעני למעני׳ אעשה כי איך יחל וכבודי לאחר לא אתן והמכתב מנוח בר מנחם · *Completa sunt mysteria Haramban , cujus memoria in benedictionem , prout eadem oretenus accepimus . Deus lucere faciat faciem suam super te , & misereatur tui , & ponat in te pacem . Laus Creatori excelso , qui humiliat , & exaltat . Absolutus est autem , & perfectus hic liber die 29. Mensis Marchescuan* , Octobris , *anno Propter me , propter me faciam* , If. XLVIII. 11. idest , Creationis Mundi 5200. Christi 1440. *manu Manoach filii Menachem* .

3. טעם לולב TAAM LULAB , *Ratio Palmæ* ; ubi Cabbalistice exponitur de ritu , quem Judæi ex Lev. XXIII. 40. in festivitate Tabernaculorum servant ; videlicet de significatione fructus Arboris pulcherrimæ , qui a Chaldæo Paraphraste vocatur אתרוג ETROG *Citrus* ; uti & spatularum palmarum & ra-

& ramorum ligni densarum frondium, Chald. הדס HADAS, *Myrti*; & Salicum de torrente, Ebr. ערבה *Harava*; item de tripudio Legis, quod fit à Judæis in eadem solemnitate, versus quatuor Mundi plagas prædicta gestantibus. Quo de ritu videsis Bartoloccium Par. II. a pag. 683. Initium fol. 107. a terg. הלולב רומז מעין רנינה של מעלה

4. פי' על י"ג מידות מ"ר ישמעאל R. ISMAELIS FILII ELISÆI, Socii R. Akibæ, non vero discipuli, ut habet Maimonides; in Miscna enim, ubi uterque junctim memoratur, primo loco occurrit R. Ismaël; PERUSC AL SCELOSC ESCRE MIDDOTH, *Commentarius in tredecim modos interpretandi Legem*; qui recensentur etiam in Siphra, in Halichot olam Tract. IV. Cap. 2. & expositi plenius sunt Latine a Philippo Aquinate in Fasciculo IV. Opusculorum, quæ ad Historiam & sacram Philologiam pertinent, Retorod. 1694. & antea Parisiis 1622. apud Joh. Lacquehay sub titulo: *Veterum Rabbinorum in exponendo Pentateucho Modi tredecim, quorum explicatio lucem maximam afferet iis, qui Legem accurate volunt interpretari, & scripta Rabbinorum intelligere*: principio mancus. Init. fol. 109. מקל וחומר כיצד ויאמר ה' אל משה

5. פתח דברי PETACH DEVARAI, *Janua*, sive *Initium verborum meorum*. Grammatica Ebraica absolutissima, quam Sabbathæus in Labiis dormientium, seu Bibliotheca Ebraica, *Mosi Kimchio*, Buxtorfius vero, Plantavitius, & Bartoloccius Anonymo tribuunt; sicut & Joh. Morinus exercit. IV. in Pentateuchum Samarit. Cap. 6. & in exercitat. Biblicis pag. 415. Authorem Hispanum, sed cetera incognitum adpellat. Vide Wolfium Tom. II. num. 609. ubi ejus editiones recenset. Init. fol. 114. פתח דברי ובלבבי מהלה

6. הגדה של שבעות HAGGADA SCIEL SCIABUOTH, *Historia*, seu *mystica narratio festi Hebdomadarum*, idest Pentecostes, in memoriam datæ Legis in Monte Sinai legenda, principio mutila. Ibi autem decem Dei præcepta potissimum exponuntur, adjectis variorum exemplis, qui eadem observantes summis a Deo præmiis adfecti sunt; uti & nonnullorum aliorum, qui ea contemnere ausi, horrendas sceleris pœnas expenderunt. Init. fol. 160. בסוד מי ימלל גבורות ה' ישמיע כל.

7. מגלת סתרים מר' ליאון דיבאלינטי R. LEONIS DE VALENTIBUS, cujus nomen in calce Codicis, f. 197. adnotatum reperias, MEGHILLATH SETHARIM, *Volumen occultorum*, alias אגרת פורים IGGHERETH PURIM, i. e. *Epistola Festi sortium*, sive Mardochæi; qua laudes vini & ebrietatis ita decantantur, ut Judæi partim dictis Sacræ Scripturæ detortis, partim exemplis ebriosorum ad simile vitium animo induendum in baccanalibus, quæ in festo Purim agitare solent, excitentur. Inter cetera vox בקבוק *Bakbuk* i. e. Phiala, ad nomen Divini Vatis *Habacuc* ob similitudinem transfertur, & vinosa quædam Prophetia impie confingitur. Vide Wolfium Tom. I. num. 1355. & Tom. II. num. 97. ubi scriptum hoc, quod ex Bartoloccio memorat, vel prorsus, non vel saltem leviter ab eo, cujus titulus *Bakbuk*, Baucalium, seu Phiala vinaria discrepare suspicatur, Init. fol. 186. ויהי בימי כרמי בן זרח

In fine vero Codicis, f. 197. hæc a librario adnotata reperias: בנוזר הצור תם ונשלם יום כח"שבט פרש' יין ושכר אל תשת ש' האלפים ק'צ'ח' ליצירה והמכתב מכתב

מכתב מנוח בר מנחם. *Sententia Fortis, abſolutum, perfectumque eſt hocce Volumen die 28. Menſis Scevat*, Januarii, *quo legitur Sectio: Vinum & hyrram non bibas: Anno Creationis Mundi 5198. Chriſti 1438. manu Manoach filii Menachem.*

CVIII.

CODex antiquiſſimus, in fol. membraneus, conſtans foliis 123. charactere quadrato exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. מסכת שבת MASSECHETH SCIABBATH, *Tractatus de Sabbatho*, Primus Ordinis ſecundi Talmudici מועד *Moed*, de feſtis, in viginti quatuor Capita, משניות *Miſcnajoth*, Traditionibus & Aphoriſmis Doctrinalibus, ſeu Paragraphis 139. non vero 76. ut in Catalogo alphabetico Codicum Talmudicorum apud Bartoloccium Part. III. p. 104. & Wolphium Tom. II. p. 714. perperam adnotatur, in univerſum conſtantia, diſtributus; quorum tamen tria priora deſiderantur. Ibi autem agitur de Sabbathi juribus & ſolemnitatibus, de Lucernis Sabbathinis, quo oleo, aut qua pinguedine adcendi debeant; de foco aut fornace, in qua cibi calidi conſervantur; cum quibus ornamentis Mulieri egredi licitum, ne onus aliquod videatur ferre; de innumeris præterea rebus, quas agere licitum vel illicitum eſt: ut ſequitur,

Caput IV. habet *Miſcnajoth* 2. Init. fol. 1. במה טומנין ובמה אין טימנין
Caput V. *Miſcn.* 4. Initium fol. 4. במה בהמה יוצאה ובמה אינה יוצאה
Cap. VI. *Miſcn.* 10. Initium fol. 9. a ter. במה אשה יוצאה ובמה אינה יוצאה
Cap. VII. *Miſcn.* 4. Initium fol. 19. כלל גדול אמרו בשבת כל השוכח
Cap. VIII. *Miſcn.* 7. Init. fol. 25. a terg. המוציא יין כדי מזינת הכוס חלב
Cap. IX. *Miſcn.* 7. Init. fol. 30. a terg. אמר ר׳ עקיבא מניין לעז׳ שמטמאה
Cap. X. *Miſcn.* 6. Init. fol. 36. a terg. המצניע לזרע ולדוגמא ולרפואה
Cap. XI. *Miſcn.* 6. Init. fol. 40. a terg. הזורק מרשות היחיד לרשות הרבים
Cap. XII. *Miſcn.* 6. Init. fol. 45. הבונה כמה יבנה ויהא חייב הבונה כל
Cap. XIII. *Miſcn.* 7. Init. fol. 47. ר׳ אליעזר אומ׳ האורג ג׳ חוטין בתחלה
Cap. XIV. *Miſcn.* 4. Init. fol. 48. a terg. שמונה שרצים האמורות בתורה
Cap. XV. *Miſcn.* 3. Init. fol. 53. אלו קשרים שחייבין עליהן קשר
Cap. XVI. *Miſcn.* 8. Init. fol. 55. a terg. כל כתבי הקדש מצילין אותן מפני
Cap. XVII. *Miſcn.* 8. Init. fol. 63. a terg. כל הכלים ניטלין בשבת ודלתותיהן
Cap. XVIII. *Miſcn.* 3. Init. fol. 66. a terg. מפנין ארבעה וחמש קופות של תבן
Cap. XIX. *Miſcn.* 6. Init. fol. 70. ר׳ אליעזר אומ׳ אם לא הביא כלי מערב
Cap. XX. *Miſcn.* 5. Init. fol. 76. a ter. ר׳אליעזר אומ׳ תולין את המשמרת ביום
Cap. XXI. *Miſcn.* 3. Init. fol. 80. נוטל אדם את בנו והאבן בידו כלכלה
Cap. XXII. *Miſcn.* 6. Init. fol. 81. a terg. חבית שנישברה מצילין ממנה מזון
Cap. XXIII. *Miſcn.* 5. Init. fol. 84. a terg. שואל אדם מחבירו כדי יין
Cap. XXIV. *Miſcn.* 5. Init. fol. 89. a t. מי שהחשיך בדרך נותן כיסו לנכרי ואם

2. מסכת מועד קטן MASSECHETH MOED KATAN, *Tractatus de Feſto parvo*, Bartoloccio Sextus, Wolfio vero Undecimus Ordinis ſecundi Talmudici, qui *Moëd*, i. e. de Feſtis inſcribitur. Conſtat tribus Capitibus, quæ in 24. *Miſc-*

Mifcnajoth, feu Paragraphos abeunt; ubi agitur de interfefto, five diebus intermediis inter primum & octavum, qui toti funt folennes & Sacri in fefto Pafchatis, & Tabernaculorum. Intermedii minus feftivi funt; Sacra quidem peragunt, fed præterea non omnia opera interdicta.

Caput I. habet *Mifcnajoth* 10. Init. fol. 94. a terg. משקין בית השלחים

Caput II. *Mifcn*. 5. Init. fol. 103. a terg. מי שהפך את זיתיו ואירעו לו אבל או

Cap. III. *Mifcn*. 9. Init. fol. 106. אלו מגליחין במועד הבא ממדינת הים

Tractatus hactenus recenfiti fæpius prodierunt tum feorfim, tum in corpore Talmudico; de cujus editionibus, atque in Latinam aliafque Linguas interpretationibus confule Bartoloccium Part. III. & Wolfium Tom. II. a pag. 700. Unde fingulorum Tractatuum, qui in Vaticanis Mss. Codicibus exftant, fynopfim haufimus; prætermiffis tamen argumentis fingulorum Capitum, quæ a laudato Bartoloccio exhibentur: ne fcilicet hujus Tomi moles nimium excrefceret.

Is Codex ad undecimum Chrifti feculum videtur referendus.

C I X.

CODex antiquiffimus, in fol. membraneus, foliorum 140. quadratis literis exaratus; quo continentur,

Tractatus tres Talmudici, duabus columnis difpofiti; videlicet,

1. מסכת ערובין MASSECHETH ERUVIN, *Tractatus de commixtionibus*, Secundus Ordinis Secundi מועד *Moëd*, de Feftis, Capita ejus decem, *Mifcnajoth* 96. ubi de ficta atque imaginaria conjunctione domorum; quomodo fcilicet vefpera, feu die Veneris a variis vicinis cibus collectus, eofdem fic conjungeret, ac fi unius domus familia, aut domeftici effent. Quod fiebat, ne longius a fe invicem habitantes longiore itinere Sabbathum violarent, ac plures die Sabbathi convenirent. Sic, fi ultra תחום שבת *Techum Sciabbath*, i. e. terminum Sabbathi, qui continebat bis mille greffus minores, a fe invicem habitarent, ponebant in medio cibum aliquem; eum quis comedens poterat ab ipfo termino ulterius progredi ad aliud Techum; perinde enim hoc fuit, ac fi ibi domi fuæ comediffet. Hujufmodi jus, de quo nulla in Sacris Literis fit mentio, Salomoni Regi Talmudiftæ adtribuunt.

Caput I. initio mutilum, habet *Mifcnajoth* 10. Init. f. 1. עשרה אמה קלעים

Cap. II. *Mifcn*. 6. Init. fol. 9. עושין פסין לבירואות ארבעה דיומא דין

Cap. III. *Mifcn*. 9. Init. fol. 14. a terg. בכל מערבין ומשתתפין חוץ מן

Cap. IV. *Mifcn*. 11. Init. fol. 22. מי שהוציאוהו גוים או רוח רע אין לו

Cap. V. *Mifcn*. 9. Init. fol. 27. a terg. כיצד מעברין את העדים בית נכנס

Cap. VI. *Mifcn*. 10. Init. fol. 33. הדר עם הנכרי בחצר או עם מי שאינו

Cap. VII. *Mifcn*. 11. Init. fol. 40. חלון שבין שתי חצירות ארבע על

Cap. VIII. *Mifcn*. 11. Init. fol. 43. כיצד משתתפין בתחומין מניח את

Cap. IX. *Mifcn*. 4. Init. fol. 46. a terg. כל גגות העיר רשות אחת וכל גג

Cap. X. *Mifcn*. 15. Init. fol. 48. המוציא תפילין מכניסן זוג זוג כד בו

2. מסכת פסחים MASSECHETH PESACHIM, *Tractatus de Paschatibus*, Tertius Ordinis Secundi de Sacris festis, Capitibus decem, & *Miscnajoth* 88. absolutus; ubi de festo Paschatis primo & secundo: de fermento inquirendo, & expurgando: de pane Azymo; quid vespera Paschatis agendum; de mactatione Agni Paschalis; quomodo assatus fuerit; de calamitatibus in Ægypto exantlatis.

Caput I. habet *Miscnajoth* 7. Init. fol. 52. אור לארבעה עשר בודקין את החמץ
Cap. II. *Miscn.* 8. Init. fol. 63. כלשעה שהוא מותר לאכול מאכיל
Cap. III. *Miscn.* 8. Init. fol. 73. a terg. אלו עוברין בפסח כותח הבבלי תנן
Cap. IV. *Miscn.* 8. Init. fol. 78. מקום שנהגו לעשות מלאכה בערבי
Cap. V. apud Bartoloccium X. habet *Miscnajoth* 9. Init. fol. 83. a terg. ערבי פסחים סמוך למנחה לא יאכל אדם.
Cap. VI. *Miscn.* 6. Init. fol. 93. a terg. אלו דברים בפסח דוחין את השבת
Cap. VII. *Miscn.* 3. Init. fol. 97. a terg. כיצד צולין את הפסח שפוד של רימון
Cap. VIII. *Miscn.* 8. Init. fol. 102. a terg. האשה בזמן שהיא בבית בעלה
Cap. IX. *Miscn.* 11. Init. fol. 110. a terg. מי שהיה טמא או בדרך רחוקה
Cap. X. apud Bartoloccium V. Ejus *Miscn.* 10. Init. fol. 114. תמיד נשחט בשמנה ומחצה.

3. מסכת יום טוב MASSECHETH JOM TOU, *Tractatus de die bono*, seu festo; aliis a prima voce ביצה *Betsa*, i. e. ovum, dicitur; Quintus apud Bartoloccium, apud Wolfium vero Septimus Ordinis Secundi *Moëd*, de Festis. Capita habet quinque, *Miscnajoth* 41. in quibus agitur de iis, quæ quolibet festo, præter Sabbathum, licita, aut illicita erant; veluti an, & quid coquere liceat? Num pisces ex vivario eximendi, ut coquantur. An ovum die festo a gallina editum, eodem die comedere sit permissum?

Caput I. constat *Miscnajoth* 10. Init. fol. 118. ביצה שנולדה ביום טוב בית שמאי
Cap. II. *Miscn.* 9. Init. fol. 125. a terg. יום טוב שחל להיות ערב שבת לא יבשל
Cap. III. *Miscn.* 8. Init. fol. 131. אין צדין דגים מן הביברין ביום טוב
Cap. IV. *Miscn.* 7. Init. fol. 134. a terg. המביא כדי יין לא יביאם משקים
Cap. V. *Miscn.* 7. Init. fol. 137. a terg. משלין פירות דרך ארובה ביום טוב

Is Codex ante Annum Mundi 5046. Christi 1286. fuit descriptus, quum eo anno Mense *Ab*, Julio, מנחם בן שלמה *Menachem Salomonis filius* illum a מרדכי בן יהודה *Mardochai filio Judæ* emerit; ut fol. 140. ad calcem adnotatur.

C X.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliis constans 102. quadrato charactere majusculo elegantissimo exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

Tractatus tres Talmudici, duabus columnis dispositi; quorum

1. מסכת סוטה MASSACHETH SOTA, *Tractatus de declinante*, apud Bartoloccium Quintus, apud Wolfium vero Septimus Ordinis tertii נשים *Nascim*, de Mulieribus. Capita ejus sunt novem, Miscnajoth vero in universum septem & sexaginta; ubi agitur de muliere declinante, quæ scilicet in suspicio-

cionem adulterii venit, quomodo Maritus zelotypus eam probare debeat; quomodo aqua amara potata fuerit, juxta Legem Numer. V. 12. & seqq.

Cap. I. habet *Miscnajoth* 9. Init. f. 1. המקנא לאשתו ר׳ אליעזר אומ׳ מקנא לה
Caput II. *Miscn.* 6. Init. fol. 12. a terg. היה מביא את מנחתה בכפיפה מצרית
Cap. III. *Miscn.* 8. Init. f. 15. a terg. היה נוטל את מנחתה מתוך כיפיפה מצרית
Cap. IV. *Miscn.* 5. Init. fol. 19. ארוסה ושומרת יבם לא שותות ולא נוטלות
Cap. V. *Miscn.* 5. Init. fol. 21. כשם שהמים בודקין אותה כך המים בודקין
Cap. VI. *Miscn.* 4. Init. fol. 22. a terg. מי שקינא לאשתו ונסתרה האי ת׳ל׳ כי
Cap. VII. *Miscn.* 8. Init. fol. 23. a terg. אלו נאמרים בלשונם פרשת סוטה
Cap. VIII. *Miscn.* 7. Init. fol. 31. משוח מלחמה בשעה שהוא מדבר אל
Cap. IX. *Miscn.* 15. Init. fol. 33. ענלה ערופה׳ בלשון הקדש נאמרה

2. מסכת נדרים MASSECHETH NEDARIM, *Tractatus de Votis*; apud Bartoloccium VI. apud Wolfium V. Ordinis tertii *Nascim* de Mulieribus. Constant Capitibus undecim, *Miscnajoth* nonaginta; ubi de Votis, quæ obligatoria, aut quæ non; qui vovere possint, qui non: & quomodo, & a quibus vota solvi vel relaxari queant.

Caput I. habet *Miscnajoth* 4. Init. f. 41. כל כנויי נדרים כנדרים וחרמים כחרמין
Cap. II. *Miscn.* 5. Init. fol. 45. ואלו מותרים הולין שאוכל לך בבשר חזיר
Cap. III. *Miscn.* 11. Init. fol. 47. a terg. ארבע נדרים היתירו חכמים נדרי זירוזין
Cap. IV. *Miscn.* 8. Init. f. 52. a terg. אין בין מודר הנאה להבירו למודר המינו
Cap. V. *Miscn.* 6. Init. f. 57. השותפין שנדרו הנאה זה מזה אסורין ליכנס לחצר
Cap. VI. *Miscn.* 10. Init. fol. 58. הנודר מן המבושל מותר בצלי ובשלוק
Cap. VII. *Miscn.* 9. Init. f. 60. a terg. הנודר מן הירק מותר בדילעא א׳ר׳ עקיבא
Cap. VIII. *Miscn.* 7. Init. f. 62. a terg. קונם יין שאיני טועם היום אינו אסור עד
Cap. IX. *Miscn.* 10. Init. f. 64. a t. ר׳ אליעזר אומר פורחין לאדם בכבוד אבין
Cap. X. *Miscn.* 8. Init. fol. 65. a t. נערה המאורסה אביה ובעלה מפרין נדריה
Cap. XI. *Miscn.* 12. Init. fol. 69. a terg. ואלו נדרים שהו מפר נדרים שיש בהן

3. מסכת נזיר MASSECHETH NAZIR, *Tractatus de Nazaræis*, & ipsorum Voto, quo se a mundo separabant, ac quamdiu Nazaræatus votum durabat; a tribus maxime abstinebant, a tonsura Capillorum, a Vino, & omni, quod ex vitibus provenit, a contacti rei immundæ, juxta Legem Numer. VI. 1. & seqq. apud Wolfium VI. apud Bartoloccium vero VII. ex Ordine Tertio, qui *Nascim*, Mulieres inscribitur. Capita ejus novem, *Miscnajoth* vero sexaginta; videlicet,

Cap. I. constat *Miscnajoth* 7. Init. f. 73. a t. כל כנויי נזירות כנזירות האומר
Cap. II. *Miscn.* 10. Init. fol. 77. a terg. הריני נזיר מן הגרוגרות ומן הצימוקין ומן
Cap. III. *Miscn.* 7. Init. fol. 80. a t. מי שאמר הריני נזיר מגליח שלשים יום ואחד
Cap. IV. *Miscn.* 7. Init. fol. 83. מי שאמר הריני נזיר ושמע חבירו ואמר גם אני
Cap. V. *Miscn.* 7. Init. f. 88. בית שמאי אומ׳ הקדש טעות הקדש ובית הילל אומרים
Cap. VI. *Miscn.* 11. Init. fol. 89. שלשה מינין אסורין בנזיר הטומאה והתגלחת
Cap. VII. *Miscn.* 4. Init. fol. 94. a t. בהן גדול ונזיר אל יטמאו בקרוביהם אבל
Cap. VIII. *Miscn.* 2. Init. fol. 98. שני נזירים שאמר להם אחד ראיתי
Cap. IX. *Miscn.* 5. Init. fol. 99. a terg. הגוים אין להם נזירות

Is Codex ad decimum quartum Christi seculum videtur referendus.

C X I.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliorum 223. literis quadratis exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

Tractatus tres Talmudici, duabus columnis dispositi; additis ad marginem, Rabbinico tamen charactere & quidem recentiori, nonnullis adnotationibus, quorum Author latet.

1. מסכת יבמות Massechet Jevamoth, *Tractatus de Fratriis*, Primus ex Ordine tertio *Nascim*. Mulieres inscripto, Capita ejus sexdecim, Miscnajoth vero in universum 128. ubi de fratris absque liberis defuncti uxore ducenda, ad propagandam ejus familiam: de juribus ejus, exuendoque, si nolit frater, calceo; & quibus ceremoniis id olim factum.

Cap. I. habet *Miscnajoth* 4. Init. f. 1. a t. חמש עשרה נשים פוטרות צרותיהן מכרי
Cap. II. *Miscn.* 10. Initium fol. 9. כיצד אשת אחיו שלא היה בעולמו שני אחים
Cap. III. *Miscn.* 10. Initium fol. 16. ארבע אחים שנים מהן נשואין שתי אחיות
Cap. IV. *Miscn.* 13. Initium fol. 21. a terg. החולץ ליבמתו ונמצאת מעוברת
Cap. V. *Miscn.* 6. Init. f. 32. a t. רבן גמליאל אומר אין גט אחר גט ערבאן לא
Cap. VI. *Miscn.* 6. Init. f. 34. a t. הבא על יבמתו בין שוגג מאי אפילו לא מבעיא
Cap. VII. *Miscn.* 6. Init. f. 44. אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט
Cap. VIII. *Miscn.* 6. Init. f. 46. a t. הערל וכל הטמאים לא יאכלו בתרומת נשיהם
Cap. IX. *Miscn.* 6. Init. fol. 55. a terg. יש מותרות לבעליהן ואסורות ליבמיהן
Cap. X. *Miscn.* 9. Init. f. 58. האשה שהלך בעלה למדינת הים ובאו ואמרו לה מת
Cap. XI. *Miscn.* 7. Initium fol. 104. נושאין על האנוסה ועל המפותה והאונס
Cap. XII. *Miscn.* 6. Initium fol. 107. מצות חליצה בשלשה דיינין ואפילו שלשתן
Cap. XIII. *Miscn.* 13. Init. fol. 111. בית שמאי אומ' אין ממאנין אלא הארוסות
Cap. XIV. *Miscn.* 9. Init. fol. 115. a t. חרש שנשא פיקחת ופיקח שנשא חרשת
Cap. XV. *Miscn.* 10. Init. fol. 117. a t. האשה שהלכה היא ובעלה למדינת הים
Cap. XVI. *Miscn.* 7. Init. f. 120. a t. האשה שהלך בעלה למדינת הים ובאו ואמר'

2. מסכת קדושין Massecheth Kidduscim, *Tractatus de Sanctificationibus*, seu *Sponsalibus*: quot modis sponsa de jure acquiratur, quomodo consecretur, quomodo varii casus matrimoniales decidi debeant; Tertius ex Ordine tertio, cujus titulus Nascim, *Mulieres*. Constat Capitibus quatuor, & Miscnajoth quadraginta septem; quorum

Caput I. constat *Miscnajoth* 10. Init. f. 124. האשה נקנית בשלשה דברים וקונה
Cap. II. *Miscn.* 10. Init. f. 150. a t. האיש מקדש בו ובשלוחו והאשה מתקדשת
Caput III. *Miscn.* 13. Initium fol. 162. האומר לחבירו צא וקדש אשה פלונית
Cap. IV. *Miscn.* 14. Init. f. 169. עשרה יוחסין עלו מבבל כהנים לוים וישראל

3. מסכת נדה Massecheth Nidda, *Tractatus de menstruata*, Septimus Ordinis sexti טהרות *Tabaroth*, Purificationes, in Capita decem distributus, quæ septuaginta novem *Miscnajoth* absolvuntur; ubi agitur de purificatione mulieris a fluxu menstruo, & ab immunditia partus, juxta Legem Levit. XV. 25. & seqq.

Caput I. habet *Miscnajoth* 7. Init. f. 181. שמאי אומ' כל הנשים דיין שעתן הילל

Cap. II.

Cap. II. *Miscn.* 7. Init. fol. 187. a terg. כל היד המרבה לבדוק בנשים משובחת
Cap. III. *Miscn.* 7. Init. fol. 193. a terg. המפלת החיכה אם יש עמה דם טמאה
Cap. IV. *Miscn.* 7. Initium fol. 201. בנות כותים נידות מעריסותיהן הכותים
Cap. V. *Miscn.* 9. Init. fol. 205. a t. יוצא דופן אין יושבין עליו ימי טומאה וימי
Cap VI. *Miscn.* 14. Init. f. 210. a t. בא סימן התחתון עד שלא בא העליון או
Cap. VII. *Miscn.* 5. Init. f. 213. a t. דם הנידה ובשר המת ומטמאין לחין ויבשין
Cap. VIII. *Miscn.* 4. Init. f. 215. a t. הרואה כתם על בשרה בנגד בית התורפה
Cap. IX. *Miscn.* 11. Init. f. 216. a t. האשה שהיא עושה צרכיה וראתה דם ר׳
Cap. X. *Miscn.* 8. Initium fol. 219. תינוקת שלא הגיע זמנה לראות ונישאת

Is Codex scriptus est Anno Christi 1381. ut hæc ostendunt Librarii verba, quæ fol. 223. ad calcem leguntur: אני יהושעיה בן הרב ר׳ אברהם בן הרב ר׳ ברכיה בר אברהם בר יוסף ממשפחת יוסף המעוני כתבתי סדר נשים זה לר׳ ברכיה בר מתתיה וסיימתיו בי״א יום להדש שבט קמ״א לפרט המקום יזכינו להגות בו בניו ובני בניו עד סוף כל הדורות אמן אמן. *Ego Josias filius magni R. Abrahami filii magni R. Barachiæ fil. Abrahami fil. Josephi, e familia Josephi Ammeoni, scripsi Ordinem hunc de Mulieribus ad usum R. Barachiæ fil. Matathiæ; & absolvi illum die 11. mensis Schevat*, Januarii, *anno ab Orbe condito 141. juxta minorum supputationem*, hoc est, 5141. *Deus reddat illum dignum, qui legat in eo cum filiis suis & filiis filiorum suorum usque ad exitum omnium seculorum, Amen, Amen.*

CXII.

Codex antiquus, in fol. membraneus, constans foliis 40. charactere quadrato exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

מסכת כתובות MASSACHETH CHETUVOTH, *Tractatus de Scripturis*, sive instrumentis contractus matrimonialis, Secundus ex Ordine tertio Talmudico, qui נשים NASCIM, *Mulieres* inscribitur, duabus columnis dispositus. Ibi autem differitur de contractibus matrimonialibus, de jure dotium, de privilegiis uxorum, de officio Mariti, de jure Virginum & Viduarum. Capita ejus sunt tredecim, ex quibus tamen tria tantum priora heic habentur, Miscnajoth vero centum & undecim.

Cap. I. habet *Miscnajoth* 10. Init. f. 1. a t. בתולה נישאת ליום הרביעי ואלמנה
Cap. II. *Miscn.* 10. Initium fol. 15. האשה שנתארמלה או שנתגרשה
Cap. III. *Miscn.* 9. Initium fol. 29. אלו נערות שיש להן קנס הבא על הממזרת

Is Codex decimotertio Christi seculo videtur descriptus.

CXIII.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliorum 85. literis quadratis descriptus, olim Palatinus; quo continentur,

Tractatus duo Talmudici, duabus columnis dispositi; videlicet,

1. מסכת כתובות MASSECHETH CHETUVOTH, *Tractatus de Scripturis*, sive de instrumentis contractus Matrimonialis, Secundus Ordinis tertii נשים NA-

NASCIM, *Mulieres*, Capitibus tredecim, *Miſcnajoth* vero centum & undecim abſolutus, ex quibus priorum quatuor nonniſi fragmentum, & quidem inordinatim compactum, principio præfigitur. Init. f. 1. בתולה נשאת ליום הרביעי

Cap. V. habet *Miſcnajoth* 9. Init. f. 16. a t. אף על פי שאמרו בתולה כתובתה
Cap. VI. *Miſcn.* 7. Initium fol. 24. מציאת האשה ומעשה ידיה לבעלה וירושתה
Cap. VII. *Miſcn.* 10. Init. fol. 28. המדיר את אשתו מלהנות לו עד שלשים יום
Cap. VIII. *Miſcn.* 8. Init. fol. 32. a t. האשה שנפלו לה נכסים עד שלא תתארס
Cap. IX. *Miſcn.* 9. Initium fol. 35. הכותב לאשתו דין ודברים אין לי בנכסיך
Cap. X. *Miſen.* 6. Initium fol. 39. מי שהיה נשוי שתי נשים ומת הראשונה
Cap. XI. *Miſcn.* 6. Initium fol. 42. אלמנת ניזונית מנכסי יתומים מעשה ידיה
Cap. XII. *Miſcn.* 4. Init. f. 45. הנושא את האשה ופסקה עמה כדי שיזון את
Cap. XIII. *Miſcn.* 11. Init. fol. 47. a terg. שני דייני גזירות היו בירושלם ארמון

2. מסכת נדה MASSECHETH NIDDA, *Tractatus de menstruata* muliere, ejuſque purificatione, cum a fluxu menſtruo, tum ab immunditia partus, Septimus Ordinis ſexti טהרות TAHAROTH, *Purificationes*. Dividitur in Capita decem, quorum poſteriora quatuor deſiderantur, quæ ex ſuperiori Codice ſuppleri poſſunt, Ejus vero *Miſcnajoth* ſunt in univerſum novem & ſeptuaginta.

Cap. I. habet *Miſcn.* 7. Initium fol. 54. שמאי אומר כל הנשים דיין שעתן הילל
Cap. II. *Miſcn.* 7. Initium fol. 60. a terg. כל היד המרבה לבדוק בנשים
Cap. III. *Miſcn.* 7. Initium fol. 66. המפלת חתיכה אם יש בה דם טמאה
Cap. IV. *Miſcn.* 7. Initium fol. 74. בנות כותים נדות מעריסתן והכותים
Cap. V. *Miſcn.* 9. Initium fol. 79. יוצא דופן אין יושבין עליו ימי טומאה
Cap. VI. *Miſcn.* 14. Init. fol. 84. a t. בא סימן התחתון עד שלא בא סימן העליון

Is Codex tertiodecimo itidem Chriſti ſeculo videtur exaratus.

CXIV.

CODEX antiquus, in fol. membraneus, foliis conſtans 31. literis Rabbinicis exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. Fragmentum מסכת יבמות MASSECHETH JEVAMOTH, *Tractatus de Fratriis*, ſeu fratris, abſque liberis defuncti, uxore ducenda, Primi ex Ordine tertio Talmudico, cujus titulus נשים NASCIM, *Mulieres*. Porro ex ſexdecim Capitibus, in quæ idem Tractatus abit, nonniſi Primus cum media parte Secundi heic habetur. Initium fol. 1. a terg. חמש עשרה נשים פוטרות

2. Anonymi *Expoſitio dictionum* difficiliorum, quæ in Pſalterio Davidis, a Pſalmo Primo ad ſeptuageſimum quartum occurrunt. Initium fol. 11. בעשרה לשונות זמר דוד ספר זה.

3. Fragmentum מסכת בבא מציעא MASSECHETH BAVA METSIA, *Tractatus de Porta media*; Secundi ex Ordine quarto Talmudico, qui נזיקין NEZIKIN, i. e. *de damnis* inſcribitur. Complectitur autem Caput Primum & initium Secundi ex Capitibus decem, quæ Tractatum ipſum componunt. Initium fol. 17. a terg. שנים אוחזין בטלית זה אומר אני מצאתיה

Is Codex ad decimumquintum Chriſti ſeculum videtur referendus.

Co-

C X V.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliis constans 116. charactere quadrato descriptus, olim Palatinus; quo continentur,

Tractatus duo Talmudici, duabus columnis dispositi; videlicet,

1. מסכת בבא מציעא MASSECHETH BAVA METSIA, *Tractatus Porta media*, Secundus Ordinis quarti נזיקין NEZIKIN, *de damnis*, Capitibus decem, *Mischnajoth* vero CI. comprehensus; ubi de rebus inventis, de deposito, mercede, commodato, mutuo, usura, foenore: de conductionibus & locationibus exponitur.

Cap. I. cui præmittitur fragmentum Capitis decimi & ultimi מסכת בבא קמא MASSEHETH BAVA KAMA, *Tractatus de Porta prima*, Primi ejusdem Ordinis *Nezikin*, duabus Paginis contentum, habet *Mischnajoth* 8. Initium fol. 2. שנים אוחזין בטלית זה אומר אני מצאתיה

Cap. II. *Mischn.* 11. Initium fol. 10. a terg. אלו מציאות שלו ואילו חייב להכריז

Cap. III. *Mischn.* 12. Initium fol. 17. a terg. המפקיד אצל חבירו בהמה או כלים

Cap. IV. *Mischn.* 12. Initium fol. 23. הזהב קונה את הכסף והכסף אינו קונה

Cap. V. *Mischn.* 11. Initium fol. 31. a terg. איזהו נשך ואיזהו תרבית איזהו נשך

Cap. VI. apud Bartoloccium IX. habet *Mischnajoth* 13. Initium fol. 38. המקבל שדה מחבירו מקום שנהגו לקצור.

Cap. VII. apud Bartoloccium VI. constat *Mischnajoth* 8. Initium fol. 44. a terg. השוכר את האומנין והטעו זה את זה

Cap. VIII. Bartoloccio VII. ejus *Mischnajoth* 11. Initium fol. 48. השוכר את הפועלין ואמר להם להשכים.

Cap. IX. Bartoloccio VIII. habet *Mischnajoth* 9. Initium fol. 55. השואל את הפרה ושאל בעליה עמה.

Cap. X. *Mischn.* 6. Initium fol. 59. a terg. הבית והעליה של שניהן שנפלו שניהן

2. מ׳ בבא בתרא MASSECHETH BAVA BATHRA, *Tractatus de Porta postrema*, Tertius ejusdem Ordinis *Nezikin*, in Capita decem divisus, quæ octoginta sex *Mischnajoth* complectuntur; ubi de societate in commerciis; de Ædium vicinitate, de emtione, & venditione, de hæreditate & successione, de possessione, de fidejussionibus, & testamentis.

Caput I. habet *Mischnajoth* sex. Init. f. 62. השותפין שרצו לעשות מחיצה בחצר

Cap. II. *Mischn.* 14. Init. f. 72. a terg. לא יחפור אדם בור סמוך לבורו של חבירו

Cap. III. *Mischn.* 8. Initium fol. 77. חזקת הבתים והבורות והשיחין והמערות

Cap. IV. *Mischn.* 9. Initium fol. 84. המוכר את הבית לא מכר את היציע

Cap. V. *Mischn.* 11. Initium fol. 88. המוכר את הספינה מכר את התורן

Cap. VI. *Mischn.* 8. Initium fol. 92. a terg. המוכר פירות לחבירו ולא צמחו

Cap. VII. *Mischn.* 4. Init. fol. 95. a t. האומר לחבירו בית כור עפר אני מוכר לך

Cap. VIII. *Mischn.* 8. Init. fol. 97. יש נוחלין ומנחילין ויש נוחלין ולא מנחילין

Cap. IX. *Mischn.* 10. Init. fol. 106. מי שמת והניח בנים ובנות בזמן שהנכסים

Cap. X. *Mischn.* 8. Initium fol. 112. גט פשוט עדיו מתוכו מקושר עדיו

Is Codex decimotertio Christi seculo videtur exaratus.

Co-

CXVI.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliorum 69. Rabbinicis literis ſcriptus, olim Palatinus; quo continetur,

מסכת בבא קמא MASSECHETH BAVA KAMA, *Tractatus de Porta prima*, Ordinis quarti Talmudici נזיקין NEZIKIN, *de damnis*, Primus. Conſtat Capitibus decem, *Miſcnajoth* vero ſeptuaginta novem; ubi de damnis, quæ a beſtiis, vel ab hominibus igne, aliove modo alicui inferuntur.

Caput I. habet *Miſcnajoth* quatuor. Initium fol. 1. a terg. ארבעה אבות נזיקין השור והבור והמבעה׳

Caput II. *Miſcn.* 6. Initium fol. 9. כיצד הרגל מועדת לשבר בדרך

Cap. III. *Miſcn.* 11. Init. fol. 14. a ter. המניח את הכד ברשות הרבים ובא אחר

Cap. IV. *Miſcn.* 9. Initium fol. 20. שור שנגח ארבעה וחמשה שוורים זה

Cap. V. *Miſcn.* 6. Initium fol. 26. שור שנגח את הפרה ונמצא מעוברת

Cap. VI. *Miſcn.* 6. Initium fol. 32. הכונס צאן לדיר ונעל בפניה כראוי

Cap. VII. *Miſcn.* 7. Initium fol. 36. מרובה מידת תשלומי כפל ממדת

Cap. VIII. *Miſcn.* 7. Init. fol. 46. a terg. החובל בחבירו חייב עליו בה׳ דברים

Cap. IX. *Miſcn.* 12. Init. f. 52. a t. הגוזל עצים ועשאן כלים צמר ועשאן בגדים

Cap. X. *Miſcn.* 10. Init. fol. 62. a terg. הגוזל ומאכיל את בניו והמניח לפניהם

Is Codex ad decimumquartum Chriſti ſeculum videtur referendus; pertinuitque olim ad פנחס בר משה *Phinees filium Moſis Germanum*; ut in fine adnotatur.

CXVII.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliorum 90. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

מסכת בבא מציעא MASSECHETH BAVA METSIÁ, *Tractatus Porta media*, duabus columnis diſpoſitus; ubi agitur de rebus inventis, depoſitis, contractibus & uſuris; Secundus ex Ordine quarto Talmudico, qui נזיקין NEZIKIN i. e. *damna*, inſcribitur. Capita ejus decem, *Miſcnajoth* vero CI. quorum

Cap. I. conſtat *Miſcnajoth* 8. Init. f. 1. a t. שנים אוחזין בטלית זה אומר מצאתיה

Cap. II. *Miſcn.* 11. Init. fol. 15. a terg. אילו מציאות שלו ואילו חייב להכריז

Cap. III. *Miſcn.* 12. Init. fol. 24. a terg. המפקיד אצל חבירו בהמה או כלים

Cap. IV. *Miſcn.* 12. Init. fol. 32. הזהב קונה את הכסף והכסף אינו קונה את

Cap. V. *Miſcn.* 11. Init. fol. 45. a terg. איזהו נשך ואיזהו תרבית איזהו נשך

Cap. VI. *Miſcn.* 8. Init. fol. 56. a terg. השוכר את האומנין והטעו זה את זה

Cap. VII. *Miſcn.* 11. Init. fol. 62. a t. השוכר את הפועלין ואמר להם להשכים

Cap. VIII. *Miſcn.* 9. Init. fol. 73. השואל את הפרה ושאל בעליה עמה

Cap. IX. *Miſcn.* 13. Init. fol. 79. a terg. המקבל שדה מחבירו מקום שנהגו

Cap. X. *Miſcn.* 6. Init. fol. 87. a terg. הבית והעליה של שניהן שנפלו שניהן

Is Codex ſcriptus eſt anno Chriſti 1335, ut hæc oſtendit epigraphe, quæ fol. 89.

fol. 89. ad calcem ab anonymo librario adjecta est: סליקא לה בבא מציעא שבח לעושה אור ומכל מחלה יצילינו ומכל צרה וצוקה ומכל יגון ואנחה וירפא וישמע שוועתינו ותפלתי בזמן קריב סיימתו היום אחר בשבת כ'ט' לירח ניסן שנת כ'מ'ט'ו'ף' לפרט אלף הששי. *Explicit Tractatus Porta media. Laus illi, qui amictus est lumine. Serva nos ab omni infirmitate, & ab angustiis, & gemitibus libera nos. Cura nos, & exaudi confestim clamores nostros & preces nostras. Absolvi autem illum hodie feria prima, die 29. Mensis Nisan*, Martii, *Anno ab Orbe condito 95. sexti millenarii*. Pertinuit olim ad אליעזר בר אלעזר ליפמן *Eliezer filium Eleazari Lipman*; ut in fine adnotatur.

CXVIII.

Codex antiquus, in fol. membraneus, constans foliis 124. charactere quadrato elegantissimo exaratus, olim Palatinus; ubi continentur Tractatus duo Talmudici, duabus columnis dispositi; quorum

1. מסכת זבחים MASSECHETH ZEVACHIM, *Tractatus de Sacrificiis*; quæ scilicet, & qualia, quo tempore, quo loco, & a quibus mactari, parari & offerri debebant; Primus Ordinis quinti קדשים KODASCIM, *Sanctitates* inscripti. Habet Capita quatuordecim, *Miscnajoth* vero in universum centum & unum. Eorum

Cap. I. prioribus sex foliis mancum, quæ ex oscitantia Bibliopæi sub initium sequentis Codicis compacta sunt, constat *Miscnajoth* quatuor, incipit autem fol. 5. a verbis illis להצד השוה שבהן שבו ישנו בציבור

Cap. II. *Miscn.* 5. Init. fol. 6. a terg. כל הזבחים שקבל דמן זר אונן טבול

Cap. III. *Miscn.* 6. Init. fol. 16. a terg. כל הפסולין ששחטו שחיטתן כשרה

Cap. IV. *Miscn.* 6. Init. fol. 19. a terg. בית שמאי אומרים כל הנתנין על מזבח

Cap. V. *Miscn.* 8. Initium fol. 24. איזהו מקום של זבחים קדשי קדשים

Cap. VI. *Miscn.* 7. Init. fol. 30. a terg. קדשי קדשים ששחטן בראש המזבח

Cap. VII. *Miscn.* 6. Initium fol. 35. a terg. חטאת העוף שעשאה למטה

Cap. VIII. *Miscn.* 12. Initium fol. 38. כל הזבחים שנתערבו בחטאת

Cap. IX. *Miscn.* 7. Init. fol. 44. a t. המזבח מקדש את הראוי לו ר' יהושע אומר

Cap. X. *Miscn.* 8. Init. fol. 47. a terg. כל התדיר מחבירו קודם את חבירו

Cap. XI. *Miscn.* 8. Init. fol. 50. דם החטאת שניתן על הבגד הרי זה טעון

Cap. XII. *Miscn.* 6. Init. fol. 54. a terg. טבול יום ומחוסר כפורים אינן חולקין

Cap. XIII. *Miscn.* 8. Initium fol. 60. השוחט והמעלה בחוץ חייב על השחיטה

Cap. XIV. cum suis decem *Miscnajoth* desideratur.

2. מסכת מנחות MASSECHETH MENACHOTH, *Tractatus de Muneribus*; sive de oblationibus vespertinis ex farina & pane, cum, vel absque, oleo & thure; apud Wolfium Tertius, apud Bartoloccium vero Secundus Ordinis quinti KODASCIM, *Sanctitates*, Capita ejus tredecim, quorum duo posteriora desunt, *Miscnajoth* vero nonaginta tres.

Cap. I. habet *Miscnajoth* 4. Init. fol. 61. כל המנחות שנקמצו שלא לשמן כשרות

Cap. II. *Miscn.* 5. Initium fol. 69. הקומץ את המנחה לאכול שריה

Cap. III. *Miscn.* 7. Init. fol. 72. a t. הקומץ את המנחה לאכול דבר שאין דרכו

Cap. IV. *Miſcn.* 5. Initium fol. 86. התכלת אינה מעכבת את הלבן והלבן
Cap. V. *Miſcn.* 9. Init. fol. 96. a terg. כל המנחות באות מצה חוץ מחמץ
Cap. VI. apud Bartoloccium X. habet *Miſcnajoth* 9. Initium fol. 103. a terg. ר׳ ישמעאל אומ׳ אלו העומר היה בא
Cap. VII. Bartoloccio VI. Ejus *Miſcnajoth* 7. Initium fol. 109. a terg. אלו מנחות נקמצות ושיריהן לכהנים.
Cap. VIII. apud Bartolocc. VII. Ejus *Miſcnajoth* 6. Initium fol. 112. התודה היתה באה חמש סאין ירושלמיות.
Cap. IX. apud Battolocc. VIII. Ejus *Miſcnajoth* 7. Initium fol. 116. a terg. כל הקרבנות הציבור והיחיד באין מן הארץ
Cap. X. apud Bartolocc. IX. Ejus *Miſcnajoth* 9. Initium fol. 119. a terg. שתי מידות של יבש היו במקדש
Cap. XI. habet *Miſcn.* 9. Initium fol. 124. שתי הלחם נילושות אחת אחת
Is Codex ad decimumtertium Chriſti ſeculum videtur referendus .

C X I X.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliis conſtans 128. charactere quadrato elegantiſſimo ſcriptus, olim Palatinus. Ibi continentur, Tractatus ſex Talmudici, duabus columnis diſpoſiti. Præmittitur fragmentum Capitis primi ex Tractatu זבחים ZEVACHIM, *Sacrificiorum*, ab initio ad verba illa פריך אשא בנוי ליתי אשם פריך ſex foliis contentum, quæ ſub initium præcedentis Codicis deſiderabantur.

1. מסכת תמורה MASSECHETH THEMURA, *De permutatione Sacrificiorum*; an ſcilicet, aliud pro alio ſubſtituere & offerre licitum: Sextus Ordinis quinti קדשים KODASCIM, *Sanctitates*, inſcripti. Conſtat Capitibus ſeptem, & *Miſcnajoth* quinque & triginta; quorum

Caput I. habet *Miſcnajoth* 6. Init. fol. 7. הכל ממרים אחד אנשים ואחד נשים
Cap. II. *Miſcn.* 3. Init. fol. 16. a terg. יש בקרבנות היחיד שאין בקרבנות
Cap. III. *Miſcn.* 5. Init. fol. 19. a terg. אלו קדשים שולדותיהן ותמורותיהן
Cap. IV. *Miſcn.* 4. Initium fol. 23. ולד חטאת ותמורה חטאת וחטאת
Cap. V. *Miſcn.* 6. Init. fol. 25. כיצד מערימים בו על הבכור מבכרת
Cap. VI. *Miſcn.* 5. Init. f. 27. כל האסורין לגבי מזבח אוסרין בכל שהן
Cap. VII. *Miſcn.* 6. nit. fol. 29. a terg. יש בקדשי מזבח מה שאין בקדשי בדק

2. Ejuſdem Ordinis מסכת ערכין MASSECHETH ERACHIN, *Tractatus de Æſtimationibus*, & pretio earum rerum, quæ Deo devotæ & promiſſæ erant, ne ſcilicet nimis vili pretio redimerentur; apud Bartoloccium & Wolfium Quintus. Capita ejus novem, *Miſcnajoth* quinquaginta. Eorum

Cap. I. habet *Miſcnajoth* quatuor. Init. fol. 32. הכל מעריכין ונערכין כהנים
Cap. II. *Miſcn.* 6. Initium fol. 37. אין נערכין פחות מסלע ולא יותר על
Cap. III. *Miſcn.* 5. Initium fol. 41. יש ערכין להקל ולהחמיר משדה אחוזה
Cap. IV. *Miſcn.* 4. Init. fol. 45. השיג יד בנודר והשנים בנדר והנערכין
Cap. V. *Miſcn.* 6. Init. fol. 46. האומר משקלו עלי נותן משקלו
Cap. VI. *Miſcn.* 3. Init. fol. 48. שום היתומים שלשים יום ושום ההקדש

Cap. VII.

Cap. VII. *Miſcn.* 5. Initium fol. 50. אין מקדשין לפני היובל פחות משתי
Cap. VIII. *Miſcn.* 7. Init. fol. 52. המקדיש את שדהו בשעה שאינה יובל
Cap. IX. *Miſcn.* 8. Init. fol. 54. המוכר את שדהו בשעת היובל אינו מותר

3. Ejuſdem Ordinis מסכת בכורית MASSECHETH BECOROTH, *Tractatus de Primogenitis*, apud Bartoloccium & Wolfium Quartus, in novem Capita diſtributus, quæ ſeptuaginta tres *Miſcnajoth* ſiſtunt; ubi potiſſimum agitur de jure primogenitorum in animalibus, quomodo vel offerri, vel pecunia redimi debeant.

Caput I. habet *Miſcnajoth* ſeptem. Init. fol. 58. הלוקח עובר חמורו של נכרי
Cap. II. *Miſcn.* 9. Initium fol. 67. הלוקח עובר פרתו של נכרי
Cap. III. *Miſcn.* 4. Init. fol. 72. הלוקח בהמה מן הנכרי ואינו יודע אם בכורה
Cap. IV. *Miſcn.* 10. Initium fol. 76. עד כמה ישראל חייבין להטפל בבכור
Cap. V. *Miſcn.* 6. Initium fol. 78. a terg. כל פסולי המוקדשין נמכרים באיטלין
Cap. VI. *Miſcn.* 12. Init. fol. 83. על אלו מומין שוחטין את הבכור נפחתה
Cap. VII. *Miſcn.* 7. Init. f. 87. a terg. מומין אלו בין קבועין בין עוברין פוסלין
Cap. VIII. *Miſcn.* 10. Init. fol. 90. a t. יש בכור לנחלה ואינו בכור לכהן ואינו
Cap. IX. *Miſcn.* 8. Init. fol. 94. a terg. מעשר בהמה נוהג בארץ ובחוצה לארץ

4. Ejuſdem Ordinis מסכת מעילה MASSECHET MEILA, *Tractatus de Prævaricatione*; apud Bartoloccium Octavus, apud Wolfium vero Septimus; Capitibus ſex, & *Miſcnajoth* triginta octo abſolutus, in quibus de tranſgreſſionibus in uſu Sacrificiorum, quod ſcilicet nemini liceat de rebus Deo oblatis uſum vel fructum percipere; uti & de iiſdem Sacrificiis non recte mactatis, aut adminiſtratis, & quomodo ejuſmodi culpa ſit expianda, exponitur.

Cap. I. habet *Miſcnajoth* 4. Init. f. 99. a t. קדשי קדשים ששחטן בדרום מועלין
Cap. II. *Miſcn.* 9. Init. fol. 102. a terg. חטאת העוף מועלין בה משהו קדשה
Cap. III. *Miſcn.* 8. Init. f. 103. a terg. ולד חטאת ותמורת חטאת וחטאת שמתו
Cap. IV. *Miſcn.* 6. Init. fol. 105. קדשי מזבח מצטרפין למעילה ולהייב עלה
Cap. V. *Miſcn.* 5. Init. fol. 106. a t. הנהנה מן הקדש שוה פרוטה א'ע'פ'י'
Cap. VI. *Miſcn.* 6. Init. f. 107. a terg. השליח שעשה שליחותו בעל הבית מעל

5. Ejuſdem Ordinis מסכת כריתות MASSECHETH CHERITHOTH, *Tractatus de Exciſionibus*; apud Bartolocc. Septimus, apud Wolf. vero Octavus; in ſex Capita, quæ triginta octo *Miſcnajoth* continent, diſtributus: ubi agitur de punitione animarum in ſeculo futuro, & de peccatis, quæ exciſionem juxta Legem Numer. XV. 30. merentur, quæque triginta ſex recenſentur.

Cap. I. habet *Miſcn.* 7. Init. f. 108. a t. שלשים ושש כריתות בתורה הבא על האם
Cap. II. *Miſcn.* 6. Init. fol. 116. ארבעה מחוסרי כפרה וארבעה מביאין על
Cap. III. *Miſcn.* 10. Init. fol. 119. a terg. אמרו לו אכלת חלב מביא חטאת עד
Cap. IV. *Miſcn.* 3. Init. fol. 124. ספק אכל חלב ספק לא אכל ואפילו אכל
Cap. V. *Miſcn.* 3. Init. fol. 126. a terg. דם שחיטה בבהמה ובחיה ובעופות
Cap. VI. cum ſuis novem *Miſcnajoth* deſideratur; ſuppleri tamen poteſt ex conſequenti Codice, ubi is Tractatus integer habetur.

Is Codex eadem, qua ſuperior, manu exaratus eſt; atque adeo ad tertiumdecimum Chriſti ſeculum videtur referendus.

CXX.

CODex antiquus, in fol. membraneus, constans foliis 242. charactere, quadrato nitidissimo exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

Tractatus novem Talmudici ex Ordine quinto קדשים KODASCIM, *Sanctitates*, duabus columnis dispositi; videlicet,

1. מסכת מנחות MASSECHETH MENACHOTH, *Tractatus de Muneribus*, sive oblationibus vespertinis ex farina & pane, earumque ritibus & ceremoniis; Secundus præfati Ordinis. Habet Capita tredecim cum nonaginta tribus *Miscnajoth*, eodem, quo in superiori Codice CXVIII. ordine disposita.

Cap. I. habet *Miscnajoth* 4. Init. f. 1. כל המנחות שנקמצו שלא לשמן כשרות

Cap. II. *Miscn.* 5. Initium fol. 9. הקומץ את המנחה לאכול שיריה או להקטיר

Cap. III. *Miscn.* 7. Init. fol. 12. a t. הקומץ את המנחה לאכול דבר שאין דרכו

Cap. IV. *Miscn.* 5. Initium fol. 28. התכלת אינא מעכבת את הלבן והלבן אינא

Cap. V. *Miscn.* 9. Init. fol. 39. כל המנחות באות מצה חוץ מחמץ שבתודה

Cap. VI. Bartoloccio X. Ejus *Miscnajoth* novem. Initium fol. 47. a terg. ר׳ ישמעאל אום העומר היה בא·

Cap. VII. Bartoloccio VI. Ejus *Miscnajoth* septem, Initium fol. 54. אלו מנחות נקמצות ושיריהן לכהנים·

Cap. VIII. Bartoloccio VII. Ejus *Miscnajoth* sex. Initium fol. 57. a terg. התודה היתה באה חמש סאין ירושלמיות

Cap. IX. Bartoloccio VIII. Ejus *Miscnajoth* septem. Initium fol. 64. כל קרבנות הציבור והיחיד באין·

Cap. X. Bartoloccio IX. Ejus *Miscnajoth* novem. Initium fol. 77. שתי מידות של יבש היו במקדש·

Cap. XI. *Miscn.* 9. Initium fol. 82. שתי הלחם נילושות אחת אחת

Cap. XII. *Miscn.* 5. Initium fol. 87. a terg. המנחות והנסכים שנטמאו שלן

Cap. XIII. *Miscn.* 11. Init. f. 90. a t. הרי עלי עשרון יביא אחד שתי עשרינות

2. מסכת בכורות MASSECHETH BECOROTH, *Tractatus de Primogenitis* animalium in templo offerendis, vel pecunia redimendis, si inepta fuerint; Quartus prædicti Ordinis Kodascim, Capitibus novem, *Miscnajoth* vero septuaginta tribus comprehensus; quorum

Cap. I. habet *Miscnajoth* 7. Init. fol. 95. a terg. הלוקח עובר חמורו של נכרי

Cap. II. *Miscn.* 9. Initium fol. 105. הלוקח עובר פרתו של נכרי

Cap. III. *Miscn.* 4. Initium fol. 110. הלוקח בהמה מן הנכרי ואינו יודע

Cap. IV. *Miscn.* 10. Initium fol. 114. עד כמה ישראל חייבין להיטפל בבכור

Cap. V. *Miscn.* 6. Init. fol. 117. a terg. כל פסולי המוקדשין נמכרים באיטלין

Cap. VI. *Miscn.* 12. Init. fol. 122. a terg. על אלו מומין שוחטין את הבכור

Cap. VII. *Miscn.* 7. Initium fol. 130. מומין אלו בין קבועין בין עוברין פוסלין

Cap. VIII. *Miscn.* 10. Init. f. 131. a t. יש בכור לנחלה ואינו בכור לכהן הדיוט

Cap. IX. *Miscn.* 8. Init. fol. 135. a terg. מעשר בהמה נוהג בארץ ובחוצה לארץ

3. מסכת כריתות MASSECHETH CHERITHOTH, *Tractatus de Excisionibus* animarum ex futuro seculo, & de peccatis quæ excisionem merentur. Illorum tri-

triginta ſex ex Lege numerantur ; Septimus præfati Ordinis ; conſtat ſex Capitibus , & *Miſcnajoth* triginta octo .

Cap. I. Ejus *Miſcnajoth* 7. Init. fol.142. שלשים ושש כריתות שבתורה אבא על
Cap. II. *Miſcn.* 6. Init. fol. 151. ארבעה מחוסרי כפורים מביאין על הזדון
Cap. III. *Miſcn.* 10. Init. fol. 154. a terg. אמרו לו אכלת חלב מביא חטאת
Cap. IV. *Miſcn.* 3. Init. fol. 161. ספק אכל חלב ספק לא אכל ואפילו אכל
Cap. V. *Miſcn.* 3. Init. fol. 156. a terg. דם שחיטה בבהמה בחיה ומטמאין
Cap. VI. *Miſcn.* 9. Init. fol. 168. a terg. המביא אשם תלוי ונודע לו שלא חטא

4. מסכת מעילה Masseçheth Meila , *Tractatus de Prævaricatione* , ſeu tranſgreſſionibus in uſu ſacrificiorum , & quomodo expianda ; prædicti Ordinis v. Kodaſcim Octavus , in ſex Capita diſtributus , quæ triginta octo *Miſcnajoth* in univerſum complectuntur

Cap. I. Ejus *Miſcnajoth* 4. Init. fol. 166. קדשי קדשים ששחטן בדרום מועלים
Cap. II. *Miſcn.* 9. Initium fol. 168. a terg. חטאת העוף מועלין בה
Cap. III. *Miſcn.* 8. Initium fol. 169. a terg. ולד חטאת ותמורת חטאת והטאת
Cap. IV. *Miſcn.* 6. Initium fol. 171. a terg. קדשי המזבח מצטרפין למעילה
Cap. V. *Miſcn.* 5. Initium fol. 173. הנהנה מן הקדש שוה פרוטה א'ע'פ'י'
Cap. VI. *Miſcn.* 6. Initium f. 174. a t. השליח שעשה שליחותו בעל הבית מעל

5. מסכת תמיד Massecheth Thamid , *Tractatus de Jugi ſacrificio* , quod fiebat quotidie ex duobus Agnis , quorum alter mane , alter veſpere offerebantur , juxta Legem Numer. xviii. 3. apud Bartoloccium , & Wolfium Nonus præfati Ordinis quinti Kodaſcim . Conſtat Capitibus ſeptem , *Miſcnajoth* vero triginta quatuor

Cap. I. habet *Miſcnajoth* 4. Init. f. 175. a t. בשלשה מקומות הכהנים שומרים
Cap. II. *Miſcn.* 5. Init. fol. 177. a terg. ראוהו אחיו שירד והן רצו ובאו ומיהרו
Cap. III. *Miſcn.* 9. Initium fol. 178. אמר להם הממונה בואו והפיסו
Cap. IV. *Miſcn.* 3. Initium fol. 178. a terg. לא היו כופתין את הטלה אלא
Cap. V. *Miſcn.* 6. Init. fol. 180. אמר להם הממונה ברכו ברכה אחת והם ברכו
Cap. VI. *Miſcn.* 3. Init. fol. 180. a t. החלו עולים במעלות האולם מי שזכה
Cap. VII. & ultimum cum ſuis *Miſcnajoth* quatuor deſideratur .

6. מסכת קנים Massecheth Kinim , *Tractatus de Nidis* , ideſt pullis ex nido avium offerendis a pauperibus ; apud Bartoloccium & Wolfium Undecimus ejuſdem Ordinis Kodaſcim , Capita ejus tria , *Miſcnajoth* vero quatuordecim .

Cap. I. Ejus *Miſcnajoth* 4. Init. fol. 191. חטאת העוף נעשית למטן והטאת בהמה
Cap. II. *Miſcn.* 4. Init. fol. 191. a terg. קן סטומה שפרח ממנה גוזל לאויר
Cap. III. *Miſcn.* 6. Ibidem במה דברים אמורים בכהן מלך אבל בכהן

7. מסכת ערכין Massecheth Erachin , *Tractatus de Æſtimationibus* , ſeu pretio rerum Deo devotarum , & promiſſarum ; ne ſcilicet nimis vili pretio redimantur , juxta Legem Levit. xxvii. Quintus præfati Ordinis , in Capita novem , quæ in unverſum quinquaginta *Miſcnajoth* ſiſtunt , diviſus .

Cap. I. habet *Miſcn.* 4. Init. fol. 192. a t. הכל מעריכין ונערכין נודרין ונודרין
Cap. II. *Miſcn.* 6. Init. fol. 197. a terg. אין נערכין פחות מסלע ולא יותר
Cap. III. *Miſcn.* 5. Init. fol. 202. יש בערכין להקל ולהחמיר משדה אחוזה

Cap. IV.

Cap. IV. *Miſcn.* 4. Initium fol. 206. השג יד בנודר והשכים בנודר
Cap. V. *Miſcn.* 6. Init. fol. 207. האומר משקלי עלי נותן משקלו אם כסף
Cap. VI. *Miſcn.* 3. Init. fol. 210. שום היתומים שלשים יום ושום ההקדש
Cap. VII. *Miſcn.* 5. Init. fol. 212. a t. אין מקדשין לפני היובל פחות משתי שנים
Cap. VIII. *Miſcn.* 7. Init. fol. 214. a t. המקדיש אתשדהו בשעה שאינה יובל
Cap. IX. *Miſcn.* 8. Init. fol. 217. a terg. המוכר שדהו בשעת היובל אינו מותר

8. מסכת תמורה Masseċheth Themura, *Tractatus de permutatione* Sacrificiorum; an ſcilicet aliud pro alio ſubſtituere, & offerre licitum; ejuſdem Ordinis v. Kodaſcim ſextus. Capita ejus ſeptem, *Miſcnajoth* triginta quinque.

Cap. I. habet *Miſcnajoth* 6. Init. f. 221. a t. הכל ממרין אחד אנשים ואחד נשים
Cap. II. *Miſcn.* 3. Init. fol. 231. a terg. יש בקרבנות היחיד שאין בציבור ויש
Cap. III. *Miſcn.* 5. Init. fol. 235. a t. אלו קדשים שולדותיהן ותמורותיהן כיוצא
Cap. IV. *Miſcn.* 4. Init. fol. 239. a terg. ולד חטאת ותמורה חטאת וחטאת שמתו
Cap. V. *Miſcn.* 6. Init. fol. 241. a terg. כיצד מערימין על הבכור מבכרת עד
Cap. VI. *Miſcn.* 5. Init. fol. 244. כל אסורין לגבי המזבח אוסרין בכל שהן
Cap. VII. *Miſcn.* 6. Init. f. 246. a t. יש בקדשי מזבח מה שאין בקדשי בדק הבית

9. מסכת מדות Massecheth Middoth, *Tractatus de Menſuris*, & dimenſionibus Templi Hieroſolymitani; apud Bartoloccium & Wolfium X. Ordinis v. Kodaſcim; in quinque Capita, triginta tribus *Miſcnajoth* conſtantia, diſtributus.

Cap. I. Ejus *Miſcnajoth* 8. Init. fol. 249. a t. בשלשה מקומות הכהנים שומרים
Cap. II. *Miſcn.* 6. Initium fol. 250. הר הבית היה חמש מאות אמה על חמש
Cap. III. *Miſcn.* 8. Init. f. 250. a t. המזבח היה שלשים ושתים על שלשים ושתים
Cap. IV. *Miſcn.* 7. Initium fol. 251. פתחו של היכל גבהו עשרים אמה
Cap. V. *Miſcn.* 4. Init. fol. 251. a t. כל העזרה היתה ארך מאה ושמונים ושבע

Is Codex, quem non immerito ad decimumquartum Chriſti ſeculum referas, pertinuit olim ad ברכיה מטולון *Barachiam Thelonenſem*; ut ſub initium adnotatur.

CXXI.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliis conſtans 183. charactere quadrato ſatis eleganti exaratus, olim Palatinus; quo continentur, Tractatus duo Talmudici ex Ordine quinto, qui קדשים Kodascim, *Sanctitates* inſcribitur; duabus columnis diſpoſiti; videlicet,

1. מסכת זבחים Massecheth Zevachim, *Tractatus de Sacrificiis*, præfati Ordinis primus, in Capita quatuordecim *Miſcnajoth* centum & unum complectentia, diſtributus; ubi quæ, & qualia ſacrificia, quo tempore, quo loco, & a quibus mactari, parari & offerri debebant, oſtenditur.

Cap. I. principio mancum, habet *Miſcnajoth* quinque. Initium fol. 1. עלו נמי לבעלים לשם חובה אלמו
Cap. II. *Miſcn.* 5. Initium fol. 11. a terg. כל הזבחים שקבל דמן זר אונן טבול
Cap. III. *Miſcn.* 6. Init. fol. 22. a terg. כל הפסולין ששחטו שחיטתן כשרה
Cap. IV. *Miſcn.* 6. Init. fol. 26. בית שמאי אומ׳ כל הניתנין על מזבח החיצון
Cap. V. *Miſcn.* 8. Initium fol. 32. a terg. איזהו מקום של זבחים קדשי קדשים

Cap. VI.

Cap. VI. *Miſcn.* 7. Initium fol. 39. a terg. קדשי קדשים ששחטם בראש המזבח
Cap. VII. *Miſcn.* 6. Initium fol. 46. חטאת העוף שעשאה למטה כמעשה
Cap. VIII. *Miſcn.* 12. Init. fol, 49. כל הזבחים שנתערבו בחטאות המיתות
Cap. IX. *Miſcn.* 7. Init. fol. 55. המזבח מקדש את הראוי לו ר׳ יהושע אומר
Cap. X. *Miſcn.* 7. Init. fol. 58. a t. כל התדיר מחבירו קודם את חבירו התמידין
Cap. XI. *Miſcn.* 8. Init. f. 61. a t. דם חטאת שניתן על הבגד הרי זה טעון כיבום
Cap. XII. *Miſcn.* 6. Init. fol. 66. טבול יום ומחוסר כפורים אינן חולקין
Cap. XIII. *Miſcn.* 8. Init, fol. 72. a t. השוחט והמעלה בחוץ חייב על השחיטה
Cap. XIV. *Miſcn.* 10. Init. f. 76. a t. פרת חטאת ששרפה חוץ מגיתה וכן שעיר

2. מסכת חולין Massecheth Cholin , *Tractatus de Prophanis* , ſive de animalibus mundis & immundis, quatenus hominum uſibus licita , vel illicita ſint; prædicti Ordinis v. Kodaſcim Tertius. Capita ejus ſunt duodecim, *Miſcnajoth* vero ſeptuaginta quatuor.

Cap. I. habet *Miſcnajoth* 7. Init. f. 82. a t. הכל שוחטין ושחיטתן כשרה חוץ
Caput II. *Miſcn.* 10. Init. fol. 99. השוחט אחד בעוף ושנים בבהמה שחיטתו
Cap. III. *Miſcn.* 7. Init. fol. 108. a terg. ואילו טרפות בבהמה נקובת הוושט
Cap. IV. *Miſcn.* 7. Init. fol. 129. בהמה המקשה לילד הוציא עובר את ידו
Cap. V. *Miſcn.* 5. Init. fol. 136. a terg. אותו ואת בנו נוהג בארץ ובחוצה לארץ
Cap. VI. Bartoloccio VII. *Miſcnajoth* 6. Initium fol. 139. a terg. גיד הנשה נוהג בארץ ובחוצה לארץ.
Cap. VII. Bartoloccio VIII. *Miſcn.* 6. Init. f. 149. כל הבשר אסור לבשל בחלב
Caput VIII. Bartoloccio X. *Miſcnajoth* 8. Initium fol. 159. a terg. העור והרוטב והקיפה והאלל העצמות.
Cap. IX. Bartoloccio X. *Miſcn.* 4. Init. f. 56. הזרוע והלחיים והקבה נוהגין בין
Cap. X. Bartoloccio VI. *Miſcn.* 7. Init. f. 173. כסוי הדם נוהג בארץ ובחוצה
Cap. XI. *Miſcn.* 2. Init. fol. 177. a terg. ראשית הגז נוהג בארץ ובחוצה לארץ
Cap. XII. *Miſcn.* 5. Init. f. 180. a t. שלוח הקן נוהג בארץ נ׳כ׳ בארץ ובחוצה

Is Codex decimotertio Chriſti ſeculo videtur exaratus.

C X X I I.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliorum 112. literis quadratis exaratus, olim Palatinus. Ibi continetur,

מסכת חולין Massecheth Cholin , *Tractatus de Prophanis* , ſive de animalibus mundis & immundis, quatenus hominum uſibus licita, vel illicita ſint, apud Wolfium Secundus, apud Bartoloccium vero Tertius Ordinis quinti Talmudici *Kodaſcim* , ſanctitates inſcripti . Conſtat Capitibus duodecim, *Miſcnajoth* vero ſeptuaginta quatuor, diverſo tamen, quo apud Bartoloccium, ordine diſpoſitis; videlicet,

Cap. I. habet *Miſcnajoth* 7. Init. f. 1. a t. הכל שוחטין ושחיטתן כשרה חוץ מחרש
Cap. II. *Miſcn.* 10. Init. fol. 24. a terg. השוחט אחד בעוף ושנים בבהמה שחיטתו
Cap. III. *Miſcn.* 7. Init. fol. 36. a terg. אלו טרפות בבהמה נקובה הוושט
Cap. IV. *Miſcn.* 7. Init. fol. 54. a t. בהמה המקשה לילד והוציא העובר את ידו
Cap. V. Bartoloccio VIII. Ejus *Miſcnajoth* 6. Initium fol. 61. a terg. כל

כל הבשר אסור לבשל בחלב חוץ מבשר.
Cap. VI. Bartoloccio VII. *Miſcn.* 6. Init. f. 71. גיר הנשה נוהג בארץ ובחוצה
Cap. VII. Bartoloccio V. *Miſcn.* 5. Init. f. 81. a t. אותו ואת בנו נוהג בארץ
Cap. VIII. Bartoloccio VI. *Miſcn.* 7. Initium fol. 86. כסוי הדם נוהג בארץ
Cap. IX. *Miſcn.* 8. Init. fol. 90. a terg. העור והרוטב והקיפה והאלל
Cap. X. *Miſcn.* 4. Init. fol. 101. a t. הזרוע והלחיים והקבה נוהגין בארץ
Cap. XI. *Miſcn.* 2. Init. fol. 105. a t. ראשית הגז נוהג בארץ ובחוצה לארץ
Cap. XII. *Miſcn.* 5. Init. fol. 109. שלוח הקן נוהג בארץ ובחוצה לארץ

Subnectitur, fol. 112. ad calcem, Series, ſive Ordo omnium Capitum huſque recenſitorum, quoad verba initialia.

Is Codex, cujus ætas ad decimumtertium Chriſti ſeculum videtur referenda, pertinuit olim ad לוי ליפמן *Levi Lipman*; ut in fine adnotatur.

CXXIII.

Codex antiquus, in fol. membraneus, conſtans foliis 91. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. Fragmentum מסכת חולין MASSECHETH CHOLIN, ſive *Tractatus* Talmudici *de Prophanis*, ex Ordine quinto *Kodaſcim*, ſanctitates, a Cap. II. & quidem initio mutilo, uſque ad Cap. VI. quod Bartoloccio octavum recenſetur. Initium fol. 1. מבית השחיטה משלחו יפה יפה עד

2. Anonymi פ׳ על התורה דרך פשט PERUSC AL HATTHORA DEREC PESCIAT, *Expoſitio in Legem*, ſeu Pentateuchum, literalis; verum a Cap. VIII. Numerorum uſque ad finem mutila.

In Geneſim Incipit fol. 31. a terg. בראשית ברא אלהים שהרי כסא הכבוד
In Exodum, fol. 57. a terg. ואלה שמות ואו נוסף על ענין ראשון שנימנן
In Leviticum, fol. 82. ויקרא ט׳ תבות בזה הפסוק וט׳ תבות באנכי השם
In Numeros, fol. 83. a terg. במדבר סיני דודי לי בעולם הזה ואני לו

Is Codex, ſi quidem expoſitionem in Pentateuchum, nova manu additam, excipias, ad decimumtertium Chriſti ſeculum videtur referendus.

CXXIV.

Codex in fol. partim bombycinus, partim membraneus, conſtans foliis 202. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur.

1. Anonymi פירושים PERUSCIM, *Commentarii*, in Tractatus Talmudicos novem, nondum typis conſignati; videlicet,

I. In מסכת בראכות MASSECHETH BERACHOTH, *Tractatum de Benedictionibus*, primum ex Ordine primo זרעים ZERAIM, *de Seminibus*. Init. fol. 1. מאימתי קורין אתשמע בערבין

II. In מסכת תענית MASSECHETH THAANITH, *Tractatum de Jejunio*, Wolfio nonum, Bartoloccio autem decimum Ordinis ſecundi מועד MOED, *de Sacris Feſtis*. Initium fol. 25. a t. אמר ר׳ חמא בימות הגשמים לא אמר מוריד הגשם

III. In

3. *In* מסכת מגלה MASSECHETH MEGHILLA, *Tractatum de Volumine*, sive de festo *Purim*, i. e. sortium; de quo in historia Esther; apud Wolfium decimum, apud Bartoloccium vero duodecimum ex eodem Ordine de Sacris Festis. Initium fol. 31. a terg. גרס' בפ'ק' דיבמות תנן התם מגלה

4. *In* מסכת יום טוב MASSECHETH JOM TOU, *Tractatum de die bono*, seu *festo*, qui & a prima voce ביצה BETSA, *Ovum* inscribitur; septimum apud Wolfium, quintum vero apud Bartoloccium ex eodem Ordine de Sacris Festis. Initium fol. 36. a terg. ביצה שנולדה ביום טוב בית שמאי אומר'

5. *In* מסכת פסח ראשון MASSECHETH PESACH RISCION, *Tractatum de Paschate primo*, tertium ejusdem Ordinis de Sacris Festis. Init. fol. 57. אמר ר' יהושע בן לוי לעולם אל יוציא אדם דבר·

6. *In* מסכת ראש השנה MASSECHETH ROSC HASCIANA, *Tractatum de novi anni initio*, Wolfio octavum, Bartoloccio septimum ejusdem Ordinis de Sacris Festis. Initum fol. 83. a terg. תנו רבנן אחד הנוטע ואחד המבריך

7. *In* מסכת יומא MASSECHETH JOMA, *Tractatum de Die expiationis peccatorum*; Wolfio quintum, Bartoloccio octavum ex eodem Ordine de Sacris Festis. Initium fol. 88. a terg. אתמר הצי שיעור ר' יוחנן אמר אסור

8. *In* מסכת סוכה MASSECHETH SUCCA, *Tractatum de Tabernaculo*; Bartoloccio nonum, Wolfio sextum ejusdem Ordinis. Initium fol. 91. a terg. גרסינן בפרקא קמא דיומא תנו רבנן·

9. *In* מסכת מועד קטן MASSECHETH MOED KATON, *Tractatum de Festo parvo*, undecimum Wolfio, Bartoloccio vero sextum ejusdem Ordinis *Moed*, de Sacris Festis. Init. fol. 109. a terg. משקין בית השלחין במועד כללא דאלתא

II. ר' משולם בן יהודה ספר ההשלמה R. MESCIULLAM FILII MOSIS FIL. JUDÆ, Seculo decimotertio clari, SEPHER HAHASCELOMA, *Liber Retributionis*, ex Mich. VII. 3. sive Expositio Commentariorum R. Isaaci filii R. Jacob Alphesi, in hosce Tractatus Talmudicos; præmissa Præfatione, cujus initium fol. 119. a terg. ברוך השם ה' האחד קדמון אשר

1. *In* מסכת שבת MASSECHETH SCIABBATH, *Tractatum de Sabbatho*, primum ex Ordine מועד *Moëd*, de festis. Init. fol. 120. יציאות השבת שתים שהן ארבע

2. *In* מסכת חולין MASSECHETH CHOLIN, *Tractatum de Profanis*, ex Ordine quinto, cujus titulus קדשים *Kodascim*, i. e. Sanctitates. Initium fol. 174. אמר רבא ישראל משומד אוכל נבילות·

3. *In* מסכת ערובין MASSECHETH ERUVIM, *Tractatum de Commixtionibus*, secundum Ordinis secundi מועד *Moëd*, de sacris Festis. Nonnulla tamen circa finem desiderantur. Init. fol. 196. מקצת קורה בתוך עשרים ומקצת למעלה

Hocce autem opus, cujus nudum titulum ex שלשלת הקבלה *Scialsceleth Hakabala* i. e. Catena Traditionis, se adsequutos fuisse adfirmant Bartoloccius & Wolfius, fuit ab authore elaboratum in Arce Lunel, ut idem author in Præfatione testatur, quæ oculos Bartoloccii fugit.

Is Codex seculo Christi decimoquinto scriptus videtur, pertinuitque olim ad יעקב בן יוסף לוי *Jacobum filium Josephi Levitam*; ut sub initium adnotatur.

CXXV.

CODEX antiquus, in fol. membraneus, foliorum 76. quadratis literis elegantissime exaratus; quo continetur,

מסכת פסחים MASSECHETH PESACHIM, *Tractatus de Paschatibus*, Talmudicus, Tertius ex Ordine secundo מועד MOED, *de Festis*, in Capita decem distributus, quæ octoginta octo *Miscnajoth* in universum complectuntur; ubi agitur de primo & secundo Paschatis festo, de fermento, & pane azymo, de mactatione agni Paschalis, & de calamitatibus in Ægypto exantlatis.

Cap. I. principio mutilum, habet *Miscnajoth* septem. Initium fol. 1. אין ביעור חמץ אלא לצורך.

Cap. II. *Miscn.* 8. Initium fol. 10. כל שעה שמותר לאכול מאכיל

Cap. III. *Miscn.* 8. Initium fol. 24. a terg. אלו עוברין בפסח כותח הבבלי

Cap. IV. *Miscn.* 8. Initium fol. 30. מקום שנהגו לעשות מלאכה עושין

Cap. V. Bartoloccio VII. constat *Miscnajoth* tredecim. Initium fol. 37. כיצד צולין את הפסח שפוד של רמון.

Cap. VI. *Miscn.* 6. Init. fol. 47. a terg. אלו דברים בפסח דוחין את השבת

Cap. VII. Bartoloccio V. habet *Miscnajoth* decem. Init. fol. 53. a terg. תמיד נשחט בשמונה ומחצה.

Cap. VIII. *Miscn.* 8. Init. fol. 58. a t. האשה בזמן שהיא בבית בעלה שחט

Cap. IX. *Miscn.* 11. Init. fol. 63. a t. מי שהיה טמא או בדרך רחוקה ולא עשה

Cap. X. fine mancum. Ejus *Miscn.* novem. Initium fol. 68. a tergo. ערבי פסחים סמוך למנחה לא יאכל עד שתחשך

Is Codex, cujus pleraque folia vetustate exesa, ad seculum Christi decimumtertium videtur referendus.

CXXVI.

CODEX antiquus, in fol. membraneus, foliis constans 120. charactere Rabbinico nitidissime scriptus, olim Palatinus; quo continetur,

ר׳חננאל פירוש על סדר מועד R. CHANANELIS PERUSC AL SEDER MOED, *Commentarius in Ordinem de sacris festis*, secundum Talmudis, in quo hi septem Tractatus exhibentur; videlicet,

I. מסכת יומא *Massecheth Joma*, Tractatus de die Expiationis peccatorum. Initium fol. 1. מעשה שנפרשו וראי טהר ולא נטמא

II. מסכת מגלה *Massecheth Meghilla*, Tractatus de Volumine, seu historia Esther, incipit fol. 28. מגלה בקראת בי״א׳ בי״ב׳ בי״ג׳ בי״ד׳ לא פחות ולא

III. מסכת ראש השנה *Massecheth Rosc hasciana*, Tractatus de anni initio, incipit fol. 36. ארבעה ראשי שנים הם באחד בניסן

IV. מסכת תענית *Massecheth Thaanith*, Tractatus de jejuniis, incipit fol. 55. אידי דתנן במתניתין מאימתי מזכרין

V. מסכת סוכה *Massecheth Succa*, Tractatus de Tabernaculorum festo, incipit fol. 66. a terg. סוכה שהיא גבוהה למעלה מכ׳ אמא פסולה

VI. מסכת

ptorum Ebræorum perquiras, quum nullibi de eo mentio fiat. Is autem Codex autographus pro certo habendus; pertinuitque olim ad מנוח בן גרשון *Manoach fil. Gersonis*; ut sub initium adnotatur.

CXXXIII.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliis constans 151. charactere quadrato elegantissimo exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

פסקי ר' יצחק בן ר' יעקב אלפסי R. ISAACI FIL. R. JACOB ALPHESI, seu Fessani, PISKE, *Decisiones* in Tractatus Talmudicos undecim, quorum primus ex Ordine tertio נשים *Nascim*, mulieres, ceteri ex Ordine primo זרעים *Zeraim*, semina inscripto; videlicet,

1. *In* מסכת סוטה MASSECHETH SOTA, *Tractatum de Muliere* declinante, quæ in suspicionem adulterii venit; quomodo scilicet a Marito zelotypo probanda, juxta Legem Num. V. Init. f. 1. המקנא את אשתו ר' אליעזר במקנא

2. *In* מסכת ברכות MASSECHETH BERACHOTH, *Tractatum de Benedictionibus*; ubi de precibus & gratiarum actione pro terræ fructibus, ac omnibus omnino beneficiis, & de tempore, loco, & circumstantiis, quibus eæ dicendæ sunt. Initium fol. 22. מאימתי קורין את שמע בערבין משעה

3. *In* מסכת פאה MASSECHETH PEAH, *Tractatum de Angulo*, aliquo agri pauperibus relinquendo, ut ejus fructus colligant. Initium fol. 50. a terg. אלו דברים שאין להם שיעור.

4. *In* מסכת דמאי MASSECHETH DEMAI, *Tractatum de re dubia*; ubi de rebus, de quibus dubium, an decimæ Deo datæ sint, nec ne; dabatur autem de ea centesima, idest decima decimarum. Item de decimis aliisque reditibus Sacerdotibus cum cura tradendis. Init. fol 65. הרש ברמים א'ר' יוחנן לפי

5. *In* מסכת כלאים MASSACHETH CHILAIM, *Tractatum Heterogenea*; ubi de duobus aut pluribus ac diversis, speciatim seminum generibus non miscendis. Initium fol. 79. כתוב לא תזרע כלאים הייתי אומר אפילו שני מיני חטים

6. *In* מסכת שביעית MASSECHETH SCEVIITH, *Tractatum Septimus* Annus; ubi de juribus anni septimi quietis, quo nihil seri, nihil, quod satum esset, meti poterat: quod autem sponte crescebat ex granis deciduis, id omnibus erat commune. Initium fol. 93. a terg. כתיב ששת ימים תעשה כל מעשין

7. *In* מסכת תרומות MASSECHETH THERUMOTH, *Tractatum Oblationes*; ubi de rebus, quas quisque de bonis suis eximebat & separabat, & quasi sacras Sacerdoti offerebat: item quibus id facere permissum, quibus non: de quibus rebus, de quibus non. De centenis autem separabant, & offerebant duo, adeoque quinquagesima pars semper cedebat Sacerdotibus. Initium fol. 106. a terg. חמשה לא יתרומו ואם וכו' שמואל ברנחמן

8. *In* מסכת מעשרות MASSECHETH MAASSEROTH, *Tractatum Decimæ*, sive מעשר ראשון MAASSER RISCION, *Decimatio prima*; i. e. de decimis primis, quæ Levitis dabantur, & de quibus rebus. Initium fol. 125. כלל אמרו במעשרות כתיב עשר תעשר.

9. *In* מסכת מעשר שני MASSECHETH MAASSER SCENI, *Tractatum Decima secun-*

secunda, quam, scilicet, Levitæ de decimis sibi oblatis dabant Sacerdotibus, & consumebantur Hierosolymæ. Init. fol. 135. מעשר שני אין מוכרין אותו

10. *In* מסכת חלה MASSECHETH CHALLA, *Tractatum de Placenta*, quam mulieres depsentes massam semper tenebantur Sacerdoti offerre. Initium fol. 144. כתיב והיה באכלכם מלחם הארץ תרימו ליהוה

11. *In* מסכת ערלה MASSECHETH ORLA, *Tractatum Præputium*; ubi de præputio arborum, quæ per tres annos primos a plantatione præputiatæ dicebantur, ideoque ipsorum fructus illiciti erant. Initium fol. 148. a terg. וחטעתם כל עץ מאכל אותם שהם למאכל.

Porro hucusque recensitæ Decisiones ex Opere diffuso, quod Author in corpus Talmudicum composuit, quodque in tres Partes distinctum, & cum variorum commentariis, & sine iisdem sæpissime lucem aspexit, erutæ sunt. Is Codex ad decimumtertium Christi seculum videtur referendus.

CXXXIV.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliorum 220. partim quadratis, partim Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continentur, פסקי ר׳ יצחק בן ר׳ יעקב אלפסי R. ISAACI FIL. R. JACOBI ALPHESI, cujus nomen fol. 25. a terg. adnotatum reperias, PISKE, *Decisiones* in Tractatus novem ex Ordine secundo Talmudico מועד MOED, *de sacris festis*, duabus columnis dispositæ, notulisque marginalibus passim illustratæ; videlicet,

1. *In* מסכת פסחים MASSECHETH PESACHIM, *Tractatum Paschata*; ubi de Paschate primo & secundo; de fermento inquirendo, expurgandoque, de pane Azymo, quid vespere Sabbathi agendum; de mactatione Agni Paschalis, quomodo assatus fuerit, de calamitatibus in Ægypto exantlatis. Initium fol. 2. אור לארבעה עשר בודקין את החמץ לאור הנר

2. *In* מסכת יומא MASSECHETH JOMA, *Tractatum de die* expiationis peccatorum. Fuit autem festum expiationis peccatorum admodum solemne; quo jejunabant, variisque modis se adfligebant, ad seriam pœnitentiam testandam; unde per excellentiam vocatur יומא *Joma* dies, alias יום הכפורים *Jom Hachippurim*, dies expiationum. Septem diebus ante hoc festum Sacerdos ex sua domo in Templum secedebat, ut tanto magis se ad sanctitatem præpararet. Initium fol. 70. a terg. שבעת ימים קודם יום הכפורים מפרשין כהן

3. *In* מסכת ראש השנה MASSECHETH ROSC HASCIANA, *Tractatum Caput anni*; ubi de novi anni initio, ejus juribus, & solemnitatibus. Incidit autem initium illud in Novilunium Mensis Tisri, i. e. Septembris. Ejus folia ex oscitantia Bibliopæi inverso ordine compacta. Initium fol. 88. a terg. יום טוב של ראש השנה שחל להיות בשבת

4. *In* מסכת תעניות MASSECHETH TAANIOTH, *Tractatum Jejunia*; ubi de variis jejuniis, quorum Scriptura meminit, & de antiquo jejunandi modo. Initium fol. 93. מאימתי מזכירין גבורות הגשמים ר׳ אליעזר אומר

5. *In* מסכת סוכה MASSECHETH SUCCA, *Tractatum Tabernaculum*: ubi de Ta-

Tabernaculorum, seu scenarum festo, die 15. mensis Tiscri, Septembris, ex Levit. XXIII. 34. in memoriam Tabernaculorum, in quibus per 40. annos Israelitæ in deserto habitaverunt, celebrando; de forma scenarum, qui, quamdiu, quomodo in iis vivere debeant, & quæ aliæ hujus festi sint solennitates. Initium fol. 116. סוכה שהיא גבוהה מעשרים אמה פסולה

6. *In* מסכת יום טוב MASSECHETH JOM TOU, *Tractatum Dies bonus*, seu *festus*; ubi de iis, quæ quolibet festo præter Sabbathum licita, aut illicita erant. Initium fol. 144. ביצה שנולדה ביום טוב בית שמאי אומר תאכל

7. *In* מסכת מגלה MASSECHETH MEGHILLA, *Tractatum Volumen Ester*; ubi de festo פורים *Purim*, i. e. sortium, de quo in historia Esther. Celebratur etiamnum mense Februario, & a die 11. usque ad 15. cum singularibus ceremoniis legunt librum Esther, quem dicunt Meghilla, a cujus lectione festum hoc nomen habet. Postea edunt, bibunt, choreas ducunt, & insaniunt supra modum, plusquam Gentiles in Bacchanalibus. Initium fol. 164. a terg. מגלה נקראת באחד עשר בשנים עשר

8. *In* מסכת חגיגה MASSECHETH CHAGHIGA, *Tractatum Festivitas*. Præceptum Divinum est, Exod. XXIII. 17. ut omnis masculus ter quotannis Hierosolymæ coram Domino se sistat, nempe in festo Paschatis, Pentecostes, & Tabernaculorum. Hæc festiva comparitio vocatur Chaghiga, cujus sacra, & solennitates heic explicantur. Excipiuntur ab hac comparitione surdus, cæcus, claudus, stultus, obturatus in genitalibus, androgynus, servus nondum manumissus, ægrotus, senex. Initium fol. 186. הכל חייבין בראיה חוץ מחרש שוטה וקטן.

9. *In* מסכת מועד קטן MASSECHETH MOED KATAN, *Tractatum de Festo parvo*. Sic vocant Interfestum, i. e. dies intermedios inter primum & octavum, qui toti sunt solennes & sacri in festo Paschatis, & Tabernaculorum. Intermedii minus festivi sunt. Sacra quidem peragunt, sed propterea non omnia opera interdicta. Init. fol. 202. משקין בית השלחין במועד

Ad calcem Codicis fol. 220. a terg. recentiori manu adjectam reperias *Precationem* dicendam post lectionem Talmudis, cujus init. יהי רצון מלפניך ה

Is Codex, quem non immerito ad decimumtertium Christi seculum referas, pertinuit olim ad Synagogam Hamburgensem; ut sub initium adnotatur,

CXXXV.

CODex antiquus, in fol. membraneus, constans foliis 83. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

פי׳ ר״שי על מסכת גיטין RASCI, i. e. R. Salomonis fil. Isaacii Jarchi, PERUSC AL MASSECHETH GHITTIN, *Expositio in Tractatum de Repudiis*, quartum Ordinis tertii Talmudici, qui נשים *Nascim*, Mulieres inscribitur; ubi de divortiis, & libello repudii, quomodo scribi, dari, & offerri debeat. Exstat in Talmude edito Liburni ab Anno Christi 1652. ad 1656. atque alias. Initium fol. 1. המביא גט ממדינת הים כל חוצה לארץ קרי מדינת הים

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CXXXVI.

Codex antiquus, in fol. membraneus, Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus. Constat foliis 148. ubi continentur,

פסקי ר׳ יצחק בן יעקב אלפאסי על סדר נשים ונזיקין PISKE AL SEDER NASCIM UNEZIKIN, *Decisiones Judiciales* in Talmudis *Ordinem* Tertium *de Mulieribus* & *Ordinem* Quartum *de Damnis*, Authore R. ISAACO, FILIO R. JACOBI, ALPHESIO, cujus tamen nomen forte ex oscitantia librarii in fronte desideratur.

Ordo de mulieribus incipit fol. 1. חמש עשרה נשים פוטרות צרותיהן וצרות

Ordo de damnis, a Tractatu הוריות *Horajoth*, de Testificationibus, Septimo ejusdem Ordinis, ad finem usque mancus, incipit fol. 68. a terg. ארבעה אבות נזיקין השור והבור והמבעה·

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

CXXXVII.

Codex antiquus, in fol. partim chartaceus, partim membraneus, foliorum 142. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; ubi continetur,

פי׳ ר׳ מנחם בן שלמה לבית מאיר על מסכת סנהדרין R. MENACHEM F. SALOMONIS, *ex familia* MEIR, PERUSC AL MASSECHETH SANHEDRIN, *Expositio in Tractatum Senatus*, seu *Judices*, quartum Ordinis quarti Talmudici, qui נזיקין *Nezikin*, damna inscribitur; inedita, & a nemine, præter Wolfium ex fide Bartoloccii, memorata. Ejus Capita sunt undecim; in quibus agitur de justitia in foro, potissimum criminali administranda, deque quatuor mortis generibus, quæ reis pro criminum diversitate inferebantur.

Præfatio incipit fol. 1. אמר מנחם בן שלמה לבית מאיר זה הסדר ר׳ל׳
Cap. I. fol. 3. a terg. זה ביאור המשנה וכלה על צד שביארנוה
Cap. II. fol. 29. כהן גדול וכו׳ זה הפרק יסוד הכונה בו לבאר
Cap. III. fol. 36. דיני ממונות בשלשה זה בורר וכו׳ זה הפרק הכונה
Cap. IV. fol. 61. a terg. כבר ביארנו בפתיחת המסכתא על החלק ברבים
Cap. V. fol. 74. היו בודקין וכו׳ כבר ביארנו בפתיחת המסכתא
Cap. VI. fol. 78. נגמר הדין וכו׳ כבר ביארנו בפתיחת המסכתא
Cap. VII. fol. 87. ארבעה מיתות וכו׳ כבר ביארנו בפתיחת המסכתא
Cap. VIII. fol. 107. בן סורר ומורה וכו׳ זה הפרק אינו ענין בפני עצמו
Cap. IX. fol. 117. a terg. אלו הן הנשרפין וכו׳ כבר ביארנו בפתיחת המסכתא
Cap. X. fol. 126. כל ישראל יש להם חלק וכו׳ כבר ביארנו בראש המסכתא
Cap. XI. fine mutilum, fol. 136. כבר נכפל כמו אמרנו על חלק המישי

Porro Menachem ille floruit, teste Gedalia in Catena Traditionis, Anno Mundi 5066. Christi 1306. scripsitque præterea ספר הבחירה *Sepher Habechira*, librum Electionis, quem ab Expositione nostra minime distinguendum

dum eſſe putat Wolfius, fide ejuſdem R. Gedaliæ adductus, qui librum illum de rebus judicialibus & forenſibus præcipere adfirmat.

Is Codex circa medium decimumquartum Chriſti ſeculum videtur conſcriptus, pertinuitque olim ad יוסף כהן *Joſeph Cohen*, tum vero ad מתתיה בן סעדיה חזן *Mathathiam filium Saadiæ*, *Chazan*, i. e. Synagogæ præcentorem; ut ſub initium adnotatur.

CXXXVIII.

Codex antiquiſſimus, in fol. membraneus, olim Palatinus, foliis conſtans 97. charactere Rabbinico exaratus; ubi continetur,

פי' רש"י על מסכת שבת R. SALOMONIS FIL. ISAACII JARCHI, contracte RASCI dicti, PERUSC AL MASSECHETH SCIABBATH, *Expoſitio in Tractatum de Sabbatho*, primum Ordinis ſecundi Talmudici מועד *Moed*, de Sacris Feſtis, nonnullis Anonymi adnotatiunculis, recentiori tamen manu ad marginem additis, adornata; quæ cum editis concordat, ſi pauca excipias, quæ nullius certe momenti ſunt. Habet Capita viginti quatuor; in quibus agitur de Sabbathi juribus, & ſolemnitatibus, de Lucernis Sabbathinis, quo oleo, aut qua pinguedine adcendi debeant. De foco, aut fornace, in qua cibi calidi conſervantur: cum quibus ornamentis mulieri egredi permiſſum, ne onus aliquod videatur ferre; de innumeris præterea rebus, quas peragere licitum, vel illicitum eſt.

Cap. I. inc. fol. 1. a t. יציאות השבת שתים היוצאת שבת מרשות לרשות
Cap. II. fol. 11. a terg. לעשות פתילה כל הני דמתניתין מפ' בנמ'
Cap. III. fol. 20. a terg. כירה עשויה כעין קדירה ונותנין קדירה לתוכה
Cap. IV. fol. 25. a terg. במה טומנין ובמה אין טומנין הנא לסלק קדירה
Cap. V. fol. 28. במה בהמה יוצאה לפי שורה מצווה על שביתת
Cap. VI. fol. 31. במה אשה יוצאה וכו' דהוי תכשיט ולא משוי
Cap. VII. fol. 39. a terg. כלל גדול וכו' בגמ' מפרש מאי טעמא
Cap. VIII. fol. 45. a t. המוציא יין כדי מזיגת הכוס כשיעור שנותנין יין חי
Cap. IX. fol. 49. a terg. אמר ר' עקיבא מניין לע"ז משום דרמי למיתני
Cap. X. fol. 54. a terg. המצניע בכל שהוא דהיו מחשביה אלא כשיעור
Cap. XI. fol. 57. a terg. ר' עקיבא מחייב טעם ויפרש כיצד שתי
Cap. XII. fol. 62. הבונה שאמרו באבות מלאכות כמה יבנה וכו'
Cap. XIII. fol. 63. a terg. ר' אליעזר אתא לאפרושי שיעור אורג
Cap. XIV. fol. 64. a terg. שמונה שרצים החולד והעכבר וכו' הצדן חייב
Cap. XV. fol. 67. a terg. אלו קשרים המצווין באבות אליוטת
Cap. XVI. fol. 70. כל כתבי הקדש כגון נביאים וכתובים
Cap. XVII. fol. 75. a terg. כל הכלים ניטלין בשבת ודלתותיהן עמהן
Cap. XVIII. fol. 78. a terg. מפנין אם צריך למקומן להושיב
Cap. XIX. fol. 80. ר' אליעזר אומר אם לא הביא כלי
Cap. XX. fol. 85. ר' אלעזר אומר משמרת שמסדרין בה את
Cap. XXI. fol. 87. נוטל אדם והאבן בידו כחצרו ולא אמרו
Cap. XXII. fol. 89. חבית שנישברה מצילין הימנה מזון

Cap. XXIII. fol. 92. שואל אדם שלא יאמר הלוני מפרש טעמא
Cap. XXIV. fol. 94. a terg. מי שהחשיך בדרך נותן כיסו לנכרי

Is Codex ad Authoris ætatem est referendus; ut hæc ostendit epigraphe, quæ fol. 97. ad calcem legitur: אני קרשניא בר מכיר כתבתי לר׳ שלמה בר החבר ר׳ יצחק פירושו ה׳ יקיימם לו ולזרעו אחריו להגות בו יומם ולילה. *Ego Karsciana fil. Machir, jussu R. Salomonis filii Chabber*, i. e. Socii, sive itidem Rabbini, *Isaacii, scripsi hanc ejusdem expositionem. Deus suffulciat illum, & semen ipsius, ut meditentur in ea diu noctuque*. Salomon autem Isaacides floruit seculo undecimo, ut superius a nobis adnotatum est.

CXXXIX.

CODEX antiquus, in folio membraneus, foliorum 88. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

פי על מסכת חולין מר׳ יצחק הנשיא אבינדור אשכנזי R. ISAACI FIL. PRINCIPIS AVIGADOR, *Germani*, PERUSC AL MASSECHETH CHOLIN, *Expositio in Tractatum de Prophanis*, sive de cibis licitis & illicitis ex animantibus, secundum Ordinis quinti Talmudici קדשים *Kodascim*, duabus columnis disposita, hactenus quod sciam inedita. Ejus Capita duodecim, quorum

Cap. I. incipit fol. 1. a terg. הכל שוחטין כל היכא דתנן הכל
Cap. II. fol. 18. השוחט שנים אמר בגמ׳ פריך מאי
Cap. III. fol. 26. a terg. כל נקב במשהו פסוקה לרחבה ברובא
Cap. IV. fol. 42. בהמה המקשה לילד בשעת שחיטתו
Cap. V. fol. 48. a terg. אותו ואת בנו משום דבעי למימר
Cap. VI. fol. 51. a terg. כסוי הדם משום דבעי למימר בחולים
Cap. VII. fol. 54. ניד הנשה ובמוקדשין לקמן פליגי
Cap. VIII. fol. 61. a terg. כל הבשר אסור לבשל בחלב א׳ע׳נ׳ דכתיב גדי
Cap. IX. fol. 69. a terg. העור והרוטב של בהמה שחוטה כגון פחות
Cap. X. fol. 78. a terg. הזרוע בארץ ובהוצה לארץ משום דבעי למימר
Cap. XI. fol. 82. a terg. כל הגוזז צאנו בין טלאים בין זקנים
Cap. XII. fol. 85. a terg. אבל לו במוקדשין בגמ׳ מפרש היכי דמי

Authoris nostri meminit ex Bartoloccio Wolfius, sed prætermisso agnomine; dubitatque, an idem sit, quem ut Cabbalistam, & Jos. Caro æqualem sec. XVI. Saphetæ in Galilea vixisse, & miracula patrasse, scribit Aboab p. 309. Nomolog. Verum ex epigraphe fol. 88. ad calcem conjecta, plane deducitur, Isaacum nostrum a Cabbalista esse omnino distinguendum, utpote uno ad minimum seculo illo anteriorem. Ibi enim scriptus dicitur noster Codex Anno Christi 1411. in hæc verba: אני יצחק בר יוסף בר אבא מארי שים המאיר כתבתי זה פירוש חולין אל הר׳ יצחק מאיר בשברתי בו בשלוש זהב על זה וכו׳ תוך ששים יום סיימתיהו ליל חמשי ברומניה בשנת ק׳ע׳א׳ לפרט קטן וכו׳. *Ego Isaac filius Josephi fil. Abamari, cognomento Meir, exaravi hanc expositionem in Tractatum de Prophanis, ad usum Domini mei illustris R. Isaaci Meir, qui tres mihi aureos nummos in laboris mercedem numeravit*, &c. *Perfeci autem illam intra sexaginta dies nocte Feriæ quintæ in Romania*, seu Argia Peloponesi

ponesi regione, *Anno ab Orbe condito* 171. *secundum minorem supputationem*, idest 5171.

Is Codex pertinuit olim ad מנחם בר יצחק שלית *Menachem fil. Isaaci Scialith*; uti in fronte adnotatur.

C X L.

Codex antiquus, in folio membraneus, foliorum 152. partim quadratis, partim Rabbinicis literis elegantissime exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

Anonymi פי' על מסכת גיטין ושבועות PERUSC AL MASSECHETH GHITTIN USCEUVOTH, *Expositio brevis in Tractatus Talmudicos de Repudiis, & de Juramentis*, inedita. Textus charactere quadrato, expositio vero Rabbinico descripta.

Tractatus de Repudiis, quartus Ordinis tertii נשים *Nascim*, mulieres, dividitur in Capita novem; ubi de divortiis, & libello repudii, quomodo scribi, dari, & offerri debeat.

Cap. I. incipit fol. 1. המביא גט צריך שיאמר בפני נכתב ובפני נחתם
Cap. II. fol. 12. המביא גט ממדינת הים יאמר בפני נכתב
Cap. III. fol. 20. כל הגט שנכתב שלא לשום אשה פסול
Cap. IV. fol. 26. השולח גט לאשתו והגיע בשלית' או ששילח
Cap. V. fol. 44. a terg. הנזקין שמין להן בעידית ובעל חוב בבינונית
Cap. VI. fol. 63. a terg. מי שאחזו קורדייקוס ואמ' כתבו גט זה לאשתו
Cap. VII. fol. 76. a terg. הזורק גט לאשתו והיא בתוך ביתה וחצרה
Cap. VIII. fol. 85. המגרש את אשתו ואמר לה הרי את מותרת
Cap. IX. fol. 93. a terg. האומר התקבל גט זה לאשתי או הולך גט

Tractatus de Juramentis, sextus Ordinis quarti נזיקין *Nezikin*, damna, constat Capitibus octo; in quibus agitur de iis, qui ad juramentum idonei sunt, qui non; quomodo jurent quadruplices rerum Custodes, nempe, qui gratis custodit, qui petiit custodiam, qui mercedem custodiæ accepit, qui mercede conduxit

Cap. I. incipit fol. 99. שבועות שתים שהן ארבע בשבועות בטוי
Cap. II. fol. 110. a terg. ידיעות הטומאה שתים שהן ארבע ניטמא
Cap. III. fol. 116. שבועות שתים שהן ארבע שבועה שאוכל
Cap. IV. fol. 126. שבועת העדות נוהגת באנשים ולא בנשים
Cap. V. fol. 135. שבועת הפקדון נוהגת באנשים ולא
Cap. VI. fol. 138. שבועת הדיינין הטענה שתי כסף שוה
Cap. VII. fol. 145. a terg. כל הנשבעין שבתורה נשבעין ולא משלמים
Cap. VIII. fol. 151. ארבעה שומרין הן שומר חנם והשואל נושא שכר

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus; pertinuitque olim ad אשר בן יקותיאל *Ascer fil. Jekuthielis*; ut in calce adnotatur

Co-

CXLI.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliis constans 342. Rabbinico charactere elegantissimo conscriptus, olim Palatinus; ubi continentur,

ס׳ ר׳ מרדכי בן הלל על הריף״ R. MORDOCHAI, sive Mardochæi, FIL. HILLELIS, Germani, quem Bartoloccius ob usum Cabbalæ practicæ, Judæi vero ob Sanctificationem Divini Nominis, i. e. Religionis caussa trucidatum ferunt, Norimbergæ Anno Christi 1310. *Decisiones*, sive Commentarii legales in *Alphesii Opus*, atque adeo in totum Corpus Talmudicum, tribus columnis dispositi, qui ex authoris nomine vocari solent simpliciter מרדכי MORDOCHI, vel מרדכי גדול *Mordochai diffusus*, & *Mordochai Magnus*, ad differentiam scilicet Compendii ex eo facti, quod a Josue Boaz elaboratum, prodiit Cremonæ Anno Christi 1557. sub titulo קצור מרדכי *Epitome Mordochai*. Ceterum ipsum opus Mardochæi, quod lucem vidit aliquoties cum Alphesio, tum vero seorsim Venetiis, & cum novellis observationibus *R. Nissim*, & indice omnium Institutorum *R. Josephi Otling* Rivæ Tridenti Anno Christi 1559. & Cracoviæ 1598. cum animadversionibus *R. Mosis Tiktin*; complectitur Instituta & Ritus omnes Judaicos ex toto *Talmude*, *Gemara*, *Rasci*, & *Tosaphoth*, secundum ordinem Alphesii collectos, observationibusque illustratos, quas ex diversorum Rabbinorum, speciatimque novem sententiis compilaverat, nempe *Meir fil. Baruch* præceptoris sui, *Joëlis Levitæ*, *Isaaci fil. Ascer*, *Isaaci fil. Abrahami*, *Abrahami fil. Joëlis*, *Samuelis fil. Tobiæ*, *Samuelis fil. Meir*, *Abrahami fil. Davidis*, & *Eleazari fil. Nathan*, non vero *Nachman*; ut perperam scribunt Bartoloccius & Wolfius.

Præit Index Tractatuum Talmudicorum, eorumque Capitum quoad verba initialia, de quibus in hoc opere exponitur, a fol. 1. ad fol. 25. Inde vero incipiunt Decisiones illæ, sive Commentarii Legales, qui circa hosce potissimum Tractatus versantur.

1. *In* מסכת בבא קמא MASSECHETH BAVA KAMA, *Tractatum Porta prima*, Primum Ordinis IV. נזיקין *Nezikin*, de damnis, inscripti; ubi de damnis a bestiis, vel ab hominibus igne, aliove modo alicui inlatis. Initium fol. 25. ארבע אבות ת״ר מיטב שדהו ומיטב כרמו.

2. *In* מסכת בבא מציעא MASSECHETH BAVA METSIA, *Tractatum Porta Media*; ubi de rebus inventis, deposito, mercede, commodato, mutuo, usura, fœnore, conductionibus & locationibus; Secundum prædicti Ordinis *Nezikin*. Initium fol. 40. a terg. שנים אוחזין רוקא אוחזין אבל אי מנחא

3. *In* מסכת בבא בתרא MASSECHETH BAVA BATHRA, *Tractatum Porta postrema*, de societate in commerciis, ædium vicinitate, emtione, venditione, hæreditate, successione, possessione, fidejussionibus &c. Tertium ejusdem Ordinis. Init. fol. 77. השותפין הכל כמנהג המדינה מ״ת כיון דתנא

4. *In* מסכת עבודה זרה MASSECHETH AVODA ZARA, *Tractatum de Idololatria*, Nonum ejusdem Ordinis; ubi de vitanda non solum idololatria, sed etiam omni conversatione, & societate cum Idololatris. Initium fol. 124. a terg.

a terg. לפני אידיהן של גוים וכו' דכל מקח וממכר

5. *In* מסכת סנהדרין MASSECHETH SANHEDRIN, *Tractatum Senatus*; ubi de Senatu majore, de judiciis inferioribus, pecuniariis & criminalibus, de Judicibus, de Testibus; de quatuor supplicii criminalis generibus, nempe lapidatione, combustione, decollatione, & strangulatione: de Israelitis, qui partem habituri in seculo futuro vitæ æternæ, & qui non; ubi plurima de Messia, & tempore, quando venire debeat, disputantur; Quartum ejusdem Ordinis. Init. f. 135. a t. דיני ממונות בשלשה ואם היה מומחה לרבים

6. *In* מסכת מכות MASSECHETH MACCOTH, *Tractatum Plagæ*, Quintum ejusdem Ordinis; ubi de quadraginta plagis, quibus cædebantur, qui criminaliter non peccaverant, juxta Legem Deuter. XXV. 3. Quare Doctores ab illis subtraxerint unam, quod jam Apostoli Pauli tempore exercitum fuit, 2. Cor. XI. 24. Initium fol. 143. a terg. כיצד העדים נעשין זוממין וכו'

7. *In* מסכת שבועות MASSECHETH SCEUVOTH, *Tractatum de Juramentis*; ubi de iis, qui ad illud idonei, qui non; & quomodo jurent quadruplices rerum custodes. Initium fol. 144. שבועות שתים וכו' שאוכל ושלא אוכל הן השתים

8. *In* מסכת ברכות MASSECHETH BERACOTH, *Tractatum de Benedictionibus*, & gratiarum actione pro terræ fructibus, & omnibus omnino beneficiis, Primum Ordinis I. זרעים *Zeraim*, de Seminibus, & fructibus terræ. Initium fol. 157. a terg. נכנסין לאכול בתרומתן שנטמאו וטבלו

9. *In* מסכת יבמות MASSECHETH JEVAMMOTH, *Tractatum de Fratriis*, Primum ex Ordine tertio נשים *Nascim*, Mulieres; ubi de Fratris absque liberis defuncti uxore ducenda. De juribus ejus, exuendoque, si nolit frater, calceo, & quibus ceremoniis id olim factum. Initium fol. 169. או נמצאו איילונית צרותיהן מותרות.

10. *In* מסכת כתובות MASSECHETH CHETHUVOTH, *Tractatum de Literis*, sive instrumentis contractus Matrimonialis; de jure dotium: de privilegiis Uxorum, de officio Mariti, deque jure Virginum & Viduarum; Secundum ejusdem Ordinis. Init. fol. 183. a t. בתולה נישאת ליום הרביעי וכו' וא'ת'

11. *In* מסכת קרושין MASSECHETH KIDDUSCIN, *Tractatum de Sponsalibus*, Tertium ejusdem Ordinis; ubi quot modis sponsa de jure acquiratur, quomodo consecretur, & quomodo varii casus matrimoniales decidi debeant. Initium. fol. 206. a terg. אם כן אשה שהבעל רגיל להכות את אשתו והיא בקשה

12. *In* מסכת גיטין MASSECHETH GHITTIN, *Tractatum de Divortiis*, & libello repudii, quomodo scribi, dari, & offerri debeat, Quartum ejusdem Ordinis. Initium fol. 214. המביא גט ממדינת הים וכו כתב רב בספר התרומה

13. *In* לקוטי מהרמבם מהלכות אשות LIKKUTE MEHARAMBAM MEHALACHOTH ISCIUTH, *Collectanea ex Constitutionibus R. Mosis Maimonidæ de maritatione & repudiatione*, quæ in duobus prioribus Tractatibus libri quarti de Mulieribus Partis secundæ Operis notissimi, quod יד חזקה *Manus fortis*, vel משנה תורה *Repetitio Legis*, & ex Authoris cognomine *Maimonideum Opus* inscribi solet, continentur. Initium fol. 233. קודם מתן תורה היה אדם פוגע אשה בשוק

14. *In* מסכת שבועות MASSECHETH SCEUVOTH, *Tractatum de Juramentis*, iterum. Initium fol. 237. מי שנשבע ביטוי ונתחרט ונהפכה דעתו

15. *In*

15. *In* מסכת נדרים MASSECHETH NEDRIAM, *Tractatum de Votis*, quæ obligatoria, aut quæ non: qui vovere possint, qui non? Sextum Ordinis tertii נשים *Nascim*, Mulieres. Initium fol. 238. האומר לחבירו מודה אני

16. *In* הלכות שחיטה HALACOTH SCECHITTA, *Constitutiones de Ritu mactandorum animalium*; ubi & de cibis prohibitis; ex Tract. זבחים *Zevachim*, de Sacrificiis, & חולין *Cholin*, de Prophanis, Ordinis quinti קדשים *Kodascim*, Sanctitates. Init. fol. 240. הא דלא תני הכא אחר האנשים ואחר הנשים

17. *In* מסכת נדה MASSECHETH NIDDA, *Tractatum de menstruata Muliere*, idest de purificatione mulieris a fluxu menstruo, & ab immunditia partus; Septimum Ordinis sexti טהרות *Taharoth*, Purificationes. Initium fol. 261. ידיעות הטומאה פי׳ לעיל היה משמש עם

18. *In* מסכת מקואות MASSECHETH MIKUAOTH, *Tractatum de Balneariis*, Primum ejusdem Ordinis; ubi de fossis, & conceptaculis aquarum, in quibus utriusque sexus homines lavant, & immergunt se, purificationis caussa. Initium fol. 265. a terg. מקוה ממנעה דכתיב והנוגע במשכבו ירחץ

19. *In* מסכת שבת MASSECHETH SCIABBATH, *Tractatum de Sabbatho*, ejusque juribus & solennitatibus, Primum Ordinis secundi מועד *Moëd*, de Sacris Festis. Init. fol. 270. a terg. יציאות השבת שתים שהן ארבע פי׳ שנים חיובים

20. *In* מסכת ערובין MASSECHETH ERUVIN, *Tractatum de Commixtionibus*, sive de imaginaria domorum copulatione in die Sabbathi, per cibum in medio positum; Secundum ejusdem Ordinis. Initium fol. 289. a terg. מבוי שהוא גבוה אם ישלו צורת פתח אינו צריך·

21. *In* מסכת פסחים MASSECHETH PESACHIM, *Tractatum de Paschatibus*, Tertium ejusdem Ordinis; ubi de Paschatis primi & secundi diebus festis, deque ritibus, & ceremoniis in iis servandis. Initium fol. 299. a tergo אור לארבע עשר פ״רשי שלא יעבור עליו בבל יראה·

22. *In* מסכת מגלה MASSECHETH MEGHILLA, *Tractatum de Volumine*, seu Historia Esther, in Festo פורים *Purim*, idest, sortium, legenda; Duodecimum ejusdem Ordinis. Init. fol. 309. מגלה נקראת א׳ע׳פ׳י׳ שא׳מ׳רו בפרוש מקדמין

23. *In* מסכת ראש השנה MASSECHETH ROSC HASCIANA, *Tractatum de Capite anni*, ejusque juribus, & solennitatibus; Septimum ejusdem Ordinis. Initium fol. 317. a terg. ארבעה וכו׳ למאי הלכתא לשטרות

24. *In* מסכת מועד קטן MASSECHETH MOED KATAN, *Tractatum de Festo parvo*, sive diebus intermediis inter primum & octavum Festi Paschatis, & Tabernaculorum, Sextum ejusdem Ordinis. Init. f. 320. ת׳ר׳ את חג המצות

25. *In* מסכת יומא MASSECHETH JOMA, *Tractatum de Die* Expiationis peccatorum, ejusque juribus & solennitatibus, Octavum ejusdem Ordinis. Initium fol. 322. על ראשי כבשים שאנו אוכלים רובם מיסוד המקרא

26. *In* מסכת סוכה MASSECHEH SUCCA, *Tractatum de Tabernaculis*, Nonum ejusdem Ordinis; ubi de Tabernaculorum, seu Scenarum festo, quod in memoriam Israelitarum, qui per annos quadraginta in deserto sub umbraculis habitarunt, die 15. Lunæ Septembris, juxta Legem Levit. XXII. celebratur. Initium fol. 325. a terg. סוכה שהיא גבוה למעלה מכ׳ אמה פסולה

27. *In* מסכת ביצה MASSECHETH BETSA, *Tractatum de Ovo*, seu, ut alias inscri-

inſcribi ſolet יום טוב Jom Tou, *Dies bonus*, ideſt *feſtus*, Quintum ejuſdem Ordinis; ubi de iis, quæ in quolibet feſto, præter Sabbathum, licita aut illicita ſunt. Initium fol. 331. ביצה שנולדה בי'ט' כתב ר'א'ב'ו'ה' קבלתי מרבותי

28. *In* הלכות ארץ ישראל Halachoth Erets Israel, *Conſtitutiones* de Judiciis, & Ritibus ſervandis in *terra Iſraelis*. Initium fol. 337. a tergo תניא בסדר עולם ומייתי בפ' הערל אשר ירשו

29. *In* מסכת תענית Massecheth Taanith, *Tractatum de Jejunio*, Decimum Ordinis Secundi מועד *Moed*, de Sacris Feſtis; ubi de jejuniis, quorum Scriptura meminit, & de antiquo jejunandi modo. Initium fol. 339. a terg. כולו ברוחות. לא חייב כנון משיב הרוח

Is Codex ad decimumquartum Chriſti ſeculum videtur referendus.

CXLII.

Codex antiquus, in folio, membraneus, foliorum 332. charactere quadrato exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. הלכות גדולות מר' יהודה גאון R. Judæ Gaon, Rectoris Academiæ Pumbeditanæ in Babylonis provincia, ætate tertia Gaonitarum, circa Annum Mundi 4515. Chriſti 755. clari, Halachoth Ghedoloth, *Conſtitutiones*, ſeu *Deciſiones magnæ* variorum caſuum, ſecundum Talmud Babylonicum; ubi ſpeciatim agitur de ſeptem ſuppliciorum generibus; quorum 1. *Lapidatio*, 2. *Combuſtio*. 3. *Decollatio*. 4. *Strangulatio*. 5. *Mors ante ætatis maturitatem a Deo inlata*; quo quidem ſupplicii genere comprehenduntur ceteræ univerſales calamitates, ut peſtes, & aliæ ſubitaneæ mortes. 6. *Mors animæ ex peccato lethali*. 7. *Flagellatio triginta novem percuſſionum*. Item de Præceptis 348. negantibus, ex quibus 71. ſub pœna mortis, reliqua vero ſub pœna flagellationis lata dicuntur: De 200. Præceptis adfirmantibus, & 65. Statutis, & Judiciis: deque tredecim Modis, quibus Lex explicanda; præfixo Indice locupletiſſimo rerum omnium, quæ in hoc opere exponuntur: in cujus limine hocce calligraphi monitum habetur: יען שראתי תוך הספר הזה שמזכיר בהדבה מקומות ה'ג' דרב יהודה גאון לכי נוקפי על זה ששם אלו ה'ג' דרב שמעון מקיירא ז'ל' *Conſtitutiones magnæ, quæ in hoc Codice exhibentur, etſi ibidem R. Judæ Gaonis, ceu authoris, nomen præferant, ſuſpicor tamen, imo veroſimilius mihi videtur, eas R. Simeoni de Kaijera eſſe adſcribendas*; de quo mox infra. Liber antiquus, Judæis probatiſſimus, & in Additionibus Talmudicis, aliiſque Libris Ritualibus paſſim laudatus; verum abſque Authoris nomine, in quo definiendo Rabbini variant. Nam, ut recte monent Gabriel Groddeckius in Hexacontade Pſeudonymorum Ebraicorum, R. Moſes Kotſenſis in Præfat. libri ſui de Præceptis, ejuſque diſcipulus R. Mordochai magnus in fine Capitis ואלו מגלחין, itemque R. David Ganzius Chron. Par. 1. fol. 35. illum *R. Judæ Gaon*, ſeu *Geonæo*, cujus nomen in fronte Codicis noſtri, recentiori tamen manu exaratum, reperias, adtribuunt, quem alii excerpta potius ex hoc libro, non ipſum librum compilaſſe volunt. At R. Juda Levita in Præfat: huic libro præfi-

xa, R. Gedalias in Catena Traditionis fol. 35. Buxtorfius, & Bartoloccius in Bibliothecis suis Rabbinicis, & Christianus Zoega in Dissert. de Buccina Ebræorum Cap. 1. §. 5. R. *Simeonem Kaijera*, pro quo Morinus Exerc. Bibl. pag. 252. erronee *Samuelem* ponit, ejusdem Libri Authorem vocant. Quam in sententiam it R. Sabbathæus, qui tamen alium adhuc Authorem, nempe *R. Josephum Tophelem* a nonnullis constitui observat. Prodiit liber hic Venetiis Anno Christi 1548. in fol. ac teste Bartoloccio Tom. IV. p. 425. etiam Constantinopoli, anno non notato. Init. f.3. כתיב ה׳ קנני ראשית דרכו קדם

2. Fragmentum *Libri I. Samuelis*, sive *Regum*, a commate 7. Cap. XVIII. ad com. 37. Cap XX. Init. fol. 330. לקראתו ויברהו ויפול על פניו

Is Codex scriptus videtur decimoquarto Christi seculo; pertinuitque olim ad יצחק בן שאול מפיררה *Isaacum filium Saulis Ferrariensem*, qui illum a quodam ר׳ יצחק *R. Isaaco* Cairi se emisse, fol. 329. a tergo testatur.

CXLIII.

Codex antiquus, in folio, membraneus, constans foliis 391. Rabbinico charactere admodum nitido & eleganti exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. ס׳ העיטור מר׳ יצחק בר אבא ממרסיליאה R. ISAACI FILII ABBA, MASSILIENSIS, inclinante seculo Christi duodecimo clari, SEPHER HAITTUR, *Liber Coronationis*; ubi de ritibus, rebusque judicialibus Ebræorum; duabus columnis dispositus, & in sex, שערים *Sciaarim* Portas, seu Tractatus, qui iterum in varias Sectiones abeunt, distributus.

Tractatus I. על שטרות AL SCETAROTH, *de Contractibus*, & aliis ejusmodi literis scribendis, constat Sectionibus decem, quarum

Prima inscribitur זמן *Zeman*, Tempus. Tractat de tempore conficiendorum Instrumentorum, & quomodo per hujusmodi capitis defectum instrumenta vitiari queant. Initium fol. 1. בשלשה ספרים ספר וספר וספור ניתיבת

Secunda קנין *Kinian*, Acquisitio: de acquirenda possessione vigore contractuum. Initium fol. 6. a terg. גרסי׳ בפ״ק דקדושין עבד עברי נקנה בכסף

Tertia אגב *Agab*, Dorsum: de acquisitione possessionis rei impositæ, & superadditæ alteri rei, puta mobilium super stabilia; nam hocce titulo capta possessione fundi censetur capta quoque possessio rerum, quæ sunt super fundum. Initium fol. 10. a terg. גרסי׳ בפ״ק דקדושין נכסים שיש להן אחריות

Quarta אחריות *Acharioth*, Adcessorium, sive *Successorium*; de Fidejussione, & hypotheca generali rerum mobilium. Initium fol. 11. a terg. גרסי׳ בגט פשוט המלוה את חברו בשטר.

Quinta נאמנות *Neemanoth*, Fidelitas. De Fidejussione personali, & de iis, qui coram Judice fidem faciunt in gratiam alicujus, adserentes, illum esse fide dignum, & probum virum. Initium fol. 16. a tergo גרסי׳ בפרק הכותב כתב לה נדר ושבועה.

Sexta שמות הבעלים *Scemoth Habaalim*, Nomina contrahentium. Quomodo exprimi debeant in instrumentis conficiendis nomina, agnomina, & cognomina

mina partium, ut æquivoca evitentur. Init. f. 19. גרסי׳ בפ׳ כל הגט כל הגט שנכתב

Septima גיטין ושטרות *Ghittin vescetaroth*, de Repudiis, & Scripturis, huc pertinentibus. Initium fol. 21. גרסי׳ בפ׳ המב״א גט בכל כותבים בדיו

Octava קיום טופסן וחתימתן *Kium Tophsan Vechathimathan*: de firmitate instrumentorum, & quomodo ubique locorum robur habere possint. Init. fol. 24. a terg. גט פשוט עדיו מתובא ומקושר

Nona על המצרנות *al hamatsranuth*; de inquilinatu, & jure congruo. Initium fol. 27. a terg. גרסי׳ בפרק המוכר את הבית לא מכר

Decima שטרות היוצאין *Scetaroth haiotsiin*, de instrumento egrediente de manu aliena, sive de instrumentis, quæ alteri traduntur, ut iis in proprium, vel alienum commodum uti possit. Initium fol. 28. a tergo גרסי׳ בפ׳ מי שהיה נשוי איתמר שתי שטרות ·

In clausula hujus Sectionis, fol. 222. hæc Authoris epigraphe legitur; ubi ad ejusdem nomen alluditur, in hæc verba: נשלמו דעות וסברות מנשים ונזיקין והן מאה שלש וארבעים מנשים ושבע וחמשים מנויקין: וסמניך ויזרע יצחק מאה שערים ויברכהו ה׳ שנת ת׳ת׳ק׳נ׳ג׳ · *Absolutæ sunt Cognitiones*, seu *decisiones de Mulieribus, & Damnis, quæ sunt numero centum; ex quibus quadraginta tres de Mulieribus, & quinquaginta septem de Damnis. Earum signum est: Et sevit Isaac centum modios tritici, & benedixit ei Dominus*, Genes. XXVI. 12. *Anno Creationis Mundi* 4953. Christi 1193.

Tractatus II. על שחיטה AL SCECHITTA, *de Mactatione*, dividitur in tres Sectiones, quibus comprehenduntur ea, quæ ad jugulationem animalium, & ad illorum viscerum inspectionem pertinent. Initium fol. 223. a terg. הראשון שוחט אדם דתנן הכל שוחטין ·

Tractatus III. על מילה AL MILLA, *de Circumcisione*; ejus Sectiones quatuor. In fine vero, fol. 288. a terg. ista habentur: נשלמו שלשה שערים כתבים ושחיטה ומילה *Completæ sunt tres Partes, quæ tractant de contractibus, de mactatione, & de circumcisione*. Init. f. 279. a t. ה׳ר׳ מילה וכל מכשיריה דוחין את השבת

Tractatus IV. Sectionibus decem agit de תפילין TEPHILLIN, seu *Philacteriis*, quomodo scilicet, & quando adhiberi debeant. Init. fol. 288. a terg. ת׳ר׳ וכתברה על האבנים ודין הוא נאמר ·

Tractatus V. על ברכת חתנים AL BIRCATH CHATHANIM, *De Benedictionibus nuptiarum*. Ejus Sectiones quinque. Init fol. 300. כדתנן האשה מתקדשת בשורה פרוטרה והיא תחלרת קנינו ·

Tractatus VI. על ציצית AL TSITSITH, *de Fimbriis Pallii* religiosa observatione texendis. Subdividitur in tres alios Tractatus, quorum I. Constat quatuor sectionibus, II. tribus. III. itidem tribus. Initium fol. 305. וחלק ראשון מהו נקרא ציצית ופרושו והוא שאמרה תורה ·

Prodiit hocce Opus Venetiis Anno Christi 1608. apud Jo. de Gara in fol. sumtibus *Josephi fil. Saruck*, quem Plantavitius, vir cetera diligentissimus, cum ipso authore confundit. Ejusdem vero operis Tractatus secundus de Mactatione, seu jugulatione Animalium excusus est seorsim cum commentariis R. Aaronis fil. Mosis Meir, Offenbaci 1712. in 8.

2. Ejusdem ספר עשרת מצות SEPHER ASSERETH MITSUOTH, *Liber decem*

Præceptorum ceremonialium; quorum

I. *De* סוכה *Succa*, Tabernaculis, Menſe Septembri conficiendis. Init. fol. 321. פקודי יהוה ישרים משמחי לב מצוה יהוה ברה

II. *De* לולב *Lulab*, Palma, ceteriſque rebus, quibus conſtat faſciculus in ſolemnitate Tabernaculorum ferendus. Init. f. 327. ת״ר פרי עץ הדר שטעם עצו

III. *De* הלל *Hallel*, Laude recitanda in Neomeniis, & aliis ſolemnitatibus, deſumta ex Pſalmo CXIII. & ſequentibus, uſque ad Pſ. CXVII. excluſive. Init. fol. 330. a terg. נרשי׳ בראש השנה העובר לפני התיבה ביום טוב

IV. *De* שופר *Sciophar*, cornu Arietino, ſive buccina, initio novi anni reſonanda. Init. fol. 333. ארבעה הלקים הובשרו והכשר התקיעה וסדר הברכת

V. *De* חמץ *Chamets*, Fermentato, tempore Paſchali removendo. Initium fol. 347. זמן השבתה ואיסור אכילה והנאה תנן התם ר׳ מאיר

VI. *De* מצות ומרור *Matſoth umaror*, *Azymis*, & *Lactucis amaris*, quæ eodem tempore comeduntur. Init f. 351. ת״ר ששת ימים תאכל מצות וביום השביעי

VII. *De* יומא *Joma*, Die expiationis peccatorum. Initium fol. 364. יום הכפורים אסור באכילה ושתיה וברחיצה·

VIII. *De* מגלת אסתר *Meghillath*, Volumine, ſeu Hiſtoria *Eſther*. Init. fol. 369. זמן קריאתה וכיצד נקראת ובמה קורין

IX. *De* חנוכה *Channuca*, Dedicatione Templi. Init. fol. 372. ת״ר בעשרים וחמשה בכסליו יומי חנוכה·

X. *De* חגים *Chaghim*, ſolemnitatibus in genere, adjectis viginti quatuor diſputationibus habitis inter בית שמאי *Scholam Sciammai*, & בית הלל *Scholam Hillelis*, circa præcepta feſtorum. unacum reſolutionibus omnium dubiorum ſecundum Scholam Hillelicam. Initium fol. 373. a terg. הניא במכילתא אך ביום הראשון מקרא קדש·

Hocce Opus nondum lucem vidit. Ejus argumentum omittitur a Bartoloccio & Wolfio, quod & ignotum fuit Plantavitio, qui num. 530. *brevem* ait *Decalogi explicationem eſſe*; authoremque minus recte *Iſſacharem*, pro Iſaaco adpellat.

Is Codex authographus eſt, vel ſaltem ad Authoris ætatem, nempe ad finem ſeculi XII. referendus.

CXLIV.

Codex antiquus, in folio, membraneus, foliorum 133. Rabbinicis literis elegantiſſime ſcriptus, olim Palatinus; quo continetur,

חלק ב׳ מספר מצות גדול מר׳ משה בן ר׳ יעקב מקוצי R. MOSIS FILII R. JACOBI, Hiſpani, cognomine KOTSENSIS, CHELEK SCENI MISEPHER MITSUOTH GADOL, *Libri Præceptorum magni*, per initia dictionum סמג״ SAMAG nuncupati, *Pars altera*, quam Bartoloccius Tom. IV. pag. 76. primam vocat, tribus columnis diſpoſita; ubi de 365. Præceptis negantibus, eorumque fundamentis, ſecundum ſenſum utriuſque *Ghemaræ*, & antiquorum Scriptorum *Toſaphta*, *Mechilta*, *Thorath Cohanim*, *Siphra*, & *Siphri*, necnon inſignium Rabbinorum *Alpheſii*, *Maimonidæ*, *Aſceri*, & *Therumæ*, lingua puriſſima

rissima Ebræa disseritur ; præmissa serie eorundem Præceptorum , quæ secundum materias in hunc ordinem digesta sunt . 1. Numerantur Præcepta, ad Divinum cultum spectantia, quæ sunt numero septuaginta novem . 2. Quæ Matrimonium respiciunt , & vocantur Præcepta נשים *Nascim* Mulierum , sunt quadraginta septem . 3. Quæ censentur prohibita pro eduliis, & dicuntur איסורי מאכלות ISSURE MAACALOTH, sunt tria & viginti . 4. Quæ prohibentur, quia damnum proximo inferunt, & נזיקין *Nezikin* adpellantur, sunt numero centum & triginta novem . 5. Quæ prohibita sunt exerceri in Templo , Ebraice התלויין במקדש *Hithlavaiin bemikdasc* , h. e. quæ comitantur Templum , sunt septuaginta sex . Omnia vero simul 365. juxta numerum dierum anni . Sic enim fol. 6. legitur: נשלמו רמזי המצות כמה וכמה ומיניינם כמנין ימות השנה *Absoluti sunt indices omnium Præceptorum , quorum numerus est secundum numerum dierum anni* . Init. fol. 1. אלה המצות אשר צוה יהוה אל משה

Consequitur Præfatio generalis ; cujus in clausula , fol. 9. col. 1. habes nomen Authoris , nempe *R. Moses fil. R. Jacobi Kotsensis*, qui ibidem testatur, se hocce Opus adgressum fuisse *ineunte Anno Creationis Mundi* 5000. Christi 1240. Init. fol. 7. a terg. מה אהבתי תורתיך וכו' משה קבל תורה מפי ארון

Opus autem ipsum, quod sæpius lucem publicam aspexit, incipit fol. 9. a terg. שלא להעלות במחשבה שיש אלוה אחר

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus .

CXLV.

COdex antiquus , in fol. membraneus , foliis constans 128. Rabbinico charactere elegantissimo exaratus, olim Palatinus ; quo continetur, ספר התרומה מר' ברוך בר ר' יצחק מגרמיזה R. BARUC FILII R. ISAACI WORMATIENSIS , SEPHER HATTHERUMA , *Liber Elevationis* , Anno Mundi 4996. Christi 1236. in Hispania compositus , teste Algazæo in Chronicis , qui authorem deinde per insulam Cretam in Terram Sanctam profectum esse scribit . Ibi de ritibus & institutis ceremonialibus Judæorum disseritur tredecim הלכות *Halacoth* , sive constitutionibus , præmissa Præfatione , totius Operis synopsim exhibente ; cujus init. fol. 1. a terg. זה נקרא ספר התרומה יען כי

I. הלכות ארץ ישראל *Halacoth Erets Israel*, Constitutiones de Terra Israelis incipiunt, fol. 16. למען ציון לא אחשה ולמען ירושלם

II. הלכות שבת *Halacoth Sciabbath*, Constitutiones de Sabbatho, fol. 20. משיפט רשוית בשברת פי' במקומה מדין .

III. הלכות שחיטה *Halacoth Scechitta* , Constitutiones De ritu mactandi animalia, fol. 26. כי ירחיב יהוה אלהיך את גבוליך כאשר דבר

IV. הלכות טרפות *Halacoth Terephoth* , Constitutiones de animalibus raptis, fol. 29. דתנן ניקבה שחסרה טרפה ואמר רבא

V. הלכות איסור והיתר *Halacoth Issur vehether* , Constitutiones de cibis prohibitis, & licitis, fol. 33. את זה לא תאכלו הנשר והפרס

VI. הלכות חלה *Halacoth Chala* , Constitutiones de Placenta, a Mulieribus massam depsentibus Sacerdoti offerenda, f. 52. ר' גמליאל אומר שלשה מצות לחלה

VII. Ha-

VII. הלכות נדה *Halacoth Nidda*, Constitutiones de menstruata, fol. 55. a terg. ואשה כי תזוב זבה דם רב יהיה דם

VIII. הלכות גיטין *Halacoth Ghittin*, Constitutiones de Repudiis, fol. 63. a terg. וכתב לה ספר כריתות ונתן בידה

IX. הלכות חליצה *Halacoth Chalitsa*, Constitutiones de solutione calcei, fol. 72. a terg. מצות חליצה בשלשה שיודעין

X. הלכות עז"ז *Halacoth Avoda zara*, Constitutiones de Idololatria, fol. 75. לפני אידהן שלגוים שלשה ימים.

XI. הלכות יין נסך *Halacoth Jain Nesac*, Constitutiones de vino libaminis, fol. 86. אמר רב הונא יין כיון שהתחיל למשך

XII. הלכות ס' תורה *Halacoth Sepher Thora*, Constitutiones de libro Legis, fol. 92. אמנם משפט הקלפים ועיבור לשמן

XIII. הלכות תפילין *Halacoth Thephillin*, Constitutiones de Filacteriis, fol. 96. a terg. הנה בהלכות תורה פי' יותר מחציו משפטים

Wolfius Tom. I. num. 422. alium a nostro Constitutionum Ordinem & numerum recenset ex edit. Venet. 1523. & merito reprehendit Plantavitium, qui & falsus est in definiendo anno, quo liber hic fuit excusus, quem scilicet ad 1528. differt, & præter rationem incerto eum authore prodiisse scribit, num. 770.

Is Codex, quem non immerito ad Authoris ætatem referas, pertinuit olim ad מיכאל בר שבתי *Michaelem filium Sabbathai*, qui illum a quodam יצחק *Isaaco* se emisse, testatur ad calcem.

CXLVI.

Codex antiquus, in folio membraneus, foliorum 199. Rabbinicis literis elegantissime conscriptus, olim Palatinus; quo continetur,

ס' מצות גדול מר' משה בן ר' יעקב מקוצי R. MOSIS FILII R. JACOBI KOTSENSIS; sive de Cotia, Ducatus Mediolanensis in agro Vigevani pago, quem Itali *Cozzo* adpellant, SEPHER MITSUOTH GADOL, *Liber Præceptorum magnus*, per compendium literarum סמג SAMAG dictus, in duas Partes distributus, quarum alteram in superiori Codice CXLIV. recensuimus; Prima vero, duabus columnis disposita, heic exhibetur, agitque de Præceptis adfirmantibus, quæ secundum numerum membrorum Corporis humani ab Anatomicis Judæis constitutum, 248. adnumerantur. Præit Præfatio una cum eorundem Præceptorum Indice, quæ in sex classes partita sunt. Et primo quidem recensentur quæ Divinum cultum respiciunt, suntque quadraginta septem. 2. Quæ Mulieres, undecim. 3. Quæ edulia, septem. 4. Quæ damna, quinquaginta septem. 5. Quæ vota & juramenta, quadraginta. 6. Quæ Domum Sanctitatis, sive Templum Hierosolymitanum, suntque numero sex & octoginta. Omnia vero simul 248. vel si addantur quinque Præcepta a Scribis ordinata, nempe de Commixtionibus, de Luctu, de Jejunio, de Lectione Voluminis Esther, & de Encæniis, 253. in universum recensentur. Init. fol. 1, a terg. מכל מלמדי השכלתי הנני משה בן יעקב בכר הקדמתי

Opus

Opus vero ipſum, quod ſæpius typis commiſſum eſt, incipit f. 4. a terg. כשברא הק'בה' ארת עולמו ברא ביום ראשון.

Is Codex, cujus ætas a decimoquarto Chriſti ſeculo videtur repetenda, pertinuit olim ad אלעזר בן גמליאל *Eleazarum Gamalielis filium*; ut in fine adnotatur.

CXLVII.

Codex antiquus, in folio, membraneus, foliis conſtans 118. charactere quadrato nitidiſſimo exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. ספר מצות SEPHER MITSUOTH, *Liber de Præceptis* 301. partim adfirmantibus, partim negantibus, cum nonnullis notulis, quæ tamen Rabbinicis literis ad marginem adjectæ ſunt. Authoris nomen latet. In fine tamen, fol. 115. iſta leguntur: באחד בשבת כ'ח' לסיון בשבעים וששה לפרט סיימתי זה הספר המצות וכתבתי אותו לר' חננאל החבר ר' תנחום הרופא ז'ל' השם יזכה וכו' *Feria prima Hebdomadæ, die* 28. *Menſis Sivan*, Maji, *Anno Creationis Mundi* 5076. Chriſti 1316. *Abſolvi hunc librum de Præceptis, quem exſcripſi ad uſum R. Chananelis, filii R. Tanchum Medici, quem Deus dignum reddat, qui legat in eo* &c. Hinc corrigendus Bartoloccius, qui Par. II. pag. 847. Chanelem hunc, qui claruit tempore Benedicti XI. Pontificis, authorem vocat, quamvis eundem librum Par. IV. num. 1575. inter Anonymos recenſeat. Epigraphen memoratam conſequitur Index Præceptorum, quæ in hoc opere, nondum, quod ſciam, typis mandato, exponuntur. Initium fol. 19. לידע שאותו שברא שמים וארץ והוא לבדו מושל

2. קביעות שנים פשוטות KEBIUTH SCIANIM PHESCIUTOTH, *Regulæ*, ad inveniendas Sectiones Pentateuchi, diebus Sabbathis per annum communem legendas, cum Calendario Judaico. Init. f. 117. a t. תשרי ראש השנה יום ב'נ' צום

3. כוונת תקעית השופר CAUVANATH THEKIIATH HASCIOPHAR, *Monitum de intentione*, Judæis ſub initium novi anni *Arietinum cornu* inflantibus habenda. Initium ibidem. יהי רצון מלפניך שדי

4. Anonymi פי' על פרק כלל גדול PERUSC AL PEREK CHELAL GADOL, *Expoſitio in Caput Regulam magnam*, Septimum Tractatus Talmudici *de Sabbatho*; ubi de triginta novem rebus exponitur, quæ eo die Judæis fieri prohibentur; de quibus videſis Bartoloccium Tom. III. pag. 123. Initium fol. 118. מלאכות שדנין עלהים סקילה

CXLVIII.

Codex antiquus, in folio membraneus, foliorum 158. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

Liber inſcriptus אור זרוע OR ZARVA, *Lux plantata*, ex Pſ. CXVII. 11. ſive Commentarius de juribus, & inſtitutis Judaicis, duabus columnis diſpoſitus; nondum, quod ſciam, typis vulgatus. Authoris nomen deſideratur: attamen in Bibliothecis Ebraicis ejuſdem tituli & argumenti liber tri-

buitur ר' יצחק בן מושה R. *Isaaco filio Mosis* Vindobonensi, Rabbino inter suos celebri, qui magna authoritate valuit seculo Christi decimotertio medio, quique per compendium literarum plerumque dici solet ר'י'אז *Riaz*, idest, R. Isaac Or Zarva, a titulo scilicet libri, quem scripsit. In nostro Codice passim laudantur *Tosaphoth*, seu additiones Talmudicæ, quarum Authores circa annum Christi 1250. vixerunt. Porro authorem nostrum in Polonia claruisse, liquet ex ultima decisione; ubi respondet cuidam Judæo volenti per internuncium dare mulieri suæ libellum repudii: Non esse id licitum, sed utrumque & virum & mulierem debere ad ipsum Rabbinum adcedere, qui tunc temporis *Laodimiri* commorabatur. Et alibi passim dicit, se jus dixisse *Vlmæ* prope Leopolim: quæ duæ urbes ad Podoliam Poloniæ provinciam spectant. Incipit liber ille fol. 2. a terg. אליך צדקה משתלמר אלא לפי גימילות חסדים

Præmittitur *Album impensarum*, quæ dicuntur ab universitate Judæorum *Anno Creationis Mundi* 5165. Christi 1405. *in Germania* factæ, diversa tamen, recentiorique manu additum; cujus initium fol. 1. פרשה ויחי וב"ויז" שפט

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus,

CXLIX.

Codex in quarto, chartaceus, foliis constans 302. Rabbinico charactere perquam nitido & perpolito exaratus, olim Palatinus; ubi continentur,

שאלות ותשובות מר' אשר בן יחיאל SCEELOTH UTSCIUVOTH, *Quæsita & Responsa*, sive Conclusiones Forenses universales, quæ Tractatibus aliquot Talmudis Babylonici subjiciuntur, & summatim ea exhibent, quæ in ipsa Ghemara, Rasci, & Tosaphoth fusius tractantur, Authore R. ASCER FILIO JECHIELIS ROTEMBURGENSI, contracte הרא"ש HARROSC nuncupato, qui rectoratu Synagogæ patriæ aliquandiu perfunctus, Germaniam reliquit, & Toletum in Hispaniam fugit, Anno Creationis Mundi 5066. Christi 1306. ne scilicet ad spondendum pro R. Meir præceptore suo a Rodulpho Imperatore adigeretur, ac proinde in carcerem conjiceretur; ut ex Juchasino, Scialsceleth, & Ganzio refert Bartoloccius Tom. I. pag. 494. Ibi Princeps Synagogæ constitutus, sexdecim circiter annis doctrinam Talmudicam, & utrumque jus civile & criminale docuit, quæstiones varias exsolvit, & innumeras fere Talmudicas ambages & tricas explicavit, foliis hinc inde dispersis, quæ post illius interitum a quodam discipulo ipsius conquisita, & in unum volumen secundum seriem Tractatuum Talmudicorum digesta sunt. Obiit autem ille Toleti Anno Mundi 5081. Christi 1321. ut scribit R. Menachem filius Serach in Præfatione ad Librum צדה לדרך *Viatici in via*: relictis octo filiis, doctrina insignibus, inter quos R. Jacob בעל טורים *Baal Turim*, sive author libri quatuor Ordinum. Vide Bartoloccium loc. cit. qui tamen perperam ex uno eodemque libro duos fecit, quorum unum eodem, quo nos, titulo insignivit, alterum כללי *Chellale*, Conclusio-

ſiones nuncupavit. Initium fol. 29. ריני שכירות קרקע ודין שכירות בהמה שאלה
Præmittitur לוח *Tabula*, ſive Index Concluſionum centum & octo, quæ in eodem libro exhibentur. Init. fol. 1. פתיחה למצא פתח למבקש שאלה משאלות
Is Codex ad decimumſextum Chriſti ſeculum videtur referendus.

C L.

COdex antiquus, in folio, bombycinus, foliorum 233. Rabbinico charactere exaratus; ubi continentur,

פירוש מצות עשה PERUSC MITSUOTH ASSE, *Commentarius in Præcepta Legis adfirmantia*, quæ Judæis 248. ſecundum numerum membrorum Corporis humani, a ſuis Anatomicis conſtitutum, recenſentur. Deſunt priora quadraginta octo Præcepta. Initium fol. 1. עצמו בכסף כמו שנתן אחד לרבו
Is Codex decimoquarto Chriſti ſeculo videtur deſcriptus,

C L I.

COdex antiquus, in folio, partim bombycinus, partim membraneus, foliis conſtans 307. charactere Rabbinico conſcriptus; quo continetur,

קצור פסקי דינים KITSUR PISKE DINIM, *Epitome Deciſionum*, ſive *Conſtitutionum Legalium*, & *Ceremonialium*, ſecundum ordinem Tractatuum Talmudis Babylonici diſpoſita, principio & fine manca. Authoris nomen latet; folio tamen 116. lin. 5. ubi agitur de Muliere, quæ virtute inſtrumenti Dotalis poteſt ex bonis viri ſui authoritate privata rapere totum id, quod ejus Dos importat, & ratione illius debetur, hæc habentur: כן אמר ארוני אבי הראש" CAC AMAR ADONI AVI HARROSC, *Sic dixit Dominus Pater meus Aroſc*; quo ſignificatur, authorem fuiſſe unum ex filiis *R. Aſcer Ben-Jechielis*, quem per compendium literarum ita adpellant. Verum quum is octo filios habuerit, quorum duo doctrina inſignes, nempe *R. Jacob*, & *R. Juda*, uter horum hujuſce epitomes author fuerit, divinare non poſſumus. Porro ea incipit a Cap. III. *Tractatus de Benedictionibus*, deſinitque in Cap. VII. *Tractatus de Porta poſtrema*. Initium fol. 1. בזמן שלהם אבל אם קמו וברכו לאל.
Is Codex ad decimumquintum Chriſti ſeculum videtur referendus.

C L I I.

COdex antiquus, in folio, membraneus, foliorum 159. Rabbinicis literis eleganter ſcriptus, olim Palatinus. Ibi continetur,

ס' אורח חיים מר' יעקב' בן ר' אשר בן יחיאל אשכנזי R. JACOBI FILII R. ASCER, *fil. Jechielis*, *Germani*, SEPHER ORACH CHAIIM, *Liber Semitæ vitæ*, titulo deſumto ex Pſ. XVI. 11. ſive *Ordo I.* Libri ארבע טורים ARBAA TURIM, *Quatuor Ordinum*, omnia complectens, quæ ad ritus ſacros Judæorum pertinent, puta ad Benedictiones, ad Preces, ad Deciſiones, ſive conſtitutio-

nes de Sabbatho, de Neomeniis, Jejuniis, Tekuphot, seu ingressu Solis in quatuor puncta præcipua Zodiaci. Constat Constitutionibus viginti septem, & Partibus tribus; quarum 1. præcipit, quomodo homo inde a tempore, quo lectum reliquit, usque ad tempus, quo eundem repetit, gerere se debeat. 2. Ritus & leges ad Sabbatum spectantes, cum Benedictionibus, & Precationibus, per totum annum persolvendis, exponit. 3. Instituta ad Novilunium, & Festa per annum celebranda, pertinentia explicat. Præfigitur Operis Præfatio cum Indice Constitutionum, quarum initiales voces aureis literis expressæ sunt. Ejus init. fol. 1. ברוך ה׳ אלהי ישראל

Opus vero ipsum incipit fol. 11. יהודה בן תימא אומר הוי עז כנשר ורץ כצבי

In ejus clausula, fol. 157. hæc librarii adnotatio occurrit סליקו הלכות חנוכה ומגלה שבח להביא הגאולה : וסליק ס׳ אורח חיים שבח למסייעני ב׳נ׳ל׳ך׳ ולא׳ע׳ו׳ חזק הסופר יעקב חלפון. *Laus illi, qui mittet Redemtionem. Expliciunt Constitutiones de Encæniis, & Festo Purim; quibuscum completus est Liber Semitæ vitæ. Laus illi, qui mihi tulit opem. Benedictus, qui dat lasso fortitudinem, & cui non sunt vires, robur multiplicat. Confortare & esto robustus scriba Jacob Chalphon*. De tribus aliis Ordinibus, qui heic memorantur, in consequentibus Codicibus disseremus.

Subnectitur וידוי VIDDUI, *Formula Confessionis peccatorum* faciendæ tam a *sano*, quam ab *infirmo* Judæo, una cum לוחות *Tabulis Neomeniarum*, Festorumque mobilium, & Jejuniorum tum in annis Lunaribus expansis, sive communibus, tum in gravidis, seu intercalaribus; necnon cum *Indice Sectionum Pentateuchi*, quæ in Sabbathis per annum legi debent. Initium fol. 157. a terg. מודה אני לפניך ה׳ אלהי ואלהי אבותי שרפואתי בידך

Jacob autem ille ex Germania in Hispaniam una cum patre Ascer abiit, & Toleti, anno ab Orbe condito 5100. Christi 1340. hocce Opus, unde בעל טורים *Baal Turim*, Author Ordinum cognominatus, elucubravit; ut ex memorato Ordine Semitæ vitæ sub finem Constitutionum de Neomeniis adparet. De anno vero ejus emortuali dissentiunt Judæi; Juchasinus enim pag. 133. & ex eo Author Catenæ Traditionis illum obiisse ajunt, anno Mundi 5088. die 9. mensis Chescuan, i.e. Christi 1328. At Tsemach David, eum anno Mundi 5130. Christi 1370. adhuc in Germania superfuisse scribit. Vide Bartoloccium Par. III. & Wolfium Tom. I. ubi & variæ hujusce Operis editiones recensentur.

Is Codex ad Authoris ætatem videtur revocandus.

CLIII.

COdex antiquus in quarto, bombycinus, foliis constans 158. Rabbinico charactere elegantissimo exaratus, olim Palatinus; quo continentur, 1. ס׳ יורה דעה מר׳ יעקב בן אשר בן יחיאל אשכנזי SEPHER JOREH DEAH, *Liber Docebit scientiam*, sive *Ordo II.* ex ארבע טורים *Arbaa Turim*, quatuor Ordinibus R. JACOBI FILII ASCER, FIL. JECHIELIS, GERMANI, de quo supra, constans הלכות *Halacoth*, Constitutionibus XXXI. quarum Index in Præ-

Præfatione exhibetur. Ibi agitur de vetitis, & licitis, quæ ad cibum & potum pertinent; uti & de jugulatione animalium, de inſpectione eorundem viſcerum, de idololatria, de balneis, de muliere menſtruis polluta, de vino libaminum, de funerum luctu; aliiſque ritibus hac ætate receptis, quorum rationes ex fundamentis ſuis deducuntur. Initium fol. 1. ברוך ה׳ אלהי ישראל אשר לו הגדולה והגבורה.

2. הלכות ארץ ישראל HALACOTH ERETS ISRAEL; *Conſtitutiones de Ritibus ſervandis in terra Iſraelis*, Talmudi recens additæ. Initium fol. 157. למען ציון לא אחשה ולמען ירושלם לא אשקוט.

3. טופס הרשאה שנתנו לר׳ בנימן ממיץ מר׳ יוסף בן יצחק נמר׳ יעקב בן יצחק ומר׳ יעקב בן משה לשחוט TOPHES HARSCIAA LISCECHOTH, *Exemplar Facultatis exercendi Lanioniam, conceſſa* R. BENIAMINO METENSI, a tribus Rabbinis, nempe JOSEPHO FILIO ISAACI, JACOBO FILIO ISAACI, & JACOBO FILIO MOSIS. Initium fol. 159. נחנו בית דין חתומי מטה במותב תלתא כחדא הוינא

Is Codex, ſi quidem Conſtitutiones Terræ Iſraelis cum facultate exercendi Lanioniam, quæ nova manu ſunt additæ, excipias, ſcriptus eſt Anno Chriſti 1386. ut hæc oſtendunt librarii verba, quæ fol. 156. leguntur: נשלם ס׳ יורה דעה: שבח לאל אשר לו העוז והישועה בחד׳ תשרי בי״ב׳ ימים בו בשנת ק׳ו׳ס׳ קרא לפרט היצירה בירושלם תבנה ותכונן במהרה בימינו וכשם שזיכני האל לכותבו כך יזכני האל לעובדו וללמוד בו אני וזרעי וזרע זרעי ויקיים בנו קרא דכתיב לא ימושו מפיך וכו׳. *Explicit liber Docebit ſcientiam. Laus Deo, a quo fortitudo & ſalus: die* 12. *menſis Tiſcri, anno Surge, clama*, i. e. 146. ſecundum minorem ſupputationem, Chriſti 1386. *in Urbe Hieroſolyma, quæ utinam quantocyus ædificetur, & diebus noſtris innovetur. Quemadmodum autem Deus dignum me fecit, qui hunc Librum exſcriberem, ita dignum quoque me reddat, qui ei inſerviam, & legam in illo cum ſemine meo, & ſemine ſeminis mei; & confirmetur in nobis quod ſcriptum eſt: Non auferetur*, &c.

CLIV.

CODEX antiquus, in folio bombycinus, foliorum 90. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

1. ספר אבן העזר מר׳ יעקב בן אשר בן יהיאל אשכנזי SEPHER EVEN HAEZER, *Liber Lapidis adiutorii*, titulo deſumto ex 1. Samuelis, ſeu Regum VIII. 12. Eſt *Ordo III.* ex ארבע טורים *Arbaa Turrim*, quatuor Ordinibus R. JACOBI FILII ASCER FIL. JECHIELIS GERMANI; ubi agitur de Uxore, quæ in Sacra Scriptura dicitur *Adjutorium viri*; uti & de Matrimonio, de Inſtrumento Dotali, de Repudio, de Fratriis, de Leviratu, de Votis, & de Nazaræatu. Initium fol. 4. לא טוב היות הארם לבדו אעשה לו

Præmittitur Index quinque הלכות *Halacoth*, ſive Conſtitutionum, quibus præfatus liber abſolvitur. Initium fol. 1. א׳ חייב הארם לשאת בלידותו ובזקונו

2. פסקי ה׳ר׳מ׳ך׳ על ענין הגט *Haramac*, ideſt, R. Moſis Sacerdotis, qui vixit Anno Mundi 4958. Chriſti 1198. teſtibus Juchaſin p. 132. & R. Azaria in Meor Enaim pag. 93. ubi eum ex Lunel, Galliæ Narbonenſis opi-

do, oriundum vocat, PISKE, *Decisiones*, seu *Constitutiones* de libello Repudii, ex ejusdem השגות *Hassagoth*, i. e. animadversionibus in Maimonidæ librum, qui יד חזקה *Jad Chasaka*, seu Manus fortis inscribitur, excerptæ. Init. fol. 89. ש״מ ממלת דאביי דמפאן דכתב נט

3. פסקי מר׳ ישעיה בר אליה על מצות עשה שהזמן גרמא *Constitutiones in Præcepta adfirmantia temporaria*, quibus, scilicet, mulieres ratione temporis non tenentur, ex Decisionibus R. ISAIÆ FILII ELIÆ, qui & אחרון i. e. *Posterior*, & per compendium literarum ריב״א *Riba* nuncupatur, excerptæ. Initium fol. 90. הלכה כל מצות עשה שהוא לזמן והזמן

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur descriptus.

C L V.

CODEX antiquus, in folio membraneus, constans foliis 88. charactere Rabbinico exaratus; ubi continetur,

ספר עשרת מאמרות מר׳ יצחק בר אבא ממרסיליאה R. ISAACI FILII ABBA, MASSILIENSIS, SEPHER ASSERETH MAAMAROTH, *Liber de decem dictis*, seu Præceptis Ceremonialibus, fine mancus. Eorum

I. סוכה *Succa*, De Festo Tabernaculorum. Init. fol. 1. a terg. הראשון נרסינן בפרק לולב וערבה העושה סוכתו.

II. לולב *Lulab*, De Palma, & fasciculo ex spatulis palmarum, myrto, & salice de torrente, deque malo citreo, in eadem solemnitate gestandis. Initium fol. 24. a terg. העושה לולב לעצמו לא אומר שהחיינו

III. הלל *Hallel*, De Laudibus concinendis in Neomeniis, aliisque festivitatibus. Initium fol. 42. a terg. גרסי׳ בראש השנה העובר לפני התיבה

IV. סדר ראש השנה *Seder Rosc Hasciana*, Ordo Capitis anni, & de Cornu Arietino in eadem solemnitate inflando. Initium fol. 46. a terg. הכשרו והכשר התקיעות סדר הפרשיות.

V. על חג הפסח *Al Chag Hapesach*, De Paschate; & primo quidem de ritu removendi fermentum ante ingressum ejusdem Festi. Initium fol. 57. אור לארבעה עשר בודקין את החמץ.

VI. סדר המצות *Seder Hammatsoth*, Ordo de Azymis, & lactucis amaris, sive agrestibus, tempore Paschali comedendis. Init. fol. 61. a terg. תנו רבנן שבעת ימים תאכלו מצות.

Cetera quatuor posteriora Præcepta, quæ ad diem Expiationis, ad historiam Esther, seu Festum Mardochæi, ad dedicationem Templi, & ad solemnitates generatim pertinent, heic desunt; suppleri tamen poterunt ex superiori Codice CXLIII. ubi hic ipse liber עשרת דברות *Assereth Devaroth*, de decem Verbis, inscribitur.

Is vero Codex decimoquinto Christi seculo ineunte videtur exaratus.

Co-

C L V I.

Codex antiquus, in quarto, membraneus, foliorum 53. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

מסכת שבועות Massecheth Sceuvoth, *Tractatus de Juramentis*, Sextus Ordinis quarti Talmudici, qui נזיקין *Nezikin* i. e. Damna inscribitur, Capitibus octo absolutus, ex quibus quatuor posteriora desiderantur. Initium fol. 1. a terg. שבועות שתים שהן ארבע ידיעות הטומאת שתים

Præmittuntur Nomina cum notis accentuum Musicorum, quibus Judæi Germani utuntur, diversa tamen manu conscripta. Init. fol. 1. זרקא סגול ונח רביע

Is Codex, quem haud immerito ad decimum quartum Christi seculum referas, pertinuit olim ad אלעזר בן יהודה לוי *Eleazarum filium Judæ Levitam*: ut in calce adnotatur.

C L V I I.

Codex antiquus, in folio, membraneus, foliis constans 86. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

פי׳ רשי״ על מסכת בבא קמא Rasci, idest, R. Salomonis fil. Isaacii Jarchi, Perusc al Massecheth Bava Kama, *Commentarius in Tractatum de Porta prima*, Ordinis quarti Talmudici, cui titulus נזיקין *Nezikin*, Damna, Primum. Dividitur in decem Capita; ubi de damnis, quæ a bestiis, vel ab hominibus igne, aliove modo alicui inferuntur.

Caput I. incipit fol. 1. ארבעה אבות נזיקין להנך דכתיב
Cap. II. fol. 15. a terg. כיצד הרגל מועדת במה הרגל מועדת
Cap. III. fol. 24. a terg. ושברה פטור בגמ׳ מפרש טעמא בהם
Cap. IV. fol. 31. שור שנגח ארבעה וחמשה פטורים
Cap. V. fol. 38. a terg. שור שנגח את הפרה ונמצא עוברה בצידה
Cap. VI. fol. 44. a terg. הכונס הצאן פטור דא נטרה
Cap. VII. fol. 48. a terg. אין הגונב אחר הגונב דכתיב וגונב
Cap. VIII. fol. 62. a terg. וכמה הוא יפה שהרי הזיקן הפסידה
Cap. IX. fol. 68. a terg. משלם כשעת הגזילה דמי עצים וצמר
Cap. X. fol. 81. והנית לפרט או שהניח לפניהם הגזילה

Bartoloccius in Indice Ms. hunc Commentarium Anonymo adtribuit, quod nomen Rasci in fronte non viderit. Verum cum editis ipsius Rasci Commentariis adamussim concordat, ut eos conferenti, manifestum est.

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur conscriptus, pertinuitque olim ad משה בן יצחק פנחס *Mosen filium Isaaci Pinchas*; ut in fine adnotatur.

C L V I I I.

Codex antiquus, in quarto, membraneus, foliorum 104. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus; ubi continetur,

RA-

פי׳ על מסכת קדושין מרש״י RASCI, i. e. R. Salomonis Jarchi, filii Isaacii, PERUSC AL MASSECHETH KIDDUSCIN, *Commentarius in Tractatum de Sponsalibus & Sponsalitiis*, Tertium ex Ordine Tertio Talmudico נשים NASCIM, *Mulieres*. Ejus Capita quatuor, quorum

Cap. I. incipit fol. 1. a terg. האשה נקנית לבעלה בשלש׳ דברים כדמפרש

Cap. II. fol. 44. האיש מקדש בו ובשלחו בגמ׳ יליף לה

Cap. III. fol. 69. a terg. האומר מקודשת ואינה מקודשת לשניהם

Cap. IV. fol. 85. עשרה יוחסין עלו מבבל כשעלו בני הגולה ובגמ׳ מפרש

Hunc etiam Commentarium Bartoloccius in Indice Ms. quod Rasci nomen in fronte non legerit, Anonymo adscripsit.

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

C L I X.

Codex antiquus, in quarto, membraneus, foliis constans 131. charactere Rabbinico descriptus, olim Palatinus; quo continetur,

תוספות על מסכת חולין TOSAPHOTH AL MASSECHETH CHOLIN, *Additiones in Tractatum de Prophanis*, nempe cibis licitis atque illicitis ex animantibus, Tertium Ordinis quinti Talmudici, קדשים KODASCIM, *Sanctitates*; in Capita duodecim distributæ, e quibus tamen tria posteriora desiderantur.

Caput I. incipit fol. 1. הכל שוחטין כתוב בהלכות דרך ארץ

Cap. II. fol. 27. a terg. השוחט ר׳ יהודה אמר עד שישחוט

Cap. III. fol. 42. a terg. אלו טריפות אי נדסי׳ איל ניהא

Cap. IV. fol. 73. a terg. בהמה המקשה לילד כיון שיצא כשר חוץ למחיצתו

Cap. V. fol. 72. אותו ואת בנו בין בארץ בין בחוצה לארץ אידי דבעי

Cap. VI. fol. 78. כיסוי הדם ונוהג בחיה ובעוף

Cap. VII. fol. 88. a terg. גיד הנשה מוקדשין פיר שאבאלהו נמי

Cap. VIII. fol. 108. a terg. כל הבשר אסור לבשל בחלב אימא דלא

Cap. IX. fol. 137. העור והרטב משום דתנן פרק

Ad marginem nova manu passim adjectæ sunt nonnullæ notulæ incerti authoris. Porro Thosaphoth, sive Additionum præcipui Authores hi nominantur ר״ת *R. Tham*; ריב״ם *R. Isaac filius Meir*, Aurelianensis, Scriptor Quæstionum & Responsionum; הר״יץ ניאת *Rabbenu Isaac filius Gheat*; רי״בש *R. Isaac filius Samuelis*, qui & יצחק הזקן *Isaac senior*. Præterea vero רש״בא *R. Simeon filius Abrahami*; רש״ק *R. Simson de Kinon*, discipuli *R. Eliezer* טוך *Tuc*, unde vocantur *Tosaphoth Tuc*; רי״צבא *R. Isaac filius Abrahami*; ה״רף *R. Perez Sacerdos filius R. Isaaci*. Hæc ex Sabbathæo in Labiis Dormientium voce תוספות; ubi additur, alios quoque exstare earundem Thosaphoth Authores, de quibus etiam consuli possunt liber R. Josue fil. Josephi Levitæ, cujus titulus הליכות עולם *Halicoth olam*, Itinera Mundi, & Chronicon Davidis Ganzii צמח דוד *Tsemach Daud*, idest Germen Davidis inscriptum.

Is Codex decimoquinto ineunte Christi seculo videtur exaratus; pertinuitque olim ad מרדכי ומנחם בני יהודה כהן *Mardochæum, & Menachem filios Judæ*

Judæ Sacerdotis ; ut sub initium adnotatur .

C L X.

Codex antiquus , in quarto , bombycinus , foliorum 78. Rabbinicis literis eleganter scriptus , olim Palatinus . Ibi continetur ,

פי׳ רשי״ על מסכת כתובות RASCI , i. e. R. Salomonis Jarchi filii Isaacii, PERUSC AL MASSECHETH CHETUVOTH , *Commentarius in Tractatum de Scripturis* Dotalibus , sive contractibus Matrimonialibus , secundum Ordinis tertii Talmudici נשים *Nascim* , Mulieres , Capitibus tredecim absolutus ; quorum

Caput I. incipit. fol. 1. בתולה נשאת ליום ה׳ד׳ וכו׳ תקנת חכמים היא שתנאשת
Cap. II. fol. 7. האשה שנתראמלה וכו׳ אנתנרשה קאי
Cap. III. fol. 13. a terg. אלו נערות שיש להן קנס נערות דווקא משהביא
Cap. IV. fol. 16. נערה שנתפתחה מקשי בנ׳מ בפרקין דלעיל
Cap. V. fol. 26. אם רצה בנמ׳ פריך פשטא ומתרץ מהו דתימא
Cap. VI. fol. 34. a terg. מציאת האשה ומעשה ידיה מציאתה משום
Cap. VII. fol. 38. המדיר את אשתו מליהנות לו אין הנאת
Cap. VIII. fol. 42. a terg. האשה שנפלו לה נכסים עד שלא תתארם
Cap. IX. fol. 47. a terg. הכתוב אם כן למה לה וכו׳ מקשה בנמ׳ ותימא
Cap. X. fol. 60. מי שהיה נשוי יורשי הראשאה
Cap. XI. fol. 66. a terg. ואין הייבין בין וכו׳ אם מתה שהרי יורשה
Cap. XII. fol. 73. הנושא את האשה שהוא זן את בתה
Cap. XIII. fol. 77. שלש ארצות בארץ ישראל חלוקות זו מזו

Hunc quoque Commentarium Bartoloccius in Indice Ms. Vaticano , quod nomen Rasci fronti præfixum non viderit , Anonymo adscripsit .

Ad calcem hujus Codicis , quem non immerito ad decimumquintum Christi seculum referas , fol. 78. a terg. nova manu additum est *Secretum* , sive modus sciendi in somniis quod quis nosse cupit , superstitiosum ; sermone Arabico , literis tamen Rabbinicis conscriptum .

C L X I.

Codex antiquus , in quarto , bombycinus , foliis constans 106. charactere Rabbinico exaratus , olim Palatinus ; quo continetur ,

פי׳ מסכת יבמות מר׳ יהודה ברבי אלעזר כהן אשכנזי R. JUDÆ FILII ELEAZARI SACERDOTIS GERMANI , decimotertio Christi seculo inclinante clari , PERUSC AL MASSECHETH JEVAMOTH , *Expositio in Tractatum de Fratriis* , Primum Ordinis tertii Talmudici נשים *Nascim* , Mulieres , una cum Miscna , & Ghemara ; ubi de Fratris absque liberis defuncti uxore ducenda , ad propagandam ejus familiam : de juribus ejus , exuendoque , si nolit frater , calceo , & quibus ceremoniis id olim factum ; hactenus , quod sciam , inedita . In fine vero fol. 106. ista leguntur : נשלם פירוש יבמות שבח לנותן עוז ותעצמות . *Completa est expositio in Tractatum de Fratriis . Laus illi , qui dat virtutem & fortitudinem* , Ps. LXVII. v. 36. Dividitur in XVI. Capita , quorum Cap. I,

Cap. I. incipit fol. 1. חמש עשרה נשים פוטרות צרותיהן כדמפרש לקמן
Cap. II. fol. 2. a terg. כיצד אשת אחיו שלא היה בעולמו פוטרת צרתה
Cap. III. fol. 12. a terg. ארבעה אחין חולצת ולא מתייבבת ריש זקו' זוקה
Cap. IV. fol. 21. a terg. החולץ ליבמתו סמוך למית בעלת ואחר כן נמצאת
Cap. V. fol. 28. a terg. רבן גמליאל אין גט אחר גט דגט ביבמה מהני בחליצה
Cap. VI. fol. 32. a terg. הבא על יבמתו בשוגג בסבור לבעול אשה לשום
Cap. VII. fol. 51. אלמנה לכהן גדול היא עצמה אינה אוכלת בתרומה
Cap. VIII. fol. 56. הערל כהן שמתו אחיו מחמת מילה ולא מליהו
Cap. IX. fol. 60. a terg. יש מותרות כהן שנשא אלמנה והוא הדין לבתולה
Cap. X. fine mancum, fol. 63. האשה שהלך באו ואמרו לה עד אחד ובבית דין
Cap. XI. principio mutilum, f. 71. הגיורת שנתגיירו וכו' לא חולצין ולא מייבמין
Cap. XII. fol. 72. מצות חליצה דיינין משמע מומחין והדר תנא הדיוטות
Cap. XIII. fol. 79. בית שמאי אומרים אין ממאנין יתומה
Cap. XIV. fol. 93. a terg. חרש שנשא רצה יוציא רצה יקיים איידי דתנא
Cap. XV. fol. 96. האשה שלום בינו ובינה שאין קטטה בניהן
Cap. XVI. fol. 101. a terg. האשה שהלך בעלה וכו' לא תינשא הואיל ובלא

Is Codex circa medium decimumquartum Christi seculum videtur descriptus.

CLXII.

Codex antiquus, in quarto, membraneus, foliorum 124. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

תוספות על מס' יבמות TOSAPHOTH AL MASSECHETH JEVAMOTH, i. e. *Additiones ad Tractatum de Fratriis*, seu Fratris absque liberis defuncti uxore ducenda, Primum Ordinis tertii Talmudici, qui נשים NASCIM, *Mulieres* inscribitur; Authoribus variis Rabbinis, quorum ætas in seculum X. & XI. post Christum natum cadit, & quorum præcipuos in superiori Codice CLVIII. recensuimus. Porro Additiones illæ cum Talmude ipso edi solent, & seorsim aliquoties prodierunt; ut videre est apud Bartoloccium, & Wolfium. Initium fol. 1. חמש עשרה נשים אומ' ר' ולא מצי למינקט עריות

Ad marginem variæ occurrunt glossæ, quæ tamen recentius additæ videntur. Is vero Codex decimumquartum Christi seculum non excedit.

CLXIII.

Codex antiquus, in folio, membraneus, foliis constans 267. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; ubi continetur,

ספר החנוך מר' אהרון מבית לוי R. AARONIS DE DOMO LEVI, *Barcinonensis*, anno Creationis Mundi 5053. Christi 1292. teste Juchasino, defuncti, SEPHER HACHINNUC, *Liber Institutionis*, sæpius editus; quo exponuntur 613. Legis Mosaicæ Præcepta, omnesque ritus eo pertinentes, ex Jureconsultis, & Ritualibus Judæorum libris, speciatim vero ex R. Isaaco Alphesi, Maimonide, & Nachmanide, explicantur, servato ordine Sectionum Pentateuchi,

teuchi, citatisque locis, unde eadem præcepta eruta sunt. Initium fol. 12. a terg. כל מצות מת'ר'י'ג' מצוות לו שיהיה עליה רושם נוהגת בזמן הזה

Præit *Generalis Præfatio* cum Indice omnium Præceptorum tam adfirmantium, quam negantium; cujus init. fol. 1. אולי יחשוב מעיין בספר זה שהמחברו

In fine vero, fol. 265. hæc librarii adnotatio legitur: נשלם על ידי אברהם בב'מ'ר אברהם זל" בר משה ליל ו' כ' יום לחרש טבת שנרת צ'נ' לפרט השם יזכיני וכו' *Absolutus est hic liber manu Abrahami filii Abrahami, filii Mosis, nocte feriæ sextæ, die* 20. *Mensis Teveth*, Decembris, *Anno Creationis Mundi* 5093. Christi 1333. *Deus me reddat dignum, qui legam* &c. Subnectuntur סגולות SEGULLOTH, *Secreta* varia superstitiosa ad cognoscenda in somniis, quæ quis nosse desiderat, una cum expositione Cabbalistica Commatis 20. Capitis XXIII. Exodi: הנה אנכי שולח מלאכי *Ecce ego mittam Angelum*, &c. quæ tamen nova manu adjecta videntur.

Bartoloccius tam in suo Indice Ms. Vaticano, quam in Bibl. Rabb. Par. I. num. 153. laudat præfatum R. Aaronis librum, ceu epitomen 613. Præceptorum, ejusque titulum *Hachinnuch* Latine reddit *Initiatum*, seu *Encæniatum*, aut *Dedicatum*; quod minus commodum esse putat Wolfius: Authorem vero incautus זלהה *Zalaha* cognominat; hæc enim vox, quæ in nostro Codice lineolis notata est, omnibus ferme nominibus defunctorum Judæorum subjungi solet, denotatque per compendium literarum, hanc Judaici voti formulam: זכרונו לחיי העולם הבא, hoc est, *memoria ejus sit ad vitam futuri seculi*.

Is Codex, pertinuit olim ad שלמה בר בנימין *Salomonem filium Beniamini* qui illum se emisse testatur a בנימין בן שלמה *Beniamino filio Salomonis*, solutis eidem sexdecim Florenis aureis; ut in fine legitur.

C L X I V.

Codex antiquus, in quarto, membraneus, foliorum 173. charactere, partim Rabbinico, partim quadrato conscriptus. Ibi continentur,

1. פירוש מס' בבא בתרא מר' שמואל בן מאיר PERUSC MASSECHETH BAVA BATHRA, *Expositio in Tractatum de Porta postrema*, Tertium Ordinis quarti Talmudici נזיקין *Nezikin*, Damna; ubi de societate in commerciis, de ædium vicinitate, de emtione & venditione, de hæreditate, & successione, de possessione, de fidejussionibus, &c. Authore R. SAMUELE FILIO MEIR, contracte רש'בם *Rascbam* nuncupato, nepote R. Salomonis fil. Isaacii Jarchi, qui proinde duodecimo Christi seculo claruit, non vero ר'גרשום R. *Ghersciom*, seu *Gersone*, ut in fronte Codicis nostri nova manu adnotatur, aut ר' שמשון בן מאיר *R. Samsone fil. Meir*, ut minus recte habet Bartoloccius Par. IV. pag. 381. & ejus exemplo Jacobus Basnage Tom. V. Historiæ Judaicæ pag. 1630. Porro Samuel noster scripsit commentarium amplissimum in Ghemaram, ex quo tamen nihil superest, nisi in eos Tractatus, quos R. Salomon Jarchi morte præventus exponere non potuit; videlicet, *Bava Bathra*, de Porta postrema, quem præ manibus habemus; *Sanhedrin*, de Se-

natu; *Maccoth*, de Flagellis; *Sceuvoth*, de Juramentis; *Horajoth*, de Documentis; *Avoda zara*, de Idololatria; *Zevachim*, de Sacrificiis; *Cholin*, de Prophanis; *Menacoth*, de Oblationibus; *Becoroth*, de Primogenitis; *Arachin*, de Æstimationibus; *Themura*, de Permutatione; *Cherithoth*, de Excisionibus; *Meilla*, de Prævaricatione; & *Nidda*, de Menstruata. Initium fol. 1. השותפין ראית להו הצק בשותפות ונתרצו לחלוק.

2. Fragmentum ספר התרומה מר' ברוך בר יצחק SEPHER HATTHERUMA, *Libri Elevationis* R. BARUCH FILII ISAACI, Wormatiensis, abbreviate ר"י *Ri* nuncupati, qui decimotertio Christi seculo ineunte claruit, charectere quadrato conscriptum, duabusque columnis dispositum: ubi de Ritibus & Institutis ceremonialibus ad Sabbathum pertinentibus differitur. Init. fol. 166. ואם בשבול ישראל הדליק את הנר או כל דבר אסור.

3. תפלות TEPHILLOTH, *Preces*, dicendæ in Sabbatho præcedente aliquam festivitatem, uti & ab iter agentibus, juxta ritum Synagogæ Germanicæ. Initium fol. 171. אתה בחרתנו מכל העמים אהבת אותנו

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

CLXV.

Codex antiquus, in quarto, membraneus, foliorum 219. partim quadratis, partim Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; ubi continentur,

1. Fragmentum גיטין ויבמות GHITTIN UJEVAMOTH, Tractatus legalis de *Repudio*, & de *Fratriis*, charactere Rabbinico Germanico descriptum. Initium fol. 1. יורם ויכתוב דבר הפוסל הגט ואם נמא שחתימת העדים

2. Anonymi חיי עולם הבא CHAJE OLAM HABA, *Institutio vitæ seculi futuri*. Liber moralis, quo informatur homo, ut filius æternæ vitæ dignus reddatur, charactere itidem Rabbinico. Initium fol. 3. טוב לגבר כי ישא עול מנעוריו כלומר טוב לו לאדם.

3. ספר ת'ש'ב'ץ' SEPHER TASCBETS, idest, ut interpretatur Bartoloccius, R. SAMUELIS FILII TSEMACH, *Liber Quæstionum, & Responsionum* de Jure Judaico, duabus columnis dispositus, & in articulos CCCCVII. partitus, quorum Index, una cum variis exemplaribus libellorum Repudii fol. 210. ad calcem adjectus est; ex quibus liquet Codicem hunc *Feria quinta, die* 21. *Mensis Teveth*, Decembris, *Anno Creationis Mundi* 5150. Christi 1390. fuisse descriptum. Initium fol. 9. a terg. אינו ויברך בבקר כשנוטל ידיו על נטילת

Ejusdem tituli, & argumenti liber tribuitur *R. Simeoni filio Tsemach Duran*, Nepoti *R. Levi filii Gersonis*, qui vixit Anno Christi 1391. Noster tamen author hocce opus componebat in Civitate *Corbeyl*, inter Sequanam & Ararim flumina Galliæ, *feria quinta, die* 19. *Mensis Chisleu*, Novembris, *Anno Mundi* 5048. Christi 1288. ut ex die, libello Repudii, qui fol. 120. a terg. habetur, adscripta plane colligitur. In titulo huic tractatui præfixo author simpliciter se תלמיד הרמנץ idest, *Discipulum R. Meir Rotenburgensis* vocat. Vide Wolfium Tom. I. num. 1394. & 2231. ubi de prædicta voce *Tascbets*, ejusque explicatione differit.

Co-

C L X V I.

COdex in quarto, chartaceus, foliis constans 273. Rabbinico charactere descriptus; quo continentur,

פי׳ הר״ן על רב אלפס HARAN, ideſt, R. Nissim filii Ruben Gerundensis, Anno Mundi 5028. Christi 1268. clari, PERUSC AL RAU ALPHES, *Expositio in R. Isaaci filii Jacobi Alphesii*, seu Fessani, הלכות HALACOTH, Decisiones judiciales in septem Tractatus Talmudicos Ordinis Secundi מועד *Moëd*, de Sacris Festis; videlicet,

I. *In* מסכת ראש השנה *Massecheth Rosc hasciana*, Tractatum de Capite Anni. Initium fol. 1. a terg. ארבעה ראשי שנים הם ראש השנה למלכים רגילין

II. *In* מסכת יומא *Massecheth Joma*, Tractatum de die expiationis peccatorum. Initium fol. 26. יום הכפורים אסור באכילה ובשתיה וכו׳ מפרשים בגמ׳

In ejus clausula, fol. 39. hæc librarii adnotatio legitur: והיתה השלמתו יום ג׳ י״ג לח׳ מרחשון שנת א׳ז׳מ׳ר׳ה׳ לאלהי בעודי *Completus est hic Tractatus feria tertia, die 13. Mensis Marchescuan*, Octobris, *Anno Creationis Mundi* 5248. Christi 1488. *cujus signum: & psallam Domino meo*, Ps. VII. 18.

III. *In* מסכת סוכה *Massecheth Succa*, Tractatum de Tabernaculorum Festo. Init. fol. 39. a terg. סוכה שהיא גבוה למעלה מעשרים אמה

IV. *In* מסכת ביצה *Massecheth Betsa*, Tractatum de Ovo, seu de diebus Festis præter Sabbathum; cujus ad calcem fol. 129. a terg. adnotatum reperias tempus, quo idem librarius Tractatum hunc conscripsit, hisce verbis: תם ונשלם שבח לאל בורא עולם והיתה השלמתו יום ד׳ עשרה לח׳ כסליו שנת ה׳ר׳מ׳ח׳ ליצירה *Explicit: Laus Deo Creatori Mundi: & quidem absolutus est Feria quarta, die* 10. *Mensis Chisleu*, Novembris, *Anno Creationis Mundi* 5248. Christi 1488. Init. fol. 91. a terg. ביצה שנולדה ביום טוב וכו׳ מפרש

V. *In* מסכת מגלה *Massecheth Meghilla*, Tractatum de Volumine, seu Historia Esther. Init. fol. 133. מגלה נקראת בי״א באדר ובי״ב פעמים שהיא נקראת

VI. *In* מסכת פסחים *Massecheth Pesachim*, Tractatum de Paschatis Festo. Initium fol. 181. אור לארבעה עשר ליל י״ג ממחרתו י״ד ולא שני לן פירושא

VII. *In* מסכת תענית *Massecheth Taanith*, Tractatum de Jejunio. Initium fol. 245. a terg. מאמתי מזכרין גבורת גשמים בהזכרה גשמים

Porro R. Nissim scripsit Commentarium in totum Alphesii Opus, quod a Judæis magni fit, & sæpius cum ipso Alphesii Opere prodiit. In fine Codicis nostri nonnulla desunt.

C L X V I I.

COdex in quarto, chartaceus, foliorum 167. Rabbinicis literis exaratus; ubi continentur,

I. פי׳ על המצות מר׳ יהודה בר יוסף סראגוסי R. JUDÆ FILII JOSEPHI, CÆSARAUGUSTANI PERUSC AL MITSUOTH, *Expositio in Præcepta* adfirmantia & negantia, quæ Judæis 613. numerantur; ex quibus tamen nonnisi 195.

priora heic declarantur. Opus ineditum, cui author extremam manum imposuit Anno Christi 1460. ceu ipse fol. 109. ad calcem admonet, in hæc verba: יזכור לטובה לר׳ יהודה בר החסיד ר׳ יהוסף סראגוסי ת׳נ׳צ׳ב׳ה נשלם שנת חמשת אלפים ומאתים ועשרים ואחד ליצירה ה׳ש׳ למען רחמיו וחסדיו יזכה לבנים זכרים עוסקים בתורתו השם וקים לו ולזרעו וכו׳ *Memento Domine in bonum R. Judæ filii pii & honesti viri R. Josephi Cæsaraugustani, cujus anima colligata sit in fasciculo vitæ. Benedictus Deus in æternum, Amen & Amen. Completus est liber iste Anno ab Orbe condito 5221. Deus benedictus pro sua miseratione & bonitate recordetur Scriptoris, eumque filiis maribus dignum reddat, qui sint assidui in Lege Dei; & in eis comprobetur quod scriptum est: Non recedat*, &c. Initium fol. 1. מספר המצות ממצות לא תעשה: אחר שלא להעלות

2. Ejusdem R. Judæ fil. Josephi Cæsaraugustani פי׳ על מת AL METH, *Commentarius de Luctibus*, sive de funere & sepultura, ineditus. Init. fol. 110. אמר ר׳ יוחנן מנין לקבורה פי׳ שצריך לקוברו.

3. Ejusdem ענין הטרפות ENJAN HATERAPHOTH, *Propositiones de Animalibus raptis* a feris, quæ immunda, atque adeo illicita censentur. Init. f. 112. מצאתי כתוב כי שומן החזה נקרא הצלצות הרכות

4. Ejusdem פי׳ האשכול PERUSC HAESCOL, *Declaratio Botri*; ubi agitur de palmite, & botro uvarum ab exploratoribus terræ Chanaan excisis, de quibus Num. XIII. 24. Porro exploratores isti judicio Authoris fuerunt octo, qui in duobus vectibus, in Crucis modum aptatis, botrum cum palmite, tamquam Cruci adfixum, portarunt, submissis humeris duorum in singulis hastis Crucis. Alii tulerunt de ficubus, alii de malogranatis. Id vero author colligit ex voce בשנים *Biscnaim, in duobus*, Num. loc. cit. quam cum Rabbinis ad duos Vectes, & ad ambos Vectores singularum hastarum refert, quorum figuram ad calcem hujusce opusculi habes adjectam. Initium fol. 114. a terg. אמר ר׳ יצחק טורטני וטורטני דטורטני פי׳ קנה של

5. הלכות טרפות לרבינו הקדוש HALACOTH THEREPHOTH, *Constitutiones de cibis vetitis* ex animalibus, in quibus aliquis defectus vel macula occurrit, quæ RABBENU HAKADOSC, sive Judæ filio Simeonis filii Gamalielis, Jafnensi, corporis Miscnici compilatori, tribuuntur. Initium fol. 115. אין לנו להפש ולבדוק כל שבעים טרפות אלא אם באו ע׳י׳ מקרה.

6. על ירידת הגשמים מהשנה AL JREIDATH HAGHESCIAMIM MEHASCIANA, *De Pluvia prævidenda*, & signis fertilitatis & sterilitatis Annonæ inde cognoscendis, Tractatulus ignoti Authoris. Initium fol. 117. הרוצה לידע ירידת גשמים הכתבל בנ׳ ימים אלו.

7. ענין הלוואת ENJAN HALUVATH, *Constitutiones Judiciales de mutuo & usura*. Initium fol. 117. a terg. מצות עשה להלות לעני ישראל שנ׳ אם כסף

8. בנינים BINIANIM, *Conjugationes* Grammaticæ Ebraicæ cum Anonymi expositione. Init. fol. 122. בנין הקל העבר פקד פקדתי פקדת

9. שאלו׳ על שבעים טרפות SCEELOTH AL SCIVIM THEREPHOTH, *Quæstiones de animalibus illicitis*, & de septuaginta generibus macularum, quæ in ipsis animalibus occurrere possunt, incerti Authoris. Initium fol. 124. שאלה גרסינן בחולין חלב טהור׳ סותם הלב.

10. R. ABRA-

10. פי׳ על מס׳ חולין בדרך קצרה מר׳ אברהם הלוי בר חסאן R. ABRAHAMI FILII CHASAN LEVITÆ PERUSC AL MASSECHETH CHOLIN BEDEREC KETSARA, *Commentarius brevis in Tractatum Talmudicum de Prophanis*, sive de animalibus mundis, & immundis, quatenus hominum usibus licita vel illicita sunt; ubi & de ritu mactandi, & de mystica significatione verborum Sacræ Scripturæ, Levit. XI. 31. *Qui tetigerit morticina eorum, immundus erit*: ex Alphesio & Maimonide excerptus. Init. fol. 126. אז ראה ויספרה הכינה וגם חקרה הנני אברהם בר.

11. Anonymi קבלת שבת דרך הסוד KABBALATH SCIABATH DERECH HASSOD, Tractatulus *Cabbalisticus & Mysticus de die Sabbathi*, ejusque juribus, & observatione. Initium fol. 166. הנני מוסר לך מפתח גדול לענין שבת

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum referendus est; ut ex epigraphe ad calcem expositionis R. Judæ Cæsaraugustani adposita liquet.

CLXVIII.

Codex antiquus, in quarto, membraneus, foliis constans 40. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

תוספות על מס׳ שבועות TOSAPHOTH AL MASSECHETH SCEUVOTH, i. e. *Additiones* recentiorum Rabbinorum *ad Tractatum de Juramentis*, sextum Ordinis quarti Talmudici, qui נזיקין *Nezikin*, Damna inscribitur, fine mutilæ. Initium fol. 1. שבועות שתים האי דלא פתח האי

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

CLXIX.

Codex in quarto, chartaceus, foliorum 39. Rabbinicis literis exaratus; quo continentur,

חידושי גיטין וחליצות מר׳ יצחק קורקוש R. ISAACI KORKOS CHIDDUSCE GHITTIN VECHALITSOTH, *Novellæ Observationes in Tractatum de Repudiis & Solutione calcei*, Ordinis tertii Talmudici, cujus titulus נשים *Nascim*, Mulieres, conjectis ad marginem variis adnotatiunculis incerti Authoris. Ibi potissimum agitur de ritibus servandis in libello repudii conscribendo, obsignando testibus, & mulieri tradendo; necnon de ceremoniis, quas viduæ adhibere solent in solvendo calceo, & spuendo in faciem Leviri sui, si hic noluerit eam in uxorem ducere, ut suscitet semen fratris sui, juxta Legem, Deuteronom. XXV. 7. & seqq. Init. fol. 1. בשם מה״רי ז״ל יערלין הווינא איר בב׳

Hocce autem Opus, quod nondum lucem publicam vidit, & nonnisi in Bibliotheca Vaticana exstat, Author scribebat בנהרמבערג ביום א׳ בשבת בד׳ ימים לירח טבת שנת חמשת אלפים ומאה ושמונים לבריאת העולם *Norimbergæ*, *feria prima*, seu Dominica, *die* 4. *Mensis Teveth*, Decembris, *Anno Creationis Mundi* 5180. Christi 1420. ut liquet ex die, exemplari libelli repudii adscripta, quod fol. 3. lin. 21. occurrit.

CLXX.

Codex antiquus, in quarto, chartaceus, foliorum 148. Rabbinicis literis eleganter conscriptus, olim Palatinus; quo continentur,

1. ס' המצות להר'מ'ב'ם RAMBAM, i. e. R. Mosis Maimonidæ, SEPHER MITSUOTH, *Liber Præceptorum*, sive expositio Præceptorum 613. tam adfirmantium, quam negantium, ex Arabico in Ebraicum sermonem a ר' משה בן שמואל בן יהודה בן שאול אבן תבון R. MOSE FILIO SAMUELIS FILII JUDÆ FILII SAULIS, ABEN TIBBON, Granatensi Hispano, conversus, ceu ipse in sua Præfatione profitetur.

Præit Index omnium Præceptorum, quæ in hoc Opere exponuntur. Ejus Initium fol. 2. מנין המצות הנוהגות לדורות שש מאות ושלש עשרה מצות

Præfatio Interpretis incipit fol. 11. אמר משה בן שמואל בן יהודה בן שאול

Opus vero ipsum inc. fol. 29. א' המצוה הראשונה הוא שצונו להאמין האלחות

Porro liber ille cum duplici Commentario, altero Mosis Nachmanidæ, qui partim illustrat, partim corrigit Maimonidem, altero R. Isaaci filii Eleazari filii Salomonis, prodiit Amstelod. Anno Christi 1660. in quarto, & sine Commentariis, sed cum brevibus glossis, cura R. Mosis Chagis recusus est ibid. 1713. in 12. apud Nathanaëlem Pua. Ebraice vero & Italice per Isaacum Arubasc Venetiis 1672. in 16.

2. אגרת מר' האיי הגאון לכהני אפריקי R. HAI GAON IGGHERETH LECOHANE APHRIKE, *Epistola ad Sacerdotes in Africa commorantes* de præstantia Sacerdotii; nondum typis edita, & a nemine, quod sciam, memorata: Initium fol. 111. כל כהן אץ ורוחק אחר מתנות כהונה ואחרי חלות

3. מאמר היחוד להרמ'ב'ם' RAMBAM, idest, R. Mosis Maimonidæ, MAAMAR HAJECHUD, *Dissertatio de unitate* Dei, & creatione Mundi, adversus Aristotelem, tripartita, quam *R. Isaac filius Naban* ex Arabica Ebraicam fecit; ut hæc ostendit epigraphe, quæ fol. 122. legitur: נשלם מאמר היחוד להרמבם ז'ל' שבח לבורא עולם וכו' והעתיקו החכם ר' יצחק בר נתן החסיד ונמשך אחר דרך הר' בהעתקתו שהעתיק הפסוקים על דרך הביאור בזמרת לשונם · *Explicit Tractatus Rambam, cujus memoria in benedictionem, de Unitate: Laus Creatori Mundi*, &c. *Interprete sapiente R. Isaac bar Nathan pio, qui & alia Maimonidæ scripta metrica interpretatus est*. Initium fol. 116. אלוה הפשטים הנבאיים והשכלים המסודרים אם הראשון.

4. Ejusdem RAMBAM פרק מדברי הרמבם לאחד האוהבים PEREK, *Capitulum adversus insipientes ad amicum*; de quo nullibi, quod sciam, fit mentio. Initium fol. 122. שמע מה שיועל לך ויניחך בעולם הזה

6. Ejusdem פתיחת פי' המשנה להר'מ'ב'ם' PETICHAT PERUSC HAMISCNA, *Præfatio commentarii in Corpus Miscnicum*. Initium fol. 124. התקבצו חכמים ועמדו על מעמדכם כי זבר טוב.

7. ש'ות' להר'מ'ב'ן' על מאמר שבכל מתרפאין חוץ מעז' וגע' ושד' R. MOSIS NACHMANIDÆ, SCEELOTH UTHESCIUVOTH, *Quæsita & Responsa*; ubi nimirum respondet ad quæstionem sibi propositam de illo dicto Talmudico, Tract. de Idolo-

Idololatria: *Res omnes ad ſanitatem tuendam adhiberi licet, præter Venerem, Idololatriam, & Homicidium*; nova tamen manu addita. Initium fol. 148. a terg. ולעניין ע'ז' ונע' ושד' דאמרינן לעיל כי אתא רבו'

Is Codex ſcriptus eſt Anno Chriſti 1380. ut hæc oſtendunt librarii verba, quæ in clauſula Libri Præceptorum Maimonidæ, fol. 110. leguntur; תם ונשלם זה הספר מצורת של ה'ר'מ'ב'ם' ז'ל' על יד לי תולעת יעקב קרישטינו בגלותי במדינת ברצלונה ביום ו' עשירי לחדש החמשי שנת חמשת אלפים ומאה וארבעים לפרט היצירה סימנה באברתו י'ס'ך' ל'ך' ותחת כנפיו תחסה צ'נ'ה המקום ברחמיו יסככנו באברתו וירחמנו ויעזרנו להיות מן העובדים עבודתו לעושי רצונו ויקיים בנו כל קראי דכתיבי בהו הבטחותיו ונחמתיו הטובים ונאמר אמן. *Abſolutus eſt atque completus hic Liber Præceptorum Rambam; cujus memoria in benedictionem; per me Vermen Jacobum Chriſtinum, quum exſul eſſem Barcinone, Feria ſexta, die 10. Menſis quinti*, ideſt, Ab, ſive Julii, *Anno ab Orbe condito 5140. cujus ſignum: Alis ſuis teget te, & ſub alis ejus ſecurus eris, ſcutum*, ex Pſ. XC. 4. *Deus pro ſua miſeratione tegat me alis ſuis, & adjuvet me, ut ſim ex illis, qui ſerviunt ei, & faciunt voluntatem ejus. Et confirmentur in nobis omnia ſacra commata fiduciæ, & bonarum conſolationum ejus. Et dicemus Amen.*

CLXXI.

CODEX in quarto, chartaceus, foliorum 536. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. Anonymi ויכוח על ממחרת השבת נגד הצדוקין VICVACH AL MIMACHORATH HASCIABATH NEGHED HATSADUKIN, *Diſputatio* ſuper illud Lev. XXIII. 15. *Numerabitis ergo ab altero die Sabbathi*, ſive de celebratione Paſchatis ſeptem hebdomadarum, ſeu Pentecoſtes, *contra Sadducæos*, contendentes illud die Dominico ſemper eſſe celebrandum; præmiſſis fragmentis Expoſitionum in varia commata Biblica, quæ tamen recentiori manu ſunt addita. Initium fol. 3. ת'ר' וספרתם לכם שתה' ספירה לכל אחד ואחד

2. חרוז על שחוק האישקקו CHARUZ AL SCECHOK HAISKAKI, *Carmen in Ludum Schachiorum*, ignoti Authoris. Init. fol. 4. מלכים נפגשו אחד לאחד

3. Ejuſdem שירים SCIRIM, *Cantica*, ſive Carmina varia moralia. Init. ibid. עצל הלא תבוש ותכלם תישן עדי בנ' ותאלם

4. בתי הנפש והלחשים מר' לוי בן אברהם אבן חיים R. LEVI FILII ABRAHAMI FILII CHAIIM BATHE HANNEPHESC VEHALECHASCIM, *Bucculæ & Amuleta*, ex Is. III. 20. ſive Carmina Ethico-Theologico-Philoſophica, tot numero, quot efficiunt literæ, quibus titulus abſolvitur. Initium fol. 5. לאל נורל ומסתירקן בפועל.

5. Ejuſdem מזרק כסף MEZRAK CHESEPH, *Phiala argentea*, ex Num. VIII. 13. Carmina alia moralia. Init. fol. 6. a t. בני מנחה שלוחה בחופתו בעת ששון ושמחה

6. פי' על פסוק ראשית חכמה PERUSC AL PASUK RESCITH CHOCMA, *Expoſitio Commatis* decimi Pſalmi CX. *Initium Sapientiæ timor Domini*, ignoti Authoris. Initium fol. 9. a terg. כתיב כי סודות סתורים ליראי השם המוכנים

7. Ano-

7. Anonymi צורת האגרת TSURATH HAIGGHERETH, *Formulæ Literarum officiosarum*. Initium fol. 12. האחר יחלק על פנים רבים האחד באיש

8. ספר המדע לר' משה בר מיימון R. MOSIS FILII MAIMONIS SEPHER HAMADAA, *Liber de Scientia*, Primus summæ Talmudicæ, cujus titulus יד חזקה JAD CHAZAKA, *Manus fortis*, seu משנה תורה MISCNE THORA, *Repetitio Legis*. Dividitur in quinque הלכות *Halacoth*, Constitutiones, seu Tractatus, qui iterum in certa capita abeunt, quorum summam epigraphe fol. 78. ad calcem adjecta, exhibet, hisce verbis: מנין פרקים של ספר זה ששה וארבעים הלכות יסודי התורה י' פרקים הלכות דעות ז' פרקים: הלכות תלמוד תורה ז' פרקים: הלכות ע"ז וחקות הגוים י"ב פרקים: הלכות תשובה י' פרקים *Capita hujus libri numero sunt quadraginta sex, Constitutiones nempe de Fundamentis Legis habent* X. *Constitutiones de Cognitionibus* VII. *Constitutiones de Studio Legis* VII. *Constitutiones de Idololatria* XII. *Constitutiones de Pœnitentia* X. Præmittitur Præfatio Generalis una cum serie Præceptorum adfirmantium & negantium, de quibus in hoc opere exponitur. Initium fol. 13. a terg. הלכות יסודי התורה יש בכללן י' מצות שש מצות עשה.

9. Ejusdem תשובה על השאלה ששאל עובדיה הגר להרמבם בענין הכל בידי שמים חוץ מיראת שמים TESCIUVA AL HASCEELA SCESCIAL OBADIA HAGHER LEHARMBAM BENJAN HACOL BIDE SCIAMAIM CHUTS MIRATH SCIAMAIM - *Responsio ad Quæstionem* sibi a quodam *Obadia Neophyto* propositam de timore Dei: *An*, scilicet, juxta effatum Rabbinicum, *omnia a Deo pendeant*, *præter ejus timorem*. Init. f. 78. a t. תשובה כל מה שאמרת אתה כי כל מעשים בני אדם

10. Ejusdem מאמר הייחוד MAAMAR HAJECHUD, *Tractatus de Unitate* Dei, & Creatione Mundi adversus Aristotelem. Initium fol. 79. אלה הפשטיים הנבואיים והשכלים המסודרים.

11. Ejusdem פי' על מה שאמרו רבו' אין לו לה'ק'ב'ה' בעולמו אלא ד' אמות של הלכה בלבד *Expositio* in sententiam Talmudicam, quæ in Tractatu de Benedictionibus legitur: EN LO LEHAKADOSC BARUCH HU BEOLAMO ELA ARBAA AMOTH SCEL HALACA BILBAD: *Non habere Deum Sanctum Benedictum in Mundo suo, nisi quatuor ulnas lectionis Ghemaræ*. Initium fol. 92. a terg. הדבר תסתכל כי על פשוטו 'תמצאנו רחוק מאד.

12. פי' ר' אברהם אבן עזרא על פרשת האזינו R. ABRAHAMI ABEN-EZRÆ, PERUSC AL PERASCIAT HAAZINU, *Expositio* in *Sectionem*, seu Canticum Mosis: *Audite Cæli, quæ loquor*, Deuteron. XXXII. ubi etiam agitur de virtute numerorum. Initium fol. 96. לך ה' הגדולה והתפארת כבר בארתי בהא'

13. Anonymi סוד משחקת SOD MESCIACHEKETH, *Secretum Risus*, sive expositio Commatis 30. Cap. VIII. Proverbiorum: *Cum eo eram cuncta componens*, &c. Cabbalistica. Init. f. 96. a t. משחקת לפניך בכל עת חתמת לעולם

14. Ejusdem פירוש על שם המפורש PERUSC AL SCEM HAMMEPHORASC, *Expositio Nominis Dei tetragrammaton*, Cabbalistica. Initium fol. 98. בעבור כיהשב הוה' ברא העולם העליון שעגולות.

15. Ejusdem פי' על י'ח' ברכות PERUSC AL SCEMONA ASSAR BERACOTH, *Expositio in octodecim Benedictiones*, seu Preces, Judæis ter quotidie recitandas, Cabbalistica. Init. fol. 107. a t. אדני שפתי תפתח: שם זה הוא ספירה של

16. PE-

16. פרושים על דרך הקבלה PERUSCIM AL DEREC HAKABBALA, *Explanationes Cabbalisticæ* in quædam loca libri Legis, ſeu Pentateuchi; ubi ſpeciatim de ritibus & animarum tranſmigratione agitur, abſque nomine Authoris. Initium fol. 111. שכל בנימ׳ נפש וחכמי הקבלה הם נפש עולה שכל

17. Anonymi פי׳ על י׳ ספירות PERUSC AL ESSER SEPHIROTH, *Expoſitio in decem Numerationes*, ſeu adtributa Divina, in quibus Judæi totam ſuam myſticam Theologiam collocant. Init. fol. 126. יעקב באמצע נופא ראילנא

18. סליחה מבוארת לר׳ שלמה אבן גבירול בן יהודה R. SALOMONIS ABEN GAVIROL FIL. JUDÆ, Hiſpani Malacenſis, Anno Mundi 4830. Chriſti 1070. clari; ceu teſtatur Ganzius ad hunc Annum, ubi illum a Muſices peritia laudat; SELICHA MEUVERETH, *Precatio expoſita*, ad Deum pro Diebus Terribilibus, quæ in Machazor, ſeu libro Precum Hiſpanico edi ſolet. Initium fol. 140. a terg. יהוה שם איום ונורא שבו העולם נברא שבו בהיותו נקרא

19. כלל הלכות בדיקה CHELAL HALACHOTH BEDIKA, *Canones* ex *Conſtitutionibus* Talmudicis *de inſpiciendis viſceribus*, ac præſertim *jecore Animantium*, ne ſint contaminata, atque adeo illicita; additis ad calcem ritibus, qui in Creta Inſula circa inſpectionem jecoris olim ſervabantur. Initium fol. 148. שלש הונות יש במין הריאה ובמין לשמאל אם סרחו

20. הלכות קצרות מדיני נשים HALACHOTH KETSAROTH M DINE NASCIM, *Epitome Conſtitutionum de Ritibus*, & Præceptis, a Mulieribus ſervandis; ubi oſtenditur, quomodo menſtrui tempore Mulieres ſe gerere, placentam ex maſſa farinacea pani parando deſtinata decerpere, & in luminibus veſpere Sabbathi accendendis verſari debeant. Quæ tria inſtituta, *Mulierum Præcepta* vocantur, tamquam quæ ad ipſas pertineant, & præ ceteris ſtudioſe obſervanda ſint; quemadmodum curate in libris Ritualibus exponitur. Initium fol. 154. a terg. האשה צריכה לחוף ראשה יפה ולבדוק כל גופה

21. המקומות שהמירו ע׳ב׳ זקנים בתורה HAMMEKOMOTH SCEHIMRU SCEVIM USCENAIM ZEKINIM BATTHORA, *Loca Biblica*, quæ a LXXII. Senioribus, ſeu Interpretibus mutata dicuntur, ne in Ptolomæi Regis caderent offenſionem. Ea autem in univerſum tredecim recenſentur; de quibus vide Bartoloccium Par. I. pag. 452. ubi eadem cum gloſſis R. Salomonis Jarchi exhibentur. Init. fol. 160. a terg. מעשה בתלמי המלך שכנס שבעים ושתים

22. טעם של ד׳ מינים שבלולב TAAM SCEL ARBAA MINIM SCEVALULAB, *Ratio quatuor ſpecierum Palmæ*; ubi nimirum de *Citro*, de *Palma*, *Salice*, & *Myrto*, in feſto Tabernaculorum geſtandis, exponitur, abſque Authoris nomine. Initium fol. 161. כמה חכמים השתדלו לתת טעם לארבעת מינים

23. ס׳ מראות אלהים מר׳ חנוך בן שלמה בן דוד אלקסטנטיני ממשפחת התנוכי R. ENOCH FILII SALOMONIS FIL. DAVIDIS, CONSTANTINOPOLITANI, Medici, e FAMILIA HACHANNOCHI, ſive Enochiorum, SEPHER MAREOTH ELOHIM, *Liber Viſionum Dei*, ex Ezech. I. 1. ſive Commentarius in Iſaiæ Caput VI. Ezechielis I. & Zachariæ IV. ubi de Divinis viſionibus agitur, præmiſſa declaratione verborum, quæ in Tractatu Talmudico de Feſtivitate habentur: *Quatuor ingreſſi ſunt Paradiſum* &c. Opuſculum nondum typis conſignatum; de quo vide Wolfium Tom. I. num. 635. ubi merito arguit

Bartoloccium, qui hujus libri bis in sua Bibliotheca magna Rabbinica meminit, semel quidem sub *R. Chanoch fil. David*; deinde sub *R. Chanoch fil. Salomonis*. Priori quidem loco, eundem, quem nos, titulum adferens, ait esse explicationem trium, quas diximus, Visionum; posteriori vero vocat Clavem ad introeundum in Paradisum Prophetiæ Isaiæ; quæ unde nata sint, ex illis, quæ idem Wolfius loc. cit. ex Sabbathæo commemorat, facile adsequeris. Init. fol. 161. a t. אמר חנוך בן שלמה אלקסטנטיני ממשפחת החנוכי לא אליכם

Præeunt loco Præfationis hæc Carmina, in quibus redditur ratio, cur author præfato titulo hunc librum insigniverit:

חנוך בעלות לרום שחק וחביון : ושכן משכנות גובה גבוהים
הביאהו ארון הכל חרדיו : והראהו כבוד מעלת נגהים
ולקח מהשבות בין ובחר : בספר זה שמו מראות אלהים

Enoch quum ascenderet in altitudinem ætheris, abdidit sese:
Habitavitque habitacula sublimitatis Excelsorum.
Tum introduxit eum Dominus in omnia penetralia sua,
Ostenditque ipsi gloriam & dignitatem Fulgentium.
Inde hausit cogitationes intelligentiæ, & nuncupavit
Hunc librum, Visiones Dei.

24. קיצור דיני מאכלות אסורות מר' עבודיה מקונצי R. OBADIÆ DE KONTSI, KITSUR DINE MACALOTH ASSUROTH, *Epitome Decisionum de cibis prohibitis*, nondum edita. Init. fol. 183. a terg. גרסי' בב"ר ובירושלמי אר' יוסי כמה זימנין

25. דיני טהרה לר' אהרן הלוי R. AARONIS LEVITÆ DINE TAHARA, *Decisiones*, seu *Constitutiones de Ritibus Munditiei Mulierum*; ubi etiam de libello repudii, deque jure Leviratus, & solutione calcei differitur. Initium fol. 193. האשה שראתה דם בבשר ממקום דמיה בין

26. מספר שני סופרי מהמקרא MISPAR SCENE SOPHERE MEHAMIKRA, *Chronologia Sacræ Scripturæ*, sive series & summa annorum Patriarcharum ab Adamo ad Mosen, & Scriptorum Sacrorum Bibliorum. Initium fol. 203. a terg. ספר בראשית משנברא העולם ועד שמת יוסף אלפים

26. דיני שרצים DINE SCERATSIM, *Constitutiones de cibis illicitis ratione vermiculorum*, qui in iis forte deprehendantur. Initium fol. 204. שרץ המים בנברא בברורת שחין ומערורת.

27. Anonymi מבוא התלמוד MEVO HATTHALUMD, *Atrium Talmudis*. Liber manuducens ad notitiam doctrinæ Talmudicæ; ubi & de usibus ex singulis Pentateuchi Sectionibus percipiendis differitur. Forte idem est cum libro *R. Samuelis Naghid*, qui sub eodem titulo prodiit cum Halichoth Olam Venet. 1545. & 1598. alibique in 4. quem nobis videre non licuit. Init. fol. 204. a terg. יזכיר בה כל מת שצריך לצרוך המתחיל להבין

28. Ejusdem שימוש מזמור אשרי תמימי דרך SCIMMUSC, *De usu & virtute Psalmi* CXVIII. *Beati immaculati in via*. Tractatulus futilis & superstitiosus. Initium fol. 207. a terg. אם הרצה לשלא תשכח אמור במה יזכה נער את

29. Ejusdem פרק אדם הראשון PEREK ADAM HARISCION, *Capitulum de Adamo Protoplasta*, deque sententiis in ipsum & in Evam, uti & in serpentem, ac terram a Deo latis. Init. fol. 208. עשר גזירות נגזרו על א"ה' ועשר' על הוה

30. Ejus-

30. Ejusdem ביאור מגילת רות Biur Meghillath, *Expositio in Volumen* Ruth. Initium fol. 209. ויהי בימי שפוט השופטים עד בסוף המגילה אמר שזה הספור

31. כלל על שחוק האישקאקו Chelal al Scechok Haisckako, *Regulæ pro ludo Scacchiorum*. Initium fol. 212. א׳ וט׳ אח׳ ינצח את הט׳ ח׳ וא׳ הח׳ ינצח

32. התועליות היוצאות מן הפרשיות Hatthoalioth Hajotseoth min Haperascioth, *De utilitatibus ex lectione Sectionum Pentateuchi colligendis*, Tractatulus ignoti Authoris. Init. f. 213. a t. מפרשת בראשית לדעת שבריאת האדם

33. מאמרי על ביאת המשיח Maamare al Biath Hammasciach, *Dicta*, sive *propositiones* veterum Rabbinorum *de Adventu Messiæ*, ex Cap. x. Tractatus Talmudici סנהדרין *Sanhedrin*, Senatus inscripti, excerptæ. Initium fol. 225. a terg. תנו רבנן שבוע שבן ישי בא בו שנה אחת מתקיים

34. מסכת חגיגה Massecheth Chaghiga, *Tractatus de Festivitate*, duodecimus & ultimus Ordinis Secundi Talmudici מועד *Moëd*, in tria Capita distributus; in quibus de præcepto ter quotannis Hierosolymæ coram Domino se sistendi, nempe in festo Paschatis, Pentecostes, & Tabernaculorum; deque Sacris & Solemnitatibus hujusmodi comparitionis agitur. Initium fol. 248. a terg. הכל חייבים בראיה חוץ מחרש שוטה וקטן טומטום

35. עניין התלי Enjan Hatheli, *Proposita de Polis Arctico, & Antarctico*, deque signis Zodiaci, eorumque gradibus, ex libro *R. Bechai Judicis*, cujus titulus חובת הלבבות *Obligatio*, sive *Officium cordium*, ab Anonymo excerpta. Init. fol. 282. a terg. הש׳׳ כשברא אתהרקיע שעלינו שהוא הלוק לד׳ חלקי׳

36. ספר המעלות להר׳ דוד Sepher Hammaaloth, *Liber Graduum*, ex variis Rabbinorum scriptis compilatus; ubi agitur de quindecim Virtutis gradibus, per quos homo ad summam perfectionem pervenire queat; Authore quodam R. David, cujus agnomen ætas & patria latent. Init. f. 283. a t. יען היותו עוד ובער ונפשו העבור משער לשער כשווקים·

37. מחיבור רבינו בחיי בן ר׳ אשר *Collectanea ex Commentariis R. Bechai filii R. Ascer*, Cæsaraugustani, in *Legem*, seu Pentateuchum. Initium fol. 310. ידוע למבין כי היות האדם אחרון לכל הנבראים הירה·

38. דרך ארץ רבה Derec Erets Rabba, *Via magna terræ*, seu פרקי רבינו הקדוש Pirke Rabbenu Hakadosc, *Capitula Magistri nostri Sancti*, nempe Judæ, filii R. Simeonis, Jafnensis, cognomento הנשיא *Hannassi*, Principis, perperam tamen ex oscitantia Bibliopæi compacta; quibus instituitur ejus filius ad pietatem & religionem. Alias inscribi etiam solent מעשה תורה *Maasse Thora*, Opus Legis. Init. fol. 492. a terg. ששה דברים שצוה רבינו הקדוש

39. לקוטין ממדרש איכה רבה Likkutin Mimedrasc Eca Rabba; *Collectanea ex Magna Expositione allegorica in Trhenos*. Initium fol. 501. a terg. שלשה נביאים נבאו בלשון איכה משה ישעיה וירמיה·

40. סדר המחזור לכל השנים Seder Hamachazor lecol Hascianim, *Ordo Calendarii* Judaici per singulos annos: ad cujus calcem fol. 519. nova manu additam reperias Rotam ad cognoscendum, utrum infirmus sit moriturus, & quis in Monomachia victoriam adepturus, futilem & superstitiosam, haud absimilem illi, quam nos *Rotam Bedæ* dicimus. Init. fol. 507. a terg. הנה חרש הלבנה הוא המשך שבין מולד ומולד

41. *Index Dierum*, quibus a phlebotamia, seu sanguinis missione abstinendum. Initium fol. 519. a terg. המקיז ביום א׳ יחדרו פניו ירוקים ביום ב׳

42. ס׳ נסתור הכומר SEPHER NASTHOR HACOMMAR, *Nestorii Monachi*, ex Christiano Judæi, *Liber*, sive Disputatio adversus Christianam religionem. Init. fol. 521. a t. זה ספר נסתור הכומר: אשר אהב את ה׳ בכל לבבו ובכל

In fine vero, fol. 535. adnectitur Anonymi *Carmen*, centum constans versibus, in laudem præfati Nestorii; ubi & summa ejusdem Disputationis adversus Christianos exhibetur. Init. ערוך משכיל ערך: יקראין לו ערך: ומסלול ודרך

Is Codex exaratus est שנת ה׳ר׳ נ׳ן׳ נעול כ׳נ׳ למנחם ה׳ש׳ו׳ יחזיק וינחם להנות בו וכו׳ יצחק פפט מעיר קנדייא דעל כיף ימא מוטבא *in civitate Kandia*, seu Matio Cretæ insulæ Metropoli, *ad littus maris sita, ab Isaaco Pappat, die* 23. *Mensis Consolationis, sive Ab*, Julii, *Anno Creationis Mundi* 5253. *cujus signum Hortus conclusus*, ex Cantic. IV. 12. Christi 1493. ut in calce Tractatus Talmudici de Festivitate, fol. 282. adnotatur. Bartoloccius in Indice Ms. perperam habet Anno Mundi 5057. Christi 1296.

CLXXII.

Codex antiquus, in quarto, membraneus, constans foliis 93. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

ס׳ אהבה מר׳ משה בר מימון R. MOSIS FILII MA MON, Ægyptii, SEPHER AHAVA, *Liber de Amore*, secundus Summæ Talmudicæ, cui titulum יד חזקה JAD CHAZAKA, *Manus fortis*, vel משנה תורה MISCNE THORA, *Repetitio Legis* imposuit. Ad marginem conjectæ sunt nonnullæ adnotationes Anonymi authoris, quæ tamen recentius descriptæ videntur. Dividitur Liber ille in sex הלכות *Halacoth*, Constitutiones, seu Tractatus, qui sub initium recensentur, quique iterum in certa Capita abeunt, quorum summam fol. 93. ad calcem adnotatam reperias.

I. הלכות קרית שמע *Halacoth Keriath Scemaa*, Constitutiones de Lectione sacra textus Mosis: *Audi Israël Deus tuus, Deus unus est*: constant Capitibus IV. Initium fol. 1. a terg. פעמים בכל יום קוראין קרית שמע בבקר ובערב

II. הלכות תפלה וברכת כהנים *Halacoth Thephilla ubircath Cohanim*, Constitutiones de Precibus & Benedictione Sacerdotali, Capp. XV. Initium fol. 8. מצות עשה להתפלל בכל יום שנ׳ ועבדתם·

III. הלכות תפילין ומזוזה וס׳ תורה *Halacoth Thephillin umezuza usepher Thora*, Constitutiones de Philacteriis manui & fronti adhibendis, de Schedis postibus Januarum includendis, & de libro Legis, Capp. X. Init. fol. 40. ארבע פרשיות אלו שהן קדש והיה כי יביאך·

IV. הלכות ציצית *Halacoth Tsitsith*, Constitutiones de Fimbriis, seu peniculamentis sacris, Capp. III. Init. fol. 48. a terg. ענף שעושין על כנף הבגד

V. הלכות ברכות *Halacoth Beracoth*, Constitutiones de Benedictionibus, & Consecrationibus rerum omnium per preces, Capp. XI. Initium fol. 53. מצות עשה מן התורה לברך אחר אכילה שנא׳·

VI. הלכות מילה *Halacoth Milla*, Constitutiones de Circumcisione, Capp. III. In-

Initium fol. 72. מצות עשה אחת והיא למול את האיברים ביום השמיני
Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur conscriptus.

CLXXIII.

CODEX antiquus, in fol membraneus, foliis constans 558. charactere quadrato eleganti atque perpolito exaratus. Ibi continetur,

ס' יד חזקה מהרמבם RAMBAM, i. e. R. Mosis Maimonidæ, SEPHER JAD CHAZAKA, *Liber Manus Fortis*, alias משנה תורה *Repetitio Legis*, & *Maimonideum*, scilicet Opus, sive Summa Talmudica, in Partes quatuor, constantes Libris XIV. qui iterum in certas abeunt הלכות *Halacoth*, Constitutiones, seu Tractatus, distincta, ac sæpenumero typis consignata; ut videre est apud Bartoloccium, & Wolfium, qui & singulas ejusdem Operis Latinas versiones commemorant. Ex præfatis autem Libris nonnisi septem posteriores in hoc Codice habentur.

Præmittitur Oratio ad Deum cujusdam R. *Eliæ*, qui religionis ergo igni damnatus dicitur, die 2. Thammuz, Junii, Anno Creationis Mundi 5009. Christi 1249. charactere tamen Rabbinico recentius addita; cujus initium fol. 1. אלי אלי למה עזבתני ביד צר חנם מכרתני צרות

Item Index Constitutionum sive Tractatuum, eorumque Capitum, quibus singuli libri absolvuntur. Init. fol. 2. ס' ח' והוא ס' עבודה הלכותיו תשע וזה

Porro Libri septem, quos hic Codex complectitur, hunc in ordinem sunt digesti:

I. ספר עבודה SEPHER AVODA, *Liber de Ministerio sacro*, Octavus Summæ Talmudicæ typis vulgatæ, Tertiæ vero Partis Tertius, in novem הלכות *Halacoth*, seu Constitutiones distributus, quarum

1. ה' בית הבחירה *Halacoth Beth Habbechira*, de domo electa, seu Sanctuario, constant Capitibus octo. Init. fol. 3. a t. פ'א' מצות עשה לעשות בית

In fine vero, fol. 8. habetur Ichnographia Templi Salomonis, haud discrepans ab illa, quæ Apparatui ad Biblia Polyglotta inserta est pag. 193. & seqq.

2. ה' כלי המקדש והעבודים בו *Halacoth chele hammikdasc vehaobedim bo*, de vasis Sanctuarii, & qui in illo ministrabant, Capp. decem. Initium fol. 13. a terg. פ' א' מצות עשה לעשות שמן המשחה שיהיה מוכן

3. ה' ביאת המקדש *Biat hammikdasc*, de ingressu Sacerdotis in Sanctuarium, Capp. novem. Initium fol. 23. a terg. פ'א' כל כהן הכשר לעבודה אם

4. ה' איסורי מזבח *Halacoth Issure Mizbeach*, de iis, quæ offerri non debebant, Capp. septem. Initium fol. 32. a t. פ'א' מצות עשה להיות כל הקרבנות

5. ה' מעשה הקרבנות *Halacoth Maasse hakorbanoth*, de oblatione Sacrificiorum, Capp. novemdecim. Init. fol. 38. פ'א' כל הקרבנות של מיני נפש חיה באין

6. ה תמידין ומוספין *Halacoth Themidim umusaphin*, de Sacrificiis jugibus, & additiis, Capp. decem. Init. fol. 56. a terg. פ'א' מצות עשה להקריב שני כבשים עולות בכל יום.

7. ה' פסולי המוקדשין *Halacoth Passule hammukdascin*, de Sacrificiis vitiatis

tiatis, Capp. novendecim, Init. fol. 67. a t. פא׳ כל הפסולין לעבודה מותרין לשחוט

8. ה׳ עבודת יום הכפורים *Halacoth Avodath Jom hachippurim*, de Sacrificiis in Festo Expiationis, Capp. quinque. Initium fol. 87. פ׳א׳ ביום הצום מקריבין תמיד בשחר ותמיד בין הערבים.

9. ה׳ מעילה *Halacoth Meilla*, de transgressione in fruitione Sacrificiorum, Capp. octo. Init. fol. 92. a terg. פ׳א׳ אסור להדיוט ליהנות מקדשי ה׳ בין

II. ספר קרבנות SEPHER KORBANOTH, *Liber de Sacrificiis*, Nonus Summæ Talmudicæ, Tertiæ vero Partis Quartus. Ejus Constitutiones sex, quarum

1. הלכות קרבן פסח *Halacoth Korban Pesach*, de Sacrificio Paschatis, constant Capitibus decem, Init. fol. 104. פ׳א׳ מצות עשה לשחט הפסח בארבע עשר לחדש

2. ה׳ חגיגה *Halacoth Chaghiga*, de triplici comparitione solemni Hierosolymitana coram Domino, Capp. tribus. Initium fol. 113. a terg. פ׳א׳ שלש מצות נצטוו ישראל בכל רגל משלשה רגלים.

3. ה׳ בכורות *Halacoth Becoroth*, de Primogenitis, Capp. 8. Init. fol. 116. פ׳א׳ מצות עשה להפריש כל פטר רחם הזכרים בין באדם,

4. ה׳ שגגות *Halacoth Scegagoth*, de errore per ignorantiam, Capp. quindecim. Init fol. 124. פ׳א׳ כל עובר בשגגה על אחת ממצות לא תעשה שיש

5. ה׳ מחסורי כפרה *Halacoth Mechassure Cappara*, de iis, qui non tenentur habere Sacrificium Expiationis, Capp. quinque. Init. fol. 138. פ׳א׳ ארבעה הם הנקראים מחוסרי כפרה הזבה והיולדת והזב.

6. ה׳ תמורה *Halacoth Themura*, de permutatione Sacrificiorum, Capp. quatuor. Initium fol. 142. פ׳א׳ כל הממיר לוקה על כל בהמה ובהמה שימיר

Ad calcem hujus libri, fol. 146. hæc adnotata reperias: אני שמואל בר אברהם ס׳ט׳ כתבתי אלו ארבעה ספרים שחבר הרב ר׳ משה בר מימון והם הפלאה זרעים וקרבנות ליקר הנכבד הנעים ר׳ יוסף בר׳ פלבי ש׳צ׳ וכיימתיו בחדש כסלו שנת ה׳ אלפים וששים ושש לבריאת עולם למנין שאנו מונין כאן בגירונדה מתא השם ברחמיו יזכהו להגות בו וכו׳ *Ego Samuel filius Abrahami Sopher tou*, idest, Scriba bonus, *excripsi hosce quatuor libros, quos composuit R. Moses filius Maimonis, nempe de Separatione: de Seminibus*: qui duo libri, tertiæ Partis summæ Talmudicæ priores, in nostro Codice desiderantur: *de Ministerio sacro: & de Sacrificiis, ad usum probati honesti atque suavis viri R. Joseph filii Palchi Præcentoris: absolvique eos mense Chisleu*, Novembri, *Anno Creationis Mundi* 5066. Christi 1306. *secundum æram, qua nos heic Gerundæ utimur. Deus pro sua miseratione dignum illum reddat, ut legat in eis &c.*

III. ספר טהרה SEPHER TAHORA, *Liber de Purificationibus*, Summæ Talmudicæ Decimus, Tertiæ vero Partis Quintus & ultimus, cujus Constitutiones octo; videlicet,

1. הלכות טומאת מת *Halacoth Tumath meth*, de pollutione ex mortuo, habet Capita viginti quinque. Initium fol. 148. a terg. פ׳א׳ המת מטמא במגע ובמשא ובאהל טומאת שבעה.

2. ה׳ פרה אדומה *Halacoth Para adumma*, de Vacca rufa, Capp. quindecim. Initium fol. 173. פ׳א׳ מצות פרה אדומה שתהיה בת שלש או בת ארבע

3. ה׳ טומאת צרעת *Halacoth Tumath Tsaraath*, de pollutione ob lepram, Capp. sexdecim. Init. fol. 186. a t. פ׳א׳ צרעת עור הבשר הוא שלבין מן העור

Ha-

4. ה' מטמאי משכב ומושב *Halacoth metamee miscau umosciau*, de iis, qui cubilia & sedilia polluunt, Capp. tredecim. Init. f. 202. פ'א' הזב והזבה והיולדת

5. ה' שאר אבות הטומאה *Halacoth scear avoth hattuma*, de patribus, i. e. reliquis generalibus Capitibus pollutionis, Capp. viginti. Initium fol. 213. a terg. פ'א' הנבלה אב מאבות הטומאה כזית מבשרם מטמא אדם

6. ה' טומאת אוכלים *Halacoth Tumath Ochelim*, de pollutione comedentium, Capp. sexdecim. Init. fol. 232. פ'א' כל האוכל המיוחד למאכל אדם כגון

7. ה' כלים *Halacoth Chelim*, de vasorum pollutione, & purificatione, Capp. viginti. Init. fol. 248. פ'א' שבעה מיני כלים שמקבלין טומאה

8. ה' מקואות *Halacoth Mikuaoth*, de Balneis & Lavacris, Capp. undecim. Initium fol. 274. פ'א' כל הטמאים בין אדם בין כלים בין שנטמא

IV. ספר נזיקין SEPHER NEZIKIN, *Liber de damnis*, Summæ Talmudicæ Undecimus, Partis vero Quartæ Primus, quinque constans Constitutionibus; videlicet,

1. הלכות נזקי ממון *Halacoth Nezike mamon*, de Damnis ratione facultatum ab alio inlatis, constant quatuordecim Capitibus. Initium fol. 288. a terg. פ'א' כל נפש חיה שהיא ברשותו של אדם שהו כל נפש חיה

2. ה' גניבה *Halacoth Gheneva*, de furto, Capp. novem. Init. fol. 361. a terg. פ'א' כל הגונב ממון משוה פרוטה ולמעלה עובר בלא תעשה

3. ה' גזילה ואבדה *Halacoth Ghezela vaaveda*, de rapto, aut perdito restituendo, Capp. octodecim. Init. f. 309. פ'א' כל הגוזל את חברו שוה פרוטה עובר

4. ה' חובל ומזיק *Halacoth chovel umazik*, de oppignoratione & damno inde proveniente, Capp. octo, Init. f. 325. פ'א' החובל בחברו חייב לשלם לו

5. ה' רוצח ושמירת נפש *Halacoth Rotsea uscemirath Nephesc*, de homicidio, & conservatione homicidæ innocentis, Capp. tredecim. Init. fol. 332. a terg. פ'א' הורג נפש אדם מישראל עובר בלא תעשה

V. ספר משפטים SEPHER MISCPATTIM, *Liber de Judiciis*, Summæ Talmudicæ Decimus tertius, Quartæ vero Partis Tertius, complectitur Constitutiones quinque, quarum

1. הלכות שכירות *Halacoth Scechiroth*, de conductione pro mercede, constant Capitibus tredecim. Init. fol. 343. פ'א' ארבעה שומרין נאמרו בתורה

2. ה' שאלה ופקדון *Halacoth Sciaala upikadon*, de commodato, & deposito, Capp. octo. Init. fol. 356. a terg. פ'א' השואל כלי או בהמה וכל כיוצא

3. ה' מלוה ולוה *Halacoth Malve velave*, de mutuante, ac mutuum accipiente, Capp. viginti septem. Initium fol. 363. a terg. פ'א' מצות עשה להלוות לעני ישראל שנא' אם כסף.

4. ה' טוען ונטען *Halacoth Toen venitaan*, de actore & reo, Capp. sexdecim. Init. fol. 391. a t. פ'א' הטוען את חברו במטלטלין והודה לו במקצתן הרי

5. ה' נחלות *Halacoth Nachaloth*, de hæreditatibus, Capp. undecim. Initium fol. 409. פ'א' סדר נחלות כך הוא מי שמת יירשנו בנו והן קודמין לכל אדם

VI. ספר קניין SEPHER KINJAN, *Liber de Possessionibus*, & acquisitionibus, Summæ Talmudicæ Duodecimus, Quartæ vero Partis Secundus, habet Constitutiones quinque; videlicet,

1. הלכות מכירה *Halacoth Mechira*, de emtione & venditione, habet Ca-

Capita triginta . Init. fol. 421. a terg. פ׳א׳ המקח אינו נקנה בדברים ואפלו העידו

2. ה׳ זכייה ומתנה *Halacoth zechija umathna*, de merito, & munere, sive de acquisitione ex publico per venationem, aut piscationem, deque donationibus, Capp. duodecim. Init. fol. 445. a terg. פ׳א׳ ההפקר כל המחזיק בו

3. ה׳ שכנים *Halacoth Scechenim*, de vicinis, & jure vicinitatis, Capp. quatuordecim. Init. fol. 457. פ׳א׳ אחד הקונה מחברו חצי שדהו או שנים שקנו

4. ה׳ שלוחין ושותפין *Halacoth Sceluchin usciothephin*, de nunciis emissis, & si quid ab iis neglectum, aut dolo commissum sit, & de jure societatis, aut commercii, Capp. decem. Initium fol. 468. a terg. פ׳א׳ האומר לשלוחו צא ומכור לי קרקע או מטלטלין

5. ה׳ עבדים *Halacoth Avadim*, de Servis, Capp. novem. Init. fol. 478. פ׳א עבד עברי האמור בתורה זה ישראל שמכרו אותו ב׳ד.

VII. ספר שופטים Sepher Sciophetim, *Liber de Judicibus*, Summæ Talmudicæ vulgatæ Decimus quartus, Partis vero Quartæ Quartus & ultimus. Ejus constitutiones quinque sunt; videlicet

1. הלכות סנהדרין *Halacoth Sanhedrin*, de Synedrio, seu Senatu, constant Capitibus viginti sex. Initium fol. 490. a terg. פ׳א׳ מצות עשה של תורה למנות שופטים ושוטרים בכל מדינה.

2. ה׳ עדות *Halacoth Eduth*, de testibus, eorumque depositione, Capp. viginti duobus. Init. fol. 512. a terg. פ׳א׳ העד מצוה להעיד בבית דין בכל

3. ה׳ ממרים *Halacoth Mamrim*, de rebellibus & apostatis, Capp. septem. Initium fol. 528. a terg. פ׳א׳ בית דין הגדול שבירושלם הם עיקר תורה שבעל פה וחן

4. הלכות אבל *Halacoth Evel*, de luctu, & lugentibus pro defunctis, Capp. quatuordecim. Init. fol. 535. פ׳א׳ מצות עשה להתאבל על הקרובים שנ׳

5. ה׳ מלכים ומלחמות *Halacoth Melachim umilchamoth*, de Regibus, & bellis ab eis gerendis, Capp. duodecim. Initium fol. 546. a terg. פ׳א׳ שלש מצות נצטוו ישראל בשעת כניסתן לארץ.

Singulis Constitutionibus hucusque recensitis præfigitur Index Præceptorum Legis Mosaicæ adfirmantium, & negantium, quæ ibidem exponuntur, quæque a Bartoloccio Par. IV. pag. 76. & seqq. singulatim recensentur.

Is Codex scriptus est Anno Christi 1306. ut hæc ostendunt librarii verba, quæ fol. 558. ad calcem leguntur: אני שמואל בר אברהם ס׳ט׳ כתבתי אלו חמשה ספרים שחבר הרב ר׳ משה בר מימון ז׳צ׳ל׳ והם טהרה נזיקין קנין משפטים ושופטים ליקר הפרח הנעים נטע שעשועים ר׳ יוסף ש׳צ׳ בר פלכי נ׳ר׳ו׳ וסיימתים בח׳ אדר שנת ה׳ אלפים וששים ושש לבריאתעולם למנין שאנו מונין כאן במרינת גירונדה מתא השם ברחמיו יזכהו להגות בו *Ego Samuel Abrahami filius, Sopher Tou, exscripsi hos quinque libros, quos composuit magnns Rabbinus Moses fil. Maimon: memoria justi in benedictionem; videlicet, de Purificationibus: de Damnis: de Possessionibus: de Judiciis; & de Judicibus, ad usum probati atque honesti viri, floris suavis, & plantæ deliciarum, R. Josephi fil. Palchi, Præcentoris Synagogæ, quem Deus servet. Complevi autem eos mense Adar*, Februario, *Anno ab Orbe condito 5066. secundum æram, qua nos heic Gerundæ utimur*; tribus scilicet mensibus postquam priores duos libros exaraverat; *Deus pro sua miseratione dignum illum reddat, qui legat in eis*, &c. Eodem autem folio a tergo consequitur brevis

La-

Lamentatio de morte cujusdam Rabbini, charactere tamen Rabbinico exarata; cujus initium יהוה מה אדם הלא בשר ודם ימיו כצל עובר

CLXXIV.

Codex antiquus, in quarto membraneus, foliorum 234. Rabbinicis literis descriptus, olim Palatinus; ubi continentur,

ס' נזיקין וס' קניין מהרמבם RAMBAM, i. e. R. Mosis Maimonidæ, *Libri duo* ex Summa Talmudica, cujus titulus, יד חזקה JAD CHAZAKA, *Manus fortis*, vel משנה תורה MISCNE THORA, *Repetitio Legis*; videlicet,

I. ספר נזיקין SEPHER NEZIKIN, *Liber de Damnis*, Summæ Talmudicæ undecimus, Partis vero quartæ primus, constat הלכות *Halacoth*, Constitutionibus quinque, in varia Capita subdivisis, quorum Index principio præfigitur.

1. הלכות נזקי ממון *Halacoth Nezike mamon*, Constitutiones de Damnis ratione facultatum ab alio inlatis, constat Capitibus XIV. Initium fol. 127. a terg. פרק ראשון כל נפש חיה שהוא ברשותו

2. ה' גניבה *Gheneva*, de Furto, Capp. IX. Init. fol. 153. פ' א' כל הגונב ממון

3. ה' גזילה ואבידה *Ghezela Veaveda*, de Rapto aut perdito restituendo, Capp. XVIII. Init. fol. 167. כל הגוזל את חברו שוה פרוטה עובר

4. ה' חובל ומזיק *Chovel umazik*, de Oppignoratione, Capp. VIII. Init. fol. 198. a terg. פ' א' החובל בחברו חייב לשלם לו

5. ה' רוצח ושמירת נפש *Rozeach uscmirat Nephesc*, de Homicidio, & conservatione homicidæ innocentis, Capp. XIII. Init. fol. 214. פ' א' כל הורג נפש אדם

II. ספר קנין SEPHER KINIAN, *Liber de Possessionibus*, & *acquisitionibus*, Summæ Talmudicæ duodecimus, quartæ vero Partis secundus. Ejus Constitutiones sunt quinque, quarum, uti & Capitum, quibus singulæ absolvuntur, Index initio præmittitur.

1. הלכות מכירה *Halacoth mechira*, Constitutiones de Emtione & venditione, constant Capitibus XXX. Init. fol. 3. פ' א' המקח אינו נקנה בדברים ואפי'

2. ה' זכייה ומתנה *Halacoth Zechija umthana*, de Merito & munere, sive de acquisitione ex publico per venationem, aut piscationem; deque donationibus, Capp. XII. Init. fol. 47. פ' א' ההפקר כל המחזיק בו קנה

3. ה' שכנים *Scechenim*, de Vicinis, & jure vicinitatis, Capp. XIV. Initium fol. 67. פ' א' אחד הקונה מחברו חצי שדהו

4. ה' שלוחין ושותפין *Sceluchin vesciuthephin*, de Nunciis emissis, & si quid ab iis neglectum, aut dolo commissum sit: ut & de jure societatis, aut commercii, Capp. X. Init. fol. 88. a terg. פ' א' האומר לשלוחו צא ומכור

5. ה' עבדים *Avadim*, de Servis, Capp. IX. Initium fol. 105. פ' א' עבד עברי האמור בתורה זה ישראל.

In fronte singularum Constitutionum recensentur Præcepta adfirmantia, & negantia, quæ ibidem exponuntur, & de quibus videsis Bartoloccium Tom. 4. pag. 97. Porro præfati duo libri ex oscitantia Bibliopæi perperam fuerant compacti; nam secundus liber priori erat antepositus. Verum dein-

de ſuo quiſque loco reſtitutus, nulla tamen numerationis foliorum facta immutatione.

Is vero Codex decimotertio Chriſti ſeculo videtur exaratus, pertinuitque olim ad מכלוף בן יוסף מנחם *Macluph filium Joſephi Menachem*; ceu ſub initium adnotatur.

CLXXV.

Codex antiquus, in quarto, membraneus, foliis conſtans 213. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus. Ibi continetur,

ספר טהרה מהר"מבם RAMBAM, i. e. R. Moſis Maimonidæ, SEPHER TAHORA, *Liber de Purificationibus*, Repetitionis Legis, ſive Summæ Talmudicæ decimus, Partis vero tertiæ ejuſdem Operis quintus & ultimus. Siſtit הלכות *Halacoth*, ſeu Conſtitutiones octo, variis Capitibus abſolutas, quarum ſeries principio præfigitur. Conſtitutiones autem illæ in hoſce titulos digeſtæ ſunt.

1. הלכות טומאת מת *Halacoth Tumath meth*, Conſtitutiones de pollutione ex mortuo. Earum Capita XXV. Init. fol. 1. פרק ראשון המת מטמא במגע ואהל

2. ה' פרה ארומה *Para adumma*, de Vacca rufa, habent Capita XV. Init. fol. 37. a terg. פא' מצות פרה ארומה שתהיה בת ארבע שנים

3. ה' טומאת צרעת *Tumath Tſaraath*, de Pollutione ob lepram, Capp. XVI. Initium fol. 58. פ' א' צרעת עור בבשר הוא שילבין

4. ה' מטמאי משכב ומושב *Metamee miſcau umoſciau*, de iis, quæ cubilia & ſedilia pollunt, Capp. XIII. Init. fol. 80. a terg. פ' א' הזב והזבה והיולדת

5. ה' שאר אבות הטומאה *Scear avoth hattuma*, de reliquis patribus, i. e. generalibus capitibus pollutionum, Capp. XX. Init. fol. 99. a terg. פ' א' הנבלה אב מאבות הטומאה בזית.

6. ה' טומאת אוכלים *Tumath Aochelim*, de Pollutione comedentium, Capp. XVI. Initium fol. 130. פ' א' כל האוכל המיוחד למאכל

7. ה' כלים *Chelim*, de Vaſorum pollutione, & purificatione, Capp. XX. Initium fol. 155. a terg. פ' א' שבעה מיני כלים שמקבלים הם

8. ה' מקואות *Mikuaoth*, de Balneis, & lavacris, Capp. XI. Initium fol. 196. a terg. פ' א' כל הטמאים בין אדם בין כלים

Singulis hiſce Conſtitutionibus præponitur elenchus Præceptorum adfirmantium, & negantium, de quibus ibidem exponitur. Is vero Codex ſcriptus eſt Anno Chriſti 1284. ut liquet ex hiſce librarii verbis, quæ fol. 213. ad calcem leguntur: ונשלם בחדש סיון מ'ד' לפרט *Et abſolutus eſt Liber iſte Menſe Sivan*, Majo, *Anno* 44. *ſecundum minorem ſupputationem*, i. e. ab Orbe condito 5044. Pertinuit olim ad מכלוף בן יוסף מנחם *Macluph filium Joſephi Menachem*; ut in fronte adnotatur.

Co-

CLXXVI.

Codex in quarto, chartaceus, foliorum 153. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

קיצור ספר מצות גדול מר' משה בן ר' יעקב מקוצי R. Mosis filii R. Jacobi Kotsensis, Kitsur Sepher Mitsuoth Gadol, *Liber Præceptorum Magnus*, ab Anonymo in *epitomen redactus*; præmisso Indice omnium Præceptorum tam adfirmantium, quam negantium, quæ ibidem explanantur. Ejus initium fol. 1. א' דין הבורא לאהבו ולזכרו ב' דין הזכרת

Liber vero ipse incipit fol. 5. אל תבואני רגל גאוה ויד רשעים

Is Codex scriptus est Anno Christi 1543. ut hæc ostendit epigraphe, quæ fol. 153. ad calcem adposita est: ואני אברהם הכותב צעיר והלרבלרין בר אהרן המכונה ארוך סיימתי ספר זה מצות האמתי' בטו' באייר שנת ה'ש'ג' ליצירה כתבתי אותו בגבעת גאראיין באסקולניא *Et ego Abraham scriba minimus scribarum, filius Aaronis, cognomine Aruch*, i. e. Longus, *absolvi hunc librum Præceptorum die* 15. *Mensis Jiar*, Aprilis, *Anno ab Orbe condito* 5303. *exaravi autem illum in Colle Garain apud Ascalonem*,

CLXXVII.

Codex in quarto, chartaceus, foliis constans 216. charactere Rabbinico exaratus; quo continetur,

ס' על טעמי המצות מר' יצחק בן פרחי R. Isaaci filii Parchi: non vero *Parli*, ut legit Bartoloccius, & ex eo Wolfius: Sepher al Taame Mitsuoth, *Liber de Rationibus Præceptorum Mosaicæ Legis*; sive commentarius Cabbalisticus in Mysteria, quæ in nonnullis Præceptis adfirmantibus, & negantibus continentur; nondum typis editus. Dividitur in duas Partes, quarum prior Præcepta nonaginta quatuor adfirmantia, altera centum duodecim negantia complectitur. Init. f. 1. a t. בשם בורא עולם שפרה אתחיל וכו' המצוה

Inter folium 1. & 7. ex oscitantia Bibliopæi perperam compactum est Fragmentum Tractatus Talmudici de כתובות *Chethuvoth*, Contractibus matrimonialibus, & יבמות *Jevamoth*, Fratriis, diversa tamen manu descriptum. Initium אמר שמואל שנים שהטילו לכים זה מנה וזה מאתים

Is Codex, quem non immerito ad decimum quintum Christi seculum referas, Bibliothecæ Vaticanæ fuit dono datus a *Johanne S. R. E. Presbytero Cardinali Compostellano, mense Aprili, Anno Domini* 1551. ut in fronte adnotatur,

CLXXVIII.

Codex antiquus in quarto, membraneus, foliorum 114. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

ספר תורת הבית מר' שלמה בן אברהם בן אדרת R. Salomonis filii Abra-

hami,

HAMI, BEN-ADDERETH, Barcinonenſis, Anno Mundi 5040. Chriſti 1280. clari, Liber inſcriptus THORATH HABBAITH, *Lex Domus*, ex Ezech. XLIII. 12. ubi de Ritibus Ebræorum domeſticis; jam typis editus. Dividitur in ſeptem *Domos*, ſeu Partes, duabus columnis diſpoſitas, quæ iterum in certas Sectiones abeunt, præmiſſa Præfatione cum Indice Sectionum, quibus unaquæque Domus abſolvitur; cujus initium fol. 1. אמר שלמה בר אברהם בן אדרת

I. Domus הבית הראשון מי שוחט *Miſciochet*, de jugulandis animalibus, conſtat Sectionibus V. Init. fol. 8. a terg. מצות עשה להיות אדם שוחט מה שרוצה

II. הבי׳ ב׳ בהכשר השוחטין *Bebecſcer Haſciochatin*, de iis, qui apti ſunt ad jugulationem animalium, Sectionibus V. Init. fol. 16. השער הא׳ בדברים

III. הכשר האוכלין ואיסוראן *Hecſcer Haochelin veiſuran*, de cibis licitis atque illicitis, Sectionibus VII. Init. fol. 38. השער הא׳ בסמני בהמה חיה ועוף

IV. בית התערובות *Hatheruvoth*, de mixtione rerum in Sabbatho, & aliis ſolemnitatibus. Ejus Sectiones IV. Init. fol. 58. השער הא׳ בביאור שנויו

V. עניין יין נסך *Enijan jain Neſac*, de vino libaminum, Judæis vetito. Ejus Sectiones V. Init. fol. 73. השער הא׳ מי עושה יין נסך לאסור אותו

VI. הקדושה *Hakedduſcia*, de Sanctificatione, ſeu triplici ablutione manuum inter epulas facienda. Sectiones ejus ſunt quinque. Init. fol. 90. a t. השער הא׳ כל האוכל פת צריך ליטול ידיו.

VII. הנשים *Hannaſcim*, de Feminis, earum immuditie, balneis, & ablutionibus. Sectiones ejus ſeptem. Init. f. 98. a t. השער הא׳ מראות הדמים דבר

Is Codex ad decimumquartum Chriſti ſeculum videtur referendus.

CLXXIX.

CODEX antiquus, in quarto, membraneus, foliis conſtans 129. charactere quadrato exaratus; ubi continentur,

1. ספר התרומת מר׳ ברוך בן יצחק מגרמיזה R. BARUCH FILII ISAACI WORMATIENSIS, Anno Chriſti 1202, clari, SEPHER HATTHERUMA, *Liber Elevationis*; in quo di ritibus, & inſtitutis ceremonialibus Judæorum undecim הלכות *Halacoth*, ſeu Conſtitutionibus diſſeritur; ex oſcitantia Bibliopæi luxatus, atque perperam compactus. Deeſt titulus cum nomine Authoris, & nonniſi סימני הפסקים *Simane Happeſakim*, hoc eſt, Index cum Synopſi Deciſionum in præfatis Halacoth contentarum, quæ cum editis adamuſſim concordat, reperitur. Quare Bartoloccius in Indice Ms. Vaticano hunc librum דינים ופסקים *Dinim Upeſakim*, ideſt Judicia, & Deciſiones legales inſcripſit, Authorem vero *R. Iſaacum Moguntinum* vocat, cujus nomen fol. 110. adnotatum adſerit; verum ibi exſtat Tractatus *R. Iſaaci Durenſis*, de quo mox infra; nec ulla de Iſaaco Moguntino fit mentio. Porro Synopſis illa in eoſdem titulos, quos liber ipſe complectitur, diſtincta eſt; videlicet,

I. הלכות תפילין *Conſtitutiones de Philacteriis*, Schedis, & Fimbriis, ſeu peniculamentis ſacris, quarum finem habes ſub Codicis initium. Incipiunt autem fol. 52. a terg. כראית׳ פרק המוציא אבל יש ראיה

II. ה׳ שבת *De Sabbatho*, ejuſque juribus & ſolennitatibus. Init. Ibidem

משפט

משפט רשות שבת פירשתי במקום מהן רשות היחיד

III. דין שחיטה *De ritu jugulandi* animalia. Init. f. 18. a terg. סימן אחר בעוף

IV. ה' איסור והיתר *De animalibus illicitis*. Init. fol. 21. a t. דין עוף שבא לפנינו

V. ה' חלה *De placenta* Sacerdoti a mulieribus offerenda. Initium fol. 30. דין חלה הלש עיסה מפריש ממנה מעט.

VI. ה' נדה *De menstruata* muliere, ideſt de purificatione Mulieris a fluxu menſtruo, & ab immunditia partus. Init. fol. 31. a terg. דין נדה וזבה דאוריתא

VII. ה' גיטין *De libello repudii*. Init. fol. 34. a t. הכותב גט צריך שיהא הקלף

VIII. ה' חליצה *De ſolutione calcei*. Init. f. 37. יברון של שה דיינים ויסיפו עוד שנים

IX. ה' ע'ז' *De Idololatria*. Init. fol. 38. a terg. לפני אידיהן של גוים אסור לשאת

X. ה' יין נסך *De vino libaminum*. Init. fol. 43. a terg. דין גודות שלעור של גוים

XI. ה' ס' תורה *De Libro Legis*, quomodo ſcilicet ſcribendus, & ſervandus. Init. fol. 48. a terg. ס' תורה ותפילין ומזוזות צריך לכתב

2. שערי דורה מר' יצחק בן ראובן מדורא, R. ISAACI FILII RUBEN, DURENSIS, qui claruit Anno Mundi 5094. Chriſti 1334. teſte Ganzio ad hunc annum, SCIAARE DURA, *Portæ Habitationis*, ſive Conſtitutiones de cibis licitis atque illicitis, præmiſſo ritu mactandorum animalium, principio mutilæ; quæ cum ſcholiis R. Salomonis Luriæ prodierunt Baſileæ in 4. Initium fol. 57. נפסק אחר מהם נשאר רוב מניין וכשירה.

3. Ejuſdem הלכות נדה HALACOTH NIDDA, *Conſtitutiones de Muliere* menſtruata. Init. fol. 119. כל אשה הרוצה לינשא בין גדולה בין קטנה

4. כתובות שטרות CHETHUVOT SCETAROTH, *Exemplaria Inſtrumentorum* de variis contractibus, ſtipulatione firmatorum in urbe Monaſterio, Anno Creationis Mundi 5232. Chriſti 1472. quæ tamen recentiori charactere Rabbinico addita ſunt. Init. fol. 128. זכרון עדות בהיות לפנינו עדים חמ"באחר בשבת

Is Codex, ſi quidem memorata Inſtrumentorum Exemplaria excipias, decimoquarto Chriſti ſeculo videtur exaratus.

CLXXX.

Codex in quarto, chartaceus, foliorum 11. Rabbinicis literis deſcriptus; quo continetur,

ס' תורת הבית מר' שלמה בן אברהם בן אדרת R. SALOMONIS FILII ABRAHAMI BEN-ADDERETH, Barcinonenſis, Liber inſcriptus, THORATH HABBAITH, *Lex Domus*, ex Ezech. XLIII. 12. de quo mox ſupra; ubi de ritibus domeſticis, v. c. de jugulandis animalibus, de cibis licitis & illicitis, de immunditie feminarum &c. agitur, diſtinctus in Domos, ſeu Partes ſeptem, variis Sectionibus conſtantes. In hoc tamen Codice nonniſi Præfatio Operis cum Domo Prima uſque ad Sectionem Secundam habetur. Initium fol. 1. אמר שלמה בר אברהם ז'ל'ה'ה' בן אדרת ברצלוני ראיתי תשרת.

Is Codex ad decimumſextum Chriſti ſeculum videtur referendus.

Co-

CLXXXI.

Codex in quarto, chartaceus, foliis constans 22. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. הלכות שחיטה ובדיקה מר׳ יהודה בר בנימין עניו הרופא R. JUDÆ FILII BENIAMINI MEDICI, cognomento ANAU, Humilis, HALACOTH SCECHITTA UBEDIKA, *Constitutiones de mactatione, & perscrutatione Animalium*, cum commentariolo Anonymi ad marginem, in duodecim Capita distributæ, nondum typis editæ; de quibus vide Wolfium Tom. III. num. 699. ubi earum exemplar in membrana, forma octavi ordinis descriptum, & junctum sequenti ejusdem Authoris libello de laceratis direptis, apud se exstare adfirmat. Initium fol. 1. סבותי אני לדרוש ולמד בחכמה עמור כי הדעת והמזימה

2. Ejusdem הלכות טרפה HALACOTH TEREPHA, *Constitutiones de Laceratis direptis*, adeoque prohibitis ab esu animalium, Sectionibus octo absolutæ, & adnotatiunculis Anonymi ad marginem illustratæ. Init. fol. 7. a t. יען אשר ראיתי הלכות טרפה רבים שאין הדעת.

3. שאלת ששאלו לר׳ האיי גאון ותשובתו על עניין הגאולה ותחיית המתים R. HAI GAON, *Responsiones ad quæstiones sibi propositas de Redemtione filiorum Israelis, & de Resurrectione mortuorum*; ubi etiam agitur de ortu, & educatione Antichristi, qui Judæis ארמילוס *Armillos* nuncupatur; de quo vide Bartoloccium Tom. II. pag. 820. Initium fol. 18. a terg. שאלתם לפרש לכם היאך תהיה הישועה מתחילתה.

Is Codex decimoquinto Christi feculo videtur exaratus.

CLXXXII.

Codex in quarto, bombycinus, foliorum 28. charactere Rabbinico descriptus; ubi continetur,

הקדמה הרמבם על ספר המצות RAMBAM, i. e. R. Mosis Maimonidæ, HAKDAMA AL SEPHER HAMITSUOT, *Præfatio generalis in Librum Præceptorum*; ubi de quatuordecim Fundamentis Præceptorum Legis Mosaicæ tam adfirmantium, quam negantium, quæ in universum 613. recensentur, exponitur. Initium fol. 1. אמר ר׳ משה בר הרב ר׳ מימון זל״ כאשר קדם לנו החבור המפורסם

Is Codex ad decimumsextum Christi seculum videtur referendus.

CLXXXIII.

Codex antiquus, in octavo, membraneus, foliis constans 189. Rabbinico charactere exaratus; ubi continentur,

1. פי׳ על מסכת חולין מר׳ יצחק אשכנזי בן אביגדור הנשיא R. ISAACI GERMANI, FILII PRINCIPIS AVIGADOR, cognomine חיים CHAIIM, incertæ ætatis, PERUSC AL MASSECHETH CHOLIN, *Expositio in Tractatum de Prophanis*, secundum ex Ordine quinto Talmudico, cujus titulus קדשים *Kodascim*, Sancta-

ctitates ; præmiſſis ejuſdem פסקי איסור והיתר PISKE ISSUR VEHETHER, *Deciſionibus*, ſive *conſtitutionibus de cibis licitis, & illicitis*. Authoris cognomentum in Bibliothecis Ebraicis deſideratur ; hocce autem opus rariſſimum eſt, & nonniſi in Vaticana Bibliotheca, quod ſciam, adſervatur. Initium fol. 1. הנה חבריו הפציתי לכתוב להם הלכות איסור והיתרי ואפרש ·

2. ר׳ מאיר בן ברוך אשכנז R. MEIR FILII BARUCH GERMANI, unius ex novem Rabbinis, e quorum ſcriptis compoſitus eſt Commentarius in R. Alphes, dictus מרדכי *Mordochi*, Anno Mundi 5070. Chriſti 1310. defuncti, ceu teſtatur Juchaſinus pag. 133. *Tractatus tres*, Ebræis Scriptoribus hactenus incogniti; quorum

I. מנהגים של כל השנה MENHAGHIM SCEL COL HASCIANA, *De Ritibus Feſtorum*, quæ per anni circulum Judæis obſervantur. Initium fol. 40. a terg. רגיל לאכול בליל ראשון של ראש השנה ראשו של איל ·

II. שאלות ותשובות SCEELOTH UTHESCIUVOTH, *Quæſita & Reſponſa*, ſive *Deciſiones* variæ Juridicæ, quæ CLXXVI. recenſentur. Initium fol. 97. פסק אם יש לקורת או חתיכה בארכובה ·

III. טעמי מסרות TAAME MESSAROTH, *Rationes Maſoreticæ*, ſive criticæ obſervationes in textum Biblicum. Initium fol. 126. a terg. בראשית נ׳ ראשי׳ פסוק בראש׳ ממלכות יהויקים בראשית ·

3. ס׳ דרכי התשובה מר׳ יהודה בן שמואל החסיד R. JUDÆ FILII SAMUELIS, Germani Wormatienſis, ſive, ut vocatur in Labiis dormientium, & apud Bartoloccium, *Francofurtienſis*, cognomine HACHASID, i. e. Pii, qui obiit Anno Mundi 4977. Chriſti 1217. teſte Juchaſino pag. 164. SEPHER DARCHE HATHESCIUVA, *Liber Viarum Reſipiſcentiæ*, ſive Tractatus de Pœnitentia, nondum typis editus, quem Wolfius ſuſpicatur, forte non vane, excerptum eſſe ex ejuſdem Authoris Libro החסידים *Piorum*, impreſſo Bononiæ Anno Chriſti 1538. atque alibi, qui eſt Moralis & Theologicus, & ad vitam tum conſiliis, tum exemplis piorum hominum formandam unice comparatus, magnæ inter Judæos exiſtimationis. Initium fol. 162. שאלה אם ארם עשה תשובה וחזר לסורו רע אם יכול ·

Is Codex decimoquarto Chriſti ſeculo videtur deſcriptus.

CLXXXIV.

CODEX antiquus, in quarto, chartaceus, conſtans foliis 92. Rabbinico charactere exaratus; quo continentur,

1. מבוא התלמוד מר׳ שמואל הנגיד R. SAMUELIS NAGHID, Poetæ antiquiſſimi, &, ſi quidem Buxtorfio fides habenda, nono, vel decimo Chriſti ſeculo clari; MEVIA HATTHALMUD, *Introductio in Talmudem*, ſive in ſcientiam Talmudicam, quæ cum libro *Halicoth olam* i. e. Itinera Mundi, prodiit Venet. 1545. & 1598. in 4. alibique, & recuſa eſt in Talmude, Amſtelodami Anno Chriſti 1714. edi cœpto, & hinc Francofurti ad Mœnum abſoluto, in calce Tractatus *Beracoth*, de Benedictionibus pag. 92. & ſeqq. Atque heic corrigendus Bartoloccius, qui Par. IV. Bibl. Rabb. pag. 400. librum ejuſdem

dem

dem Authoris בן משלי *Ben-Miſcle*, i. e. Filius Proverbiorum, inſcriptum, quem Sabbathæus in Labiis Dormientium rhythmis, & carminibus conſtare teſtatur, ad argumentum Codicis noſtri incautus refert. Initium fol. 1. אמר המחבר התלמוד יתחיל לשני חלקים משנה ופרוש המשנה.

2. פי׳ על תפלות PERUSC AL THEPHILLOTH, *Expoſitio* in nonnullas *Precationes*, Judæis ſecundum ritum Italicum quotidie perſolvendas, ignoti Authoris. Init. fol. 4. ואל תתן חלקי בבתו קרקסאות : פי׳ בתי משתאות

3. הלכות ר׳ ישעיה בר אליה R. ISAIÆ FILII ELIÆ, decimo tertio Chriſti ſeculo clari, ut ex Catena Traditionis pag. 51. colligi poteſt, qui etiam Iſaias אחרון *Acharon*, ſeu Poſterior, & per compendium literarum ריא׳ *Ria* dicitur, *Conſtitutiones legales & ceremoniales* ex Talmude depromtæ, atque hactenus ineditæ; quarum

I. הלכות ברכות HALACOTH BERACOTH, *Conſtitutiones de Benedictionibus*, ſeu Precibus. Init. fol. 20. ראשית חכמה יראת ה׳ על כן היה סדר רבותינו הקדושים

II. הלכות ציצית HALACOTH TSITSIT, *Conſtitutiones de Fimbriis*, ſeu peniculamentis ſacris. Init. fol. 57. a terg. ציותה תורה להטיל אדם ציצית על

III. הלכות עז״ HALACOTH AVODA ZARA, *Conſtitutiones de Idololatria*, ac vitanda omni conſuetudine & ſocietate cum Chriſtianis, qui Idololatræ Judæis dicuntur. Initium fol. 58. לפני אידיהן של גוים שלשה ימים אסור לשאת

Is Codex ante Annum Mundi 5169. Chriſti 1409. fuit conſcriptus, quum eo anno ר׳ משה בן יהודה *R. Moſes filius Judæ*, illum a אישטלה בת ר׳ אברהם מרושה *Stella filia R. Abrahami de Ruſſia* ſe emiſſe, teſtetur fol. 7. ad marginem.

CLXXXV.

Codex in folio, partim chartaceus, partim membraneus, foliorum 193. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. פירוש ההגדות מר׳ עזרא בר שלמה R. EZRÆ FILII SALOMONIS PERUSC HAHAGADOTH, *Expoſitio Paradoxorum*, portentoſorum effatorum, & omnium *Narrationum*, ſeu fabularum, quæ in Deum, & Cælites, vel in Sacram Scripturam a Talmudiſtis excogitantur; Moralis & Myſtica, nondum, quod ſciam, typis conſignata, quam Bartoloccius Anonymo adtribuit, etſi authoris nomen in fronte habeatur. Init. fol. 1. מאמתי קורין את שמע וכו׳ תר׳ ארבע

2. תפלה וסדר הוידוי THEPHILLA VESEDER HAVIDDUI, *Oratio* ad Deum perpolita, unacum *Ordine*, ſeu *formula Confeſſionis* peccatorum, ignoti Authoris. Init. fol. 183. כ׳א׳י׳ אלהינו ואלהי אבותינו אלהי אברהם ואלהי יצחק

3. פירוש הרמבן על קהלת RAMBAN, i. e. R. Moſis Nachmanidæ Gerundinenſis, PERUSC AL KOHELETH, *Commentarius* in nonnulla commata *Eccleſiaſtæ*, una cum ejuſdem reſponſione ad quæſtionem *de Anima Rationali*, ſibi a ר׳ יונה הצרפתי *R. Jona Gallo* propoſitam. Initium fol. 186. a terg. כתב הר״מבן זל״ בדרשה שעשה בענין קהלת להבין משל.

4. Anonymi פירוש מרכבת ישעיה PERUSC MARCHEVETH, *Expoſitio in Viſionem currus* ISAIÆ, ſeu in Caput VI. Prophetiæ ejuſdem; ubi de Deo, ejuſ-

que

que nominibus Cabbalistice differitur. Initium fol. 195. a terg. ידעת מה ש'א'ר'ז'ל כי מה כבר שראה יחזקאל ראה ישעיהו.

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CLXXXVI.

Codex in fol. chartaceus, foliorum 72. Rabbinicis literis exaratus; ubi continetur,

ספר זהר מר' שמעון בן יוחאי SEPHER ZOHAR, *Liber Splendoris*, sive Commentarius in Pentateuchum Cabbalisticus, duabus columnis dispositus, ab editis non parum discrepans, sed circa medium lacer, & fine mutilus; authore R. SIMEONE FILIO JOCHAI, discipulo R. Akibæ, qui ineunte secundo Christi seculo claruit. Init. fol. 1. בראשית בחכמתה דמלכא גליף גלופי

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur descriptus.

CLXXXVII.

Codex in fol. chartaceus, foliis constans 70. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus. Ibi continetur,

ספר הפליאה מר' נחום בן הקנה R. NACHUM FILII KANA, quem Wolfius Tom. I. Bibl. Ebr. num. 330. p. 196. a *R. Elkana, filio Jerucham fil. Avigadoris*, minime distinguendum esse putat, SEPHER HAPPELIA, *Liber admirabilis*, sive Commentarius in Pentateuchum, Cabbalisticus, necdum editus; verum a Cap. VII. Geneseos ad finem usque mancus; ex apographo ingentis molis, quod Constantinopoli apud *Jacobum Bonafossam* adservabatur, descriptus, & a *R. Jacobo* in Cretam insulam, inde vero Romam Anno Creationis Mundi 5223. Christi 1463. asportatus; ut in epigraphe ipsi Commentario præfixa legitur. Atque heic castigandus Lelongius, qui in Bibl. Sac. pag. 874. authorem nostrum *filium Nakkana* adpellat, & annum Christi 1465. quo Romam noster Codex fuit adlatus, ad ipsius authoris ætatem perperam refert. Initium fol. 3. מה שאמרה תורה והדרת פני זקן בסוד העליון שהוא לבו דונמא

Præit Index eorum, quæ vel ex Sacris Bibliis, vel ex Talmude, veterumque Rabbinorum Scriptis in hoc Opere exhibentur. Initium fol. 1. אלו מפתחות ספר הפליאה למען ירוץ קורא בו.

Ad calcem Codicis, fol. 78. a terg. addita sunt nonnulla commata ex Psalmo CXVIII. ita disposita, ut ex eorum initialibus literis librarii nomen eliciatur, nempe יוסף שלתיאל בר משה כהן *Joseph Salathiel filius Mosis Sacerdos*. Ibidem quoque paucis describitur persequutio Judæorum in Imperio Romano & Christiano, quod אדום *Edom* vocant; necnon enarratur expeditio *Caroli VIII.* Francorum Regis, in Regnum Neapolitanum, quæ non obscuris verbis prænunciata dicitur a R. Nachum in hoc suo libro admirabili; ubi & adserit, eodem ferme tempore futuram redemtionem Judæorum, per adventum sui Messiæ, quem Anno Creationis Mundi 5250. Christi 1490. eventurum fabulatur. Porro Carolus Rex fertur in Ita-

liam adpulisse Anno ab Orbe condito 5225. Christi 1465. mense Ijar, Aprili.

CLXXXVIII.

Codex antiquus in fol. membraneus, foliorum 84. Rabbinico charactere perpolito exaratus; quo continentur,

1. Anonymi חמשים שערי בינה Chamiscim Sciaare bina, *Quinquaginta Portæ Intelligentiæ*, sive expositio Cabbalistica in Caput xxxviii. Libri Job; unde præcipua doctrinæ Cabbalisticæ fundamenta eruta sunt; deficit tamen ab initio Capitis usque ad comma 25. ודרך לחזיז קולות *Et viam sonantis tonitrui*. Sabbathæus in שי״ , seu Labiis Dormientium pag. 71. num. 56. ejusdem tituli librum adscribit *R. Eleazaro filio Judæ de Garmiza*, seu Wormatia, qui vixit Anno Christi 1240. Init. fol. ולמי שיחור ולמים שאובים ומי חלק

2. Ejusdem פירוש ספר יצירה Perusc Sepher Jetsira, *Expositio in Librum de Creatione*, qui Abrhamo Patriarchæ falso adscribitur. Initium f. 7. מפי חכמים הקדמונים אשר היו מתנהגים בו על דרך הקבלה

3. Ejusdem סדור שם המפורש Siddur Scem Hammephorasc, *Ordo Nominis Dei tetragrammaton expositi*, per alia scilicet nomina, quæ constant duodecim, quadraginta duabus, & septuaginta duabus literis. Init. fol. 40. זה השם הגדול שהוא בן מ״ב אותיות הוא סידור השם המפורש ·

4. Ejusdem טעמי הנקודות וצורתן Taame Hannekudoth Vetsurathan, *Ratio Punctorum, & figuræ eorum*, sive expositio Cabbalistica de punctis & accentibus Ebraicis, eorumque figuris. Init. fol. 41. a terg. מסורת קבלה מחכמי לחכמים ומזקינים לזקינים כי הטעמים ·

5. Ejusdem סוד התמונה Sod Hatthemuna, *Secretum similitudinis*; ubi de figuris literarum secundum Alphabeti Ebraici seriem Cabbalistice differitur. Init. fol. 49. בכל עת יהיו בגדיך לבנים ונו׳ הם בגדי כהן לשרת להקריב

6. פירוש סוד התמונה Perusc Sod Hatthemuna, *Commentarius in Secretum similitudinis*, de quo paullo ante, mysticus, ignoti authoris. Init. fol. 51. רגלי עמדה במישור ונו׳ נר לרגלי ואור כי נר מצוה ·

7. Anonymi ביאור האחרון Bijur Haacharon, *Expositio Posterior*, de septuagintua duobus Dei nominibus, quæ ex commatibus 19. 20. & 21. Capitis xiv. Exodi eruuntur. Init. fol. 59. אלהים למרתני מנוערי ועד הנה אגיד

8. Ejusdem ביאור גמרה מן התמונה Bijur gamra min hatthemuna, *Expositio absoluta similitudinis*, sive Commentarius Cabbalisticus in comma 8. Capitis xii. Numerorum; ubi de figura Dei Prophetæ Mosi objecta. Init. fol. 66. אמר דוד גל עיני ואביטה נפלאות מתורתיך

9. Ejusdem סוד שם המיוחד Sod scem hammejuchad, *Arcana Nominis Dei proprii*, sive *essentialis*; ubi de nomine Dei tetragrammato Cabbalistice exponitur. Init. fol. 73. שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד דע והבן סוד שם

10. פירוש של ע״ב אותיות Perusc scel scivim uscenaim Aothioth; *Commentarius de nominibus Dei septuaginta duarum literarum*, quæ ex memoratis Commatibus Capitis xiv. Exodi a Cabbalistis eruuntur, futilis & super-

perstitiosus; utpote qui de illorum nominum usu præcipit, & quomodo eorundem virtute perpetrari possint miracula, quemadmodum fecisse Moses dicitur, qui hac potissimum arte aquas maris rubri diviserit. Init. fol. 79. אבא בגבורות אלהים אזכיר צדקתך לבדך.

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

CLXXXIX.

Codex in folio, chartaceus, foliorum 550. partim Latinis, partim Ebraicis quadratis literis & sermone scriptus; ubi continentur,

Libri XV. de Scientia Animæ Rationalis D vina, Cabbalistici, ex Ebraica lingua in Latinam a Flavio Mithridate translati, quorum tamen tres priores desiderantur.

Liber IV. in 263. Considerationes dividitur, ex quibus sexdecim priores una cum titulo libri & authoris nomine desunt. Ibi omnia fere Platonis & Pythagoræ dogmata de Ente, de Ideis, & de Numerorum mysteriis, conclusionibus adaptata Cabbalisticis, in medio adferuntur & explicantur. Præterea agitur de mysticorum Characterum, sacris in oraculis contentorum, occultationibus miris. Occultationes vero Cabbalistæ vocant Eclipsin, seu defectum alicujus literæ de medio cujusdam textus Biblici, cujus quidem ordine, numero, vel figura, Spiritu Sancto, ut volunt, ita disponente, mysterium latens, occultumque intelligentibus indicatur & aperitur. Textus Biblici singulis in Considerationibus, uti & in Libris, qui sequuntur, adlati, Ebraicis quadratis literis & sermone exarati sunt. Initium fol. 1. *Decimo septimo in his textibus: Forte audiet Dominus Deus.*

V. *Liber*, cujus titulus est ס' סמוכים Sepher Semuchim, h. e. *de Subjunctis*, tractat de rerum omnium connexione, de signorum triplicitatibus, de elementorum ordinationibus, de Regnorum, magnarumque Urbium vastationibus, de fatali vitæ hominum termino, de Cataclysmo, & de animalium in Arca Noe variis motibus, victu, mansuetudine, loco, & appetitu. Initium fol. 184. *Subjuncta sunt generum quatuor.*

VI. *Liber* ספר התגים Sepher Hattaghim, i. e. *de Coronis*, inscriptus, rationes adfert Cabbilistico-Theologicas, quare in quibusdam Scripturæ Sacræ tum verbis, tum nominibus aliquæ literæ depingantur cum adfixis in earum vertice lineolis, quas כותרות *Cotharoth*, Coronas vocant. Literæ vero, quæ ejuscemodi coronantur diadematibus & coronis, sunt,

א *Aleph* in nomine אלפי *Alphei*, idest, Chiliades.
ב *Beth* in nomine בראשית *Berescith*, In principio.
ג *Ghimel* in verbo ותגנוף *Vathighnoph* i. e. & furata est.
ד *Daleth* in verbo תולדות *Tholedoth*, i. e. Generationes.
ה *He* in nomine והענים *Veaanim*, Aanitæ populi.
ו *Vau* in nomine ועשרון *Veassaron*, Decimatio.
ז *Zain* retorta in pronomine זה *Zeh*, Hic. Retortam vero adpellant literam, quæ a recto depingendi modo tantillum declinat.

ח *Cheth* in verbo מרחפת *Merachepheth*, i. e. Ferebatur, & in nomine רוח *Ruach*, Spiritus.

ט *Teth* in nomine טוב *Tob*, Bonum;

י *Jod* retorta in nomine ביום *Bejom*, In die.

כ *Chaph* in verbo ויכל *Vaical*, Et complevit; & in verbo ויברך *Vaibarec*, i. e. & benedixit.

ל *Lamed* retorta in verbo וילבישם *Vajalbiscem*, & induit eos.

מ *Mem* in nomine אלהים *Elohim*, Deus; & in verbo בהבראם *Beibream*, i. e. creata sunt.

נ *Nun* retorta in נעשה אדם *Naasceh Adam*, Faciamus hominem, & בצלמנו כדמותנו *betsalmenu*, *chidmothenu*, i. e. ad imaginem nostram, secundum similitudinem nostram,

ס *Samech* in verbo הסובב *Hassobeb*, i. e. qui circuit,

ע *Ain* in nomine ערומים *Arumim*, i. e. Nudi.

פ *Phe* in nomine פישון *Phisson*, fluvius.

צ *Tsade* in voce מצרים *Mitsraim*, Ægyptus.

ק *Koph* in verbis קרא ויקדש *Kara*, *Vaikadesc*, i. e. Vocavit, & Sanctificavit.

ר *Resc* in nomine אור *Aor*, i. e. Lux.

ש *Scin* in verbo ולמשול *Velimsciol*, i. e. & ad imperandum; & in nomine נשמת *Nesciamath*, Spiraculum.

ת *Thau* in adjectivo חרות *Charuth* i. e. Sculptum.

Per hanc siquidem abditissimam Theologiam probare intendunt Cabbalistæ Christiani rerum omnium creationem factam fuisse in Filio, vel per Filium: Spiritus Sancti processionem a Patre: Creationem Animæ Christi, & Angelorum, eorumque ordinationes varias: mutationes temporum mirabiliores, cum Cælestes tum Humanas: Mundorum pluralitates; bonorum Operum ad conferendam Gratiam necessitatem: metamorphoses, seu conversiones hominum in bestias tam fabulosas, quam reales: Christi Servatoris divinitatem & adventum: influxus stellarum: Sacri characteris ת *Thau* insigniores virtutes, aliaque complura. Initium fol. 201. *Hoc transfer, & hic secretum continetur*.

VII. *Liber*, qui פסק PASSEK, διαστολή nuncupatur, similis est quodammodo sexto. Varia enim mysteria pandit ex vocibus Biblicis, in quibus Ebraicus accentus reperitur, qui Passek adpellatur, quique morem gerit retinaculi, seu fræni, quo adtentus tenetur legentis animus ad ea, quæ latent sub cortice verbi, vel nominis, cui tale frænum iniicitur, contra Grammaticales regulas, sensusque connexionem. Exempli caussa, quum de Domo Domini sermo est, sic regulariter scribendum esset בית יהוה *beth Jehovah*, sive rectius *Adonai*, i. e. Domus Dei, nulla distinctione adhibita inter primam & secundam dictionem. Adhibetur tamen per prædictum retinaculum hoc modo בית׀ יהוה; ut fiat, inquiunt, altissima adtentaque cogitatio circa differentiam, quæ est inter Domum Hominis, & Domum Dei, quarum illa fulget perpetuo parietibus, hæc vero æternum indiget Sacerdotibus. Illa humilis, licet tot perduret seculis; hæc autem, quæ tot tantisque

que fuerat ædificata sumtibus, tot aucta Principibus, tot aureis adornata supellectilibus, tot Summi Dei, & Prophetarum evecta ad Cælos usque laudibus, suis æternum jaceat prostrata ruinis, tanto cum inimicorum applausu, ut, vel Cælis ipsis stupentibus, venturis essent dicturi seculis: *Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea.* Initium fol. 347. a terg. *In hoc autem libro tractabimus de Pasech. Est autem Pasech.*

VIII. *Liber* dicitur ALPHABETUM DOMINI. Ibi de Dominicis agitur Alphabetis, quibus etiam non minima inesse mysteria Cabbalistæ adserunt. Alphabeta vero Dominica vocant illos Scripturæ Sacræ textus, in quibus omnes Ebraici Alphabeti continentur, & exprimuntur literæ, nulla deficiente, nullaque quiescente; videlicet 1. Exod. XVI. 1. *Hoc est verbum quod* &c. 2. Deuter. IV. 24. *Vel nunquam tenta.* 3. Josue XXIII. 13. *Sciendo scietis* &c. 4. 2. Reg. IV. 39. *Et egressus est unus.* 5. 2. Reg. VI. 32. *Et Elisæus sedebat.* 6. 2. Reg. VII. 8. *Et venerunt leprosi.* 7. Is. V. 25. *Idcirco iratus est.* 8. Is. LXVI. 17. *Sanctificantes se.* 9. Jerem. XXII. 3. *Sic dixit Dominus.* 10. Jerem. XXXII. 29. *Et venient Chaldæi.* 11. Ezech. XVII. 9. *Dic sic dixit* &c. 12. Ezech. XXXVII. 12. *Ad spoliandum spolium.* 13. Hos. X. 8. *Et disperdentur.* 14. Hos. XIII. 2. *Et nunc addiderunt.* 15. Amos IX. 13. *Ecce dies venient.* 16. Sophon. III. 8. *Quapropter expectate me.* 17. Zachar. VI. 11. *Et sumes argentum.* 18. 2. Paralip. XXVI. 11. *Et fuit Oziæ exercitus.* 19. Ecclesiast. IV. 8. *Est unus & non secundus.* 20. Esth. III. 13. *Et mitteremus epistolas.* 21. Dan. II. 45. *Secundum quod vidisti.* 22. Dan. III. 22. *Nam jussio Regis urgebat*, &c. 23. Dan. IV. 20. *Quod autem vidit Rex.* 24. Dan. VII. 19. *Post hoc volui diligenter.* 25. Esdr. VII. 28. *Et super me inclinavit.* 26. Nehem. III. 7. *Et juxta eos ædificavit*, &c. Porro duæ supra viginti, quæ e. c. in citato Exodi loco exprimuntur, literæ, Cælestis, inquiunt, cibi mysterium a sacratioribus Hierosolymitani Templi Sacerdotibus; quia nec plus nec minus in illo perpetuo numerabantur; revelatum ostendunt, dum לחם פנים *Lechem panim*, i. e. Panem facierum a פנימים, h. e. *interiori*, scilicet facie, adpellatum esse volunt; quod præter exteriorem etiam Panis ille mirabilis faciem haberet exteriori diviniorem. Initium fol. 360. a terg. *In hoc autem Libro considerandum est, quod nomen Jod he vau he.*

IX. *Liber*, cui titulus ס" הקולות SEPHER HAKKOLOTH, h. e. *de Vocibus*, occultis, scilicet, & mysterio plenis, quæ Sacris reperiuntur in Canticis; mysticos explanat sensus, quos alio nomine שמוש תהלים *Scimmusc Thehillim* adpellant, hoc est Psalmorum usus, seu proprietates occultas, quibus maxima perpetrari posse contendunt. Initium fol. 385. a terg. *Cæli enarrant gloriam Dei, & Opera ejus annuntiant firmamentum.*

X. *Liber de* HOMINE, tractat de primo illius Sepulcro, quod בטן *Beten* vocant, h. e. maternum uterum, in quo Michaelem Archangelum formare foetum, atque ad Legem ipsum disponere scribunt: ubi multa de rectoribus, atque gubernatoribus Angelis, quos Fides Christiana Custodes nominat: de loco etiam, in quo incipienda est mortuorum resurrectio; de terre-

terreſtri Hieruſalem *Domus Cœmeteriorum* adpellata ; de corporibus & animabus glorioſis non indigentibus loco : de Divino generandi , creſcendi , atque multiplicandi præcepto : de Magis , Pythonicis , Strigibus fatidiciſque Mulieribus : de Cereis imagunculis ab ipſis magice confectis atque percuſſis : de Dæmonibus incubis , & ſuccubis , & de Cacodæmone *Chuſſaph* , qui loco Eliæ Prophetæ ſæpius adparere dicitur ; de motu , miraque ſacrorum Animalium , a Propheta Ezechiele viſorum , obambulatione , ac eorum aſpectibus : de admirandis Angelorum circumvolationibus in momento : de tremenda Eſau reprobatione , & quomodo in maternis viſceribus malus extiterit : de veris , falſiſque per Aſtronomiam operationibus : de conjectandis per Metopoſcopiam , & Chiromantejam moribus : de מזל *Mazal* . i. e. fato cujuſcumque hominis : de Angelo Satana Juſtos ſubſannante , atque ipſos cholaphis cædente : de Camæis , ſeu Spiritibus minimis : de fatali Lunæ lucentis lumine : de משחיתים שדים חרבים *Maſchithim Scedim Charabim* , ſeu corruptoribus & deſtruentibus Angelis : de fabuloſa demum reſurrectione mortuorum per characteres , verba , herbas , & lapides . Initium fol. 398. *Homo quidem exiſtens in utero matris in Sepulchro eſt* .

XI. *Liber* de SECRETO UNITATIS , Authore R. ELEAZARO MINORE , Wormatienſi ſcilicet , qui vixit Anno Chriſti 1240. Ibi agitur de Summi Entis adtributis : de Membris Dei myſticis , & quare nullum ei tribuatur membrum eorum , quæ ſub diaphragmate ſunt : de ſimilitudine animæ cum Deo , & de ejus vera צלם *Tſelem* , i. e. imagine , & דמות *Demuth* , i. e. ſimilitudine . Init. fol. 509. a terg. אמונת לבבנו עדות זכר רחמינו הדר קדושת

XII. *Liber* de FELICITATE JUSTORUM , authore præfato R. ELEAZARO MINORE . Tractat de ſumma Beatorum felicitate , ſummoque bono : de remuneratione ſpiritali , & quare nulla promittantur in Lege bona æterna , ſed omnia temporalia , & materialia : De Deo ad mentem Græcorum Theologorum , & quare Deus non ſit סוף *Soph* , i. e. finis , nec קצה *Katſeh* , i. e. extremum , nec חק *Chek* , i. e. medium , nec גבול *Ghebul* , i. e. terminus , nec עמידה *Aamidah* i. e. ſtatio , nec ישיבה *Jeſcibah* , i. e. ſeſſio , nec הלכה *halicah* , i. e. ambulatio , nec עליה *Aaliah* i. e. aſcenſus , nec הירדה *hajeridah* , ſeu deſcenſus ; ſed ſola חפץ *Chephets* i. e. voluntas ; & ראשון *reſcion* , i. e. principium . Init. fol. 525. a terg. אמרתי ללבי ענין זכרתי רב הבריות

XIII. *Liber* inſcriptus ס"עקלות SEPHER AAKULOTH , non vero *Acimoth* , ut in titulo ſcribitur , hoc eſt , de Obliquis , ſive tortuoſis . Myſteria explicat eorum , quæ ſacris habentur in Bibliis de quorundam characterum inuſitata delineatione , quam עקלה *Aaklah* vocant , i. e. tortuoſam . v. g. Quare , inquiunt , tortuoſa ſit litera נ *Nun* in tribus hiſce vocabulis נעשה בצלמנו ובדמותנו *Naaſce betſalmenu ubedmuthenu* , i. e. Faciamus hominem , ad imaginem noſtram , & ad ſimilitudinem noſtram ? Reſpondent , ſic a Spiritu Sancto factum , ut tortuoſitate literæ *Nun* tortuoſitas animæ hominis , quam incurrit ob peccatum originis , quod *tortuoſum* vocant , propter peſtilentem tortuoſi ſerpentis ſibilum , ſatis aperte monſtraretur , ejuſdemque ſignaretur ardentiſſima , & amore plena peccati remiſſio , per eandem literulam , quæ

quum

quum characteristica sit, notaque numeri Quinquagesimi, quem de remissione dicunt, ejus tum figura, tum numerus præfatum explicarent mysterium. Init. fol. 531. *Et dixit Heloim faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.*

XIV. *Liber* de הפוך HIPHUC, hoc est Conversione argumenti. De variis differit Scripturæ Sacræ דרכים *Derachim*, viis, seu modis, quibus varii illius sensus inter se convertuntur & explicantur. In eo etiam non pauca enodantur mysteria de creatione hominis: de insulatione animæ in ipsum: de Christi incarnatione, ejusque adventu; & quare in nascendo masculus oriatur faciem habens deorsum, femina vero seorsum? Initium fol. 542. a terg. *Conversio autem hapbuch est, quando in uno loco narrat textus.*

XV. *Liber* סוד רזי סמוכים SOD RAZE SEMUCHIM, i. e. *Secretum Arcanorum unitorum* inscribitur, authore R. ELEAZARO MINORE, de quo supra. Argumentum hujus Libri nos latet; ex eo enim nonnisi Præfationis partem, & quidem exiguam in nostro Codice habemus; cujus init. fol. 550. a terg. אנך להשתחות ערוך זוכר רחמיך הגדולים קרבתך טובה ·

Apographum hujus Codicis, quem non immerito ad decimum sextum Christi seculum referas, laudat Jac. Gaffarellus in Indice Codicum Cabbalisticorum Mss. quibus est usus Jo. Picus Comes Mirandulanus, Parisiis Anno Christi 1651. in 8. impresso, & denuo recuso ad calcem Tomi I. Bibliothecæ Ebrææ Jo. Christophori Wolfii; unde synopsim Codicis nostri depromsimus, additis una cum nomine Authoris, nempe R. Eleazari Minoris Wormatiensis, & Flavii Mithridatis interpretis, singulorum librorum initiis, quæ Gaffarellus prætermiserat.

C X C.

CODEX in fol. chartaceus, foliis constans 496. partim Latinis, partim quadratis Ebraicis literis & sermone exaratus; quo continentur,

Libri XI. Cabbalistici ex Ebraica lingua in Latinam a *Flavio Mithridate* redditi, quorum

I. LIBER COMBINATIONUM inscribitur; ubi de variis literarum Ebraicarum combinationibus, & transpositionibus, quæ nomina & adtributa Divina constituunt, differitur. Init. fol. 1. *Dico ego opera mea Regi benedicto, Amen. Saul frater meus.*

II. EXPOSITIO SECRETORUM PUNCTATIONIS. Tractat de notis vocalibus Ebræorum, earumque figura & virtute. Init. fol. 90. a terg. *Ostende mihi Domine viam Sanctorum tuorum,*

III. BREVIS SUMMA CABBALÆ, R. Judæ adscripta, & quindecim propositionibus, seu commatibus Biblicis comprehensa. Init. fol. 120. a terg. *Prima: Dilexisti justitiam, & odisti impietatem; ideo.*

IV. DE REVOLUTIONIBS CCXXXI. PORTÆ ALPHABETI, sive literarum Ebraicarum, imperfectus; uti ex hocce interpretis monito liquet, quod f. 165. ad calcem legitur: *Hic liber non est completus, & sic scribitur in Hebraico;*

quia

quia non invenit, plusquam scripsit. Sic facio ego. Init. fol. 132. a tergo. *Dirige, me Domine, per viam mandatorum & statutorum tuorum*.

V. QUÆSTIONES XI. CUM SUIS RESPONSIS DE DECEM SEPHIROTH, seu Numerationibus, quæ Deo tribuuntur. Init. fol. 165. *Si petierit quis; qui me debet cogere, ne credam*.

VI. LIBER CORONA NOMINIS BONI, *quem tradidit ore ad os primus* R. ABRAHAM DE COLONIA *Discipulis suis, in quo exponit magnum nomen Tetragrammaton*. Exstat hic liber Ebraice inferius in Cod. CCCXLIX. num. 2. ubi author *filius Acsildar* cognominatur. Initium fol. 173. a terg. *Cum lotus intret homo ad Sanctuarium, Anima purificata*.

VII. R. ASCER, *De expositione nominis Tetragrammati*. Init. fol. 186. *In nomine Jod he vau he Dei Sancti. Secretum Jod*.

VIII. LIBER DE SECRETIS LEGIS MANIFESTATIS, *editus a Sancto Doctore* R. MOSE GERUNDENSI, Nachmanide scilicet. Initium fol. 207. *Dixit Moises filius Nachman, servus Servorum Dei, Gerundensis, Benedictum nomen Creatoris*.

IX. DE RADICIBUS, seu terminis CABBALÆ; ubi Alphabetum Ebraicum Cabbalistice exponitur, authore R. ISAAC FILIO MOSIS *Gerundensi Hispano*. Init. fol. 222. *Dixit Isaac filius Moisi Sanctissimi Servi Dei Gerundinen. Quicumque vult*.

X. DE SECRETIS ORATIONUM ET BENEDICTIONUM, sive Commentarius in Mysteria, quæ in Benedictionibus, seu Judæorum precationibus continentur; cujus in clausula fol. 336. hæc interpretis epigraphe habetur: *Hic liber non est completus, & sic est in Ebraico: Non inveni plusquam scripsi* Initium fol. 275. a terg. *Benedicatur, & extollatur, ac collaudetur nomen omnipotentia. Qui est unus*.

XI. LIBER DE SECRETIS LEGIS, sive Commentarius Cabbalisticus in mysteria, quæ in libro Directore Perplexorum Maimonidæ continentur; authore R. ABRAHAM ABUL-APHIA Hispano, quem Sabbathæus in 'שׂ pag. 5. num. 114. Abraham בולעפיא mendose adpellat. Subdividitur in tres libros, quibus anteit Præfatio generalis, una cum expositione XXXVI. *Secretorum*, quæ a *R. Mose Maimonide* moribundo tradita, atque revelata perhibentur; cujus init. fol. 336. a terg. *In nomine Dei Israel intendo scribere expositionem triginta sex Secretorum*.

Liber I. *Via Vitæ* inscriptus, quatuordecim Secreta complectitur, quorum 1. *de imagine* & *similitudine*. 2. de *æquivocatione Nominis filii*. 3. de *mysterio Sedis*. 4. de *visitatione* & *memoratione*. 5. de *principio & caussa*. 6. de *Angelo & intelligentia*. 7. de *ante, & retro*. 8. de *Vita, seu immortalitate Animæ*. 9. de *alis*. 10. de *nomine qualitatis*, seu adjectivo. 11. de *nomine essentiæ*. 12. de *verbo, & proximis ejus*. 13. de *potestate equitantis*. 14. de *confusione Religionum, seu Opinionum*. Init. fol. 342. a terg. *Via vitæ sursum ducit intelligentem ad removendum eum ab inferis inferioribus*.

Liber II. *Fons aquæ vivæ*, vel *Fons vitæ*, sistit duodecim Secreta, quorum. 1. de *actu, & potentia*. 2. de *vera laude*. 3. de *influentia*. 4. de *innova-*

novatione Mundi. 5. de *opere Geneseos*. 6. de *Cælo & terra*. 7. de *invocatione, & impositione Nominis*. 8. de *Lapidibus marmoreis claris*. 9. de *aquis superioribus*. 10. de *Paradiso Eden & arboribus suis*. 11. de *solemni Sabbatho, & die Remissionis*. 12. de *Prophetia*. Initium fol. 416. *Sapientis lex fons vitæ est ad removendum eum ab offendiculis & laqueis*.

Liber III. *Monimenta vitæ*, perperam ex oscitantia bibliopæi compactus, & fine mancus, tractat de decem Secretis; videlicet. 1. de *Secretis Legis*. 2. de *opere currus*. 3. de *materia, & forma*. 4. de *bonorum & malorum finibus*. 5. de *fine formationis*, seu *Creationis*. 6. de *scientia Dei, & providentia ejus*. 7. de *tentatione*. 8. de *ratione Præceptorum*. 9. de *narrationibus Legis*. 10. de *Cultu & Religione Dei ex amore & charitate*. Init. fol. 445. *Auris audiens monimenta vitæ. In medio secretum commorari potest. Via vitæ est*.

Is Codex decimosexto Christi seculo videtur exaratus.

CXCI.

Codex in folio, chartaceus, foliorum 341. partim Latinis, partim Ebraicis quadratis literis & sermone exaratus; ubi continentur,

Tractatus XI. Cabbalistici, ex Ebraica lingua in Latinam conversi a Flavio Mithridate; videlicet,

I. Anonymi COMMENTUM IN SEPHER JETSIRÆ i. e. *Librum de Creatione*, qui Abrahamo Patriarchæ falso adtribuitur. Init. fol. 1. *Mirabilia i. tecta, cooperta & occulta*.

II. Ejusdem aliud COMMENTUM IN SEPHER JETSIRÆ. Init. fol. 12. *Scias quod auctor vocavit nomen hujus libri Sepher jesiræ*, i. *volumen formationis*.

III. Ejusdem aliud COMMENTUM IN SEPHER JETSIRÆ, cum expositione Alphabeti Ebraici, secundum placita Cabbalistarum. Initium fol. 26. a terg. *Decem numerationes sine aliquo*. XXII. *literæ fundamentales*.

IV. Ejusdem aliud COMMENTUM SEPHER JETSIRÆ. Init. fol. 39. *Triginta duabus viis, unde procedunt decem Numerationes*.

V. Ejusdem COMMENTUM VOLUMINIS DE PROPOSITIONE DIVINITATIS, sive de Divinis nominibus, eorumque constructione. Initium fol. 43. a terg. *Attribuit Auctor primam portam nomini Elahuth*, i. e. *Deitatis*.

VI. R. JUDÆ, FILII R. MOSIS, FIL. R. DANIELIS, EXPOSITIO DECEM SEPHIROTH, Numerationum, sive Nominum Divinorum, quorum 1. dicitur *Corona*. 2. *Sapientia*. 3. *Intelligentia*. 4. *Pietas*, seu *Magnificentia*. 5. *Timor*, vel *Potentia*. 6. *Gloria*. 7. *Victoria*. 8. *Decor*. 9. *Fundamentum*. 10. *Regnum*. Initium fol. 60. a terg. *Dixit Jehudas, hæc sunt in forma universalis cognitionis universalia argumenta*.

VII. PORTÆ JUSTITIÆ, titulo desumto ex Ps. CXVIII. 19. sive Tractatus de licito usu matrimonii, in Præfationem, & quinque Capita distinctus.

Præfatio incipit fol. 109. *Benedicat te Dominus, & custodiat te, Frater, cum sis diligens*,

Cap. I. *De Mysterio Copulationis*. Initium ibidem. *Scias, Fili mi, conservet te Deus, Populum Israelitarum esse*.

Cap. II. *De quidditate Copulationis*. Init. fol. 110. *Scias, quod copulatio cum uxore, est sanctificatio & munditia*.

Cap. III. *De tertia via, quæ est tempus Copulationis*. Init. fol. 112. a t. *Dixit Deus Sanctus & benedictus in Lege, non esse diminuendum uxori panem*.

Cap. IV. *De alimento conveniente Copulationi*. Init. fol. 114. a terg. *Notum est, quod secundum alimenti sumtum, & ejus naturam*.

Cap. V. *De intentione Copulationis*. Init. fol. 116. *Debes & scire secretum magnum, quod dicunt Doctores nostri*.

Cap. VI. *De qualitate Copulationis*. Init. fol. 119. a terg. *Quicquid tibi superindicavi, poteris conjungere cum sequentibus*.

Author hujusce Opusculi ignoratur; attamen Sabbathæus in ש״י duplicem hujus tituli librum memorat, alterum Anonymi Cabbalisticum, alterum itidem Cabbalisticum a R. Josepho Karnitol exaratum, & editum Rivæ Tridenti Anno Christi 1561. Addit & Wolfius ex Catena Traditionis tertium, quem R. Josepho filio Abrahami fil. Deth, vel Daiith, seculo XVI. ineunte claro, adscribit. Porro Ebraicum hujusce versionis apographum habes inferius in Codice Urbinate-Vaticano XXXI. num. 6.

VIII. R. MOSIS FILII SCEM TOU LEGIONENSIS, HISPANI, LIBER SECRETORUM QUORUNDAM PRÆCEPTORUM LEGIS, cum expositionibus Secreti septem Benedictionum, & Operis Geneseos, ex Epistolis ejus responsivis exceptus, ut in fine adnotatur. Init. fol. 121. a terg. *Mysterium libri fœderis, qui legitur in auribus populi*.

IX. Ejusdem, ANIMA SCIENTIÆ, Liber Cabbalistico-moralis, in Præfationem, & sex Partes distributus, jam Ebraice typis consignatus, quem author composuit Anno Mundi 5050. i. e. Christi 1290. ut idem in Præfat. fol. 128. lin. 13. testatur. Porro Præfatio incipit fol. 126. a terg. *Dixit Moses filius Scem tob, videns desiderium animi tui*.

Pars I. *De Mysteriis Animæ*, incipit fol. 128. a terg. *Secretum animæ dividitur in tres Partes*.

Pars II. *De Secreto Animæ postquam exit de corpore, ut sciat cujus est, & relinquat hoc indumentum indutum in hoc mundo*. Initium fol. 132. a terg. *Scias quantum difficile est apud omnes naturales*.

Pars III. *De Secreto pœnarum animarum in inferno inferiore*, & quid sit Gehenna inferior. Initium fol. 139. a terg. *Scire debes, quod Gehenna inferior se habet instar Gehennæ*.

Pars IV. *De Secreto venturi seculi*. Initium fol. 144. *Omnis Israël habet partem in seculo venturo*.

Pars V. *De Resurrectione mortuorum, & ejus secreto*. Initium fol. 150. *Totam hanc partem ad unguem scripsi in libro vocato Doctrina scientiæ*.

Pars VI. *De Fundamentis Fidei, & Religionis*: ubi de Secretis *Flaminis*, *Philacteriorum*, *Sabbathi* & solemnitatis *Umbraculorum*, seu *Tabernaculorum*; *cordis Palmæ* & *Citri*; *Circumcisionis*; *Etherogeneorum*, nempe vestimentorum

torum

torum lana & lino contextorum; *Leviri*, & *discalceationis*: *Carnis cum lacte*; nominis *Joakim*, *Joaz*, *Saraph*; Illorum qui conjugati sunt cum *Moabitis*, *habitatorum panis*, *& plantarum sepis*; *Jacob* volentis revelare terminum filiis; *Albæ*, seu Lunæ diminutæ; dicti Rabbinorum: *Non sufficit piis, qui faciunt monetam meam plumbeam secundum quod defatigant, me formare formam Mamzer*, i. e. spuriorum, vel alienorum; de Secreto, quare *consummati sunt*, dicitur ter; de Secreto dicti Rabbinorum de illis, qui intrarunt in *Paradisum*, & inde exiverunt; de Mysterio *septem lucernarum Candelabri*; *Benedictionis cibi*; & *Calicis benedictionis*. Initium fol. 154. a terg. *Partes ejus sunt secretum Flaminis, Philacteriorum, & formæ eorum*.

X. *Liber* PORTA SECRETORUM inscriptus, sistit expositionem Cabbalisticam in Psalmum XVIII. *Cœli enarrant Gloriam Dei*; adjecta Oratione Pauperis, quam *Jathom* dicunt; authore R. THEODORO DE TOLETO, qui huic Operi postremam manum imposuit Anno Christi 1248. ut in fine fol. 287. a terg. adnotatur, hisce verbis: *Finit Liber, qui dicitur Porta Secretorum, Rabi Theodori de Toleto, editus anno 5008. a Creatione Mundi*; *Mythridate interprete*. Bartoloccius & ex eo Wolfius, Theodorum nostrum Levitam *Narbonensem* vocant. Initium fol. 208. a terg. *Dixi sapere, & ponere ori meo frænum, tacere, & occultare*.

XI. LIBER BAHIR, i. e. illustris, seu Elucidarium Cabbalisticum imperfectum, ubi de Cabbala profundissime, ut & de nominibus Divinis exponitur; authore R. NECHONIA FILIO KANA, quem Judæi Anno Mundi 3720. circiter, i. e. 40. annis ante natum Christum vixisse existimant. Vide Wolfium Bibl. Ebr. Tom. I. num. 1687. ubi hujus libri ætatem ad finem seculi XIII. referendam esse demonstrat. Initium fol. 288. *Dixit R. Nechonias filius Accanac, textus unus dicit, nunc autem non*,

XII. R. JUDÆ FILII R. MOSIS ROMANI *Commentum super Opere Geneseos*, sive Creationis, fine mutilum. Initium fol. 338. *In principio creavit Deus Cœlos & Terram. Dixit Judas Commentator*.

Is Codex eadem, qua præcedens, manu conscriptus est, atque adeo ad decimumsextum Christi seculum videtur referendus.

CXCII.

Codex antiquus in fol. chartaceus, foliis constans 147. charactere Rabbinico descriptus; quo continetur,

Anonymi *Tractatus Cabbalisticus*, nondum, quod sciam, editus, in tres libros distributus, variisque adnotatiunculis a calligrapho illustratus, qui & dedita opera librorum ordinem invertit; ut ex ejusdem epigraphe ad calcem adposita, quam mox proferemus, liquet.

Liber tertius, cujus titulus מעשה בראשית MAASSE BERESCITH, *Historia de Creatione*, seu de operibus sex dierum, Capitibus XV. absolvitur, quorum

I. הפרק הא' בנהרות ובנן *De quatuor fluminibus Paradisi*. Initium fol. 1. דבר' רבינו בתורה ובנביאים יתבאר בהם שהם משל.

II. פ'ב' בארם וחוה והנחש *De Adamo, Eva, & Serpente*. Init. fol. 4. a t. ידוע כי החומר יקרא בלשון נקבה על כל.

III. פ'ג' בצלם ודמות *De imagine, & similitudine Dei, secundum quam homo fuit creatus*. Initium fol. 8. a terg. ידוע כי מהכרח מציאות המוצא צורתו

IV. פ'ד' בעץ הדעת *De ligno scientiæ boni & mali*. Initium fol. 12. רבים יחשבו שהוא פרי כפשוטו ואם כן לא היה טעם.

V. פ'ה' בשומרי הגן ובעץ החיים *De Cherubino ad custodiam ligni vitæ posito*. Init. fol. 21. a terg. ידוע בכמה מקומות כי הילידה תאמר על ענין המחשבה

VI. פ' ששי בתולדת האדם *De Generationibus Adae*. Init. fol. 30. a terg. כבר התבאר מדברינו שמצד עצם החרב שבו יתמנו.

VII. פ'ז' בתולדות נח ובדבר המקלות *De generationibus Noë*. Init. fol. 36. a t. והרועים וידבר תחלה בשלשת מלאכי השרת.

VIII. פ'ח' בזכרון קצת הנדות בהו א'ר'אש *De Virgis*, quas recenset Zacharias Cap. XI. 7. *Et assumpsi mihi duas virgas, unam vocavi decorem, & alteram vocavi funiculum* &c. Deque *Pastoribus* ibidem memoratis; ubi exponuntur variæ de primo homine Rabbinorum veterum sententiæ. Initium fol. 39. אשר יאות הנה היה ר' מאיר אומר אדם הראשון משל העולם הוצבר

IX. פ'ט' נ' המה נפלאו ממני Explanat Cap. XXX. Proverbiorum a commate 18. *Tria sunt difficilia mibi, & quartum penitus ignoro*, usque ad finem. Init. fol. 44. a terg. וארבעה לא ידעתים אין להבין דברים כפשטן

X. פ' י בבריאה *De creatione Mundi*. Init. fol. 46. ביום הראשון נבראו יחד השמים וכוכביהם והיסודות.

XI. פ'י'א' בהנדות הבריאה *De iis, qui eandem Mundi creationem præcesserunt*. Init. fol. 57. a terg. פ' במקום שנהנו ז' נבראו קודם שנברא העולם אלו

XII. פ'י'ב' ברקיע שנעשה ביום ב *De Firmamento Cæli secunda die condito*. Initium fol. 60. a terg. רקיע שב משותף לגלגלים ולרקיע שנעשה בשני

XIII. פ'י'ג' בגדול עוג וכחו *De magnitudine corporis & fortitudine Ogh Regis Basan*, de quo mira fabulantur Talmudistæ. Initium fol 68. a terg. ידוע ישתוה עצמם וכחה ושווי תנועתם ומיני.

XIV. פ'י'ד' בחיי דורות הראשונים ובחיי אליהו *De grandævitate hominum ante diluvium*, deque vita Eliæ Prophetæ. Init. fol. 71. ובביאור ויהי כי החל האדם

XV. פ' י'ה' פי' דברי אגור בן יקה Explicat primum comma Capitis trigesimi Proverbiorum: *Verba congregantis filii vomentis*. Initium fol. 76. ראיתי להבו בכאן מספר משלי ומה שיבוא.

Liber I. מעשה מרכבה MAASSE MERCAVA, idest, *Opus quadrigæ*, quo declarantur visiones Isaiæ, & Zachariæ cum oratione Habacuc. Ejus Capita sunt septem, quorum

I. פ' א' בהצעה למעשה מרכבה Loco Præfationis agit de *Visionibus* in genere, fine mancum. Init. fol. 84. ידוע כי הנמצאים על נ' מדרגות

II. פ'ב' במראות ישעיה *De Visione Isaiæ* Cap. VI. & *Cantico Habacuc*, Cap. III. principio mutilum. Init, fol. 85. כמו שפי" ז'ל' כי לא יראני אדם

III. פנ" באיכות השגת אליהו *De qualitate Prophetiæ & Revelationis Eliæ*. Init. fol. 90. a terg. וירא ויקם נ'ב' וילך אל נפשו ויבא באר שבע

IV. פ'ד' כתואר החיות De *Visione & Animalibus* Ezechielis, Cap. I. Init. fol. 93.

fol. 93. ויהי בשלשים שנה ברביעי בחמשה לחדש ואני

V. פ' ה' באופנים De *Rotis* ejusdem visionis. Init. fol. 100. a terg. אמר כי מראה האופנים ומעשיהם כעין תרשיש.

VI. פ'ו' במה שהוא על החיות De *iis, quæ capitibus Animalium erant imposita*. Init. fol. 101. a terg. אמר ודמות אל ראשי החיה רקיע כעין הקרח

VII. פז' במראות זכריה De *Visionibus Zachariæ* Prophetæ. Init. fol. 104. a terg. היה דבר יהיה אל זכריה ברכיהו בן עדוא הנביא לאמר

Liber secundus שער ההגדה SCIAAR HAGGADA, *Porta allegoricarum* Historiarum; ubi omnes Rabbinorum historiæ, quæ fabulosæ videntur, quæque præsertim Cap. I. Codicis Talmudici בבא בתרא *de Porta postrema*, de venditione navis ex Rabba bar bar channa, deque fluvio Sabbathione, seu Sabbathico, prædicantur, allegorice exponuntur. Initium fol. 109. יודע לך כי חכמה יונית הוא שתי מינין המין הא'.

Is Codex scriptus est Anno Christi 1315. ut hæc ostendunt calligraphi verba, quæ fol. 147. ad calcem leguntur: והנני מתודע לפני כל חכם לב כי לזמן קרוב שעשיתי טופס זה הספר שנותי קצת מאמרהם והחלפתי סדר מעניינים ותקנתי קצת עניינים רבים והוספתי וחדשתי בו דכתב רבים לפעם אחר פעם ונשלם לי במדינת אופירי בסוף ה' אלפים ע' ה' ליצירה : והסימן הן ליי' אלהיך וגו' הנה השמים ושמי השמים לא יכלכלוך : ונודע לי כי בתוך זמן זה העתיקו אנשים רבים מן הספר הזה והנני מחלה כל מי שנפל בידו אחת מן הנסחאות הראשונות שיתקננה בזאת הנוסחא האחרונה וכו' ברוך נותן ליעף כח ולאין אונים עצמה ירבה *Et ecce notum facio omnibus sapientibus, me intra breve tempus hocce exemplar descripsisse, & in alium ab authographo ordinem digessisse, adjectis passim adnotatiunculis, ut scilicet materiæ aptius responderet. Complevi autem illud in civitate Ophiri*, forte Afeira, vel Laucobrica Portugalliæ, *Anno a Creatione Mundi 5075. exeunte, cujus signum: Ecce Cælum & Cæli Cælorum te non continent*, III. Reg. VIII. 27. *Interim vero non pauci illud juxta meam emendationem exscripsere. Absit quidem, ut reprehendam eos, qui antiqua exemplaria a meo discrepantia possident; eos tamen precor, ut illa ad hocce apographum meum conforment. Benedictus qui dat lasso fortitudinem, & qui non sunt, fortitudinem multiplicat.*

C X C I I I.

CODex in fol. chartaceus, foliis constans 95. charactere Rabbinico exaratus; quo continetur,

ספר שערי אורה מהריג" HARRIG, idest, R. Josephi Gikatellæ, Hispani, SCIAARE ORAH, *Portæ lucis*. Liber plane Cabbalisticus, quo universa ferme secretior Judæorum Theologia de decem ספירות *Sephiroth*, numerationibus, seu nominibus & adtributis Divinis comprehenditur. De eo fusius infra in Codice Urbinate-Vaticano XXXI. Initium fol. 1. אתהיל לכתוב ספר הנקרא אורה : שאלת ממני ידידי נפשי.

Is Codex scriptus est Anno Christi 1547. ut ex hisce librarii verbis liquet, quæ ad calcem fol. 95. a tergo leguntur: השלמת הספר הלז היה פה רומי

רומי לתשעה עשר לחדש נויומברי שנת אלף וחמש מאות וארבעים ושבעה לביאת משיחנו :
ובחמשה ימים לחדש תשרי שנת חמשת אלפים ושלש מאות למספר בני ישראל :
ובשנת שלש עשרה שנה לשבת האפיפיור יר״ה פאולו טירצו ממשפחת הפירנסי
על כסא מלכותו ע״י הצעיר ממולדתו פאביאו רנוני מנטובנו שנתגייר אשר מלפנים
בישראל שמו היה אלישע מזרע האדומים וכשם שזכיתי להשלים החפץ הזה כן
יזכני השם ית׳ למען רחמיו והסדיו הרבים להתחיל ולהשלים שאר ספרי הקדש אשר
כוונתי לעתקם בעד הליבררייאה למען קדושת שמו א׳כ׳י׳ר׳ ב׳נ׳ל׳ך׳ *Completus est liber iste heic Romæ die* 19. *Novembris anno ab adventu Christi nostri* 1547. *juxta æram vero Israëlitarum die* 15. *mensis Tiscri , Anno* 5308. *Pontificatus Pauli III. e Familia Farnesiorum , anno decimotertio ; manu humili loco nati Fabii Ranucii , Mantuani , Neophyti , antea in Israël Elisæi e familia Adomim ,* idest de Rubeis , *nuncupati . Et quemadmodum dignus fui , qui perficerem hanc gemmam , sic me Deus dignum reddat pro sua bonitate & multitudine misericordiæ suæ , qui incipiam , & absolvam alios libros sanctos , quos ad usum Bibliothecæ exscribendos constitui ; ut sanctificetur nomen ejus , Amen .* Porro Ranuccius ille Ebraicæ linguæ in Vaticana Bibliotheca Scriptoris munere tunc temporis fungebatur .

CXCIV.

Codex in folio , chartaceus , foliorum 103. Rabbinicis literis longe elegantissimis exaratus , olim Palatinus . Ibi continentur ,

Symmicta Cabbalistica , tribus columnis disposita , ex *R. Akiba* , & *R. Simeone Jochaide* , ut in fine adnotatur , decerpta ; videlicet ,

1. פירוש על שם עב״ אותיות PERUSC AL SCEM SCEVIIM USCETHAIM AOTHJOTH , *Expositio Divinorum nominum* , quæ ex combinationibus *septuaginta duarum literarum* , quibus constant commata 19. 20. & 21. Capitis XIV. Exodi a Cabbalistis eliciuntur ; de quibus consule Bartoloccium Tom. IV. pag. 232. ubi ea nomina recenset , & artem , qua eadem nomina colligunt , edocet . Initium fol. 2. a terg. אלהים משמים השקיף על בני אדם ונו׳ כי אם בזאת התהלל

2. סוד אותיות SOD AOTHJOTH , *Mysterium Alphabeti* , sive tractatulus de forma & figura literarum Ebraicarum , Cabbalisticus . Initium fol. 36. אלף מורה כתר עליון וציורו כולל ג׳ מדות חכמה ובינה ·

3. סוד שם היחוד SOD SCEM HAJECHUD , *Mysterium nominis unitatis* , sive Commentarius in textum Mosis : *Audi Israël , Dominus Deus noster , Deus unus est* . Initium fol. 65. a terg. שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד דע והבן סוד

4. פי׳ על הגדה של פסח PERUSC AL HAGADA SCEL PESACH , *Expositio in narrationem mysticam de Paschate* , sive instructionem de ritibus in Paschali festo rite celebrando receptis , quæ sub initium festi Paschatis publice in Synagogis prælegi solet . Initium fol. 82. ליל ראשון של פסח דומה לכלה בכניסתה

5. סוד אילן האצילות SOD ILAN HAATSILUTH , *Arcanum Arboris vitæ* , sive *expositio in decem Sephiroth* , Numerationes , seu adtributa Divina , quæ memoriæ juvandæ gratia in figuram arboris descripta sunt ; unde tituli ratio . Vide Bartoloccium Tom. IV. pag. 535. ubi ejusdem arboris figuram exhi-

exhibet. Initium fol. 88. a terg. ישמח באילן טוב וכו' ויטע אשל בבאר שבע ויקרא

Folium num 98. ſignatum ex oſcitantia Bibliopæi perperam præfato Arcano Arboris vitæ compactum eſt; ſpectat enim ad Tractatum de ſeptem climatibus Mundi, quem heic deſideramus. Porro in fine Codicis, fol. 103. hæc a calligrapho adnotata reperias זה הספר נשגב ונורא בחכמת הקבלה מר' עקיבא ור' שמעון בן יוחאי תלמידו ז'צ'ק'ל *Liber hic excelſus & formidabilis in ſcientia Cabbalæ excerptus eſt ex R. Akiba, & Simeone filio Jochai, ejuſdem R. Akibæ diſcipulo: memoria juſti in benedictionem.*

Is Codex ad decimumquintum Chriſti ſeculum videtur referendus.

C X C V.

Codex in fol. chartaceus, foliis conſtans 475. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. Fragmentum רבות RABBOTH, ſive *magnarum expoſitionum* veterum Rabbinorum in *Pentateuchum*, & *quinque Volumina*. Initium fol. 1. י'ת' שמו של ה'ב'ה' שברא את העולם בחכמה שנא' יהוה בחכמה.

2. אגרת ששלח ר' האי גאון אל רבני אי ארנלק R. HAI GAON, ultimi ex Gaonitis, quorum claſſis per annos 448. duravit, IGGHERETH, *Epiſtola* didaſcalica, ad Rabbinos incolas inſulæ *Arlanak*, quam Judæi in India ad extremitatem maris occidentalis conlocant; ubi de precatione עלינו לשבח *Super nos ad laudandum*, a prioribus duabus vocibus ſic nuncupata, quam Judæi, e Synagoga eggreſſuri, recitare ſolent, potiſſimum exponitur; hactenus inedita. Initium fol. 7. a terg. החכמים הנבונים בעלי שכל וחכמה הר' נתן והר' שלתיאל והר' קלנומוס.

3. ספר הקנה LIBER KANA, alias הפליאה HAPPELIA, *Admirabilis* inſcriptus; ubi Cabbaliſtice exponitur Sectio *Bereſcith*, In principio, ſeu prima Geneſeos, quæ ſex priora ejuſdem libri Capita complectitur; authore R. NACHUM FILIO KANA, ſive, ut placet Wolfio, *R. Elkana filio Jerucham, filii Avigadoris*, quem ante Templi II. vaſtationem vixiſſe, Judæorum Chronologi adfirmant. Init. fol. 9. בראשית ברא אלהים וכו' כשעלה משה למרום

Is Codex ante Annum Creationis Mundi 5244. Chriſti 1484. exaratus eſt, quippe qui eo anno die 24. menſis Sivan, Maii, venditus, ad calcem, fol. 475. a terg. dicitur, Conſtantinopoli a אלמנת בר יוסף אבן שם טוב הספרדו *vidua filii Joſephi, filii Scem Tou, Hiſpani*, cuidam Judæo, cujus nomen abraſum eſt.

C X C V I.

Codex antiquus, in fol. partim chartaceus, partim membraneus, foliorum 157. Rabbinicis literis conſcriptus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. ספר מאירת עינים SEPHER MEIRATH ENAIM, *Liber Illuminans oculos*, ex Prov. XXIX. 13. ſive novæ eæque Cabbaliſticæ in Pentateuchum obſervatio-

vationes, nondum editæ; authore quodam *Discipulo R. Salomonis filii Addereth*; ut colligere est ex hisce verbis, quæ passim in hoc opere occurrunt: כך היה אומר מורי ורבי הרב הרשבא *Sic ajebat Dominus & magister meus Harisba*. Ita præfatum R. Salomonem per compendium literarum vocant. Illum autem fuisse *R. Bechai ben Ascer*, *Cæsaraugustanum*, הדיין *Hadajian*, Judicis nomine inter suos circa annum Mundi 5051. Christi 1291. clarum, ex styli similitudine arbitratur Bartoloccius.

Præit Præfatio generalis, ubi de decem *Sephiroth*, seu numerationibus Cabbalisticis præcipue differitur. Init. fol 1. בשם המשכיל לכל המשכילים מאציל

Genesis incipit fol. 5. a terg. בראשית אמר הרמבן זל" והטעם נתיבת

Exodus, fol. 35. a terg. וירא אלהים את בני ישראל דע כי הראייה

Leviticus, fol. 73. ויקרא : ויקרא אל משה וגו' דע חוא כמו

Numeri, fol. 100. הרם זל" הביא כאן דברי רא" זל"

Deuteronomium, fol. 112. a t. אלה הדברים כי המשפט לאלהים הוא כטעם

2. סוד כיסוי הדם SOD CHISUI HADAM *Secretum mactandorum volatilium, eorumque Sanguinis integendi*. Init. fol. 140. a t. למה צוה ית' בשחטו כסות דם

3. גדול כחו של העונה אמן *De merito magno*, quod sibi acquirit, qui post recitationem Orationis *Sanctus* AMEN respondeat. Initium ibid. מציותי בפי' הקדיש בענין שאמ' זל' כל העונה אמן יהא שמיה רבה וכו'

4. פירוש על מצות לא תעשה PERUSC AL MITSUOTH LO THAASSE, *Expositio in Præcepta Legis negantia*, quorum Index principio præfigitur, duabus columnis disposita. Titulus, & Authoris nomen desiderantur. Init. fol. 142. a terg. לא יהיה לך אלהים אחרים כנגד זעיר אנפין

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

CXCVII.

Codex in fol. chartaceus, foliis constans 19. charactere Rabbinico descriptus; quo continetur,

Anonymi ספר השרשים SEPHER HASCIARASCIM, *Liber Radicum*, sive Tractatus de introductione ad scientiam Cabbalisticam; deque decem *Sephiroth*, seu numerationibus, quas Cabbalistæ, veluti radices esse, ac fundamenta omnium rerum creatarum, adserunt; Alphabetico ordine dispositus. Init. fol. 1. אות האלף מן הכתובים אלהיך יא" שהוא שם

In clausula Codicis, quem non immerito ad decimum quintum Christi seculum referas, fol. 19. hæc legitur adnotatio: תם ונשלם ע'י' אברהם יזויא בכמ'ר' מנחם ז'ל'ה'ה' מפלצא וכתבתיהו לחביבי היקר מ'ר' משה יזויא כמר יהודה צבי' הרופא ז'ל' יזכהו להגות וכו' *Absolutus perfectusque est hic liber manu Abrahami Jeziæ, filii Menachem de Ploza*, Poloniæ oppido. *Scripsi autem illum in usum dilecti mei, atque honesti* Domini *R. Mosis Jeziæ, filii Judæ Tsebi, Medici, cujus memoria in benedictionem. Deus illum reddat dignum, qui legat in eo*, &c. Hinc corrigendus Author Indicis Mss. Vaticani, qui calligraphum præfatum cum authore confundit.

Co-

CXCVIII.

Codex in fol. chartaceus, foliorum 216. literis Rabbinicis elegantissime exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

ספר קנה בן אבינדור LIBER KANA, FILII AVIGADOR, *fil. Nachum*, *ex familia R. Nechoniæ*, *ben Hakkana*, hactenus ineditus; ubi Cabbalistice agitur de Mirabilibus Secretis, & Mysteriis Divinæ Legis. Porro author in limine refert quandam visionem, sibi in somnis objectam, quam in caussa fuisse, quare hocce opus componeret, adfirmat. Ait enim: אמר הקנה בן אבינדור ממשפחת ר׳ נחוניא בן הקנה שבשנת ארבעת אלפים ות׳ק׳י׳א ליצירה ראה אבינדור חלום : שנאמר כלתך אשת קנה מעוברת ויולדת בן ותקרא׳ אותו נחום : ולא תהיה חכמה שלא תהיה מסורת לו מקרא תלמוד דקדוק חכמת המספר והכמות המדות וחכמת הכוכבים והמזלות וחכמת התולדה וחכמת הנפש מכיר בפרצופים מי הוא מגלגל ראשון שני ושלשי ועל מה הוא מגולגל והמסיב שומע שיחות דקלים : מבין צפצופי עופות מבין רנת נחשים ומכיר העשבים זכרים ונקבות ויהי היום והמליטה זכר : ויקרא שמו נחום בשם זקנו הראשון כי הוא הוא ומאותו היום ראיתי נוראות כי הוא הגיד נפלאות מהשם הנכבד המפורש ב׳ע׳ב׳ שמות היוצא מפי כהן הגדול : ובהיות הילד נחום בן שלשה שנים הכיר את בוראו : והתחיל לדבר על פסוק אנכי יהוה אלהיך שלשה ימים ונרתע אבי ז׳ל׳ וצעק בקול גדול והנה ג׳ אנשים באו והנער בניהם והיו אחד שחור ואחד לבן והשלישי ירוק והנער הון ליה ג׳ מראות קבועות בו : ואני בשראיתי אורם ברח דמי ממני : אך הילד נחום נתקרב אליהם ושאל כמה שאלות וטעמי המצות וסודות שמות הקודש וסודות נפלאות מהקבלה " Dixit Kana filius Avigador, fil. Nachum, ex Familia R. Ne-
„ chonia fil. Kana: Anno a Creatione Mundi 4511. *idest a Nativitate Do-*
„ *minica* 751. Avigador somnium vidit, eique dictum fuit: Nurus tua
„ Kanæ uxor uterum fert, parietque filium, cui nomen Nachum impones;
„ nec ulla erit sapientia, quæ ipsi non tradetur. Consultus quippe erit sacræ
„ Scripturæ, Talmudis, Grammaticæ, Arithmeticæ, Geometriæ, Astrono-
„ miæ, Astrologiæ, Physicæ, & scientiæ de Anima, cujus triplicem trans-
„ migrationem ex corporis phisionomia cognoscet. Palmarum sermonem
„ ex dactylorum concussionibus percipiet; uti & volucrum cantus, sibi-
„ lum serpentium, herbarumque sexum plane intelliget. Statuto autem
„ tempore illa peperit filium, quem ex nomine avi sui adpellavit Na-
„ chum; quod ejus animam eandem esse cum anima senioris Nachum exi-
„ stimaret. *Et sequitur*. Eodem quoque die plures aliæ visiones mihi fue-
„ runt objectæ. Porro ille mihi retulit mirabilia gloriosa Nominis Dei
„ expositi per septuaginta duo alia nomina, quæ a summo Sacerdote in
„ die Expiationis commemorari solent. Quum autem trium annorum puer
„ esset, integrum rationis usum adeptus est, scientiaque omni Divinitus
„ imbutus, cœpit mira facundia explanare comma illud, *Exodi* XX. 2. Ego
„ sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti de Domo ser-
„ vitutis. Nec loquendi finem fecit, quousque dies tres, totidemque no-
„ ctes effluxissent. *Et deinde*. Expavit enim vero Pater meus, & voce

„ ma-

„ magna exclamavit . Ecce autem tres viri adfuerunt , quorum primus „ vestibus nigris erat indutus , albis alter , luteis tertius . Puer vero in „ medio illorum adparuit , veste , ejusmodi coloribus distincta , amictus . „ Ut isthæc ego vidi , sanguinem amisi . Verum Nachum filius meus ad illos „ adcessit , eosdemque percontatus est de multis quæstionibus ad Legem , ejusque Præcepta pertinentibus „ . Quæ Postulata cum suis responsionibus habes in hoc libro , qui tamen fine mutilus est . Init. fol. 1. אמר קנה בן אבינדור בנו

Is Codex scriptus est Anno Christi 1476. ut hæc ostendunt calligraphi verba, quæ sub ejusdem Codicis initium leguntur: והנכם היום ככוכבי השמים לר'ו'ב' Completus est liber iste *Anno*: *Ut sitis hodie , sicut Stellæ Cæli in multitudine* , ex Deuteron. 1. 10. nempe a Creatione Mundi 5212. quam quidem summam conficiunt literæ , quibus constat vox Ebraica in *multitudine* , quæ , juxta Judæorum supputandi rationem , punctis desuper distincta est.

CXCIX.

CODEX in fol. chartaceus , foliis constans 351. Rabbinico charactere exaratus , olim Palatinus . Ibi continentur .

1. ספר הזהר SEPHER ZOHAR , *Liber Splendoris* , titulo desumto ex com. 3. Cap. XII. Danielis , inter Judæos æque ac Christianos tantopere decantatus , quem a ר' שמעון בן יוחאי *R. Simeone filio Jochai* discipulo R. Akibæ , in specu quodam , ubi per duodecim annos metu Hadriani Imperatoris delituerat , circa Annum Christi 120. non ante Christum natum , ut Sixtus Senensis lib. 4. Bibl. sine testimonio scribit , compositum fuisse , communis inter Judæos traditio est ; quamvis alii , ut author libri Juchasin fol. 42. & 52. R. Gedalias in Scialsceleth fol. 31. R. David Ganz in Tsemach David Par. I. fol. 42. Non ab ipso Simeone , verum septuaginta circiter annis post ejus interitum , ab ejusdem discipulis scriptum adserant ; qui præterea monent , minimam tantum hujusce libri partem exstare ; quum olim tantæ molis fuerit , ut nec camelus integrum portare potuisset . Vide Bartoloccium Par. IV. & Wolfium Tom. I. ubi varias ejus editiones recensent , & nonnulla ex eodem libro proferunt , quæ recentiorem ejus ætatem luculentissime ostendunt . Sistit autem ille commentarium Cabbalisticum in Pentateuchum , cujus tamen Sectiones quædam explicatione destituuntur ; ita quidem , ut hac occasione doctrina de Deo , ejusque essentia , & adtributis , ut & de Messia , Angelis bonis , & malis , Natura hominis , ejusque origine & statibus , una cum practicis quibusdam & ritualibus exponatur . In hoc tamen Codice hæc tantummodo habentur .

Expositio in *Leviticum* . Initium fol. 1. קמיא ומהנייין מיניה מאריהון דדינא

In Sectionem Exodi : ויהי בשלח *Et fuit in dimittendo* , a Capite , scilicet , XIII. 17. ad Cap. XVIII. 1. Initium fol. 217. a terg. ר' שמעון פתח תפלה לחבקוק הנביא על שגיונות .

In Sectionem Exodi: בא אל פרעה *Ingredere ad Pharaonem* , a Cap. X. 1. ad Cap. XIII. 17. Initium fol. 242. ויהי בחצי ר' חייא ור' יוסי הוו אזלו מאושא

In

In librum *Numerorum*, usque ad Sectionem חקת *Statutum*, Cap. XIX. 2. Initium fol. 252. a terg. באוהל מועד באחד לחדש השני וגו' ר' אבא פתח

In Sectionem Levitici, שמיני *Octavus*, a Cap. IX. 1. ad Cap. XII. 2. Initium fol. 339. והוי כולא חד מן דאיש תאר מן קרבנא ולאתכלא

2. Anonymi עניין התפלין ENJIAN THEPHILLIN, *Commentatio de Philacteriis*, manui & fronti adhibendis. Init. fol. 345. a terg. לריח שמניך טובים רב המנונא סבא הרי אינון אלין ימים טובים.

3. Anonymi פירוש על ג' ספירות PERUSC AL SCIALOSC SEPHIROTH, *Expositio in tres posteriores numerationes*, *Decus*, scilicet, *Fundamentum*, & *Regnum*, quæ Deo tribuuntur, Cabbalistica. Init. fol. 346. a terg. סבה ראשונה מהיצורים הננוחה שתי מדרגות.

4. Secretum, sive modus disperdendi classem hostium, navem tuam adgredi contendentium, futilis ac superstitiosus. Initium fol. 248. a terg. כשתהיות בים ותראה ספינות באות להלחם.

5. Anonymi EXPOSITIO Commatis I. Capitis IV. libri Geneseos, ubi de Sacrificio Abelis, Cabbalistica. Init. f. 350. a t. ברוך מלשון מבריך ומשופע

Is Codex, si posteriores tres tractatulos, nova manu additos, excipias, ad decimumquartum Christi seculum est referendus.

C C.

CODEX in fol. chartaceus, foliorum 250. Rabbinicis literis eleganter exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. Anonymi פי' על ספר יצירה PERUSC AL SEPHER JETSIRA, *Expositio in Librum de Formatione*, qui Abrahamo Patriarchæ falso adtribuitur; ut & in Sectionem *Berescith*, primam libri Geneseos, cum nonnullis institutionibus ad Cabbalisticam scientiam pertinentibus. Init. fol. 1. בראשית ברא אלהים כשעלה משה רבינו עליו השלום בהר סיני.

2. Fragmentum ספר יצירה SEPHER JETSIRA, *Libri de Formatione*; de quo mox supra. Init. fol. 133. a terg. שלושים ושתים נתיבות פליאות חכמה יה יהוה

3. Fragmentum ספר זוהר SEPHER ZOHAR, *Libri Splendoris*, sive elucidarii in Pentateuchum; de quo in præcedenti Codice fusius disseruimus. Init. fol. 141. בראשית כתיב והזהירו כזוהר הרקיע וגו' אלין

Is Codex decimo sexto Christi seculo videtur exaratus.

C C I.

CODEX in fol. partim chartaceus, partim membraneus, foliis constans 241. charactere Rabbinico conscriptus, olim Palatinus. Ibi continetur,

1. Anonymi ביאור על התורה BIJUR AL HATTHORA, *Expositio in Legem*, seu *Pentateuchum Mosis*, Cabbalistica, principio & fine mutila, hactenus, quod sciam, inedita.

In Genesim incipit fol. 1. דבר במאמר המיוחד לו כאילו כהיות

In Exodum, fol. 85. ואלה שמות בני ישראל וימרדו את חייהם וגו' פשט

In Leviticum, fol. 137. ויקרא אל משה הזכיר השם המיוחד בדיבור ולא

In Numeros, fol. 178. במדבר סיני ב'ס'ז' על במדבר סיני באהל מועד

In Deuteronomium, cujus poſteriora duo Capita deſiderantur, incipit fol. 206. ואתחנן אל יהוה בעת ההיא לאמר אדני אלהים אתה

2. אזהרות על יום המיתה ותחיית המיתים AZHAROTH AL JOM HAMITHA UTHECHIJATH HAMITHIM, *Commonitiones de Die mortis, deque Reſurrectione mortuorum*, Ethicæ, recentiori tamen manu adjectæ. Authoris nomen latet. Initium fol. 238. a terg. דע כשיבוא האדם לימי הזקנה הנפש נכספת וכלה

Is Codex ante Annum Mundi 5300. Chriſti 1540. eſt exaratus, quum eo anno, feria ſexta, die 19. menſis Cheſcuan, Octobris, משה הרופא *Moſes Medicus*, illum ab אברהם אלגזי *Abrahamo Algazi* ſe emiſſe, teſtetur ad calcem.

C C I I.

Codex in fol. chartaceus, foliis conſtans 219. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus; ubi continentur,

1. סוד יבום SOD JEBUM, *Myſterium Præcepti de Fratriis*, ſive de Fratris abſque liberis defuncti uxore ducenda, ad propagandam ejus familiam. Tractatus ignoti Authoris, Cabbaliſticus, cujus pleraque folia adeo corroſa ſunt, ut vix legi poſſint; præfixis undecim foliis, fragmentum Tractatus de Sortibus inveniendis continentia, quæ corroſa itidem ſunt ac penitus deleta. Initium fol. 1. אמר הק'ב'ה' לייבם אשת האח

2. ס' קבלת מעשית מר' יהודה מגרמיזרה R. JUDÆ GARMIZENSIS, ideſt, Wormatienſis, SEPHER KABBALATH MAASSITH, *Liber de Cabbala practica*, futilis & ſuperſtitioſus, nondum typis vulgatus; ubi agitur de nominum Cabbaliſticorum uſu, ad mira quæque perpetranda: oſtenditur item modus conficiendi Amuleta, ſeu ſchedulas ex membrana, collo ſuſpendendas, ad mala avertenda, & bona obtinenda. In iis autem nonniſi barbaræ & inuſitatæ voces, ſuperſtitioſe deſcriptæ, occurrunt, quibus Deum, & Angelos ſignificari, author adfirmat. Initium fol. 16. a terg. הסדר הראשון והו ילי

3. Fragmentum ספר זהר SEPHER ZOHAR, *Libri Splendoris in Leviticum*. Initium fol. 35. אמר ר' יוסי דא דתניא דכתיבא

4. פי' על ספירות דרך שואל ומשיב מר' עזריה המקובל R. AZARIÆ, CABBALISTÆ Catalauni, quem Wolfius non eſſe diſtinguendum putat ab Azariele filio Menachem exiſtimat, PERUSC AL SEPHIROTH DEREC SCIOEL UMESCIV, *Expoſitio in modum Dialogi, de Numerationibus*, ſeu decem nominibus, quæ Deo a Cabbaliſtis tribuuntur. Init. fol. 66. לא היה כהן כח שוה לא היה

5. Ejuſdem פיר' על התורה PERUSC AL HATTHORA, *Gloſſæ in Legem*, Cabbaliſticæ, principio mutilæ, & perperam ex oſcitantia bibliopæi compactæ; priora namque folia præfato R. Azariæ Dialogo præfixa ſunt; nondum typis vulgatæ. Ibi inter cetera author monet fol. 212. ſe aliquando audiviſſe a quodam ſene Regii generis, Cabbaliſta ex claſſe Gaonitarum, nomine Chanina, quod veteres nomen Dei tetragrammaton ita ſcripſerint, ut ſin-

ſingula literarum latera tribus conſtarent circulis. Vide Bartoloccium Tom. IV. pag. 248. ubi hujuſmodi figuram exhibet. Initium fol. 106. השמע עָם קול אלהים חיים מדבר.

6. Fragmentum ספר המאורות SEPHER HAMMEOROTH, *Libri R. Abrahami Aben Ezræ de Luminaribus, & Diebus criticis*: de quo conſule Wolfium Tom. I. pag. 83. ubi varias ejuſdem editiones, ac Latinas verſiones commemorat. Init. fol. 217. ובעזר חד מרומות מפיל אני החנתי לפני אלהי אבי

Is Codex ad decimumquintum Chriſti ſeculum videtur referendus.

CCIII.

Codex antiquus in fol. partim membraneus, partim chartaceus, foliorum 192. Rabbinicis literis, verum ſermone Agarenico, ſeu Arabico ſcriptus, olim Palatinus, quo continetur,

Anonymi פי׳ על עשר ספירות PERUSC AL ESSER SEPHIROTH *Expoſitio Decem Numerationum*, ſive Nominum Divinorum, Cabbaliſtico-Philoſophica, principio manca, nondum typis conſignata. Init. fol. 1. טריקה אלפלאספה פי אלעלום אלנטריה והולאי פרקתאן.

Is Codex decimoquarto Chriſti ſeculo videtur exaratus.

CCIV.

Codex in fol. chartaceus, foliis conſtans 153. Rabbinico charactere deſcriptus, olim Palatinus; ubi continentur,

תקוני זהר מר׳ שמעון בן יוחאי R. SIMEONIS FILII JOCHAI, TIKKUNE ZOHAR, *Correctiones*, ſive ſupplementa *Libri Splendoris*, in primam Sectionem *Geneſeos*, quæ etiam *Supplementa Vetera* reſpectu recentiorum adpellantur. In his vox una בראשית *Bereſcith*, In principio, a Simeone noſtro ſeptuaginta diverſis vicibus, in quot Capita totus liber abit, ſtudioſe exponitur. Opus Judæis probatiſſimum, quod una cum undecim correctionibus, ad calcem adpoſitis, & cum Animadverſionibus R. Immanuelis fil. Jekuthielis Beneventani, prodiit aliquoties. Init. fol. 1. בראשית ברא אלהים וגו׳ כתיב

Is Codex exaratus eſt Anno Chriſti 1551. Sic enim fol. 153. ad calcem legitur: כתבתי במי חורפי הצעיר אברהם בכר שמואל גאלאנטי מגרושים ספרד יום ג׳ כ״ד אב ש״א לפ״ק פה רומא *Deſcripſi* hunc librum *diebus juventutis meæ ego minimus & infimus Abraham, filius honorandi R. Samuelis Galantes, unus de iis, qui ex Hiſpania fuerunt in exilium pulſi; feria tertia, die 24. menſis Ab*, Julii, *Anno Creationis Mundi 311. juxta minorem ſupputationem*, hoc eſt 5311. *heic Romæ*.

CCV.

Codex antiquus, in quarto, bombycinus, foliorum 76. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

SE-

ספר שערי צדק מר' יוסף קרניטול SEPHER SCIAARE TSEDEK, *Liber* inſcriptus *Portæ Juſtitiæ*, ex Pſ. CXVII. 19. ſive introductio in Cabbalam, principio mutilus, aliquoties typis vulgatus; ubi & de Divinis Nominibus agitur; authore R. JOSEPHO KARNITOL, Anno Chriſti 1500. claro; ut teſtatur Plantavitius num. 709. qui eum a Reuchlino de Cabbala laudari recte monet poſt Buxtorfium. Atque heic corrigendus cum calligrapho hujus Codicis Index Ebraicus Ms. Vaticanus, ubi author vocatur ר' יוסף תמך בן ר' אברהם דית בן גקטילה *R. Joſeph Thamac fil. R. Abrahami Deth ben Gikatella*; uti & Andreas Maſius, qui in Catalogo librorum Ebraicorum, qui ſubjunctus eſt Commentario ejus in Joſuam, hujuſce opuſculi authorem facit Joſephum Gigatellam, quem corrupte Nyctelum vocat. De eo enim ita: *Liber prorſus Cabbaliſticus, in quo ea doctrina, quæ in Porta Lucis, de quo libro ſupra dixi, veluti inchoata erat, abſolvitur. Eſt autem utriuſque libri idem auctor R. Joſeph cognomento Nyctelo: cujus etiam pauca quædam Cabbaliſtico more ſcripta de notis vocalibus Nominis Divini apud me ſunt.* Niſi forte eundem eſſe R. Joſephum Karnitol cum R. Joſepho Gikatella dixeris: quod mihi valde probatur; eadem enim eſt utriuſque ætas, atque idem ferme ſtylus, ut utrumque conferenti perſpicuum eſt. Initium fol. 1. נדול הוא ממנה וזאת היא זולת האמנם כי היא משיג·

Is Codex decimoquarto Chriſti ſeculo videtur exaratus.

CCVI.

CODEX in quarto, partim chartaceus, partim membraneus, foliorum 560. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

לקוטי זהר LIKKUTE ZOHAR, *Collectanea ex libro Splendoris in Exodum*, qui *R. Simeoni Jochaidæ* adſcribitur; luxato tamen atque inverſo Sectionum ordine diſpoſita, qui in aliis exemplaribus libri Zohar, juxta receptam apud Judæos Sacrorum Bibliorum partitionem ſervatur. Init. fol. 4. a terg. מפרשת ואלה שמות ר' יוסי בר יהודה אמר אלו נאמר אלה שמות·

Præit לוח הצירוף LUACH HATSIRUPH, *Tabula Combinationum* Alphabeti Ebraici, Cabbaliſtica; de qua fuſe Bartoloccius agit Tom. I. pag. 247. Initium fol. 1. אבגד הו זח טי כך

Is Codex ad decimumquintum Chriſti ſeculum videtur referendus, pertinuitque olim ad מנחם דיל מדינו *Menachem del Medico*, tum vero ad אליה בר משה מפים *Eliam filium Moſis Feſſanum*; uti ſub initium adnotatur.

CCVII.

CODEX in quarto, partim chartaceus, partim membraneus, foliis conſtans 445. charactere Rabbinico deſcriptus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. תקוני זהר על בראשית TIKKUNE ZOHAR AL BERESCITH, *Correctiones*, ſive *ſupplementa Libri Splendoris in Geneſim*, cujus author R. SIMEON FILIUS

JO-

JOCHAI, imperfecta; incipiunt enim a correctione IX. & desinunt in XIX. Initium fol. 1. אתמר כהון לא תקח האם על הבנים ותהימו

2. Ejusdem R. Simeonis filii Jochai, זהר על ספר ויקרא ZOHAR AL SEPHER VAJEKRA, *Splendor*, sive elucidarium Cabbalisticum *in Leviticum*, nullo ordine servato; priora enim viginti Capita postponuntur Sectioni אמר *Emor*, Dic, quæ a Capite XXI. ad Cap. XXV. extenditur. Initium fol. 25. מתן מתכסיין עלאין ותתאין דא חכה.

3. מדרש רות MIDRASC, sive *Expositio in historiam* RUTH, allegorica, fine manca, quam Bartoloccius in Indice Ms. Vaticano, רב *Rau*, ultimo Doctorum Tannaitarum, & primo Amorraitarum tribuit; nulla tamen in toto opusculo de eo mentio fit, & apud neminem hujusmodi expositionem ab eodem elucubratam fuisse, legimus. Init. f. 412. ויהי בימי שפט השופטים רבנן

Is Codex scriptus est Anno Christi 1489. ut hæc ostendunt librarii verba, quæ fol. 248. a terg. leguntur: נשלם ספר זה בראשית לזהר והשלמתו היתה יום ב׳ כ״ג׳ לח׳ אב שנת ה׳ר׳מ׳ט׳ ליצירה בעיר סרקוסה והוא לכבוד הח׳ השלם המכונה ישראל עטאן וכתבתיו לו אני שבתי המכונה צבתניאל הרחמן יזכהו וכו *Absolutus est hic liber Zohar in Genesim, feria secunda, die 23. mensis Ab*, Julii, *anno Creationis Mundi 5249. Cæsaraugustæ. Scripsi autem illum ego Sabbathæus, cognomine Sabthanaël, ad usum sapientis perfecti R. Israëlis Hattan, quem Deus dignum reddat*, &c. Porro hujus R. Israelis genealogiam, Anno Mundi 5254. Christi 1494. descriptam, habes fol. 34. ad marginem.

CCVIII.

CODEX in quarto, chartaceus, foliorum 325. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. Anonymi שאלות ותשובות על י׳ ספירות SCEELOTH UTESCIUVOTH AL ESSER SEPHIROTH, *Quæstiones & Responsiones de decem Numerationibus* Cabbalisticis, in quibus ostenditur, eas non posse esse plures; aut pauciores decem. Init. fol. 5. אם ישאל השואל מי יכרחני להאמין שיש לעולם מנהיג

2. תקוני זהר על בראשית TIKKUNE ZOHAR AL BERESCITH, *Correctiones*, sive *supplementa libri Splendoris in Sectionem, In principio*, seu in priora quinque Capita Geneseos; authore R. SIMEONE FILIO JOCHAI. Init. fol. 20. בראשית ברא אלהים כתיב והמשכלים יזהירו,

3. סתרי תורה SITHRE THORA, *Arcana Legis*, sive expositio Mysteriorum, quæ in Sectione *Egredere de terra tua*, Genes. Cap. XII. 2. continentur, ex libro *Zohar* excerpta. Init. fol. 155. תאנא בתוקפא דהורמנא דמלכא אינציב

4. פ׳ על פסוק זה׳ ס׳ תולדות האדם PERUSC AL PASUK ZHE SEPHER THOLEDOTH HAADAM, *Expositio in versiculum: Iste est liber generationum Adam*, Genes. XXV. 19. ex eodem libro *Zohar* depromta. Init. fol. 164. פתח ר׳ שמעון ויאמר כל הנא ידיו דברא עלמא.

5. פירוש על התורה PERUSC AL HATTHORA, *Commentarius in Legem*, seu Pentateuchum, usque ad Cap. XXXI. Deuteronomii, Cabbalisticus, ex libro *Zohar* impresso desumtus. Init. fol. 180. בראשית תנינן כל שלמה דאתמר בשיר

Is

Is Codex decimoſexto Chriſti ſeculo videtur exaratus :

C C I X.

Codex in quarto , chartaceus , foliis conſtans 294. Rabbinicis literis deſcriptus , olim Palatinus ; ubi continentur ,

1. ביאור על מצות התורה מר' מנחם בן בנימין מריקנטי R. MENACHEM FILII BENIAMINI DE REKANATI , ſeu Recineto , Marchiæ Anconitanæ oppido , Anno Mundi 5050. Chriſti 1290. defuncti , BIJUR AL MITSUOTH HATTHORA , *Expoſitio in Præcepta Legis* , tam adfirmantia , quam negantia ; nec non in קריאת שמע KIRIATH SCEMAA , ideſt , *Lectionem Audi Iſrael* ; & ceteras Preces , & Cantiones Sacras ; Cabbaliſtica , ſæpenumero edita , quam Wolfius non dubitat eamdem eſſe cum ea , quam Andreas Maſius in Indice Scriptorum Judaicorum , Commentario in Joſuam addito , his verbis laudat : פירוש הפלה *Explanatio orationum & precationum aliquot , quas ſolent Judæi ad Deum adhibere . Hunc librum conſcripſit R. Menachem Rekanat , eoque perſequitur abſtruſiſſima quæque in intima Philoſophia Cabbaliſtica , Deique proprietates , ut vocamus , explicat , & qua mente orandus ſit Deus , docet* . Init. fol. 1.

דע כי יש לנו להבין הדברים הנסתרים מן הנלויים .

2. Ejuſdem פי' על דרך הקבלה PERUSCIM AL DEREC HAKABBALA , *Obſervationes Cabbaliſticæ in Iſaiam , Jeremiam* , XII. *Prophetas minores , Pſalmos , Job , Proverbia , Canticum Canticorum , Threnos , & Eſther* . Initium fol. 43.

לכו נא ונוכחה יאמר יהוה אם יהיו חטאיכם וגו' .

3. פי' על פסוק ויהי בנסוע הארון PERUSC AL PASUK VAJEHI BINSOA HAARON , *Expoſitio commatis* 35. Capitis X. Numerorum , *Cumque elevaretur arca* . Unde pſeudopropheta Judæus anonymus vaticinatur , Anno Creationis Mundi 5251. Chriſti 1491. maximas calamitates Judæis fore perferendas ; anno vero 5408. Chriſti 1648. pacem Synagogæ reddendam , & Templum Hieroſolymitanum inſtaurandum . Quæ Prophetia excerpta dicitur ex libro Zohar , qui pulſis ex Hiſpania Judæis , in mari deperditus fuerit . Init. f. 47.

ויהי בנסוע הארון : כיון דאתימשל האי .

4. מאזני העיונים MOZNE HAIJUNIM , ideſt , *Bilances Contemplationum* . Liber Philoſophico-Theologicus , nondum typis conſignatus ; ubi de Creatione Mundi , de Anima , ejuſque potentiis , item de Cælo , Angelis , Corpore , & quatuor Elementis , Capitibus ſex & viginti diſſeritur ; authore Anonymo . Andreas Maſius hunc librum Ms. ſe habuiſſe teſtatur in Catalogo Auctorum , commentario in Joſuam ſubjuncto ; ubi ita eum deſcribit : *Neque iſte liber fere diſtinguitur in Cabbaliſtarum Philoſophia , ſed ipſum creatorem , & res creatas contemplatur , qualis ſit cuique indita natura* . Init. fol. 51.

ישביבך השם מאי באופן היותר נכבד ויקריבך .

5. ספר המיחד לאבו אחמד אלגזלי , ABU ACHMED ALGAZALI , Philoſophi Arabis , ſeculo Chriſti undecimo clari , Liber inſcriptus HAMMAJACHED , *Ille , qui unit* , ſive de unitate Dei adverſos Chriſtianos , in tres partes diſtinctus , nondum typis commiſſus , quem ex Arabico in Ebraicum ſermonem vertit

R. Me-

R. Moses filius Josue fil. David Narbonensis, qui vixit circa medium decimumquintum Christi seculum, ut ex ejusdem Præfatione liquet. Initium fol. *69*. אמר השר המיחד אבו אחמד אלנאזלי השבח לאל

5. Ejusdem R. MOSIS FIL. JOSUE, FIL. DAVID NARBONENSIS, quem Bartoloccius 'ישׁ'י ISAI perperam cognominat; illa enim vox defunctis adtribui solet, & denotat per compendium literarum comma 2. Cap. LVII. Isaiæ *Veniat pax, requiescat* &c.: פירוש ספר חיאן בן יקטן EXPOSITIO IN LIBRUM CHIZAN, *fil. Joktan*, dicti *Jechiel, fil. Urielis*; additis observationibus אבי יעפר אבן תופיל ABI-JAAPHAR, seu *Abu-becr Aben Thophail*; qui Arabice & Latine prodiit Oxonii 1671. & 1699. in 4. interprete Eduardo Pocockio, sub titulo *Philosophus Autodidactus*, sive *Epistola in qua ostenditur, quomodo ex inferiorum contemplatione ad superiorum notitiam mens humana ascendere possit*. Vide cl. Pasinum in Catalogo Bibl. Taurinensis Tom. I. Cod. CXL. ubi de hujusce Operis Authore doctissime agit. Init. fol. 88. אמר משה בן יהושע י'ש'' בן דוד הנרבוני ז'ל'ה'ה' אמר יתכן לנו

6. מאמר על הפילוסופיה לאבו בכר ABU-BECR, seu *Abi Jaaphar Aben Thophail*, MAAMAR AL HAPPILOSOPHIA, *Tractatus de Philosophia*, Ebraice ex Arabico conversus a præfato *R. Mose Narbonensi*, qui hanc epigraphen fol. 294. ad calcem adposuit: והיתה השלמתו בעשית הביאור הזה יום אלכת ראשון לחדש איור משנרת ת'ק'ס'ו'ד' לחשבון השמעאלים במחנה אשביליא ב'כ' *Absoluta est hæc interpretatio feria prima, die 12 mensis Jiar*, Aprilis, *Anno 570. secundum æram Ismaëlitarum*, nempe Hegiræ pseudoprophetæ Mahometis, *Hispali in Hispania*. Initium fol. 206. זה המאמר כונתו הראשונה הדרישה ההסכה החמרית

Is Codex scriptus est Anno Christi 1472. Sic enim in fine observationum in Prophetas, fol. 46. a tergo, legitur: נשלם יום ב' כ'ז' לאייר מ' לספירה שנת ר'ל'ב' עי' צעיר התלמידים יעקב אלבו *Absolutæ sunt feria secunda, die 27. Jiar*, Aprilis, *a numeratione Paschali 40. Anno Creationis Mundi 5232. per minimum discipulorum Jacob Albo*.

CCX.

CODex in quarto, chartaceus, foliorum 167. Rabbinicis literis exaratus; quo continentur,

1. תקוני זהר על בראשית לר' שמעון בן יוחאי TIKKUNE ZOHAR AL BERESCITH, *Correctiones*, sive *supplementa decem ad librum Splendoris* R. SIMEONIS FILII JOCHAI, *in Sectionem In principio*, sive in priora quinque Capita Geneseos. Init. fol. 1. בראשית ברא אלהים כתיב והמשכלים יזהירו כזהר ונו' אינון

2. Ejusdem תקון יא" על נקודות TIKUN ECHAD ASSAR AL NEKUDOTH, *Correctio*, sive *supplementum* undecimum ad præfatum librum *Zohar de punctis vocalibus Ebræorum*; quæ iisdem, quibus notæ vocales hodie insigniri solent, nominibus & figuris describuntur. Hinc Bartoloccius Par. I. p. 148. & Par. IV. pag. 218. convincere sibi videtur R. Eliam Levitam Germanum, qui punctorum Ebraicorum originem a Doctoribus Scholæ Tiberiadis, Simeone Jochaide longe recentioribus, arcessit. Initium fol. 7. a terg.

בראשית ב׳ בראשית נקודה בהיכליה והאי נקודה איהי מחשבה ·

3. מדרש שיר השירים Midrasc Scir Hascirim, ſeu *Commentarius myſticus in Canticum Canticorum*, ex eodem libro Zohar; qui cum edito Suzbachii 1684. concordat. Init. f. 110. שיר השירים אשר לשלמה זכאה דרא דחכמתא

4. שבעה היכלות Sciva Hecaloth, deſcriptio Cabbaliſtica *ſeptem Manſionum* alterius Seculi, eidem libro Zohar editionis Suzbachienſis inſerta. Initium fol. 138. אמר ר׳ שמעון האי תנינן באינון היכלין

Is Codex ſcriptus eſt Anno Chriſti 1550. ut hæc oſtendunt anonymi Librarii verba, quæ fol. 168. a terg. ad calcem leguntur: אני הסופר כתבתי זה הכפר לבקשת הנשיא כמה׳ה׳ר׳ מרדכי בכמר · · · · יעקב רושילו פה פיררה בא׳ לח׳ סיון ש׳ו׳ לפ׳ק׳ ה׳ יזכה להגות וכו׳ *Ego ſcriba exaravi hunc librum, poſtulante Principe Domino meo, R. Mardochæo filio Jacobi Ruſcelli, heic Ferrariæ, die 21. menſis Sivan*, Maii, *Anno Creationis Mundi 5310. Deus illum reddat dignum, qui legat in eo, &c.*

CCXI.

Codex in quarto, partim chartaceus, partim membraneus, foliis conſtans 116. charactere Rabbinico deſcriptus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. פירוש עשר ספירות Perusc Esser Sephiroth, *Expoſitio decem Numerationum*, ſive adtributorum Divinorum, ex libro בהיר *Bahir* i. e. Illuſtri, ſeu elucidarii Cabbaliſtici *R. Nechoniæ filii Kana*, excerpta, una cum ejuſdem authoris תפילת הייחוד *Tephillath Haiiechud*, Precatione Unitatis, quam זמירות *Pſalmodiis Matutinis* ex ritu Judæorum Luſitanorum inſertam reperias. Ibi autem de unitate eſſentiæ Divinæ Cabbaliſtice diſſeritur. Priores præfatæ Expoſitionis verſus duo penitus abſumpti ac deleti ſunt. Initium fol. 1. שהוא חי וקיים לעדי עד והוא ברחמיו יאיר · · · ·

2. R. Azarielis filii Salomonis, cognomento Cæci, *Tractatus Cabbaliſticus de Myſteriis*, quæ in *Sacrificiis* & *Orationibus quotidianis*, uti & in voce *Amen*, latent, Gerunda Burgum ad ſuos tranſmiſſus; ut hæc docet inſcriptio, quæ eidem tractatui præfigitur: קבלה מהח׳ הגדול המקובל האמיתי ר׳ עזריאל בר שלמה ז׳צ׳ל׳ ששלח מגירונה לבורגוש *Cabbalæ Sapientis magni, veridici R. Azarielis filii Salomonis: memoria juſti in benedictionem: quas ipſe Gerunda Burgum tranſmiſit*. Init. fol. 5. אל אלהי הרוחות לכל בשר הוא מקום

3. ביאור הרמבן על שיר השירים Ramban, ſeu *R. Moſis fil. Nachman*, Bijur al Scir hascirim, *Expoſitio in Canticum Canticorum*, Cabbaliſtica. Initium fol. 13: שיר השירים אשר לשלמה נעים השירות

4. Ejuſdem ביאור על מזמור ס׳ז׳ Bijur al Mizmor sciscim usciva, *Expoſitio in Pſalmum* LXVII. *Deus miſereatur noſtri*, Cabbaliſtica, ſecundum figuram candelabri Templi Hieroſolymitani diſpoſita. Initium fol. 28. למנצח בנגינות מזמור שיר אלהים יחוננו וכו׳ מסרות בידינו ·

5. ס׳ מערכת אלהות Sepher Maarecheth Haelauth, *Liber Ordinationis Divinitatis*, plane Cabbaliſticus, quindecim ſectionibus abſolutus; ubi de adtri-

adtributis Divinis potissium disseritur; Authore ר' עזריאל סגינהור R. AZARIELE SAGHINAHOR, i. e. Cæco; ut in titulo habetur. Verum Christophorus Wolfius Par. I. Bibl. Ebr. pag. 995. cum plerisque Ebraicarum rerum Scriptoribus id opus tribuit R. Perez filio Isaaci Cohen Gerundensi, qui per compendium literarum dicitur הר"ף *Haraph*, & qui vixit circa annum Christi 1241. Prodiit liber ille Ferrariæ Anno Creationis Mundi 5318. Christi 1558. in 4. atque alibi. Vide infra Cod. CCLXV. num. 1. Initium fol. 37. מערכת האלהות הוא קיום אמונת האלהות.

6. פירוש על רמזי תורה מהרמבן RAMBAN, seu R. Mosis filii Nachman Gerundensis, PERUSC AL RAMZE THORA, *Expositio Mysteriorum Legis*, quæ scilicet Pentateucho comprehenduntur, ex fusioribus ejusdem commentariis excerpta, nondum typis edita; quam Plantavitius incautus scripsit, esse commentationem allegoricam & historicam libri Ruth. Init. fol. 75. הקדמה ביום שחור' על נפי אש לבנה ככר רמותי.

7. שאלה ותשובה על הנחשים מר' שלמה בן אברהם בן אדרת R. SALOMONIS FIL. ABRAHAMI, BEN ADDERETH, Barcinonensis, per compendium dicti הרשבא *Harischa*, Anno Christi 1280. clari, SCEELA UTHESCIUVA AL HANNECHASCIM, *Responsio ad quæsitum R. Mesciullam de Cete*, seu ingentibus piscibus sub mundi initium a Deo creatis, ex quibus masculum fuisse eviratum, feminam vero sale conditam, ut ad futuras Messiæ epulas conservarentur, Rabbini Talmudistæ fabulantur. Initium fol. 116. שאלתי למורי הרשבא הגדול הדור נר' על עניין הנחשים.

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur exaratus.

CCXII.

Codex antiquus, in quarto, partim bombycinus, partim membraneus, foliorum 285. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

ספר זהר מר' שמעון בן יוחאי R. SIMEONIS FILII JOCHAI SEPHER ZOHAR, *Liber Splendoris in Pentateuchum*; a tineis adeo corrosus, ut vix, ac ne vix quidem legi, aut contrectari possit. Initium fol. 1. והנה שלשה עדרי צאן

Is Codex ad decimumtertium Christi seculum videtur referendus.

CCXIII.

Codex in quarto chartaceus, foliis constans 164. Rabbinicis literis conscriptus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. לקוטים מזהר LIKKUTIM MIZOHAR, *Collectanea ex libro Splendoris in Genesim*, usque ad Caput XLIV. Init. fol. 1. ר' יוסי בר חלפתא ור' יהודה ור' שמעון

2. Anonymi מאמר על סודות MAAMAR AL SODOTH, *Tractatus de mysteriis*, quæ in nonnullis Judæorum Ritibus latent; videlicet,

I. סוד ד' כוסות *Sod Arbaa Cosoth*, Mysterium quatuor Calicum, quos vino plenos solent Judæi in nocte Paschatis bibere, in memoriam quatuor ver-

borum, quibus Deus illorum libertatem de manu Pharaonis Ægyptiorum Regis promisit. Quæ verba habentur Exodi Cap. VI. 6. 7. *Educam, & eruam, ac redimam, & assumam vos*. Init. fol. 110. ידיד נפשי השם יהי בעזרך

II. סוד המזוזה *Sod hamezuza*, Mysterium Schedarum, quæ postibus januarum includi solent. Init. fol. 111. דע כי כל השמירה קדושה והטהרה היא בה

III. סוד התפילין *Sod hathephillin*, Mysterium Philacteriorum brachio sinistro, & fronti adhibendorum. Init. fol. 112. ידיד נפשי שאלת ממני להאיר

IV. סוד קרית שמע *Sod Keriath Scemaa*, Mysterium Lectionis, *Audi Israel*, ex Deut. VI. 6. Init. fol. 114. דע כי בומן שמניח אדם תפילין וקורא קרית

V. סוד הציצית *Sod hatsitsith*, Mysterium Peniculamentorum sacrorum. Init. fol. 114. a terg. אחר שידעת סוד התפילין וסוד הייחוד שהוא

VI. סוד לולב ואתרוג והדס וערבה *Sod lulab veethrog vechadas vearava*, Mysterium Spatulæ Palmarum, Citri, Myrti, & Salicis de torrente, quæ in festo Tabernaculorum adhibentur. Init. fol. 115. לולב עשר ספידות כיצר

VII. סוד היבום והחליצת *Sod hajebum vehachalitsat*, Mysterium Fratriæ, seu Levirationis, & calcei, si quis nolit uxori fratris, absque liberis defuncti, nubere, extrahendi. Init. fol. 118. השם יתברך הנחיל לעמו תורתו

VIII. פ' סוד עבודה *Perusc Sod havoda*, Expositio Mysterii festi Expiationis peccatorum, & precum, eo die recitandarum. Init. fol. 120. שבעת ימים קודם יום הכפורים היו מפרישין כהן גדול.

3. סדר עבודת היום ופירושו SEDER AVODATH HAJOM UPERUSCIO, *Ordo servitutis*, seu *officii Diei Expiationis*, cum Expositione Hymni incipientis: *Ad Deum levabo cognitionem meam* &c. cujus author R. ELIESER HAKKALIR, de quo alibi. Init. fol. 128. אל אל אשא דעי ולמקום עדיו עמדו

4. Anonymi ביאור מדות המגלה BIJUR MIDDOTH HAMEGHILLA *Explicatio mensurarum Voluminis volantis*, cujus meminit Zacharias Cap. V. Initium fol. 164. מדה המדות, העולם שלשת אלפים ומאתים היא המגלה שראה זכריה

5. מעשה ר' יהושע בן לוי MAASSE, *Historia*, seu *descriptio Paradisi*, in quem vivens *R. Josue filius Levi* ingressus dicitur, sub finem Cap. VII. Tractatus de Contractibus Matrimonialibus, secundi ex Ordine tertio Talmudico, qui *de Mulieribus* inscribitur. Initium fol. 164. a terg. מעשה בכתובות פ' המדיר דר' יהושע שאומר

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur conscriptus.

CCXIV.

CODEX antiquus, in quarto, partim chartaceus, partim membraneus, foliorum 293. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; ubi continentur,

1. Anonymi פי' על עשר ספירות PERUSC AL ESSER SEPHIROTH, *Expositio in Decem Numerationes*, seu Nomina, quæ Deo a Cabbalistis tribuuntur, sexdecim foliis comprehensa; quorum tamen posteriora novem alba sunt. Init. fol. 1. ישתבח ויתפאר ויתעלה שמו של מלך המלכים

2. Ejusdem מאמר על מהלך ז' כבבי לכת כיב' מזלות MAAMAR AL MEHALEC

SCI-

SCIVA COCBE LECHETH BISCNEM ASSAR MAZALOTH, *Tractatus de Septem Planetis, & duodecim signis Zodiaci*; deque illorum motu, & quomodo virtute quarundam literarum Ebraicarum fuerint creata: item de Formatione membrorum humani corporis, ineditus, sine tamen mancus. Initium fol. 16. a terg. בכת׳ וממנר תבואת שמש וממנר גרש ירחים.

3. Ejusdem פי׳ על מזמור ס״ו PERUSC AL MIZMOR SCESCIM USCIVA, *Expositio in Psalmum* LXVII. *Deus misereatur nostri, & benedicat nobis*: cujus commata ita sunt disposita, ut figuram Candelabri Tabernaculi Testimonii cum septem ejusdem calamis exhibeant, Cabbalistica. Init. fol. 54. בזה המזמור יש בו ה״ן׳ אותיות כמניין אותיות שם ע״ב׳.

4. Ejusdem על אהבת הריע AL AHAVATH HAREA, *de Charitate Fraterna*, Tractatulus Cabbalistico-moralis. Initium fol. 55. וצריך אדם ליזהר שיאהב לרעהו כמוהו כי הוא עיקר גדול.

5. Ejusdem פירוש הסודות PERUSC HASSODOTH, *Expositio Mysteriorum*, quæ præsertim in variis Judæorum ritibus continentur, Cabbalistica. Eorum

I. סוד הקדושה *Sod Hakeddduscia*, Mysterium orationis incipientis, *Sanctus*, seu Trisagii, quod ter mane cantant. Init. fol. 58. שני שרפים עומדין לימין

II. סוד השבת *Sod Hasciabbath*, Mysterium Sabbathi. Init. fol. 60. a terg. דע והאמן כי השבת היא סוד כל האמונה.

III. סוד חג המצות *Sod chag hamatsoth*, Mysterium solemnitatis Azymorum, sive Paschatis. Init. fol. 64. דע כי כל הדברים הנמצאים בעולם התחתון

IV. סוד יין נסך *Sod Jain Nesac*, Mysterium vini gentilium, Judæis vetiti. Init. fol. 67. כבר הודענוך כי שלשה דברים יש בענין

V. סוד חג השבועות *Sod chag hasceuvoth*, Mysterium festi septem hebdomadarum, seu Pentecostes. Init. fol. 70. a terg. כבר הודענוך סוד חג המצות

VI. סוד יג״ מעינות *Sod scelosci assar Maianoth*, Mysterium tredecim fontium salutis, sive articulorum Fidei Judaicæ. Init. fol. 71. a terg. הטבעות מן הכתר ונקראים מעייני הישועה.

VII. סוד תפילין *Sod Thephillin*, Mysterium Philacteriorum, manui & fronti adhibendorum. Init. fol. 75. וקדם שאבאר אותם באירנו לכתוב לך תכונת

VIII. סוד שמע ישראל *Sod Scemaa Israël*, Mysterium Lectionis Audi Israël, ex Deut. Cap. VI. Init. fol. 76. a terg. דע כי בזמן שאדם מניח תפילין

IX. סר הציצית *Sod Hatsitsith*, Mysterium Peniculamentorum Sacrorum. Init. fol. 77. אחר שידעת סוד תפילין וסוד היחוד שהוא ק״ש׳

X. סוד המזוזה *Sod Hamezuza*, Mysterium Scripturæ ostiariæ, seu Schedarum, quæ postibus Januarum includi solent. Init. fol. 77. a terg. דע כי כל השמירה והקדושה והטהרה הם בהיכלי השם.

XI. סוד שעטנז *Sod Sciatnez*, Mysterium vestis Lineo-laneæ. Init. fol. 7. דע כי השם י״ת׳ ברא כל הנבראים כלם טהורים.

XII. סוד נ׳ סעודות *Sod scialosc Seudoth*, Mysterium trium jentaculorum, quæ fieri solent in Sabbatho. Init. fol. 80. אמרו חז״ל׳ כל המקיים שלש סעודות

XIII. סוד הנחש *Sod hanachasc*, Mysterium serpentis, qui Protoplastas decepit. Init. fol. 80. כבר הודענוך כי מן בינה ולמעלה אינו מושג ונודע לשום

6. פי׳ על התורה מהרמבן R. MOSIS FILII NACHMAN, PERUSC AL HATTHO-

RA

RA, *Expoſitio in Legem*, Cabbaliſtica, una cum הגהות *Hagaboth*, ſeu *Animadverſionibus R. Moſis Cohen*, i. e. Sacerdotis, quæ ſæpius lucem publicam aſpexit. Init. fol. 93. a terg. תחלת כל דבר להתרחק בדבור ובמחשבה מנ׳

7. Anonymi פ׳ שם בן מב״ ועב״ אותיות PERUSC SCEM ARBAIM VESCETHAIM, USCIVIM USCETHAIM AOTHIOTH, *Expoſitio nominum Dei* XLII. & LXXII. *Literarum*, quibus nempe conſtant commata 1. Cap. I. Geneſeos, & 19. 20. & 21. Cap. XIV. Exodi, & ex quarum varia combinatione ea nomina a Cabbaliſtis eruuntur. Init. fol. 163. a terg. ארוממך שמך אחד הוא השם המיוחד יהוה

8. פ׳ הרמבן על התורה HARAMBAN, i. e. R. Moſis Nachmanidæ, PERUSC AL HATTHORA, *Commentarius in Legem*, ſeu *Pentateuchum*, Cabbaliſticus, a Cap. XXI. Exodi, uſque ad Cap. XXI. Numerorum. Init. fol. 179. ויקחו לי תרומה הכל בכתב סוד ה׳ עלי.

9. Anonymi ביאור על פי׳ הרמבן על בראשית BIJUR AL PERUSC HARAMBAN AL BERESCITH, *Expoſitio Commentariorum R. Moſis Nachmanidæ in Geneſim*; Cabbaliſtica, inedita. Init. fol. 199. a terg. סדר בראשית ודעת החכם כי בונת בראשית רומז לשתי כונרת:

10. שיר על יג״ עקרים מר׳ אברהם בן יוסף מבורגוש R. ABRAHAMI FILII JOSEPHI, BURGENSIS, incertæ ætatis, SCIR AL SCELOSC ESCRE IKARIM, *Canticum in tredecim articulos Fidei Ebræorum*; nondum typis conſignatum. Init. fol. 218. בשם האל יסוד כל היסודות אני מזכיר שלש עשרה יסודות

11. Anonymi ספר הישר SEPHER HAJASCIAR, *Liber Recti*, ex Joſ. X. 13, ubi de anima gubernanda per certas meditationes præcipitur, ineditus. Init. fol. 222. a terg. שער בחשבון האדם עם נפשו יש לו לאדם

12. Ejuſdem פירוש הסודות PERUSC HASSODOTH, *de Myſteriis*, quæ præſertim in variis Judæorum Ritibus latent, *Commentarius* Cabbaliſticus, cum ſuperiori, quem num. 5. recenſuimus adamuſſim fere concordans. Ibi autem agitur 1. de Myſterio Hominis, cur ſcilicet creatus fuerit ad imaginem & ſimilitudinem Dei. 2. de Myſterio Orationis *Sanctus*, ſeu Triſagii. 3. de Myſterio Sabbathi. 4. de Myſterio Paſchatis Azymorum. 5. de Myſterio, ſeu ratione prohibitionis vini Gentilium. 6. de Myſterio feſti ſeptem hebdomadarum, ſeu Pentecoſtes. 7. de Myſterio tredecim fontium ſalutis, ſeu Articulorum Fidei Ebraicæ. 8. de Myſterio Philacteriorum. 9. de Myſterio orationis, *Audi Iſraël*. 10. de Myſterio ſacrorum Peniculamentorum. 11. de Myſterio Scripturæ Oſtiariæ, ſive Schedulæ poſtibus Januarum includendæ. 12. de Myſterio veſtimentorum etherogeneorum, ſive ex lino, & lana contextorum. 13. de Myſterio trium refectionum Sabbathicarum. 14. de Myſterio Serpentis Geneſeos, qui nempe Protoplaſtas decepit. Init. f. 227. וצריך אדם להזהר שיאהב לריעו כמוהו

In fine vero, fol. 247. hæc legitur adnotatio: תם ונשלם שבח לבורא עולם ביום ב׳ נור לחדש סיון שנת הקנ״ד׳ לפרט ע׳י׳ שבתי כמר לוי ז׳צ׳ל׳ בכ׳מ׳ר׳ שבתי כ׳מ׳ר׳ אליה החסיד בכ׳ר משה שבתי זל השם יזכני וכו׳ *Perfectus, abſolutuſque eſt; Laus creatori Mundi; Feria ſecunda, die* 10. *menſis Sivan*, Maii, *anno ab Orbe condito* 5154. Chriſti 1394. *per manus Sabbathæi, filii honorandi R. Levi, fil. Sabbathæi fil. Eliæ pii, fil. Moſis, fil. honeſti Domini & Præceptoris noſtri*

nostri Sabbathai: memoria justi in benedictionem. Deus me reddat dignum, ut legam in eo, &c. Hunc autem calligraphum Bartoloccius, & ex eo Wolfius, *R. Sabbathai Carmuz Levitam* adpellant, eumque præfati libri Recti, nec non Commentarii de Mysteriis Ritualibus, quem *de Imagine & similitudine hominis* inscribunt, authorem faciunt: quod unde hauserint, nos plane latet. Consequuntur, diversa tamen manu,

13. סדר י' ספירות SEDER ESSER SEPHIROTH, *Ordo decem Numerationum*, sive adtributorum Divinorum. Init. f. 247. a t. יושר אמריו יודע דעת יקר רוח

14. סוד התמונה SOD HATTHEMUNA, *Secretum similitudinis*, seu Tractatulus ignoti authoris de forma literarum Ebraicarum, Cabbalisticus, Alphabetico ordine dispositus. Init. fol. 257. a t. בכל עת יהיו בנדך לבנים וגו' הם

15. פי' על שם של עב" אותיות PERUSC AL SCEM SCEL SCIVIM USCETHAIM AOTHJOTH, *Expositio Nominum Dei*, quæ ex *septuaginta duabus literis* Commatum 19. 20. & 21. Capitis XIV. Exodi a Cabbalistis eliciuntur. Initium fol. 277. אבוא בגבורות אלהים אזכיר צדקתך

16. ס' עטרות ודיבון ATAROTH VEDIBON, *Coronæ abundantes*, titulo desumto ex Num. XXXII. 3. Liber Cabbalisticus incerti authoris, nondum editus; sistens expositionem Præceptorum adfirmantium, & negantium Legis. Init. fol. 288. מכות מפיש על ידי העשרה שהיא

Is Codex scriptus est Anno Christi 1390. ut liquet ex hisce librarii verbis, quæ fol. 293. a terg. leguntur: נשלמו ענייני הקבלה הכתובה בספר הזה על ידי שמואל בכר אליהו בן דוד בראש חודש אדר שנת הק'ן' ליצירה ה' יזכני וכו *Absolutæ sunt Exercitationes Cabbalæ, quæ in hoc libro exhibentur, per me Samuelem filium Eliæ, fil. David, ineunte mense Adar*, Februario, *Anno Creationis Mundi 5150. Deus me reddat dignum* &c.

CCXV.

Codex in quarto, chartaceus, foliorum 59. Rabbinicis literis conscriptus, olim Palatinus; quo continetur,

ספר מערכת האלהות ר' עזריאל סניגהור R. AZARIELIS SAGHINAHOR, idest, Cæci, MAARECHETH HAELAUTH, *Ordinatio Divinitatis*. Liber Cabbalisticus, Anonymi Commentariis illustratus, in quindecim Sectiones distributus, quem plerique R. Perets Cohen Gerundensi tribuunt, quique cum duplici Commentario, uno anonymi authoris, cum nostro concordante, altero R. Judæ Cajath, sub titulo *Oblationis Judæ*, prodiit Mantuæ, & Ferrariæ A. C. 1558. in 4. Ibi autem agitur potissimum de decem *Sephiroth*, seu numerationibus, & adtributis Divinis, in quibus præcipua doctrinæ Cabbalisticæ fundamenta sunt posita. Vide infra Cod. CCLXV. ubi de eodem libro fusius disseremus. Initium fol. 1. אמונה מוחלטת פי' שלא יהיה מחשבה

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

Co-

CCXVI.

Codex antiquus in quarto, partim chartaceus, partim membraneus, foliis constans 155. quadrato, & Rabbinico charactere exaratus. Ibi continentur,

1. תפלות על דרך הקבלה THEPHILLOTH AL DEREC HAKABBALA, *Precationes Cabbalisticæ*, variæ, ex Psalmis Davidicis præsertim selectæ, una cum *Invocationibus Angelorum*, & *Adjurationibus Dæmonum*, per quædam nomina barbara, & incognita, principio mutilæ. Init. f. 1. חרה לו עלה עשן באפו ואש

2. ס׳ מערכת האלהות מר׳ עזריאל סני נהור SEPHER MAARECHETH HAELAHUTH, *Liber Ordinationis Divinitatis*; ubi Sectionibus quindecim Cabbalistice exponitur de decem *Sephiroth*, seu Nominibus, quæ Deo a Cabbalistis tribui solent, authore R. AZARIELE SAGHINAHOR, i. e. Cæco, de quo in præcedenti Codice; fine mutilus. fol. 7. מערכת האלהות הוא קיום חכמת

3. Anonymi ספר הכונה SEPHER HACAVANA, *Liber Intentionis*; ubi de adtentione inter psallendum habenda, ut scilicet psallentis mens cum voce consentiat, Cabbalistice præcipitur. Init. fol. 54. הכונה המאמר להאיר נתיב.

4. מאמר על מציאות ה׳ ועל טבע האדם MAAMAR AL METSIJUTH HASCEM VEAL TEBAA HADAM, *De essentia Dei*, & *natura hominis*, Tractatulus Philosophico-Cabbalisticus, principio mutilus, absque nomine authoris. Init. fol. 80. המוחשים והרכבתה הדמיונו אחרעלמה

5. שאלות ששאל אדם אחד לר׳ שמואל גאון על עניני ההשבעות R. SAMLELIS GAON SCEELOTH SCESCIAAL ADAM ACHAD AL INIANE HAHASCEUVOTH, *Responsiones ad quæstiones*, sibi a quodam Rabbino propositas, *de adjurationibus Dæmonum & Angelorum*. Ibi etiam agitur de opere decem *Sephiroth*, seu numerationum, deque tredecim Articulis fidei Judaicæ; quorum 1. quod Deus sit. 2. quod sit unus. 3. quod sit incorporeus. 4. quod sit æternus. 5. quod sit omnium Dominus. 6. quod detur Prophetia. 7. quod Moses sit Prophetarum antesignanus. 8. quod Lex Mosaica vera sit & sancta. 9. quod eadem sit immutabilis. 10. quod Deus cognoscat omnia. 11. quod detur retributio vitæ æternæ Justis, pœnæ autem æternæ improbis. 12. quod Messias sit futurus. 13. quod detur Resurrectio mortuorum. Porro Samuelem nostrum laudat R. Aaron ben Chajim in suis Responsis Par. 1. p. 23. & sæpe alias, ubi & ejusdem responsum quoddam exhibet; verum de ipsius ætate nullam facit mentionem. Init. fol. 87. הכונה השאלות שאני מזכרין שאלה

6. ס׳ גורלות לר׳ אליעזר החוזה R. ELIEZER CHOSE, i. e. videntis, SEPHER GORALOTH, *Liber Sortium*, secundum ordinem duodecim signorum Zodiaci; ubi traditur ars futura per sortem & numeros cognoscendi: præmissa Precatione ante sortitionem recitanda. Hæc autem sortiendi ratio, astrologica est, & superstitiosa, atque adeo, ut recte monet Wolfius, distinguenda a sortitione veteribus Ebræis recepta, de qua præter Jo. Clericum ad Lev. XVI. 8. & Num. XXV. 15. legi suadet, Stephanum le Moyne in notis ad varia Sacra pag. 586. & Martini Mauritii singularem Dissertatio-

tionem. Initium fol. 142. אל אלהים יהוה ואלהי האלהים ואדוני הארונים

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

CCXVII.

Codex in quarto, chartaceus, foliorum 24. Rabbinicis literis exaratus; ubi continetur,

ס׳ מראות אלהים מר׳ חנוך בן שלמה בן דוד R. CHANOC FILII SALOMONIS, FIL. DAVIDIS CONSTANTINOPOLITANI MEDICI, Opus Cabbalisticum, inscriptum MAREOTH ELOHIM, *Visiones Dei*, ex Ezech. I. 1. nondum typis vulgatum. Dividitur in tres Partes, quarum Prima, principio mutila, Isaiæ Cap. IV. Altera Ezech. I. Tertia Zach. IV. explanat. Authoris nomen fol. 24. ad calcem descriptum reperias; ubi hæc leguntur Carmina, in quibus & tituli ratio redditur hisce verbis:

חנוך בעלתו לרום שחק והביון : ושכן משכנות גבהי גנוהים
הביאהו ארון הכל חדריו : והראהו כבוד מעלת נבוהים
ולקח מתנות חכמה וירד : בספר זה׳ שמו מראות אלהים

„ Chanoc quum ascenderet in altitudinem ætheris, habitavit habitacula sublimitatis excelsorum. Tum introduxit illum Dominus in omnia penetralia sua, ostenditque ipsi gloriam & dignitatem Fulgentium. Acceptis autem donis sapientiæ, inde descendit, ediditque hunc librum, quem propterea Visiones Dei nuncupavit „ R. Sabbathæus filius Josephi Strimensis in sua Bibliotheca Ebraica שפתי ישנים, i. e. *Labia Dormientium* nuncupata, authorem nostrum *R. Chanoc filium Salomonis*, nulla de ejus avo *Davide* facta mentione, vocat, traditque, hoc in opere tractari על ענין ד׳ נכנסו לפרדס hoc est, *de eo, quid sibi velint verba*, quæ leguntur in *Chaghiga*, seu Codice Talmudico de festivitate, fol. 14. 2. *Quatuor ingressi sunt paradisum*, scilicet על ידי שם *per manus Dei*, quod additur in Ghemara; *& de opere* מרכבה *Currus, tribus partibus, quarum prima de Curru Isaiæ, altera de Curru Ezechielis, tertia de Candelabro Zachariæ, exponit*. Hinc Wolfius Tom. I. num. 635. arguit Jul Bartoloccium, qui bis hujus libri meminit, semel quidem sub *R. Chanoch fil. David*, deinde sub R. *Chanoch fil. Salomonis*, priori loco eundem, quem nos, libri titulum adferens, ait, esse explicationem trium, quas diximus, Visionum; posteriori vero vocat מפתח לבוא לפרדס נבואה של ישעיה i. e. *Clavem ad introeundum in Paradisum Prophetiæ Isaiæ*. Quæ unde nata sint, ex illis, quæ præfatus R. Sabbathæus commemoravit, quæque a nobis alibi dicta sunt, facile adsequeris. Initium fol. 1. אמנם התלוי בשנים כבר נרמזה במסכת חגיגה

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur exaratus.

CCXVIII.

Codex in quarto, chartaceus, foliis constans 153. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. Anonymi ביאור על שם ע׳ב׳ אותיות BIJUR AL SCEM SCIVIM VESCETHAIM AOTHIOTH, *Expositio septuaginta duorum Dei nominum*, quæ ex totidem literis,

ris, quibus constant commata 19. 20. & 21. Cap. XIV. Exodi, a Cabbalistis eruuntur. Init. fol. 1. והו בגימטריא אנוז אהיה כלומר הא הוה

2. לקוטי מקבלת ר' אלעזר מגרמיצה LIKKUTE MIKABBALATH, *Collectanea* ex Tractatu Cabbalistico R. ELEAZARI FIL. JUDÆ WORMATIENSIS, *in Librum* יצירה *Jetsira*, de Formatione, seu Creatione, Abrahamo Patriarchæ falso adscriptum; a quodam R. MENACHEM, qui se ejusdem R. Eleazari Wormatiensis discipulum vocat, in unum volumen digesta. Ibi de decem Sephiroth, Numerationibus, seu Divinis nominibus Cabbalistice disseritur. Init. fol. 5. a terg. כתב כי ביה יהוה צור עולמים כלומר השם יה יוד הא

3. Anonymi פירוש ספר התמונה PERUSC SEPHER HATTHEMUNA, *Commentarius in librum Similitudinis*, cujus author ר' נחוניה בן קנה *R. Nechonia filius Kana*; ubi de figura, ac virtute literarum Ebraicarum, nec non de mysticis significatis nonnullorum Præceptorum Dei exponitur. Initium fol. 13. הם בגדים כהן ר'ל' אלו הבגדים רמוזים לח' ספירות.

4. Ejusdem פירוש שם הייחוד PERUSC SCEM HAJECHUD, *Expositio Nominis Unitatis*; ubi de unitate Dei Cabbalistice agitur. Initium fol. 109. שמע ישראל הנה בזה הפסוק.

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur exaratus.

CCXIX.

CODEX in quarto, chartaceus, foliorum 71. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. Anonymi ספר אשכל הכופר SEPHER ESCOL HACOPHER, *Botrus Cypri* ex Cant. I. 13. Liber Cabbalisticus in Capita XXXI. distributus; ubi de Deo, ejusque adtributis, item de Angelis exponitur; nondum typis consignatus. Init. fol. 1. המשל באדם שהוא חכם באותיות אלפא ביתא וכשהוא חכם

2. Ejusdem ס' צירוף אותיות SEPHER TSIRUPH AOTHJOTH, *Liber Combinationis literarum*, sive de transpositione & commutatione literarum Ebraicarum; quomodo scilicet per hujusmodi transpositionem fieri possint variæ combinationes, ex quibus multa Arcana Cabbalistica eliciantur. Quæ ad calcem hujusce tractatus compacta sunt, folia, num. 55. & 56. notata, pertinent ad superiorem librum. qui *Botrus Cypri* inscribitur. Init. fol. 15. בן אחי חכמת ממתקים ולקוט שושנת העמקים.

3. פירוש לשערי צדק PERUSC LESCIAARE TSEDEK, *Commentarius* in librum, cujus titulus *Portæ Justitiæ*, ex Ps. CXVII. 16. imperfectus; ubi de introductione in Scientiam Cabbalisticam, deque decem Sephiroth, ceterisque Divinis nominibus exponitur. Porro libri Portarum Justitiæ authoris nomen habes fol. 61. a tergo; ubi quædam occurrunt Carmina, ex quorum initialibus literis eruitur ר' יוסף בן אברהם גיקטליה R. JOSEPH FILIUS ABRAHAM GIKATILIA, qui in aliis Mss. Codicibus *Karnitol* nuncupatur. Vide supra Cod. CCV. ubi de eo fusius egimus. A folio 63. usque ad finem, exponitur Nomen Dei tetragrammaton, cum septuaginta nominibus Legis, & totidem aliis, quibus *Jerusalem* Civitas inscribitur, addita methodo, eadem nomi-

na in ordinem digerendi. Init. f. 57. ואולם יש לי לעורך על ענין אחד כדי לפריש

Is Codex ad decimumsextum Christi seculum videtur referendus.

CCXX.

Codex in quarto, chartaceus, foliorum 124. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. סוד שם הייחוד SOD SCEM HAIJECHUD, *Secretum nominis unitatis*; ubi Cabbalistice exponitur de unitate Dei, deque septuaginta duobus ejus nominibus, quæ ex commatibus 19. 20. & 21. Cap. XIV. Exodi eliciuntur, sine authoris nomine. Initium fol. 1. שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד: דע והבן סוד שם היחוד.

2. ספר אמונה והייחוד SEPHER EMUNA VEHAIJECHUD, *Liber Fidei & Unitatis*, quo de præfatis Divinis nominibus, deque unitate Dei Theologice differitur. In fine vero fol. 112. a terg. hæc Scriptoris adnotatio legitur: שנת ה'א'ו'ר' כח' לסיון השלמתי ספר אמונה וגם היחוד אני יוסף בן בונפצו בן גרשון השם יזכני וכו' *Anno Illuminavit*, idest Creationis Mundi 5211. C. 1451. *die 5. mensis Sivan*, Maii, *absolvi librum Fidei & Unitatis ego Joseph Bonafossa*, *filius Gersonis*. *Deus me reddat dignum* &c. Initium fol. 91. אלהים למדתני מנעורי ועד הנה אגיד נפלאותיך.

3. דרך מי שרוצה ללמוד חכמת הקבלה DEREC MI SCEROTSE LILMOD CHOCMATH HAKABBALA, *Introductio in scientiam Cabbalisticam*; ubi & de decem *Sephiroth*, aliisque Divinis nominibus exponitur. Authoris nomen latet. Init. fol. 115. אבוא בגבורות אלהים אזכיר צדקתך לבדך

CCXXI.

Codex antiquus, in quarto, chartaceus, foliis constans 67. charactere Rabbinico descriptus, olim Palatinus; quo continentur,

1. לקוטים מספר גנת אגוז של ר' יוסף ניקאטליה LIKKUTIM MISEPHER GHINATH EGOZ, *Collectanea ex libro* R. JOSEPHI GIKATILIÆ, qui *Hortus Nucis*, ex Cantic. VI. 11. inscribitur, quique jam prodiit Hanov. Anno Mundi 5375. Christi 1615. in fol. Ibi per tres Cabbalæ species, nempe *Gematriam*, *Notarikon*, & *Temuram*, quæ per literas vocis גנת. initiales indicantur, de nominibus Sanctis, sive Divinis, de viginti duabus literis Ebraicis, deque vocalibus & accentibus, & quomodo ex iis ostendi possit ordo Universi, & rerum vicissitudo, differitur. Hunc librum laudat Buxtorfius, variasque ex eodem de vocalibus adfert observationes in differt. de antiquitate vocalium pag. 50. & seqq. Initium fol. 1. דע לך כי השם המיוחד שהוא שם בן ד' אותיות

3. ביאור על ס' מראות אלהים מר' אלעזר אשכנזי BIJUR AL SEPHER MAREOTH ELOHIM, *Expositio in librum Visiones Dei* inscriptum, sive in Isaiæ Caput sextum, Ezechielis primum, Zachariæ quartum, literalis, inedita; authore R. ELEAZARO GERMANO, cujus ætas ignoratur. Initium fol. 16. אמר ר' אלעזר הצעיר אשכנזי באתי כמתעצל בהיותי כותב אלו הרמזים.

4. ספר פרדס רימונים מר' ועקב בן אלעזר R. JACOBI FILII ELEAZARI, Liber inscriptus, PARDES RIMONIM, *Hortus malorum Punicorum*, ex Cantic. IV. 13, rarissimus; ubi de Anima, parabolis, & ænigmatibus diserte exponitur. Idem liber duobus aliis titulis insignitus est, nempe ערונת בושם ARUGATH BOSCEM, *Areola Aromatum*, ex Cantic. V. 2. & גן העודות GAN HAUDOTH *Hortus rerum manifestandarum*; ut liquet ex hisce calligraphi verbis, quæ fol. 67. ad calcem leguntur: נשלם ספר גן העודות וערונת בושם : השלמתי ספר גן המודה בעזרת הבורא ביום חמישי בעיר רודוס בשנת ה' אלפים ושלשה וארבעים שנה לבריאת עלמא בחדש אייר כ'ב' יום ממנו וכתכתיו אני משה קמחי לר' אליעזר קמחי בני הרחמן יזכהו וכו' *Absolutus est liber Horti rerum manifestandarum, & Areolæ Aromatum in Insula Rhodo, Anno Creationis Mundi* 5143. Christi 1383. *feria quinta, die* 22. *Mensis Ijar*, Aprilis. *Exaravi autem illum ego Moses Kimchi ad usum filii mei R. Eleazari Kimchi, quem Deus dignum reddat*, &c. Consequitur eodem folio a tergo, *Tabula Cosmographica*, rudi tamen manu delineata. Init. fol. 36. אברך את יהוה אלהי השמים בורא ניב שפתים לספר

Bartoloccius, & ex eo Wolphius ex uno eodemque libro, tres incauti fecerunt, quorum primum *Hortum malogranatorum*, alterum *Areolam Aromaticam*, tertium *Hortum Eden* inscripserunt, & pro Anno Mundi 5143. quo ejusdem libri descriptio a Mose Kimchio fuit completa, annum 5142. posuerunt.

CCXXII.

Codex in quarto, chartaceus, foliis constans 100. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

Libri duo Cabbalistici, absque Authoris nomine, nondum typis vulgati; quorum

I. Inscribitur סוד דרכי האמונה SOD DARCHE HAEMUNA, *Mysterium viarum Fidei*; ubi de decem *Sephiroth*, seu nominibus, & adtributis Divinis; necnon de Cælo, & quatuor Ventis Cardinalibus differitur. Init. fol. 1. אמר המחבר כוונתי לכונן הספר הזה כדי להכנס ·

II. פי' על ס' מערכת האלהות PERUSC AL SEPHER MAARECHETH HAELAHUTH, sive Commentarius in librum *R. Azarielis Cæci*, cujus titulus *Ordinatio Divinitatis*, quem superius descripsimus, quique cum eodem libro excusus est Ferrariæ 1558. in quarto. Init. fol. 41. אמונה מוחלטת פי' שלא יהיה מחשבת

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CCXXIII.

Codex in quarto, partim chartaceus, partim membraneus, foliorum 238. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. Anonymi liber inscriptus סוד שם היחוד SOD SCEM HAJECHUD, *Secretum nominis Unitatis* Divinæ Anonymi Scholiis illustratum, duabusque columnis, uti & ceteri, qui in hoc Codice exhibentur, Tractatus, dispositum;

tum; quo agitur, quomodo Judæi singulis diebus mane ac vespere recitare teneantur comma 4. Cap. IV. Deuteronomii: *Audi Israël Dominus Deus noster Dominus unus est*; probaturque simplicissimam Dei unitatem tribus illis dictionibus contineri, atque designari. Prior columna exhibet textum, cujus Initium fol. 1. שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד דע והבן סוד

Altera Commentarium, quod incipit א״ר׳ על שמע ישראל וכו׳ רל׳ הנר״ בזה הפסוק יתייחד שם המיוחד.

2. Ejusdem פירוש סוד התמונה PERUSC SOD HATTHEMUNA, *Expositio in Secretum Similitudinis*; ubi de forma literarum Ebraicarum, juxta doctrinam Mosi Prophetæ in Monte Synai traditam; item de literis majusculis, minusculis, suspensis, & inversis, quæ in Sacris Bibliis occurrunt. Folio autem 139. col. 2. lin. ult. prædicitur Redemtio Israelitarum una cum adventu Messiæ Judaici, quem intra annos 231. nempe ab Anno Mundi 5196. ad 5400. eventurum, author promittit. Ejusdem tituli liber tribuitur R. Nechoniæ, & R. Ismaëli filio Elisæi; ut alibi monuimus. Init. fol. 70. a terg. זה ציור אלפא בית אשר קבל משה מפי הגבורה

3. Ejusdem פי׳ שם המפורש PERUSC SCEM HAMMEPHORASC, *Expositio in Secretum Nominis Dei tetragrammati expositi*, per alia scilicet nomina, quæ 12. 42. & 72. literis constant. Circa finem hujusce Tractatus Cabbalistici fol. 231. delineatam reperias figuram Solii Dei cum ejusdem descriptione secundum placita Cabbalistarum, Textus incipit col. 1. f. 174. a terg. בשם ה׳ אלהי ישראל התחלתי להעתיק זה הספר על סוד שם המפורש.

Commentarius vero col. 2. ibid. זהו פי׳ אלה הכתובים בהקדמה זו לא

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

CCXXIV.

Codex in quarto, chartaceus, foliis constans 128. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; ubi continentur,

1. Anonymi פי׳ על ס׳ מערכת האלהות PERUSC AL SEPHER MAARECHETH HAELAHUTH, *Commentarius in librum Visionum Dei*; de quo mox supra. Init: fol. 1. אמונה מוחלטת פי׳ שלא יהיה מחשבת האדם בסוד היחוד ברצוא ושוב

2. ספר פליאה SEPHER PELIAH, *Liber Mirabilis*, sistens secreta varia magica, & superstitiosa, ex varia decem *Sephiroth*, seu Nominum Divinorum combinatione eruta; absque nomine authoris. Initium fol. 63. a terg. שאל משה ממטטרון בעשרה מאמרות נברא העולם.

3. מעשה תורה נאמרה על יד רבינו הקדוש MAASE THORA NEEMERA AL JAD RABBENU HAKKADOSC, *Opus Legis dictum per magistrum nostrum Sanctum*, hoc est Judam filium R. Simeonis, primum corporis Miscnici compilatorem; quod prodiit cum *Ben-Sira* tum alias, tum Amstelod. Anno Mundi 5457. Christi 1697. in 12. Ibi ex Ghemara hinc inde collecta snnt veterum pronunciata de momentis, aut rebus tribus, quatuor, quinque &c. usque ad decem, quæ idem prædicatum patiuntur, qualia etiam in Proverbiis, & Siracide, itemque in Capitulis Patrum, capite postremo occur-

currunt. Init. f.78. שלשה פעמים בכל יום הכרוז יוצא ואומר נוח לו לאדם שלא נברא

4. Anonymi פירוש על ספר יצירה PERUSC AL SEPHER JETSIRA, *Expositio in Librum de Formatione*, ſive *Creatione*, Abrahamo Patriarchæ falſo adſcriptum. Init. fol. 89. ישתבח ויתפאר ויתעלה שמו של מלך מלכי המלכים

5. Ejuſdem כללי בי׳ ספירות CHELLALE BEESSER SEPHIROTH, *Concluſiones de Decem Numerationibus*, ſive adtributis Divinis; quibus probatur, ea non posse eſſe plura, aut pauciora decem. Init. f. 121. כלל גדול אוריעך בעניין עשר

Is Codex ad decimumquintum Chriſti ſeculum videtur referendus.

CCXXV.

CODex in quarto, chartaceus, foliis conſtans 147. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus, quo continentur,

1. Anonymi מאמר על משקל השיר MAAMAR AL MISCKAL HASCIR, *Tractatus de Poëſi, & Muſice* Ebraica, undecim foliis, quorum tria ſub Codicis initium, reliqua ad calcem ex oſcitantia Bibliopæi compacta ſunt, comprehenſus; ubi inter cetera dicitur, quod Judæi Poeſin, & Muſicen ab Iſmaelitis, ſeu Arabibus Mahometanis circa Annum Creationis Mundi 4700. Chriſti 940. didicerint, illamque in ſuis Synagogis & Sacris Officiis adhibuerint, utpote ſuaviorem, ceteriſque jucundiorem, Initium fol. 1. ובאשר הרבו דברים נודע האמת מן.

2. ס׳ משובב נתיבות מר׳ שמואל מוטוט R. SAMUELIS MOTOT, quem Sabbathæus in Labiis dormientium מטוט, Bartoloccius vero מוחות, minus adcurate ſcribunt, Liber MESCIOBEB NETIBOTH, *Reſtituens ſemitas*, ex Iſ. LVIII. 22. Cabbaliſticus, ineditus; ubi de decem *Sephiroth*, Numerationibus, ſeu adtributis Divinis potiſſimum exponitur. Initium fol. 4. a terg. נתיבות פלאות : האחד תחלת המניין והוא אינו מן המניין ומכחו נהיו כחות.

3. פי׳ על תפילות של כל השנה מר׳ שמואל יפה בן יצחק PERUSC AL THEPHLLOTH SCEL COL HASCIANA, *Expoſitio Precum totius anni*, authore R. SAMUELE JAPHE FILIO R. ISAACI, Germano, qui floruit Conſtantinopoli decimoſexto Chriſti ſeculo ineunte, variaque ſcripta edidit, de quibus videſis Wolfium Tom. I. num. 2086. Init. fol. 52. a terg. בספר תהלות ה׳ כתיותינו

Is Codex ſcriptus eſt Anno Chriſti 1458. ut hæc oſtendunt librarii verba, quæ fol. 51. in clauſula libri *Reſtituentis Semitas*, leguntur: תם ונשלם תהלה לאל עולם והיתה השלמתו לשנת ה׳ו׳ר׳ח פה בקנדיה *Abſolutus, perfectuſque eſt hic liber: Laus Deo Mundi. Et quidem completus eſt Anno Creationis Mundi 5218. beic in Creta* Inſula.

CCXXVI.

CODex antiquus, in quarto, chartaceus, foliorum 154. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

תקוני זוהר על ס׳ ויקרא מר׳ שמעון בן יוחאי R. SIMEONIS JOCHAIDÆ TIKUNE ZOHAR AL SEPHER VAJEKRA, *Correctiones*, ſive *Supplementa Libri ſplen-*

Splendoris, seu elucidarii *in Leviticum*, principio manca. Initium fol. 1. קרשים וזעיר אפים כאשר מבים לזה ·

Is Codex exaratus est Anno Christi 1311. Sic enim fol. 154. ad calcem habetur: אני חיים כתבתי זאת בחדש שבט ש׳ע׳א׳ ליצירה ה׳ל׳ע׳ לישועתך קויתי יהוה *Ego Chaiim descripsi hunc librum mense Scevat*, Februario, *Anno Creationis Mundi* 5371. *Laus Deo Mundi. Salutare tuum exspectabo Domine.*

CCXXVII.

Codex in quarto, chartaceus, foliis constans 244. partim Rabbinice, partim Latine exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

COLLECTANEA CABBALISTICA, ex variis Doctorum Judæorum scriptis; addita Latina interpretatione Anonymi, quem Bartoloccius in Indice Ms. putat esse Alexandrum de Franciscis Episcopum Foroliviensem, de quo alibi. Ibi multa Sacræ Scripturæ loca, variæque Rabbinorum sententiæ & conceptus expenduntur. Init. fol. 10. *In omni loco de* זהר *intelligendum.*

Præit ejusdem Latini Interpretis *Dissertatio* Italica de Locis Biblicis ad Christum Deum pertinentibus, adversus Judæos. Init. fol. 1. *Poiche l'anno passato in questo medesimo luogo vi fu da me,*

Is Codex decimo sexto Christi seculo videtur conscriptus.

CCXXVIII.

Codex in quarto, chartaceus, foliorum 150. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. Anonymi מליצות לאגרות MELITSOTH LEIGAROTH, *Formulæ Epistolarum* ad Nobiles, & Principes viros, soluta & ligata oratione; recentius tamen additæ. Init. fol. 1. a terg. מי כמוך ה׳ באלהים ה׳ אלהי האלהים : וארוני הארונים

2. פי׳ סודו׳ פרה ארומה מר׳ אליקים הלוי R. ELIAKIM LEVITÆ PERUSC SODOTH PARA ADUMA, *Expositio Mysteriorum vitulæ rufæ*, Legalis, cujus cineribus purgabantur Judæi, qui immunditiem ex contactu cadaveris humani contraxerant, juxta Legem Numer. XIX. Cabbalistica, nondum typis consignata. Init. fol. 21. חוקת התורה אשר צוה יהוה לאמר הפרה היא רומות

3. אותיות מר׳ עקיבה AOTHJOTH, *Literæ*, sive Alphabetum R. AKIBÆ *filii Josephi*, qui altero Christi seculo floruit. Ibi singulæ literæ Ebraicæ variis insignitæ apicibus, secundum Cabbalistarum placita exponuntur, & ex vario earundem ordine, tria Alphabetorum genera statuuntur, quorum primum adpellatur "את" בש *Ath Basc*; secundam "אחס" בטע *Achas Bata*; tertium "אל" בם *Al Bam*. Folio autem 41. ex eodem R. Akiba dicitur, quod etsi unico nomine essentiali nuncupetur Deus, triplici tamen vocabulo semper est laudandus, atque invocandus; uti scriptum est: *Audi Israël Dominus, Deus noster Deus unus est, & Dominator Domine Deus*, Exod. 34. & alibi passim. Ibidem quoque adnotatum reperias, Dominum transtulisse Enoch filium Jared in Paradisum, eique tradidisse septuaginta duo Dei nomina,

mina, quæ in tetragrammato contineantur. Hunc autem Enochum ſapientes Judæi מטטרון *Metatron* adpellant, eumque coram Domino aſtare, & inferiora hæc regere fabulantur. Init. fol. 29. a terg. אמר ר׳ עקיבה אלו עשרים ושתים אותיות שבהן ניתנה כל התורה.

4. פרקי היכלות מר׳ ישמעאל בן אלעזר כהן גדול R. ISMAELIS FILII ELISÆI Sacerdotis magni, qui vixit Anno Mundi 3960. Chriſti 200. PIRKE HECALOTH, *Capitula de Templis*, ſeu ſeptem manſionibus, quæ a Rabbinis in Cælo conlocantur. Liber Cabbaliſticus, viginti ſex Capitulis abſolutus, ubi & de opere Currus, ſeu viſione Ezechielis exponitur; magnæ apud Judæos authoritatis, qui alias nuncupatur חנוך *Chanoc*, quia ab Authore, ope Metatron, quo nomine vocatur Enoch, conſcriptus creditur, initio facto ab his verbis: ויתהלך חנוך. Prodiit in collectione Anonymi ארזי לבנון *Arze Lebanon*, i. e. Cedri Libani inſcripta, Venet. Anno Chriſti 1601. apud Jo. de Gara, & Cracov. 1648. Init. fol. 45. a terg. ויתהלך חנוך את האלהים ואיננו כי לקח אותו אלהים אמר ר׳ ישמעאל כשעליתי למרום.

5. שר תורה SAR THORAH, *Princeps Legis*, ſive Tractatus anonymi de Angelo Legis Moſaicæ præfecto, quem Moſi eandem Legem tradidiſſe Rabbini Cabbaliſtæ perhibent. Initium fol. 85. a terg. אמר ר׳ ישמעאל כך אמר ר׳ עקיבה משם ר׳ אליעזר הגדול מיום שניתנה תורה.

6. פרקי ר׳ נחוניה בן הקנה PIRKE, ſive Capitula R. NECHONIÆ, FILII KANA, de Fundamentis Cabbalæ, *R. Iſmaëli* tradita, qui propterea diſcipulus R. Nechoniæ cognominari ſolet. Initium fol. 88. a terg. מי ימלל גבורות יהוה ומי יוכל להנות שבחו של מלך מלכי המלכים.

7. ספר אדרת ה׳ מר׳ אליעזר בן יהודה מגרמיזה R. ELEAZARI FILII JUDÆ WORMATIENSIS, Anno Chriſti 1240. clari, *R. Judæ ben Kalonymos*, & *R. Moſis Levitæ* diſcipuli, ADERETH HASCEM, *Pallium Dei*, ſive Commentarius de Cabbala ejuſque fundamentis, nondum impreſſus, in cujus clauſula, fol. 112. hæc legitur epigraphe: עד כאן קבלה מפי מורינו ורבינו רבי אליעזר מגרמישא ז׳צ׳ל׳ ולאחר שסיים ישתחוה ויאמר בהשתחויה שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד *Hucuſque Cabbala*, ſive traditio oralis, *Domini ac magiſtri noſtri R. Eleazari de Wormatia, b. m, quam quum abſolviſſet, inclinato capite dixit: Audi Iſraël Dominus Deus noſter Dominus unus eſt. Benedictum nomen gloriæ Regni ejus ſemper, & ſemper.* Hinc corrigendus Sabbathæus, qui in ſua Bibliotheca Ebraica, Labia dormientium inſcripta, hunc librum de moribus & virtutibus præcipere ait. Init. fol. 105. האדרת והאמונה פי׳ אלו המים שנבראו קודם ועל שמשכחים

8. פי׳ הגדה של פסח מר׳ שלמה בן אברהם בן אדרת R. SALOMONIS FILII ABRAHAMI BEN ADDERETH, Barcinonenſis, PERUSC HAGGADA SCEL PESACH, *Expoſitio narrationis de Paſchate*, ſive inſtructionis de ritibus in Paſchali feſto rite celebrando receptis, quæ ineunte feſto Paſchatis publice in Synagogis prælegi ſolet, Cabbaliſtica. Init. fol. 113. a terg. יאר השם פניו אליך ויחנך אתי ויפקח עיניך במאור תורתו.

Is Codex ad decimumquintum Chriſti ſeculum videtur referendus.

CCXXIX.

Codex in quarto, partim chartaceus, partim membraneus, foliis conſtans 293. charactere Rabbinico eleganti conſcriptus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. Anonymi פי׳ על פרשיות בראשית ונח ולך לך PERUSC AL PERASCIOTH BERESCITH, NOAC, ULEC LECA, *Expoſitio in Sectiones In principio, Noë, & Vade tibi*, quæ priora ſeptemdecim Capita Geneſeos complectuntur, principio, medio, & fine manca. Init. fol. 1. שנתמעטה הלכה צבאה ברי

2. ספר מאיר עינים SEPHER MEIR ENAIM, *Liber Illuminans Oculos*, ex Proverb. XXIX. 13. ſive dilucidatio commentariorum R. Moſis Nachmanidæ in Pentateuchum, inedita, quam Sabbathæus in Labiis dormientium *R. Bechai filio Aſcer* adtribuit. Idem ſentit Bartoloccius in ſua Bibliotheca Rabbinica, partim ex ſtyli ſimilitudine, partim ex eo, quod author ſe diſcipulum R. Salomonis ben Addereth ſæpe ibi laudati profiteatur; verum in Indice Ms. Codicum Ebraicorum, qui in Bibliotheca Vaticana adſervatur, hoc ipſum opus R. Moſi Nachmanidæ pro arbitrio adſcribit, illudque novas, eaſque Cabbaliſticas, in Pentateuchum explicationes complecti adfirmat. Init. fol. 9. a terg. בשם המשכיל לכל המשכלים מאציל מאתו כל הנאצלים

3. אוצר הכבוד OTSAR HACABOD, *Theſaurus gloriæ*, ſive Commentarius Cabbaliſticus in הגדות *Haggadoth*, ſeu narrationes & portentoſa dicta Rabbinorum, quæ in ſequentibus Talmudicis Tractatibus obvia ſunt; videlicet,

In Tractatu ברכות *Beracoth*, de Benedictionibus. Init. fol. 152. a terg. אמר ר׳ יצחק מאי דכתיב רודף צדקה וחסד ימצא חיים צדקה וכבוד.

In Tract. שבת *Sciabbath*, de Sabbato. Initium fol. 182. a terg. נקוט האי כללא בידך בכל שיעורי דשבת שהם הלכה למשה מסיני.

In Tract. מגלה *Meghilla*, de Volumine, ſeu hiſtoria Eſther. Initium fol. 199. אמר ירמיה בר אבא ואיתימא ר׳ חייא בר אבא מנצפך צופים אמרום

In Tract. תענית *Taanith*, de Jejunio. Init. fol. 207. מאימתי מזכירין גבורות גשמים וליתני מאימתי מזכרין.

In Tract. חגיגה *Chaghiga*, de Feſtivitate. Initium fol. 215. דרש רבא מאי דכתיב מה יפו פעמיך בנעלים כמה יפים.

In Tract. ראש השנה *Roſc haſciana*, de Capite anni. Initium fol. 230. ולשמטין וליובלות ולשמטין מנלן דכתיב ובשנת השביעית.

In Tract. סוכה *Succa*, de Tabernaculorum, ſeu Scenarum feſto. Init. fol. 240. סוכה שהיא גבוהה למעלה מכ׳ אמה פסולה ור׳ יהודה מכשיר

In Tract. פסחים *Peſachim*, de Paſchatibus, ſeu primo & ſecundo Paſchate. Init. fol. 246. מאי אור אמר רב הונא אמר נגהי רב יהודה אמר לילי

In Tract. חולין *Cholin*, de Prophanis, ſeu animalibus mundis & immundis. Initium fol. 253. אין עוד מלבדו א״ר חנינא אפי׳ כשפים ההיא איתתא

In Tract. סוטה *Sotta*, de Muliere declinante. Init. fol. 256. a terg. אין מזוונין לו לאדם אמר רבה בר חנה וקשה זוונן כקריעת ים סוף.

In Tract. כתובות *Chethuvoth*, de Contractibus matrimonialibus. Init.

fol. 261. a terg. דרש בר קפרא גדולים מעשים צדקים יותר ממעשה שמים וארץ

In Tract. גיטין *Ghittin*, de Divortiis & libello repudii. Init. fol. 267. אמר ר׳ שמואל האי פרוס בלא עילבנא דדייני הוא.

In Tract. קדושין *Kidduscin*, de Sponsalibus, & Sponsalitiis. Initium fol. 268. וללמדו אומנות מנלן אמר חזקיה דאמר קרא ראה חיים עם האשה

In Tract. ערובין *Eruvin*, de Commixtionibus domorum. Init. fol. 271. אשכחן משכן דאקרי מקדש וכו׳ ידוע שקדושת המשכן ומקדש אחת

Sabbathæus in sua Bibliotheca hunc librum tribuit *R. Todros*, seu *Theodoro Levitæ* simpliciter, eumque Cabbalistice commentari ait in haggadoth totius Talmudis. Ejusdem tituli, & argumenti opus laudat Samuel Germanus in fine libri R. Josephi Cretensis, נובלות חכמה i. e. *Decidui fructus Sapientiæ* inscripti, pag. 195. illudque ad editionem paratum se habere scribit. Porro duo hujusce nominis scriptores Judæi præclari sunt, eorum primus Nepos fuit R. Manoach Levitæ, objitque Anno Mundi 5043. Christi 1287. teste Gedalia in Catena Traditionis; alter Narbonensis, author libri שערי הרזים *Sciaare harazim*, Portæ reconditorum nuncupati, de quo infra. Utri autem horum præfatus commentarius adscribendus sit, divinare non possumus. Wolfius tamen verosimilius eundem ad priorem R. Theodorum Levitam referendum esse putat: quod unde adsequutus sit, nos prorsus latet.

4. הלכות על מס׳ ברכות מר׳ אלפסי R. ALPHESI HALACOTH AL MASSECHETH BERACOTH, *Constitutiones in Tractatum* Talmudicum *de Benedictionibus*, principio & fine mutilæ. Init. fol. 285. לפי שאינו מצוי תמיד בשמגיע זמן קרית שמע

Is Codex ante annum Mundi 5249. Christi 1489. exaratus est; utpote qui eo anno a שבתי כהן *Sabbathai Sacerdote* venditus fuit cuidam Judæo, cujus nomen abrasum; ut in calce adnotatur.

CCXXX.

Codex in quarto, partim chartaceus, partim membraneus, foliis constans 79. charactere Rabbinico exaratus; quo continentur,

1. פירוש על שיר השירים מר׳ אברהם בן משה מפנוי R. ABRAHAMI FILII MOSIS DE FANO, PERUSC AL SCIR HASCIRIM, *Commentarius iu Canticum Canticorum*, literalis & mysticus, nondum, quod sciam, typis vulgatus; verum a com. 1. Cap. II. *Ego Flos campi, & lilium convallium*, mutilus. Initium fol. 1. והיכך כיין הטוב הולך לדודי למשרים דובב שפתי ישנים מה שלמה המלך ע׳ה׳

Porro a fol. 17. cui decem folia alba anteposita sunt, resumitur *Commentarius* in idem *Canticum Canticorum*, literalis itidem & mysticus, sed diversa manu, phrasi ac stylo conscriptus; quocirca non videtur esse ejusdem authoris. Incipit autem a com. 8. Capitis VII. אמרה היא כיונים על אפקי מים רותצות *Et dixi ascendam in palmam* &c. & sequitur usque ad finem.

2. Fragmentum פירוש פרקי אבות PERUSC PIRKE AVOTH, *Expositionis in Tractatum de Capitulis Patrum*, decimum ex Ordine quarto Talmudico, qui נזיקין *Nezikin*, Damna inscribitur. Authoris nomen latet. Init. fol. 24. a t. משה

משה קבל תורה מסיני ומסרה ליהושע ויהושע ·

3. Fragmentum פירוש אל ספר רות PERUSC AL SEPHER, *Expositionis in librum* RUTH, Literalis & Mysticæ, absque authoris nomine. Desinit in com. 15. Cap. III. *Cave ne quis noverit, quod huc veneris*. Init. fol. 26. למה״ קורין רות בחג שבעות שיש בה גדולת חסדיו ·

4. חילוק עולם הבא CHILUK OLAM HABA, *Divisio seculi futuri*, sive Tractatus de discrimine futuri a præsenti seculo, Cabbalisticus, incerti authoris. Init. fol. 29. בספר המאסף בשורש בדל ויבדל אלהים בין האור

5. ביאור מלות הנבואות BIJUR MELOTH HANNEUVOTH, *Declaratio nonnullorum vocabulorum* e sacris *Prophetarum* libris excerptorum, quæ difficiliora ceteris videntur. Init. fol. 33. a terg. המאמר הזה לבאר ענייני שמות באו בספרי

6. פירוש על ספר משלי מר׳ עמנואל בן שלמה R. EMMANUELIS FILII SALOMONIS *Siphronæi*; non vero *Beneventani*, ut scribunt Plantavitius & Bartoloccius, Poetæ inter Judæos celebratissimi, qui Anno Mundi 5001. Christi 1241. claruit, PERUSC AL MISCLE, *Commentarius in Proverbia* Salomonis, Literalis & Mysticus, jam Neapoli in fol. editus, teste Sabbathæo, qui tamen annum non memorat; verum heic imperfectus: desinit enim in com. 19. Cap. II. *Omnes, qui ingrediuntur ad eam, non revertentur*. Initium fol. 40. אמר עמנואל בכר שלמה ז׳ל׳ אחר השבח האל על רוב נעימותיו ·

7. ביאור ר׳ אברהם אבן עזרא על דניאל R. ABRAHAMI ABEN EZRÆ, *Commentarius in Danielem*, principio, & a com. 13. Cap. VIII. mancus. Initium fol. 49. בשנת שלש אמר הגאון וצבא גדול כמו כי הוא צבא

8. ספר מראות אלהים מר׳ חנוך R. CHANOC *filii Salomonis*, *filii Davidis*, SEPHER MAREOTH ELOHIM, *Liber de Visionibus Dei*, ex com. 1. C. I. Ezech. sive Commentarius in Visiones Prophetarum Isaiæ, Ezechielis, & Zachariæ, mysticus, principio mutilus; adjectis ad calcem nonnullis carminibus in laudem authoris. Init. fol. 58. תפרק הנביאים והשיג השנה רביעית

9. מעין החכמה MAEJAN HACHOCMA, *Fons Sapientiæ*. Liber Cabbalisticus de nomine Dei tetragrammato, ejusque mysteriis, Mosi Prophetæ adscriptus. Ita enim procemium habet: ז׳ה הספר מעין החכמה שנתן מיכאל לפאלי ופאלי למר״ עה״ ומר״ עה״ גילוהו להתחכם בו לדורות i. e. *Hic liber Fons Sapientiæ, quem tradidit Michaël Phaeli, & Phael Mosi doctori nostro p. m. & Moses revelavit eum, ut sapientes redderet posteros*. Porro suppositam ac futilem esse hanc scriptionem, vel ex eo, ut cetera taceam, patet, quod in ipso contextu paraphrasis Jonathanis, quem Judæi ipsi in ætatem Servatore nostro paullo superiorem referunt, allegatur; ne dicam de lusibus Cabbalisticis, qui eodem in libro exhibentur, ætatem longe recentiorem sapientibus; ut recte observat Wolfius Tom. I. pag. 874. ubi varias ejusdem libelli editiones recenset. Init. fol. 69. a terg. זהו תתקון הצירוף ומאחר ומכלל וחשבון פירושו של שם

10. פירוש רדק״ על יהושע RADAK, i. e. R. Davidis filii Josephi Kimchi, *Commentarius in Josue*, Literalis & Grammaticus; verum a com. 11. Cap. V. *Et comederunt de frugibus terræ* &c. ad finem usque mancus. Initium fol. 70. ראשית חכמה יראת יהוה שכל טוב לכל עושיהם ·

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CCXXXI.

Codex in quarto, chartaceus, foliorum 112. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. ספר היחו׳ SEPHER HAJECHUD, *Liber Unitatis*, decem שערים *Sciaarim*, seu Portis absolutus; in quo de unitate Dei Cabbalistice & Philosophice agitur. Authoris nomen desideratur; verum Sabbathæus in Labiis dormientium, ejusdem tituli & argumenti opus *R. Eleazaro filio Judæ Wormatiensi* adtribuit. Init. fol. 1. השער הא׳ בביאור אופני חיוב הש׳ית׳ יחוד בלב שלם

2: סוד העיבור והיבום מר׳ אלעזר בן יהודה R. ELEAZARI F. JUDÆ, Wormatiensis, SOD HAIBUR, VEHAJEBUM, *Mysterium Prægnationis, & Fratriæ legis*; ubi agitur de duplici classe Animarum, feminarum scilicet, & marium, quæ in principio a Deo creatæ dicuntur, deque earum destinatione ad fœtus humanos, qui in dies formantur, animandos; item de Fratris absque liberis defuncti uxore ducenda. Hinc corrigendus Bartoloccius, qui in Indice Ms. libellum hunc de metempsychosi agere scribit. Init. fol. 17. כל הנשמות משׁשת ימי בראשית מצויירותן הן בפרנוד ששמו גוף.

3. אגרת הקודש מר׳ משה בר נחמן R. MOSIS FILII NACHMAN, *Gerundensis Hispani*, IGGHERETH HAKODESC, *Epistola Sanctitatis*, regulas matrimoniales suppeditans, quibus audientes liberos probos gignere parentes possint, jam sæpius typis vulgata; ut videre est apud Wolfium Tom. I. pag. 877. ubi singulas ejusdem editiones recenset. Init. fol. 18. יברכך יהו״ה וישמרך אחי בהיותך זריז ומהיר לחקור על הדרכים.

4. ס׳ מערכת האלהות מר׳ עזריאל סגי נהור R. AZARIELIS SAGHINAHOR, i. e. Cæci, MAARECHETH HAELAHUTH, *Ordinatio Divinitatis*, sive Tractatus de Deo, ejusque decem adtributis, quæ *Sephiroth*, hoc est, numerationes adpellant, Cabbalisticus; a plerisque tamen R. Perez filio Isaaci Gerundensi Hispano adscriptus. Init. fol. 29. מערכת האלהות היא קיום אמונת אלהות להאמין בשלימות האמונה.

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur exaratus.

CCXXXII.

Codex antiquus, in quarto, partim membraneus, partim chartaceus, foliis constans 44. charactere Rabbinico descriptus, olim Palatinus; quo continentur,

1. Anonymi ציור העשר ספירות TSIJUR HAESSER SEPHIROTH, *de Formatione decem numerationum* Cabbalisticarum, præfixa *Tabula* in figuram arboris disposita; in qua earundem numerationum nomina descripta sunt. Initium fol. 1. a terg. סוד יהוה ליריאיו ובריתו להודיעם : עשר ספירות בלימה בלום פיך

2. כתר שם טוב CHETHER SCEM TOU, *Corona boni nominis*, sive Commentarius de Nomine Dei tetragrammato, deque Fundamentis Cabbalæ, nempe decem *Sephiroth*, quæ Deo a Cabbalistis tribuuntur. Deest Præfatio,

quæ

quæ tamen ſuppleri poteſt ex Codice CCXXXV. ubi hic ipſe liber הפאר *Happer*, i. e. Decus inſcribitur, ejuſque author circa medium Præfationis ר' שם טוב משוריא *R. Scem Tou de Soria* adpellatur. Verum in Codice CXC. num. 6. ubi Latina hujuſmet operis verſio a Flavio Mithridate elaborata habetur, author dicitur *R. Abraham de Colonia*. Quare præter rationem Bartoloccius & Wolfius hocce Opus, quod nondum lucem publicam aſpexit, anonymo adſcribunt. Init. fol. 5. a terg. בזאת יבוא אהרן אל הקודש פימר׳

3. E. פירוש יב״ חרוזים PERUSC SCENE ASSAR CHARUZIM, *Expoſitio duodecim Verſuum*, in Synagoga Toletana ad aquilonem marmori olim inciſorum, qui etſi omni prorſus careant ſenſu, ex inveterata tamen conſuetudine in celebratione nuptiarum legebantur. Eos interpres noſter de adventu Meſſiæ exponere nititur, quem inde futurum fuiſſe colligit anno ab orbe condito 5089. Chriſti 1229. Præfati autem Verſus fere adamuſſim concordant cum metrica Inſcriptione, quæ ſuperius in Codice CV. fol. 116. habetur, quæque ibidem Januæ Synagogæ Urbis Goriziæ ante everſionem II. Templi inciſa, & a nemine hactenus explicata dicitur. Init. fol. 23: הן האדם היה אחד ממנו יודעת בנשיקה : אור הנר יפה לבדיקה נר אלהים ·

Is Codex ſcriptus eſt Anno Chriſti 1411. ut hæc docent librarii verba, quæ fol. 22. in calce libri Coronæ boni nominis leguntur: בראשון בשבת כב׳ ימים לחדש שבט שנת הק׳נ׳ד׳ לפרט נשלם זה הספר הנקרא כתר שם טוב על יד לי מרדכי הצעיר וכתבתי למורי ורבי ר׳ אברהם ז׳ל׳ ב׳כ׳ר׳ פותיטו ת׳נ׳צ׳ב׳ה׳ עם אל הקבלות שהם כתובים למעלה והשם יזכהו וכו׳ · *Feria prima, die 2. menſis Scevat*, Januarii, *Anno Creationis Mundi 5154. abſolutus eſt hic liber, qui inſcribitur Corona boni nominis, per me Mardochæum minorem, filium honorandi R. Potito, cujus anima colligata ſit in faſciculo vitæ. Deſcripſi autem illum in uſum Domini & Magiſtri mei R. Abrahami: memoria Juſti in benedictionem: una cum decem Numerationibus, quas ſub initium adumbravi. Deus illum reddat dignum*, &c.

CCXXXIII.

Codex in octavo, membraneus, foliorum 142. Rabbinicis literis elegantiſſime exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. ס׳ אור השכל מר׳ אברהם אבולעפיה R. ABRAHAMI ABULAPHIÆ Hiſpani, liber inſcriptus OR HASCECHEL, *Lux intellectus*; ubi de Nomine Dei tetragrammato Cabbaliſtice exponitur. Author Cabbalæ multum ſtuduit, diuque in Sicilia vixit, editis tribus aliis libris, qui a Sabbathæo & Wolfio memorantur. Init. fol. 5. בהיות המחשבה האנשית קצרה מאד מהשיג הענינים

2. מאמר על מציאות השם מר׳ יוסף אבן חיים R. JOSEPHI FILII CHAIIM *de nova Germaniæ Urbe*, MAAMAR AL METSIUTH HASCEM, *Tractatus de Divina exiſtentia & providentia*, nondum typis vulgatus. Init. fol. 129. a terg. החכמה תחייה את בעליה חיים בעולם הזה וחיים בעולם הבא ·

Duo hujus nominis Scriptores in Bibliothecis Ebraicis occurrunt, unus Gallus, qui Adrianopoli floruit ſeculo XIII. varioſque compoſuit libros, qui

tur: Init. fol. 143. יתברך שמו אל נורא אל שהוא חי וקיים לעד ולנצח והוא

10. פירוש רשי על ה׳ מגלות RASCI, i. e. R. Salomonis filii Isaacii, Galli, cognomento Jarchi, PERUSC AL CHAMESC MEGHILLOTH, *Commentarius in Quinque Volumina*; videlicet,

In Ruth. Init. fol. 179. ויהי בימי שפט השפטים לפני מלך שאול

In Esther. Init. fol. 180. a terg. ויהי בימי אחשורש מלך פרס היה שמלך

In Threnos Jeremiæ. Init. fol. 183. איכה בגמטריא ל׳ו׳ נגד לו״ כריתות שעברו

In Canticum Canticorum. Initium fol. 185. שיר השירים אחת דבר אלהים

In Ecclesiasten. Init. fol. 193. a terg. דברי קהלת כל מקום שנ׳ דברי אינו אלא דברי תוכחות אלה הדברים אשר דבר משה.

11. Anonymi שאלות ותשבות SCEELOTH UTHESCIUVOTH, *Quæsita & Responsa*, sive Dialogus Cabbalisticus de *Decalogo*, & de decem *Sephiroth*, aliisque Divinis Nominibus, in viginti septem Capita distributus, nondum typis vulgatus. Init. fol. 219. האמונה והבטחון הם ב׳ עניינים שהאחד צריך לחברו

12. על משקלי השירים AL MISCKALE HASCIRIM, *De arte Metrica, & Prosodia* Ebraica, Tractatulus ignoti authoris. Initium fol. 308. דודי שאלוני איך תמצא נבר: הורג בלי חנית חרב: ומאכלת.

Is Codex, quem non immerito ad decimumsextum Christi seculum referas, pertinuit olim ad רפאל דריקנאטי *Raphaelem Rekanatensem*, seu Recinensem, tum vero ad שלמה אלגזי *Salomonem Algazi*; uti sub initium adnotatur.

CCXXXVII.

CODEX in fol. chartaceus, foliis constans 40. charactere Rabbinico exaratus; quo continetur,

ספר גמאטריות על בראשית SEPHER GHEMATRIOTH AL BERESCITH, i. e. *Observationes Cabbalisticæ super Genesim*, secundum valorem numericum literarum, quibus voces, vel commata, vel contextus integri constant; ubi, si duæ, aut plures voces eundem numerum producant, priores voces idem denotare existimantur, quod inferunt alteræ numero illis consimiles. Ita Genes. XLIX. 10. יבא שילה Judæis exponitur per משיח, quia duæ voces priores tantum valent quod ad literas, quantum vox una משיח, nempe 358. Quod interpretandi genus גמטריאה *Ghematriah*, a voce Græca γεωμετρία, improprie vocant. Et secundum hanc Cabbalæ speciem explicatur heic magna pars Geneseos, videlicet a Capite I. ad comma 25. Capitis XXX. *Et dixit Jacob Laban socero suo, dimitte me*, &c. Desunt tamen quædam folia circa finem. Initium fol. 1. בראשית ברא ב׳ של בראשית גדולה כלומר ב׳ עולמות

Is Codex decimo sexto Christi seculo videtur descriptus.

CCXXXVIII.

CODEX in fol. chartaceus, foliorum 28. Rabbinicis literis exaratus; ubi continetur,

SE-

ספר גמטריאות על התורה SEPHER GHEMATRIOTH AL HATTHORA, i. e. *Observationes Cabbalisticæ in Legem*, sive Pentateuchum Mosis, secundum valorem numericum literarum, de quo mox supra. Desunt varia folia circa medium, quæ potiorem Numerorum & Deuteronomii partem complectebantur; Priora vero quatuor commata Capitis I. Geneseos, quæ sub initium desiderantur, nova manu ad calcem adjecta, & a præcedenti Codice nonnihil discrepantia reperias. Initium fol. 27. a terg. בראשית ד'א' בראשית ברא אלהים ב'ה'ר'כ' בבא תרגום של שער.

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CCXXXIX.

COdex antiquus in quarto, membraneus, foliis constans 11. charactere Rabbinico exaratus; ubi continentur.

1. Anonymi שמוש תהלים SCIMMUSC THEHILLIM, *Usus Psalmorum*. Libellus superstitiosissimus, qui sæpius lucem publicam aspexit, nimirum Venetiis Anno Mundi 5331. Christi 1571. in 4. junctus ipsi Psalmorum libro, sicut & in editione Psalmorum Amstelodamensi, quæ adnexum habet Kimchii Commentarium, an. 1681. in quarto ad calcem legitur. Prodiit etiam Lublini in quarto, & Amstelod. A. M. 1312. C. 1652. in octavo, apud Uri Veibsc plag. una; item apud eundem 5418. C. 1658. in 24. & Sabionetæ in octavo. Postremam hanc editionem, non indicato anno, se vidisse in Bibliotheca Georgii Eliezeris Edzardi, testatur Wolfius Tom. II. pag. 695. Ibi autem agitur de Virtute Psalmorum, deque modo inde Nomen Dei extrahendi; ostenditurque, quomodo Psalmi toties, vel toties pronunciati, aut membranæ inscripti, aut de collo suspensi, adscito certi Angeli nomine, quod, Cabbalistarum more, ex quolibet Psalmo deducitur, & certa precatione invocatur, adhiberi possint ad varias res superstitiose perficiendas. Sic v. c. Psalmus I. pergameno mundo inscriptus cum nomine Angeli אלחד, *Elchad*, abortum mulierum impedire, hominibus male sedulis creditur. Vide plura apud Buxtorfium pag. 415. Bibl. Rabbin. Hottingerum Parte V. Hist. Eccles. pag. 657. Thesaur. Philolog. pag. 451. Gisb. Voëtium Parte II. Disp. Select. pag. 83. & Bartoloccium Tom. IV. p. 328. ubi occasione scripti צורת המנורה, quo Psalmus LXVII. Cabbalistice in forma candelabri descriptus, superstitioso usui adcommodatur, nonnulla exempla ex Scimmusc Thehillim adfert. Initium fol. 1. מזמור א' פתח והירה עד יצליח לאשה שלא תפיל והשם שלו אלחד.

2. ביאור פרשת ואלה שמות מר' אברהם אבן עזרא R. ABRAHAMI ABEN-EZRÆ BIJUR PERASCIATH VEELE SCEMOTH, *Expositio in Sectionem Et hæc sunt nomina*, quæ priora quinque Exodi Capita complectitur, a R. JOSEPHO FILIO JACOBI DE MONDOVI, i. e. Monteregali, ipsi Aben-Ezræ æquali, nonnullis Scholiis illustrata; ut hæc ostendunt ejusdem verba, quæ fol. 8. a terg. leguntur: ואני יוסף בר יעקב ממרוויל העתקתי ממכתב יד המחבר גם הוספתי קצרת פי' על לשונו כאשר פי' לי הוא בעת חבורו דרך בעבור שהוא לשון

פרושי סימנתי הטורים הנוספים בשתי נקוד׳ בראש הטור בסופו גם כל מקום אשר ימצא שתי נקודות בין מלה למלה הוא תוספת פירושי מפין *Ego Joseph filius Jacobi de Mondovi exscripsi hæc ex authographo, adjecique nonnullas observationes meas in phrasim authoris, consentientes sensibus, quos ipse mihi ostendebat, quum hocce suum opus conscriberet. Quæ autem a me addita sunt, quatuor punctis, duobus nempe anterioribus, & duobus posterioribus distincta reperias*, &c. Consequitur calligraphi monitum in hæc verba: ואנו המעתיק לא מצאתי אלו הסימנים ממקום שהתעקתיו ממנו וכמו שמצאתי כך כתבתי הלשון לבד *Ego vero, qui hunc Commentarium exaravi, non inveni in archetypo meo quidquam punctis, aut aliis signis distinctum, quæ ideo a me prætermissa sunt*. Init. fol. 7. a terg. על כן שנים אם אחד פי׳ עצם וצורה שהם בגוף אחד.

3. סדר שאלת חלום SEDER SCEELATH CHALOM, *Ordo interrogationis per somnium*. Opusculum superstitiosum, sistens quasdam precatiunculas, & invocationes Angelorum ante cubitum recitandas, ut quietis tempore dignosci possint quæ inquiruntur. Init. fol. 8. a terg. אנא האל הגדול הגיבור והנורא היודע כל תעלומות ומבין סתרי.

4. שיר על הנפש מר׳ אברהם בן מאיר אבן עזרא R. ABRAHAMI FILII MEIR ABEN-EZRÆ, Toletani, SCIR AL HANNEPHESC, *Canticum de Anima*, una cum ejus expositione, nondum typis consignatum; ubi occasione adrepta ex fabulosa narratione רמון קנטור *Rimonis Kantoris* nepotis sui, qui in Cælum conscendisse fingitur, de animabus hominum agit, quas quietis tempore, relicto corpore, ad Deum ascendere, eidemque de actionibus hominum referre, mane vero ad corpora redire, atque reviviscere fabulatur. Initium fol. 10. בני תרצה לעלות אל מעלת שכל: סור מעלת חכמה ללמוד הוי שקוד.

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

CCXL.

Codex in quarto, chartaceus, foliis constans 33. Rabbinico charactere exaratus: ubi continetur,

ספר אות מר׳ זכריה ספרדי R. ZACHARIÆ HISPANI, SEPHER AOTH, *Liber signi*, seu Prophetia, qua per septuaginta duo Dei nomina explanare conatur ejusdem nomen Tetragrammaton. Hanc author Anno Mundi 5045. Christi 1285. ad Judæos Hispanos misit, ediscendamque illis commendavit, hac ratione adventum Messiæ maturaturis, quem Anno Mundi 5053. Christi 1293. futurum promittit. Vide B. Carpozovii notas ad Schickardi Jus Regium Ebr. pag. 462. ubi de Judæorum more adventum Messiæ sui quotidianis precibus, & votis frequentissime repetitis urgendi, commemorat. Initium fol. 1. את פי יהוה קידשתי מהז מיום דעתי שמו עד היום הזה ועוד אתקדש

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus,

Co-

CCXLI.

Codex in quarto, chartaceus, foliorum 54. Rabbinicis literis exaratus, ubi continentur,

1. Anonymi ספר הגורלות SEPHER HAGORALOTH, *Liber de sortibus* inveniendis, & responsionibus ex libris Prophetarum habendis, divinatorius; præmissis nonnullis precatiunculis ante sortitionem recitandis. Parum discrepat a libro ejusdem tituli, edito Venetiis Anno Mundi 5417. Christi 1627. in 12. quem commemorat B. Groddeckius in Theatro Placciano pag. 722. Initium fol. 1. a terg. אל אלהי האלהים וארוני הארונים האל הגדול

2. Ejusdem מעשה הקמעות MAASCE HAKIMMEOTH, *de Modo conficiendi schedulas*, seu amuleta, deque exorcismis, & adjurationibus herbarum, ad multas res per artem magicam perficiendas, quam Ebraice קבלה מעשית *Kabbala Maascith*, Cabbalam effectricem, seu practicam adpellant. Initium fol. 33. לחשביע עשב שקורים פרונקא אנטרא אניינא אי אביאה

3. פירוש כמה פסוקים מהתורה PERUSC CAMA PASUKIM MEHATTHORA, *Expositiones nonnullorum commatum, ex Sacris Bibliis* hinc inde decerptorum, Anagogicæ instar Homeliarum; authore Anonymo. Initium fol. 47. a terg. ליהודים היתה אורה וגו' לא מהיותי חכם בעיני מלאני לבי לעלות

Is Codex decimosexto Christi seculo videtur conscriptus.

CCXLII.

Codex in octavo, chartaceus, foliis constans 39. charactere Rabbinico exaratus; ubi continentur,

1. שמוש התורה SCIMMUSC HATTHORA, *Usus Legis*. Libellus futilis & superstitiosus; quo traditur ars, nomina Sacra ex Pentateuchi commatibus eruendi, eaque invocandi, aut membranæ inscribendi, & de collo suspendendi, ad mala avertenda, & mirabilia quæque patranda; nondum typis commissus. Initium fol. 1. זה הוא שימוש חמשה חומשי תורה שנמסרו למשה בשעה

2. Anonymi ספר הסודות SEPHER HASSODOTH, *Liber Arcanorum*, superstitiosissimus, sistens triginta secreta ex invocationibus Angelorum, & adjurationibus Dæmonum, secundum præcepta Cabbalæ practicæ, seu artis magicæ, composita, ad varias res præter morem efficiendas; quorum Index principio præfigitur. Initium fol. 32. לראות בלילה כמו ביום קח זכוכית

Is Codex ad decimumsextum Christi seculum videtur referendus.

CCXLIII.

Codex in octavo, chartaceus, foliorum 55. Rabbinicis literis exaratus; quo continentur,

1. קבלה מעשית KABBALA MAASCITH, *Cabbala practica*, sive ars componendi

brevia, & amuleta ex ſacris nominibus, ad ſanitatem tuendam, variaſque præſtigias perpetrandas. Initium fol. 1. שמירת הדרך שונין בסעם והיא ברורה

2. שמוש תהלים SCIMMUSC THEHILLIM, *Uſus Pſalmorum*. Libellus futilis & ſuperſtitoſus; ubi de virtutibus Pſalmorum Davidis agitur, quomodo, ſcilicet, ſinguli adhiberi poſſint ad varia mirabilia ſuperſtitioſe efficienda; a Pſalmo tamen CXIX. ad finem uſque mancus. De eo fuſius ſupra in Codice CCXXXIX. diſſeruimus, Initium fol. 49. a terg. אשרי האיש פתח והיו״ ער״יצליח לאשה שלא תפיל והשם שלו אלחר.

Is Codex decimoſexto Chriſti ſeculo videtur exaratus.

CCXLIV.

CODEX in octavo, chartaceus, foliis conſtans 111. charactere Rabbinico pereleganti, & nitidiſſimo deſcriptus. Ibi continentur,

1. פירוש על ספר איוב מר׳ אבא מרי בר אלגדוד נסתרוך R. ABA MARI FILII ELIGDUD, cognomento NISTRUK, *de Nigris*, Bibliothecarum Rabbinicarum ſcriptoribus incogniti, PERUSC AL SEPHER JOB, *Expoſitio in librum Jobi*, a Capite quinto ad finem uſque manca. Initium fol. 1. כתבו משה אם היו״ ולא חברו ואם לא היה כתבו וחברו.

2. Anonymi סגולות בדרך טבע SEGULLOTH BEDEREC TEBAA, *Proprietates*, ſive ſecreta quædam *naturalia*, pleraque medica; verum tot myſticis characteribus notata, ut primo aſpectu magica videantur. Initium fol. 15. אם תקח כלי ותנקבהו בתחתיות נקבים קטנים ומלאהו מים.

3. לעשות השבעות LAASCIOTH HASCBAOTH, *de adjuratione Dæmonum*, ad præſtigias patrandas. Tractatulus impius ignoti authoris. Initium fol. 23. לאסור אדם שלא ישכב עם אשה טול אמרג ותנז.

4. סוד המרכבה SOD HAMMERCAVA, *Arcanum Currus*. Tractatulus Cabbaliſticus incerti authoris de myſteriis Currus Ezechielis Prophetæ, Horti Eden, & Gehennæ, deque revolutionibus, variiſque combinationibus literarum nominis ineffabilis, & uſu nominum, quæ inde eruuntur, ad diverſa portenta efficienda. Init. fol. 25. ועתה אתחיל לפרש סוד המרכבה העליונה

5. Ejuſdem השבעות המלאכים HASCBAOTH HAMALACHIM, *De invocatione nominum Angelorum*, vel Dæmonum, ad præſtigias edendas, ſecundum præcepta Cabbalæ מעשית *Maaſcith*, i. e. practicæ, de qua ſupra. Initium fol. 27. a terg. ועתה אתחיל לפרש סוד המרכבה התחתונה שהם עשרה ראשים

6. Ejuſdem מעשה הקמעות MAASCE HAKIMMEOTH, *De modo conficiendi brevia*, ſeu amuleta, & Philacteria, ad captandam Principum benevolentiam, hoſteſque profligandos; additis variis ſecretis magicis. Init. fol. 30. a terg. קח קלף שליל ותכתוב זה השם ח׳ה׳ע׳כ׳

7. Ejuſdem סגולות SEGULLOTH, *proprietates*, ſive *Secreta*, & experimenta alia naturalia & ſuperſtitioſa, cum iis, quæ num. 2. notata ſunt, conjungenda. Initium fol. 55. זו קמיע מומחה לנערים לחולי הנקרא אלחביבא בר מינן

8. Ejuſdem *De ratione conficiendi Amuleta, & Philacteria*, una cum figuris, & notis magicis. Pertinet ad Tractatulum num. 6. ſignatum. Ini-

Initium fol. 62. קח מן החרס שחצורף מצרף הכסף וחלבון

9. שאלה מקובלת מפי מורה צדק SCEELA MEKUBBELETH MEPHI MORE TSEDEK, *Quæsitum ex ore Doctoris Justitiæ acceptum*, de Philacteriorum, & Amuletorum compositione, deque usu nominum sacrorum, quæ in iis describi solent. Initium fol. 90. ראשונה טהר מחשבותיך עם הנקיון הראוי לך

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

C C X L V.

Codex in octavo, chartaceus, foliis constans 125. charactere partim quadrato, partim Rabbinico exaratus. Ibi continentur,

1. ספר אות מר' זכריה הספרדי R. ZACHARIÆ HISPANI, SEPHER AOTH, *Liber Signi*, seu Prophetia, ad Ebræos Hispanos, Anno Creationis Mundi 5045. Christo 1285. missa, de adventu Messiæ, quem per quotidianas preces, & frequentem recitationem hujusce prophetiæ, in qua nomen Dei tetragrammaton septuagintaduobus nominibus explanatur, Anno Mundi 5053. Christi 1293. eventurum promittit. Vide supra Cod. CCXL. ubi aliud ejusdem libri exemplar exhibetur. Init. fol. 1. את פי יהוה קדשתי מהז מיום

2. Anonymi מעשה הכשוף MAASCE HACHISCIUPH, *Elementa Magica*, & Necromantica. Libellus impius & superstitiosus; ubi de invocandis adjurandis, cogendisque Angelis, vel Dæmonibus, ad varia portenta perpetranda, speciatim differitur. Initium fol. 16. והו ילי סיט עלם

3. שמוש תהלים SCIMMUSC THEHILLIM, *Usus Psalmorum*. Libellus itidem impius & superstitiosus, utpote qui de virtute singulorum Davidis Psalmorum, certo ritu recitandorum, aut membranæ inscribendorum tractat, ad varias res præter naturam efficiendas; verum a Psalmo CXI. mutilus. De eo fusius in Codice CCXXXIX. egimus; unde ea, quæ heic desiderantur, suppleri possunt. Initium fol. 112. אשרי האיש למפלת האשה כתוב אותו עד אשר

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur descriptus.

C C X L V I.

Codex in quarto, chartaceus, foliorum 92. Rabbinicis literis, verum sermone Latino conscriptus; ubi continetur,

מאמר על חכמת הנקודות MAAMAR AL CHOCMATH HANNEKUDOTH, *Tractatus de scientia Geomantica*, quæ species est divinationis per puncta, ubi & de sortibus mittendis; futilis & superstitiosus. Authoris Latini, & calligraphi Ebræi nomina latent. Porro plures hujusce furfuris libelli in Bibliothecis Ebraicis occurrunt, גורלות *Goraloth*, Sortes. absque authoris nomine inscripti, ex quibus unus a B. Groddeckio in Theatro Placciano pag. 772. commemoratus, prodiit Venetiis Anno Mundi 5417. Christi 1657. alter Amstelodami A. M. 5461. C. 1701. ex Codice Ms. Bibliothecæ Uffenbachianæ, quem integrum Ebraice cum Latina versione exhibet Majus in Catalogo præfatæ Bibliothecæ Part. I. a pag. 343. & cujus synopsim profert Wol-

Wolfius Tom. II. & III. num. 110. ubi & alios ejuſdem tituli & argumenti libros Mss. recenſet. Init. fol. 10. אין אומני קושטיאוני ··· אינטר נאטואש

Is Codex ad decimumſextum Chriſti ſeculum videtur referendus.

CCXLVII.

Codex antiquus, in folio, membraneus, foliis conſtans 185. Rabbinico charactere admodum eleganti, & perpolito exaratus, olim Palatinus; ubi continetur,

Liber tribus columnis diſtinctus, in quibus totidem Tractatus exhibentur; videlicet,

In prima columna a parte dextera, Tractatus מורה חטאים MORE CHATTAIM, *Doctor peccatorum*, inſcriptus; ubi de contritione, & pœnitentia. Ejuſdem tituli, & argumenti Liber Hiſpanice a pio quodam Judæo, ut titulus ait, ſine indicato loco & anno editus eſt. Similem etiam libellum, ſe vidiſſe teſtatur Wolfius Tom. III. in ſupplementis ad notitiam Scriptorum Ebraic. Anonymorum, num. 350. Amſtelodami Anno Mundi 5426. Chriſti 1666, in 12. impreſſum. Forte uterque libellus ex Tractatu noſtro Ebraico depromtus eſt. Initium col. 1. fol. 1. אמר ר׳ שמעון בן לקיש משום ר׳ ישמעאל בר׳ יוסי מאי דכרת.

In altera columna אזהרת הלוין HAZHARATH HALLAVIN, *Admonitio Negantium*, ſive Tractatus paræneticus de obſervantia Præceptorum negantium Legis, & quomodo a via mala declinandum. Præfatum titulum Ebraicum Bartoloccius ſic Latine expreſſit: *Liber admonitorius comitantium ad fugiendum malum & ſectandum bonum*; quam tamen verſionem docte refellit Wolfius Tom. II. num. 183. Notum enim eſt, Ebræos לאוין vocare præcepta negantia ex particula לא *La*, non. Initium col. 1. fol. 1. שלא לתור אחרי הלב שנ׳ לא תתרו אחרי לבבכם.

In tertia columna פרקי אבות PIRKE AVOTH, *Capitula Patrum*. Tractatus Talmudicus, decimus ex ordine quarto, qui נזיקין *Nezikin*, de damnis inſcribitur, in Capita ſex diſtributus; ubi agitur de Patribus, qui Legem oralem inde uſque a Moſe acceperint, docuerint, & propagarint; deque inſignibus ipſorum ſententiis, ſcite dictis, apophtegmatibus, & aliis piis axiomatibus. Initium col. 3. fol. 1. כל ישראל יש להם חלק לעולם הבא שנ׳

Adcedunt הלכות טבילה מר׳ יחיאל לוי HALACOTH TEVILA, *Conſtitutiones Lotionis*, ubi præcipitur de ritibus in legali lotione ſervandis; authore R. JECHIELE LEVITA, forte *filio Jedidiæ*, quem Sabbathæus in ſua Bibliotheca nepotem R. Michaëlis מארפטשיק i, e. *Moravi*, adpellat, quique Commentarium in Pirke Avoth, ex variis authoribus tum editis, tum Mss. depromtum, conſcripſit, quem una cum iiſdem Patrum Capitulis Lublini Anno Mundi 5336. Chriſti 1576. & Cracoviæ ſine anno notato prodiiſſe, teſtatur Wolfius Tom. I. & III. num. 991. Initium fol. 177. a terg. ורחץ במים את בשרו וטהר תוספתא חומר בזב מבזבה,

Is Codex exaratus eſt Anno Chriſti 1325. ut liquet ex hiſce librarii ver-

verbis, quæ fol. 182. leguntur: סליק דין מפרישת הרב ר' יחיאל הלוי זצ'ק'ל' נשלם מכתב יד ימיני זכריה בן הקדוש הר' משה החזני : בגזירת הרועים הלך באור יהוה לקדושתו קדוש יאמר לו ואל רחום בגן עדן ישים נפשו נכתב ונחתם בלקניאה באי קנדיאה ב'ב' יום לירח מרחשון שנת ה' אלפים ופ'ה' לבריאת עולם המקום יזכני להגות בו וכו' *Expliciunt Constitutiones in Ritum Lotionis R. Jechielis Levitæ : memoria justi in benedictionem. Absoluta autem fuit ista descriptio quatuordecim diebus, per Zachariam filium Sancti R. Mosis Præcentoris, qui migravit ad lucem Dei; ideoque Sanctus dicetur. Deus pro sua miseratione conlocet animam ejus in horto Eden. Scriptus est hic liber atque completus Cydone in Creta insula, die 12. mensis Marchescuan*, Octobris, *Anno Creationis Mundi 5085. Deus dignum me reddat*; &c. Epigraphen hanc consequitur Index, sive series Præceptorum Negantium, quæ in superiori Tractatu Parænetico adlegantur; fine tamen mutilus.

CCXLVIII.

Codex perantiquus, in folio, partim bombycinus partim membraneus, foliorum 154. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

ספר בית אלהים מר' שלמה בן משה מלגויר הנהר R. SALOMONIS F. R. MOSIS DE FLUMINE ALGHEVIR; uti Bartoloccius Tom. IV. pag. 386. interpretatur; rectius tamen dixeris, de *Algaria* Sardiniæ urbe, sive de *Algerio*, metropoli ejusdem nominis Regni in Mauritania, SEPHER BETH ELOHIM, *Liber Domus Dei*, ex Gen. XXVIII. 17. sive de Templo Salomonis, Anno Mundi 4610. Christi 850. compositus, ceu author ipse in Præfatione fol. 9. testatur; ubi tres in Partes hocce suum opus, quod frustra in aliis Bibliothecis requiras, distribuit. Earum Prima שערי צדק SCIAARE TSEDEK, *Porta justitiæ* nuncupata, Capitibus septem absolvitur, e quibus tamen postremum fine mutilum. II. בית מדות BETH MIDDOTH, Domus mensurarum, constat Capitibus septendecim. III. סוד המצות SOD HAMITSUOTH, De mystico sensu Præceptorum, quæ ad Divinum cultum spectant. Verum in hoc Codice, quem haud immerito ante tertiumdecimum Christi seculum exaratum esse pronuncies, non exstant nisi priores duæ Partes. Initium fol. 1. בתועלת המחברים בנגלה . . . ובמעלת יחס הספרים שענינם קצור

CCXLIX.

Codex in quarto, chartaceus, constans foliis 332. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. תשבות מר' זכריה כהן הפילוסוף על השגות הרמ"בן נגד ספר יד חזקה THESCIUVOTH AL HASSAGOTH HARAMBAN NEGHED SEPHER JAD CHAZAKA, *Responsiones ad Animadversiones R. Mosis Nachmanidæ*, in Maimonidæ *Librum Manus fortis*, qui & משנה תורה *Miscene Thora*, Repetitio Legis, inscribi solet, Constantinopoli Anno Mundi 5270. Christi 1510. in quarto jam typis

pis editas, ſub titulo: חשנות של הרמ״בן שהשיג על רבנו משה בר מימון זל״ במנין המצות i. e. *Animadverſiones R. Nachmanidæ, quas fecit ſuper Magiſtrum noſtrum Moſen filium Maimonis b. m. de Numero Præceptorum*. Ubi ſcilicet exponit de numero Præceptorum adfirmantium, & negantium inter Judæos, eorundemque ratione, & diverſis de iis Rabbinorum ſententiis, quibus ſemper ſuum interponit judicium ita quidem, ut plerumque Maimonidæ partes tueatur; Authore R. ZACHARIA COHEN, ſive Sacerdote, PHILOSOPHO, non vero *Abrahamo*, ut perperam ſcribit Bartoloccius. In clauſula hujuſce opuſculi, quod nondum lucem vidit, nec niſi in Vaticana Bibliotheca adſervatur, fol. 33. habetur Epigramma in laudem authoris, nempe *R. Zachariæ Cohen*, jam defuncti, a *R. Abrahamo Cohen* compoſitum; cujus initium אמת אל אמת אתה: ואם לא ראתיך ואולם ברוב טובך בכל חזיתיך. Inde vero hæc librarii adnotatio legitur: בשלישי בשבת בשנת ה׳ר׳י׳א׳ י׳א׳ למחזור בקשתי מאתי יקרי הר׳ יעקב בן החכם בר אברהם איש האלהים שיתן לי להעתיק ההשנות שפעל ועשה בשפע האלהי הפילוסוף הגדול אשר השיג ועלת בחכמת האלהות הענו הר׳ זכריה הכהן עבד האלהים להחזיק ולבאר קצת כמה שהשינו ברברי ראש המדברים בכל מקום לשון הזהב ונקשרתי בקשר אמיץ וחזק על נפשי ועל נפש אבותי ועל דעת המקום לכל ארשה לשום איש להעתיקם וכו׳ אני ירמיה נומיקו *Feria tertia, Anno Creationis Mundi* 5211. *Cycli* 11. hoc eſt Chriſti 1451. *rogavi fratrem meum dilectum R. Jacobum filium ſapientis R. Abrahami, virum Dei, ut tranſcribendas mihi concederet Reſponſiones ad Animadverſiones, quas influxu Dei elucubravit Philoſophus magnus, corrector Divinus R. Zacharias Sacerdos, humilis Dei famulus, qui & expoſuit, & in epitomen redegit animadverſiones Principum oratorum, Chryſoſtomorum*, Maimonidæ, ſcilicet, & Nachmanidæ; *vinculoque fortiſſimo ſuper animam meam & Patrum meorum me obſtrinxi, ſecundum voluntatem Domini, promiſique, me eas minime interpolaturum eſſe, nec cuipiam deſcribendas permiſſurum*, &c. *In cujus rei veritatem hæc ſcripſi ego Jeremias Nomicus*. Porro Reſponſiones illæ incipiunt fol. 1. בפרשת אלה תולדות נח בפסוק בני יפת גומר ומגוג

Præmittuntur Carmina quædam loco Præfationis; quorum initium ibid. תורת אמת אמון אצל גביר משה: חכמה בנו מימון.

2. ספר הזכרון מר׳ יום טוב בן אברהם משיביליא R. JOM TOU, FILII ABRAHAMI, HISPALENSIS, contracte הריטבא *Haritba* nuncupati, quem Sabbathæus, Plantavitius, Buxtorfius, & nonnulli alii eundem faciunt cum *R. Jom Tou*, authore libri מגיד משנה *Maghid Miſcene* indicans duplum, ex Zach. IX. 12. inſcripti, qui cum Maimonidæ Repetitione Legis, quam commentatur, publicam lucem ſæpius aſpexit: diſſentiente R. Gedalia in Catena Traditionis pag. 58. ubi tradit, accepiſſe ſe a R. Meir Patavino, quod poſterior hic prioris viduam duxerit. Ex quo ſimul intelligitur, utrumque Jom Tou eodem tempore vixiſſe, nempe circa medium decimumquartum Chriſti ſeculum; obiit enim author libri Maghid Miſcene Anno Mundi 5135. Chriſti 1375. teſte Juchaſino, & Gedalia in eadem Catena Traditionis pag. 58. SEPHER HAZCARON, *Liber Memorialis*, ex memoria, quam R. Moſis Maimonidæ doctores Judæi habere debent, inſcriptus, nondum typis conſignatus; ubi

ubi ejusdem opus, cujus titulus *Jad Chazaka*, Manus fortis, vel *Miscene Thora*, Repetitio legis, commendatur, & Ramban, sive R. Mosis filii Nachman Gerundensis, aliorumque in illud animadversiones refelluntur. Initium fol. 36. a terg. אמר התלמיד יום טוב בר אברהם ז'ר'ה'ת ממיביליא אלהים

3. ספר סודות התורה מר' אברהם בן מאיר אבן עזרא R. ABRAHAMI FILII MEIR ABEN-EZRÆ, SEPHER SODOTH HATTHORA, *Liber Arcanorum Legis*; nondum editus, a Reuchlino tamen lib. 1. Cabbalæ denudatæ allegatus. Ibi mysteria, quæ Pentateucho Mosis comprehenduntur, Commentariis Cabbalisticis illustrantur. Illum Aben-Ezra Romæ Anno Christi 1167. se conscripsisse testatur in epigraphe metrica, quam fol. 142. ad calcem adposuit, hisce verbis:

לדור ודור שנותיך אלהים : וחיינו מתי מספר ספורים :
אתה חי יקיים לעדי עד : וסופר כל וכל דורות ודורים
ושוכן עד וקדוש רב ונשגב : ועושה טוב ומטיב לישרים :
מבורך אל עזרתני בטובך : וכתבתי לשר כל הסופרים :
והשלמתיו בארבעת אלפים : תשע מאות וגם שבע ועשרים
שנת שניים למחזור ר'ה' ברומי : שנת רצון שנת תפקוד אסורים
ביום ששי ביום טובה ושמחה : לישראל קדושים גם טהורים

In secula seculorum anni tui, Deus, nostrorum vero annorum numerus præfinitus. Tu vivus & semper stabilis: dinumeras omnem generationem & generationem, & permanes in æternum sanctus, magnus, & magnificus; benefacis, & rectos remuneraris. Benedictus Deus, qui mihi pro bonitate tua opem tulisti, ut Arcana tua conscriberem. Hæc autem absolvi Romæ Anno Creationis Mundi 4927. *Cycli* 6. Christi 1167. *Anno voluntatis, quo captivos visitabis: Feria sexta, quæ felix faustaque sit sanctis & puris Israëlitis*. Ibidem quoque adnotatum reperias tempus, quo ipse Aben-Ezra diem suum obivit, in hæc verba: ונפטר החכם הגדול הזה ביום ב' לירח אדר הראשון שנת ארבעת אלפים ושמונים וארבע והיתה נפשו צרורה בצרור החיים אם יהוה אלהיו א'נ'ס' *Et migravit ad alterum seculum sapientissimus iste vir die* 2. *mensis Adar prioris*, Februarii, *Anno Creationis Mundi* 4954. *Christi* 1194. *Sit anima ejus colligata in fasciculo vitæ cum Domino Deo suo, Amen, in æternum, Sela*. Eadem epigraphe superius in Codice XXXVIII. habetur; ubi pro anno 4954. annus 4927. legitur. Verum ad annum Aben-Ezræ emortualem quod adtinet, videndus Wolfius Tom. I. num. 110. ubi variorum de eodem sententiæ expenduntur. Incipit autem liber Arcanorum fol. 53. a terg. אם נפשך יערב לך ... אמונת בעלי האור והחשך הם עוברי .

4. ספר שלחן של ארבע מר' בחיי בר אשר בן חלאיו R. BECHAI, FILII ASCER FIL. CHALAJO, Cæsaraugustani Aragonensis, discipuli R. Salomonis Ben-Addereth, qui הדיין *Haddajan*, seu Judicis nomine inter suos clarus, floruit Anno Mundi 5051. Christi 1291. quod ex eo evinci, observavit Wolfius Tom. I. num. 231. quia ipse Bechai in Commentario suo in Legem ad Sectionem Berescith testatur, eo tempore, quo ista scripserat, numerari annos 5051. Unde corrigendus cl. Pasinus, qui in Catalogo Bibl. Taurinensis Par. I. Cod. LXIV. pag. 24. Bechai nostrum ante annos 151. nempe anno

Chriſti 1140. floruiſſe tradit; SEPHER SCIULCHAN SCEL ARBAA, *Liber Tabulæ quadratæ*; ubi agitur de moribus ac ceremoniis, in conviviis, ſive ad menſam obſervandis; ſæpius editus. Dividitur in quatuor ſectiones, unde tituli ratio; præmiſſa Præfatione, cujus initium fol. 144. a terg. בן אדם מארבע . . . נוטה כדוק שמים רוקע הארץ .

Sectio I. *Ad quem finem referri debeat cibus, qui in menſa capitur*; ubi & de benedictionibus, ſeu precibus ad menſam recitandis, & cibi ſumendi tempore. Item de octo ſpeciebus aromatum, ex quibus ſuffitus Moſaicus parabatur. In quam rem varia Ghemaræ loca adferuntur. Initium fol. 148. השער הא׳ בביאור הברכות המחוייבות על האדם לברך על השלחן .

Sectio II. *Quid inter prandendum, vel cœnandum obſervari debeat; & quæ gratiarum actiones Deo habendæ*. Item de ratione Jejuniorum cum in Expiationis feſto, tum aliis. Initium fol. 170. a terg. השער הב הביאור איכות אכילה מה היא ושיתכון בה אדם .

Sectio III. *Quo ſe quiſque modo debeat in menſa gerere*, ſive de moribus ad menſam ſervandis; & quare majores convivia inſtituerint, & Adamo creophagia, ſeu carnis eſus fuerit prohibitus, Noacho vero conceſſus. Initium fol. 176. השער הג׳ הביאור המוסר בדרך ארץ שנתחייב האדם

Sectio IV. *De Convivio corporali & ſpirituali*, quod Deus hominibus juſtis in futuro ſeculo paraturus eſt, ut fabulantur Judæi; itemque de reſurrectione mortuorum; Init f. 179. השער הד׳ בביאור הסעודה המתוקנת לצדקים

In calce vero, fol. 191. hæc a calligrapho adnotata occurrunt: תם ונשלם תהלה לאל עולם והמכתב מכתב מר׳ ירמיה נומיקו בכמר משה ביום ב׳ לחרש ניסן שנת ארי״ב׳ משם יזכני להגות בו וכו׳ *Abſolutus perfectuſque eſt hic Liber. Laus Deo Mundi. Exaravi autem illum ego Jeremias Nomicus, filius Socii R. Moſis, die 2. menſis Niſan*, Martii, *Anno Creationis Mundi* 5212. Chriſti 1452. *Deus me reddat dignum, qui legam in eo*, &c. Novem igitur annis ante Reſponſiones R. Zachariæ Sacerdotis, num. 1. memoratas, Liber Tabulæ quadratæ fuit exſcriptus, ſi quidem numerali huic notæ fides habenda.

5. פירוש על הפטרות PERUSC AL HAPHTAROTH, *Expoſitio in Capitula e Prophetarum libris*, quæ per anni circulum in Synagoga leguntur; authore anonymo, qui hæc ad calcem, fol. 254. a tergo, adpoſuit: אני אין תולעת ולא איש ביום ד׳ בר״ח׳ אלול י׳ בו והתחלתי ונמרתי אלד׳ בבירת הסוהר בלתי מוסר : השם יזכני שאקום נקמתי בהיותי על אדמתי מחקמים עלי ומהם שאסרוני ולא ראו כי עני ואביון אני *Ego nec vermis, nec homo, Feria quarta, die* 10. *menſis Elul*, Auguſti, *inchoavi hanc expoſitionem, quam abſolvi in carcere immerito incluſus. Deus me dignum reddat, ut, quum in patria fuero, acceptam ab inimicis meis, & ab iis, qui me prodiderunt, injuriam ulciſcar*, &c. Initium fol. 196. כי מי נח זאת לי שבועה בידי והולך ומפרש

6. מדרש חזית MEDRASC CHAZITH, ſive *Commentarius myſticus in Canticum Canticorum, & Eccleſiaſten*, incipiens a commate 20. Capitis XXIX. Proverbiorum: *Vidiſti hominem velocem*; unde etiam titulum accepit. Authoris nomen latet; antiquiſſimus tamen cenſetur. Prodiit Commentarius iſte in Libro Zohar edit. Soliſbaci 1684. in fol. cura Liberi Barono is Chriſtiani a

ni a Rosenroth. Init. fol. 260. ר׳ פנחס בן יאיר פתח אם תבקשנה ככסף וכמטמונים

7. ספר הסודות מר׳ אלעזר בר ר׳ מתתיה R. ELEAZARI FILII MATATHIÆ, SEPHER HASSODOTH, *Liber Mysteriorum*, in decem Capita distributus; quorum,

I. De cognitione & amore Dei, principio mutilum. Initium fol. 302. דרש אחריו שאול ושמעי בן נירא כשנפלו.

II. De cultu Divino. Initium fol. 303. פ׳ב׳ ועתה ישראל מה יהוה אלהיך ש׳מ׳כ׳א ליראת את ה׳ אלהיך.

III. De Patribus, seu tribus prioribus benedictionibus, i. e. precibus, quas ter in die Judæi stantes recitare solent. Initium fol. 305. a terg. פ׳ג׳ אחר שהזכיר עבודת השם ויראתו ואהבתו חזר ופרש לך.

IV. De sanctitate nominis Dei. Initium fol. 308. a terg. פ׳ד׳ הנה ברכה ראשונה תקנוה כנגד אברהם שניה כנגד יצחק.

V. De lectione sacra textus Mosis: *Audi Israel Deus tuus, Deus unus est*. Initium fol. 311. פ׳ה׳ אחרי שפרשנו אמרו לעבוד את יהוה אלהיך והפרנו

VI. De utilitatibus, ex eadem lectione provenientibus. Init. fol. 313. פ׳ו׳ אמר ר׳ חמא בר חנינא כל הקורא ק׳ש׳ באותיותיה מצננין לו גהינם.

VII. De ratione ac ritu eandem lectionem singulis diebus recitandi. Init. fol. 315. פ׳ז׳ מפני מה קורין ק׳ש׳ בכל יום ר׳ סימון אומר מפני שכתוב שכיבה וקימה

VIII. De Mysteriis, quæ in singulis Pentateuchi Sectionibus continentur; ubi speciatim de Fimbriis, seu peniculamentis sacris; de Philacteriis, & Schedis ostiariis; item de Libro Legis exponitur. Initium fol. 316. a t. פ׳ח׳ ולמה סמכו פרשה ציצית אחר פרשה מזוזה.

IX. De ratione Philacteriorum, manui & fronti adhibendorum. Init. fol. 317. a t. פ׳ט׳ ומפני מה של ראש בין העינים שנ׳ אתם ראיתם את אשר עשיתי במצרים

X. De quatuor Sectionibus Pentateuchi, in Philacteriis una conscribendis, quas propterea סמיכת הפרשיות *Semicath happerasciotb*, Sectiones unitas vocant. Vide Bartoloccium Tom. I. pag. 560. ubi de ejusmodi ritu fuse differit. Initium fol. 318. a terg. פ׳י׳ ולמה קורין פרשה ציצית בכל יום מפני שיש בה שני עקרים גדולים.

In clausula hujusce operis, plane Cabbalistici, quod nondum lucem vidit, & cujus nullibi, quod sciam, fit mentio, hæc legitur adnotatio: ונשלמו סוד ידיעת השם ואהבתו ועבודת וסוד אבות ונבורת וקדושת הש׳ וסוד ק׳ש׳ וסוד הפרשיות סמיכת אצ׳ז׳ וסוד תפלין וסוד מזוזה וסוד ציצית שחבר מורינו ורבנו הר׳ אלעזר בן מורנו ורבנו הרב הגדול רבנא מתתיה ז׳ל׳ה׳ה׳ *Absoluta sunt mysteria de cognitione & amore Dei, ejusque cultu, de Patribus, de sanctitate Nominis Dei, de Lectione Audi Israel, de Sectionibus unitis, de Philacteriis, Schedis, & Fimbriis, quæ composuit Dominus & Magister noster R. Eleazar, filius Domini, & Magistri nostri magni R. Matathiæ, cujus memoria in benedictionem*. Forte is est, quem in Catalogo Doctorum Gemaricorum ex Bartoloccio commemorat Wolfius, sub nomine רבא בר מתתיה *Rabba bar Matathia*. Quo autem ille seculo claruerit, nobis incompertum est.

8. Anonymi מדרש עשרת הדברות MEDRASC ASSERETH HADIBEROTH, sive *expositio allegorica in Decalogum*, seu *decem Dei præcepta*; a quinto tamen Præ-

cepto ad finem uſque manca. Init. fol. 319. a t. בתיב מי ימלל גבורת יהוה ישמיע

Is Codex ad medium decimumquintum Chriſti ſeculum referendus eſt; ut ex ſupra adlatis calligraphi adnotationibus liquet.

CCL.

Codex in quarto, chartaceus, foliis conſtans 139. charactere Rabbinico deſcriptus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. ספר ארבע טורים מר' אברהם בר יהודה R. ABRAHAMI FIL. JUDÆ, *Cretenſis*, SEPHER ARBAA TURIM, *Liber Quatuor Ordinum*, Theologicus, in quatuor Partes diſtinctus; quarum

I. De Dei exiſtentia, & quomodo Deum eſſe neceſſe ſit. Init. fol. 1. חסדי יהוה אזכיר תהלות וגו' אמר אברהם בר ר' יהודה ז'ל'ה'ה'.

II. De Divina providentia, & cur aliquando mala bonis, & bona iniquis eveniant. Initium fol. 19. טרם שאכנס בזאת החקירה אקדים הקדמה אחת

III. De Cauſſa finali Legis Moſaicæ, & illius utilitate. Initium fol. 30. a terg. אמנם טרם שניכנס בזאת החקירה יש לדעת

IV. De Fine Præceptorum ejuſdem Legis, tam adfirmantium, quam negantium, eorumque utilitate, Init. fol. 34. a terg. אמנם טרם שנכנם אל זאת החקירה מי רוצה לשאול.

In calce hujuſce libri, qui nondum lucem puplicam aſpexit, & cujus nullum exemplar in aliis Bibliothecis exſtat, fol. 40. a tergo, hæc ab authore adnotantur: נכלל ינחתם בשנת ה'ק'ל'ח' בעיר ברצלונה החכם השלם החסיד הענו החזק הנדיב הנאות בניו החכם דון חסדאי קרשקיש ז'ל' על ידי לי הצעיר מתעתר אב המון בן יהודה ז'ל'ה'ה' הנקרא שמי אברהם בר ליאון נ'ע' מאי קנדיאה *Abſolutus, perfectuſque eſt hic liber Anno Creationis Mundi* 5138. Chriſti 1378. *Barcinone, in domo Domini mei ſapientis officioſi, pii, nobilis, accepti gentibus, Don Chaſdai Kreskas, per me minimum, Patrem multarum gentium, filium Judæ*; cujus memoria in benedictionem; *vulgo Abrahamum filium Leonis*, i. e. Judæ, *Cretenſem nuncupatum*. Conſequitur calligraphi adnotatio hiſce verbis: והעתקתי אותו אני שבתי בכ'מ'ר' לוי ז'ל' מכתיבת ידו השם יזכני את בני שיעלו במעלת התורה כמו אבותי א'א'ס' *Et ego Sabbathai Levita tranſcripſi hocce exemplar ex autographo. Deus me dignum reddat, ut quemadmodum Patres mei, ita & ego ad gradum Legis aſcendam. Amen, Amen, Sela*. Hinc corrigendi Bartoleccius, & Wolfius, qui Abrahamum filium Judæ ab Abrahamo filio Leonis perperam diſtinguentes, priorem authorem Barcinonenſem vocant, alterum calligraphum Cretenſem; & pro Anno Mundi 5138, quo Author hocce ſuum Opus ad umbilicum perduxit, annum 5013. Chriſti 1253. ſubſtituunt.

2. ביאור BIJUR, *Expoſitio* Commatis 9. Capitis XXV. Iſaiæ ואמרתם ביום ההוא הנה אלהינו זה קוינו *Et dicet in die illa: Ecce Deus noſter iſte*, &c. Cabbaliſtica; ubi author anonymus probare contendit, Judæos aliquando Deum eſſe viſuros, atque comprehenſuros. Initium fol. 41. א'ר'ז'ל' עתידין ישראל שישיגו את השם י'ת'.

3. R. ELEA-

3. פירוש ר׳ אלעזר אשכנזי על ס׳ מראות אלהים R. ELEAZARI GERMANI PERUSC AL SEPHER MAREOTH ELOHIM, *Commentarius in librum, Visiones Dei* Ex Ezech. I. 1. inscriptum, cujus author *R. Enoch filius Salomonis Constantinopolitanus*; ubi de tribus visionibus Propheticis, videlicet Isaiæ Cap. VI. Ezechielis Cap. 1. & Zachariæ Cap. IV. Cabbalistice exponitur: principio & fine mancus. Initium fol. 42. אמר אלעזר הצעיר האשכנזי באב המתרשל

4 פירוש על שיר השירים מר׳ יוסף בר שלמה פואל R. JOSEPHI F. SALOMONIS PUAL, decimoquarto Christi seculo clari, PERUSC AL SCIR HASCIRIM, *Commentarius in Canticum Canticorum*, Philosophicus, nondum typis consignatus; cujus in clausula fol. 62. a tergo hæc leguntur:

נשלם הפי׳ תהלה לאל משפיל ומרים׃ והוא ברחמיו קרן עמו ירים׃
ויראו כל זה ישראל חברים׃ ובמהרה ישמעו קול מבשר על הרים׃
ויבנה המקדש בכדכד ואקדח והרים׃ ונשמע שם לוים משוררים׃

אמן יהי רצון מלפני בעל הרצון חזק ונתחזק *Explicit hic Commentarius. Laus Deo, qui humiliat & exaltat. Et ipse pro miseratione sua cornu populi sui & Christi sui exaltabit. Et hoc simul videbit omnis Israel, & quantocius audient vocem evangelizantis super montes, & ædificabitur Sanctuarium cum pyropo & carbunculo, & ibi audientur Levitæ psallentes, Amen, juxta voluntatem authoris voluntatis. Confortare & esto Robustus.* Initium fol. 43. מים עמוקים דברי פי איש׃ אמר המחבר יוסף בר שלמה היו בן פואל.

5. פירוש שיר השירים PERUSC SCIR HASCIRIM, *Commentarius in Canticum Canticorum*, item Philosophicus; ab anonymo filio præfati R. Josephi Filii Salomonis compositus, ut fol. 63. lin. 28. dicitur. Nec audiendi Bartoloccius & Wolfius, qui illum R. Eliakimum vocant. Hic enim calligraphus præfati operis fuit; ut hæc ostnndunt ejusdem verba, quæ fol. 103. a tergo, occurrunt: נשלם פי׳ שיר השירים שבח למנהיג גלגלים ואופנים על ידי אליקים הקטן בכר׳ שלמה החזן זל ינדל בתורה׃ ברוך נותן ליעף כח ולאין אונים עצמה׃ נשלם בירח אב בג׳ ימים לירח שנת ה׳ק׳מ׳ה׳ *Absolutus est Commentarius in Canticum Canticorum: Laus illi, qui trahit rotas: manu mei Eliakim minimi, filii R. Salomonis, Præcentoris: quem Deus benedictus ampliorem in Lege efficiat. Benedictus, qui dat lasso virtutem, & his, qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat. Et quidem completus est die 3. Mensis Ab,* Julii, *Anno Creationis Mundi* 5145. Christi 1385. Initium fol. 63. אחת דבר אלהים שתים זו שמענו׃ גלוי ונעלם הנסתרות לה׳ אלהינו.

6. פירוש על ס׳ איוב מר׳ אליה שמואל בן אלעזר R. ELIÆ SAMUELIS FILII ELEAZARI, cujus nulla in vulgatis Bibliothecarum Ebraicarum Catalogis mentio occurrit, PERUSC, *Expositio in Librum* JOBI, imperfecta. Initium fol. 104. אמר המחבר אליה שמו׳ בכ׳ה׳ר׳ אלעזר עה׳ התפלה והתהלה

7. Fragmentum פירוש על תהלים מאבן תבון PERUSC AL THEHILLIM, *Commentarii* cujusdam ABEN TIBBON, *in Psalmos Davidis*, sistens ejusdem Caput XIV. ubi de Psalmo LXXII. exponitur. Initium fol. 133. אך טוב לישראל לברי לבב זה המזמור חברו.

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur exaratus,

Co-

CCLI.

Codex in quarto, chartaceus, foliorum 50. Rabbinicis literis exaratus: quo continentur,

1. ספר משרת משה מר' קלונימוס תלמיד ר' משה המצרי R. KALONYMI DISCIPULI R. MOSIS ÆGYPTII, hoc est Maimonidæ, SEPHER MESCIARETH MOSCE, *Liber Servus Mosis*, ex com. 28. Cap. XI. Numerorum, in sex Dissertationes, seu Capita distributus, quæ librum Maimonidæ מורה נבוכים *More Nevuchim*, Directorem perplexorum inscriptum, a censoriis animadversionibus vindicant; nondum typis consignatus. Ibi author inter cetera id agit, ut ostendat magistrum suum Maimonidem de Providentia Divina, quam nonnullis negare visus est, recte & Judaicæ fidei convenienter sensisse. Atque heic corrigendus Bartoloccius, qui præterquamquod libri, qui primum in hoc Codice locum obtinet, nec authorem, nec argumentum est adsequutus, quum in Indice Ms. ipsum R. Mosi Maimonidæ adscribat, eundemque de cognitione Dei per creaturas agere adfirmat; ex uno, eodemque libro duos fecit, alterum *Ministrum Mosis*, sive *Conciones & Orationes pro Mose Ægyptio* inscribens, alterum *de Providentia Divina Tractatum* nuncupans; & priorem quidem anonymo adtribuit, alterum R. Kalonymo ejusdem discipulo. Init. fol. 1. כבוד אלהים וכבוד מלכים חקור דבר שלמה המלך ע'ה'

2. אגרת תחיית המתים מר' משה בן מימון R. MOSIS FILII MAIMON, ÆGYPTII, IGGHERETH TECHIJATH HAMMETHIM, *Epistola de Resurrectione Mortuorum*, quam ex Arabica lingua in Ebraicam vertit ר' שמואל בן יהודה אבן תיבון *R. Samuel filius Judæ Aben Tibbon*, non vero R. Judas Aben Tibbon, qui fuit pater Samuelis, ut perperam existimavit Buxtorfius, & post Buxtorfium Hottingerus. Ibi Maimonides suam de Resurrectione Mortuorum sententiam magis quam alibi, dilucide exposuit; ut proinde caussam habuerit Menasse fil. Israelis, cur in Tractatu de Resurrectione pag. 61. Maimonidem contra eos defenderet, qui animæ immortalitatem ab eo negatam dicebant. Vide Wolfium Tom. I. pag. 860. ubi & varias hujusce Epistolæ editiones recenset, & Latinam ejusdem versionem a Flavio Mithridate elaboratam ex Bartoloccio commemorat, quam in Codice Ms. Latino Vaticano MMMMCCLXXIII. habemus. Præit R. Samuelis Tibbonidæ Præfatio; cujus init. fol. 15. a terg. בְצדק כל אמרי פי אין בהם נפתל ועקש : כלם נכוחים למבין

3. מאמר על תחיית המתים מר' סעדיה גאון MAAMAR AL TECHIJATH HAMMETHIM, *Dissertatio de Resurrectione Mortuorum*, ex Cap. VIII. Libri R. SAADIÆ GAONIS. fil. Josephi, Ægyptii, de quo inferius, excerpta; ubi idoneis argumentis Resurrectio mortuorum, & Animæ immortalitas confirmantur. Initium fol. 23. אמרו ר'ז'ל'ע'ה' נשמתן של צדקים גנוזה תחת כסא הכבוד

4. שערי המוסר מר' אבינדור כהן צדק R. ABIGADOR, seu, ut Judæi pronunciant, *Avigdor*, COHEN TSEDEK, *Sacerdotis Justitiæ*, SCIAARE HAMUSAR, *Portæ Instructionis*, sive *Disciplinæ*. Tractatus Theologico-moralis de Pœnitentia, & Moribus ex virtutis norma & lege dirigendis; qui nusquam, quod

quod sciam, lucem vidit, nec in aliis Bibliothecis reperitur. Init. fol. 28. לעולם יהא אדם ירא שמים ורץ לעשות רצון קונו מאהבה.

5. עניני התשובה מר' אלעזר בן יעקב משפירא R. ELEAZARI FILII JACOBI DE SPIRA, INIANE HATHESCIUVA, *Proposita*, sive Tractatus de *Pœnitentia*, quem frustra in aliis Bibliothecis requiras. Initium fol. 32. a terg. הא לך הלכות תשובה לכל עבירה והם יסוד הר' אלעזר.

6. פירוש הלכות שחיטה PERUSC HALACOTH SCECHITTA, *Expositio in Constitutiones de jugulatione* animalium, ignoti authoris, Initium fol. 41. a t. מצוה עשה להיות אדם שוחט בהמה או חיה או עוף שרוצה לאוכל.

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CCLII.

Codex in octavo, chartaceus, foliis constans 25. charactere Rabbinico descriptus; quo continentur,

1. ספר משרת משה מר' קלונימוס תלמיד ר' משה בן מימון R. KALONYMI *Discipuli R. Mosis filii Maimon, Ægyptii*, MESCIARETH MOSCE, *Servus Mosis*, titulo desumto ex com. 28. Cap. XI. Numerorum; sive Apologia libri Maimonidæ, cujus titulus מורה נבוכים *More Nevuchim* i. e. Director perplexorum, in sex dissertationes, seu Capita distributa; ubi ejusdem Maimonidæ præsertim de Divina Providentia doctrinam, apte in fidem Judaicam quadrare ostenditur. Liber nunquam excusus, quem Bartoloccius bis commemorat, semel quidem inter Anonymos, deinde vero absque titulo sub R. Kalonymi nomine: ut in præcedenti Codice monuimus. Init. fol. 1. כבוד אלהים הסתר דבר וכבוד מלכים חקור דבר שרמה המלך עה'.

2. Anonymi *Arabis Mahometani*, forte *Alpharabii* ספר על מהות הנפש SEPHER AL MAHUTH HANNEPHESC, *Liber de essentia Animæ*, Metaphysicus, ex Arabica lingua in Ebraicam a ר' זרחיה בן יצחק הלוי ברצילוני R. ZERACHIA, FILIO ISAACI LEVITA, BARCINONENSI, conversus; ut in calce adnotatur. Initium fol. 21. אמר אם בכר ידיעת הדבר בכללו ואמתתו יושג בחמשה עניינים

Is Codex decimosexto Christi seculo videtur exaratus.

CCLIII.

Codex in octavo, chartaceus, foliorum 38. Rabbinicis literis elegantissime exaratus, olim Palatinus. Ibi continetur,

Anonymi ספר הנפש SEPHER HANNEPHESC, *Liber de Anima* Rationali, ejusque præmio & pœna; ubi & de Pœnitentia, & de Angelis; principio mutilus, cujus in clausula, fol. 36. a tergo, Calligraphi nomen adnotatum reperias, hisce verbis אני אברהם סמיד העתקתי זה הספר *Ego Abraham Samid excripsi hunc librum*. Initium fol. 1. ואחרי אשר התבאר כי הנפש היא הדעת לא תאבד כי הדעת לא תאבד.

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

Co-

CCLIV.

Codex in octavo, chartaceus, foliorum 103. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; ubi continentur,

1. ויכוח בין מיכאל כהן ומשה כהן VICCUACH, *Disputatio Dialogistica inter* MICHAELEM COHEN, & MOSEN COHEN, seu Sacerdotem Judæum, de Metempsychosi, sive animarum transmigratione ex uno corpore in aliud, quam Michael defendit, alter vero viginti argumentis oppugnat, quibus satisfacere conatur Michael, ac veluti ex monomachia victor discedens, laudes suas tum soluta, tum ligata oratione concelebrat; nondum typis commissa. Ibi autem inter cetera futilia ac plane deridenda, fol. 19. docet, Judæi animam, qui cum sorore concubuerit, in ciconiam, dein occidendam, transituram; si vero cum amita, in mulierem infidelem, ad Ebraicam fidem postea convertendam; si cum uxore Fratris, in mulum, aut in camelum; si cum nupta, in asinum, vel in canem: quod ex commate 21. Psalmi XXI. *Erue a framea Deus animam meam, & de manu canis unicam meam*, evincere contendit; si cum brutis, in aliud ejusdem generis animal; si cum mare, in leporem, vel in cuniculum; si cum fæmina Christiana, in meretricem Ebræam; si cum menstruata, in meretricem Christianam; si cum uxore filii, in mulam; si cum duabus sororibus, in meretricem Christianam, ex duobus fratribus genitam; si demum cum matre rem habuerit, in asinam transmigraturam. Initium fol. 1. כל מקום אם תמצא לשון הודאה כנגד ספירת.

2. אגרות על יבום מר' יעקב בר שמשון ומר' יהודה מליבורנו R. JACOBI FILII SAMSONIS, aliis *Salomonis*, & R. JUDÆ *Liburnorum*, IGGHEROTH AL JEBUM, *Epistolæ de Lege Fratria*, seu Fratris, absque liberis defuncti, uxore ducenda, ex Istria, cui finitima est Liburnia, non vero ex Austria, ut perperam legit Bartoloccius, Anno Creationis Mundi 5238. Christi 1478. ad diversos Judæos missæ; hactenus ineditæ. Initium fol. 84. a t. ו'א'מ'י'ץ ו'צ'ו' פרחי בנקולמוסכם לרשום אלינו דעתכם.

3. אגרת ר' דון חסדאי קרשקש מסרקוסטה על ענין הגלגיל R. DON CHASDAI KRESKAS CÆSARAUGUSTANI, quem Wolfius Tom.I. n. 644. cum *Chasdai f. Abrahami Kreskas, f. Chasdai, f. Judæ f. Chasdai*, authore libri אור יהוה *Or Adonai*, Lucis Dei, sive נר מצות *Ner Mitsuoth*, Luminum Præceptorum, perperam confundit; hic enim secundum Juchasin obiit Cæsaraugustæ Anno Mundi 5140. Christi 1380. noster vero Chasdai post annum 5238. C. 1478. scribebat; ut ex mox dicendis patebit. IGGHERETH AL ENJAN HAGHILGUL, *Epistola de Metempsycosi*, seu animarum ex uno corpore in aliud transmigratione, quam tum rationibus, tum suffragiis RR. Hispanorum, *Gedaliæ fil. Emmanuelis, Josephi Albo, Zedeciæ fil. Obadiæ, Abrahami*, cognomento *Matathiæ, fil. Jacobi, Saulis fil. Mardochæi ex Istria, Eleazari* & *Abrahami Franco*, quæ fol. 86. integra profert, astruere conatur, Eodemque folio a tergo narrat, Rabbinum quemdam nomine *Jochanan, Ephraimi filium*, Anno

no Creationis Mundi 5238. Christi 1478. ex remotissimis Occidentis partibus in Cretam Insulam adpulisse, qui Metempsychosin tum in publicis disputationibus, tum in privatis conloquiis comprobare studebat, ita ut adserere non dubitaret, eos, qui hanc doctrinam negarent, in hæreticorum Sadducæorum, & Baithosæorum numero esse habendos: ajebatque, se habere librum de eodem argumento tractantem, quem ex Arabica in Ebraicam linguam a se conversum adfirmabat. Porro impia hæc & falsa sententia adeo altas inter Judæos egit radices, ut vix ullus eorum sit, qui illam non teneat, & mordicus defendat. Imo vero ex antiquioribus non paucos eo in errore fuisse, colligitur ex Matth. XVI. 13. ubi refert, alios credidisse, animam Christi fuisse Johannis, alios Eliæ, alios denique Jeremiæ, aut unius ex Prophetis. Incipit autem illa Epistola, quæ nondum lucem vidit, f. 85. a terg. כתב החכם דון הסדאי קרשקש מעיר סרקוסטא זל' בספר אור יהוה

4. Anonymi כידון והנית CHIDDON VECHANITH, *Scutum & Lancea*, titulo desumto ex com. 6. Capitis XVII. Lib. I. Samuelis, sive Regum. Est declamatio in negantes Metempsychosim, seu animarum ex uno corpore in aliud transmigrationem, partim ligata, partim soluta oratione conscripta; necdum vulgata. Initium fol. 88. אחרי הורתי אריך כידון והנית בזאת המחברת

Is Codex decimosexto Christi seculo videtur exaratus.

CCLV.

CODEX bombycinus in quarto, foliorum 161. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; ubi continetur,

ספר האמונות מר' סעדיה גאון R. SAADIÆ GAON, Ægyptii, SEPHER HAEMUNOTH, *Liber de Fide*, ex Arabica lingua in Ebraicam conversus a *R. Juda filio Saulis*, non vero Samuelis, ut ex Sabbathæo scribit Wolfius. Sic enim in ejusdem libri clausula, fol. 160. a tergo habetur: נשלם ספר האמונות הברו הגאון הגדול רבינו סעדיה זל בלשון הערב שנת ת'ר'נ'ג' והעתיקו החכם ר' יהודה בר שאול הידוע בן תבון מרמון ספרד אל לשון הקודש שנת ת'ת'ק'מ'ו' במגדל לוניל יעזרה האל *Explicit Liber Fidei, quem Arabice composuit Gaon magnus, magister noster Saadias, cujus memoria in benedictionem, Anno Creationis Mundi 653. quinti Millenarii*, hoc est 4653. Christi 893. *In sanctam vero linguam reddidit sapiens R. Judas fil. Saulis, cognomine Aben Tibbon, Granatensis, Hispanus, in Arce Lunel, Anno Creationis Mundi 946. quinti millenarii*, hoc est, 4946. Christi 1186. *Deus illi præsto sit*, &c. Dividitur in decem Tractatus, quibus præit Præfatio Interpretis; cujus init. fol. 1. אמר יהודה בן שאול בן תבון פתח מחברו.

Tractatus I. המאמר הראשון בשעולם וכל אשר בו מחודש *De Creatione Mundi, & Providentia Dei*. Initium fol. 18. a terg. המאמר הזה כי כל מעין בו הוא דורש דבר שלא נפל עליו ראות העין.

II. המאמר ב' בשמחדש הדברים אחד *De Unitate Dei, ejusque adtributis*, adversus Christianam doctrinam de Sanctissima Trinitate. Initium fol. 40. a terg. אקדם במאמר הזה לאמר כי התהלות המדעים גדולות ותכליות

III. המאמר ג' בצווי ובאזהרה *De Præceptis, Prophetis, Prophetia & Lege*. Init. fol 59. a terg. אמ' המחבר אשר ראוי לקדם אותו התחלת המאמר הזה כי הבורא

IV. המא' הד' בעבודה והמרי והצדקה וההכרח *De Cultu & Rebellione*; ubi & de Creatione hominis, Providentia item & libero arbitrio. Initium fol. 75. a terg. אמר המחבר אני פותח למאמר הזה הקדמה שאומר אף על פי

V. המא' ה' בזכיות והחובות *De Operibus Juſtitiæ*, & de *peccatis*. Initium fol. 84. אמר המחבר הודיענו אלהים יתעלה כי עבוד האדם אותו

VI. המא' הו' בעצם הנפש ובמות ובמה שסמך לו *De ſubſtantia, facultatibus & proprietatibus Animæ*; ut & de morte, & quæ huc pertinent; item de revolutione corporum, quam author negat. Initium fol. 95. a terg. אמר מחבר הספר הודיענו אלהינו יתברך ויתעלה כי התחלת נפש.

VII. המא' הז' בתחית המתים *De Reſurrectione mortuorum*, quam idoneis argumentis evincit. Init. f. 106. אמר מחברו יתברך ויתעלה האל אלהי ישר' מאמת דברו

VIII. המא' הח' בג'אולה האחרונה *De Redemtione*, ſeu liberatione *filiorum Iſraelis*. Init. fol. 118. אמר המחבר הודיענו אלהינו על פי נביאיו שיגאלנו האל לבני

IX. המא' הט' בגמול ובעונש *De Præmiis, & pœna ſeculi futuri*. Initium fol. 129. a terg. אמר המחבר הודיענו אלהינו יתברך ויתעלה כי כבר קבע זמן

X. המא' הי' במה הטוב לאדם לעשותו בעולם הזה *De Præceptis vitæ recte inſtituendæ*, in tredecim Portas, ſeu Sectiones, de quibus infra in Codice CCLXX. Initium fol. 140. אמר המחבר הקדמת המאמר הזה אשר דברו בו אנשים רבים

Ex hoc libro, qui ſæpius lucem publicam vidit, & cujus Capita fuſius deſcribit Hottingerus l. c. pag. 135. loca bene longa cum Latina verſione exhibet Venerius Daſſovius in Diatriba de Reſurrectione mortuorum ex ſententia Judæorum. Ejus vero author Saadias ex Alphio, olim Pithom urbe Ægypti, oriundus, tantam apud Judæos doctrinæ famam adeptus eſt, ut communiter ab illis גאון *Gaon*, ideſt excellens, ad hanc uſque diem cognominetur: quo quidem nomine Rabbini etiam, Scholarum Babyloniæ Rectores, olim decorabantur; ſed ſublatis circa annum Chriſti 1040. Ebræorum e Syria, & Aſſyria Synagogis, evanuit hæc dignitas, & poſteri ſimpliciter *Rabbini*, ſive Magiſtri dicti ſunt. Princeps Academiæ Soranæ inauguratus anno circiter 925. Saadias Gaon, cum Pentateuchum, tum reliquos veteris Teſtamenti libros ex Ebræo in Arabicum idioma tranſtulit in uſum Judæorum popularium ſuorum, per Imperium Saracenicum longe lateque diſperſorum; quæ tamen interpretatio de temeritate atque infidelitate ab Arabibus Chriſtianis, & Samaritanis arguitur; ut in Catalogo noſtro Bibliothecæ Mediceæ Cod. XXI. pag. 63. monuimus. Varios etiam edidit Tractatus, & Commentarios in Sacram Scripturam, de quibus conſule Bartoloccium Par. IV. num. 1307. & Wolfium Tom. I. num. 1753. Vita exceſſit Alexandriæ, anno Chriſti 943. annum ætatis agens quinquageſimum.

Is Codex ad decimumquintum Chriſti ſeculum videtur referendus.

Co-

CCLVI.

Codex antiquus, in quarto, chartaceus, foliis constans 94. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus. Ibi continetur,

חלק שלישי מס׳ מורה נבוכים מהרמבם RAMBAM, ideſt, R. Moſis Maimonidæ, CHELEK SCELISCI MISEPHER MORE NEVUCHIM, *Libri Directoris perplexorum Pars Tertia*, Capitibus quinquaginta quatuor abſoluta; ubi de operibus Hexæmeri, ſive ſex dierum: de viſione animalium, & rotarum Ezechielis Prophetæ; de materia prima, & privatione: de cauſſa diſſentionum inter homines: de providentia Dei: de præceptis, & ceremoniis Legis Moſaicæ, & de intentione Legis circa ea. Initium fol. 1. הקדמה הנה באריו פעמים רבות שעקר הכונה בזה המאמר:

Adcedit ad calcem *Judicium* quorundam *Rabbinorum Hiſpanorum*, quo conceditur facultas retinendi, legendique præfatum Maimonidæ librum, qui quum ex Ebraica verſione *R. Samuelis fil. R. Judæ Aben Tibbon* ad Judæos hinc inde diſperſos perveniret, non omnibus arriſit, qui Maimonidæ interpretationes & cauſſas Legum, Rituumque Moſaicorum ex ratione magis, & Philoſophia externa, quam ex Talmude, aut Cabbala petitas eſſe ægerrime ferebant; atque adeo authorem ipſum & novitatis, & hæreſeos nomine notabant. Lege, ſi placet, in hanc rem Epiſtolas Maimonidæ, & aliorum, Venetiis anno Mundi 5305. Chriſti 1545. excuſas, quarum potiores, quæ huc pertinent, exſtant etiam in Adpendice Inſtitut. Epiſt. Buxtorfii pag. 396. & ſeqq. Init. fol 88. a terg. כתב שלם אנטולה בר משה בר יוסף ש׳׳י

Is Codex exaratus eſt anno Chriſti 1358. ut hæc oſtendunt librarii verba, quæ fol. 87. a tergo leguntur: נכתב ונחתם בחדש אחד שנת ק׳׳ח׳ לפרט היצירה ברצולונה *Scriptus eſt*, liber iſte, *atque completus intra unum menſem, Anno Creationis Mundi* 118. *ſexti millenarii*, ideſt 5118. *heic Barcinone*.

CCLVII.

Codex chartaceus, in quarto, foliorum 310. Rabbinicis literis eleganter ſcriptus, olim Palatinus; quo continetur,

ספר עקרים מר׳ יוסף אלבו R. JOSEPHI ALBO, gente Hiſpani, patria Soriani, ſive ex Soria veteris Caſtiliæ urbe, ad ripam Durii ſita, SEPHER IKKARIM, *Liber Fundamentorum* Fidei Judaicæ; quæ ad tres articulos revocat, nempe ad *exiſtentiam Dei*, ad *Legem Moſis*, & ad *doctrinam de Præmiis*, & *Pœnis ſeculi futuri*. Totus liber in quatuor מאמרים *Maamarim*, Sermones, ſive Tractatus dividitur, certis Capitibus conſtantes, quorum Index Præfationi inſertum reperias; cujus initium fol. 1. למה שהיתה ההצלחת האנושי נתלירת בעניין ובמעשר

Tractatus I. Capitibus XXVI. de diverſitate, & varietate Legum exponit. Initium fol. 13. הקדמת הספר ידיעת העקרים והכנת ההתחלות שעלהים דרכי

II. Capp. XXXI. de Articulo primo, nempe de Dei exiſtentia. Initium fol. 60.

fol. 60. המא׳ הב׳ בביאור מעקר הראשון שהוא מציאות ה׳ית׳

III. Capp. XXXVII. de secundo Articulo, de Lege, scilicet, Mosaica, quam a Deo traditam luculenter ostendit, verum inepte Christianæ Fidei dogmata confutat. Init. f. 104. המא׳ הנ׳ בביאור העקר השני הוא תורה מן השמים ולפי

IV. Capp. LI. de Articulo tertio, ideſt, de proemiis & poenis vitæ imminentis. Initium fol. 188. a terg. המאמר הר׳ בביאור העקר השלשי שהוא השכר והעונש והוא

Author unus fuit ex decem Rabbinis, qui interfuere disputationi, contra Hieronymum a Sancta Fide, ex Judæo Christianum, Benedicti XIII. Antipapæ Archiatrum, antea R. Josue Hallorki vocatum, quæ coram eodem pseudo-Pontifice Anno Domini 1412. in Villa S. Matthæi Hispaniæ oppido, coepta, duobus post annis, nempe die 10. Novembris 1414. in eadem Villa S. Matthæi completa fuit; & cujus Acta exstant in Cod. Ms. Latino Vaticano MMMMLXIII. & in Bibliotheca Patrum de la Bigne edit. Paris. 1610. Tom. IV. pag. 930. in Maxima vero edit. Lugdun. 1677. Tom. XXVI. pag. 528. Hinc & quædam præfati Josephi Albo ad Hieronymi argumenta responsio refertur in narratione illius disputationis in Libro R. Samuelis ben Virgas שבט יהודה *Sceveth Jebuda*, ideſt, Sceptrum Judæ inscriptum, pag. 269. editionis Latinæ, quam curavit Georgius Gentius sub titulo: *Historia Judaica res Judæorum ab eversa æde Hierosolymitana ad hæc fere tempora complexa*. Quum vero Judæi ex præfata pugna inferiores discederent, Albo noster adductus fuit, ut, ad confirmandos suorum animos, Librum hunc Fundamentorum conscriberet, qui sæpius deinde publicam lucem aspexit. In eo acutum Philosophum agit, atque ita Judaicam superstitionem defendit, ut Christianis minime parcat, quorum in dogmata acriter invehitur. Exceptiones autem, quas contra Missæ Sacrificium, SS. Trinitatis Mysterium, Christi Genealogiam, Sabbathi commutationem, & alia hujusmodi Par. III. Cap. 25. adfert, Gilbertus Genebrardus Latine reddidit, & strictim confutavit in peculiari dissertatione, Parisiis Anno 1566. in 8. impressa. Vide Bartoloccium Par. III. num. 723. & Wolfium Tom. I. num. 862. ubi variæ ejusdem Operis editiones, & Latinæ Mss. versiones recensentur.

Is Codex scriptus est anno Christi 1469. ut liquet ex hisce librarii verbis, quæ fol. 309. a tergo leguntur: והיתה השלמתו בעשרים לחדש שבט שנת חמשת אלפים ומאתים ותשעה ועשרים פה בעיר קנדיאה : חזק הכותב ואמיץ הקורא *Absolutus est liber iste in Creta Insula, die 20. mensis Scevat*, Januarii, *Anno ab Orbe condito 5229. Confortamini, & estote robusti, scriba, & lector*. Triginta novem, scilicet, annis ab Authoris interitu, quem in annum Mundi 5190. Christi 1430. Juchasin pag. 134. & Tsemach David pag. 147. edit. Latinæ referunt; quamvis Gedalias in Scialsceleth Hakabbala pag. 61. & cum eo ex aliorum sententia Plantavitius, illum ad annum Christi 1390. revocent. Præit Authoris epigraphe in hæc verba: ובכאן שמנו אחרית דברינו במה שכוונו אליו בזה הספר : והשבח לאל הנותן עוז ותעצומות אשר עד הנה עזר לנו יתברך ויתרומם על ברכה ותהלה א׳א׳ סלה *Et heic nostris sermonibus finem feci-*

fecimus, quos in hoc libro conscripsimus. Laus Deo, qui nobis opem & fortitudinem tulit: Benedictus sit atque exaltatus super omnem benedictionem & laudem Amen, Amen, Sela. In calce vero habetur expositio brevis in Comma 3. Cap. II. Habacuc: *Quia adhuc visus procul, & apparebit in finem, & non morietur*, &c. quod ad Messiæ adventum refert. Pertinuit olim ad אלקנה בכר דוד קפשלי *Elkanam fil. R. Davidis Kapsciali*, qui eundem Codicem sibi a שבתי כהן בר מיכאל *Sabbathæo, filio Michaelis, Coben*, comparavit טו' לסיון ש' ה'ר'מ'ט' *die 15. mensis Sivan*, Maii, *Anno Creationis Mundi* 5249. Christi 1489. ut in fine adnotatur.

CCLVIII.

Codex antiquus, in quarto, membraneus, foliis constans 137. Rabbinico charactere eleganti conscriptus. Ibi continentur,

1. Anonymi ס' מציאות השם ותואריו SEPHER METSIUTH HASCEM VETHOARAU, *Liber de existentia Dei, ejusque adtributis*; additis ad marginem הגהות HAGAHOTH, *Adnotationibus* ר' משה בר שבתי R. MOSIS, FILII SABBATHAI, cujus nomen fol. 10. a tergo adnotatum reperias; nondum typis vulgatus. Initium fol. 1. עת הבנות באו לדלות : יסוד היסודות ועמוד החכמות לידע

2. חרוז מר' מתתיה בן שבתו מהר פולצאנו R. MATATHIÆ DE MONTE POLITIANO FILII SABBATHAI, CHARUZ, *Carmina* in laudem Philosophiæ. Init. fol. 14. מביני עם קדושי אל ישרים ואיש שכל אשר גבר וערך

3. *De Ritibus*, & ceremoniis, a Sacerdote olim servatis, quum Sacra facturus in Templum Hierosolymitanum ingrederetur, Commentariolum ignoti Authoris, nova manu adjectum. Initium fol. 15. הכהן הי' נכנם למקדש לעבוד עבודת הקודש והיה בא דרך מערבית.

4. חרוז על הבלי עולם CHARUZ AL HABLE OLAM, *Carmen de Vanitatibus Mundi*, constans triginta duobus versibus, qui ita ingeniose sunt dispositi, ut Arboris figuram cum totidem ramis repræsentent; Authore præfato ר' מתתיה מהר פולצאנו בר שבתי R. MATATHIA DE MONTE POLITIANO, FILIO SABBATHAI, quem Wolfius ex uno Bartoloccio commemorat. Init. fol. 15. a terg. מה לך אנוש נרדם ישובך לעשות חסד תהי חשכך כאור זורח

5. Ejusdem R. Matathiæ de Monte Politiano פירוש על משלי PERUSC AL MISCLE, *Expositio in Proverbia Salomonis*, allegorica; verum a commate 20. Cap. I. ad finem usque manca. Init. fol. 16. משלי שלמה וגו' להבין אמרי בינה בהיות

6. לקוטים מספר הבהיר LEKUTIM. *Collectánea ex libro* HABAHIR *R. Nechoniæ filii Kana, & ex libro* ZOHAR, qui *R. Simeoni Jochaidæ* tribuitur, in *Genesim*, a Cap. I. usque ad com. 28. Cap. XXV. *Isaac amabat Esau, eo quod de venationibus illius vesceretur*, &c. Collectoris nomen desideratur. Init. fol. 31. בראשית ברא אלהים לפי דעת ר'ז'ל' ומה שנראה מכוונתם בס' הזוהר

7. פירוש על ס' בראשית מר' אברהם בן מאיר אבן עזרא R. ABRAHAMI FIL. MEIR, ABEN-EZRÆ, PERUSC AL SEPHER BERESCITH, *Expositio in Librum Geneseos*, a Capite I. ad finem Cap XIX. præmissis nonnullis versibus loco Præfationis. Init. f. 115. בשם האל הגדול והנורא : התורה הולכים על ארבעת דרכים

8. THE-

8. תפלת הדרך THEPHILLATH HADDEREC, *Precatiuncula*, quam *iter agentes* Judæi recitare ſolent, recentiori tamen manu addita. Initium fol. 137. אחר שאמר תפילת הדרך יאמר יהוה צבאות עמנו נ׳ פעמים:

Is Codex ad decimumquartum Chriſti ſeculum videtur referendus.

CCLIX.

CODEX in fol. chartaceus, foliorum 60. charactere Rabbinico nitido, atque perpolito exaratus, olim Palatinus; ubi continetur,

ספר האמונה רמה מר׳ אברהם הלוי בן דאוד SEPHER HAEMUNA RAMA, *Liber Fidei excelſæ*, in quo de coactione, & libertate humanæ voluntatis adverſus Karraitas agitur; authore R. ABRAHAMO FILIO DAUD LEVITA, circa medium ſeculi XII. claro, quem Toleti religionis cauſſa interfectum fuiſſe ſcribit Juchaſin pag. 130. quemque alii בן דאור *Ben Dior*, ſive בן דארי *Ben Diori*, alii vero בן דמור *Ben Damor*, cognominant; facile enim ex oſcitantia calligraphorum ד in ר & ו mutari potuit. Dividitur in tres מאמארים *Maamarim*, Sermones, ſive Tractatus, qui iterum in certa Capita abeunt, præmiſſa Præfatione generali, cujus init. fol. 1. a terg. זכר הכלל אמר שאלת אלי ירוממך האל זה שנים על דרוש ההכרח והבחירה.

Tractatus I. De *Principiis naturalibus* diſſerit, & quomodo ex his ad fidem aſcendendum. Ejus Capita ſunt octo, Init. fol. 4. הפ׳א׳ בזכר העצם והמקרה ורושם כל אחד מהם.

II. De *Principiis Fidei*, & *Legis Moſaicæ*. Capita ejus tria. Initium fol. 29. הפ׳ב׳ זכרון הקדמה בשיראה בדבר מציאות אחר העדר

III. Conſtat Capite unico; ubi de *medicina animæ*, ſeu quomodo animus a rebus terrenis ad Cæleſtes ſit avocandus, quod variis ex Philoſophia effatis, Scripturæ Sacræ authoritate confirmatis, oſtenditur. Init. fol. 57. הפ׳ג׳ נבאר בזה הפרק שתכלית מה שיגיע אליו בפילוסופיא.

Opus haud contemnendum, hactenus ineditum; ex quo tamen tria, aut quatuor folia circa medium deſiderantur. Illud Juchaſin pag. 131. Arabice, literis tamen Ebraicis, עקידה אלרפיעה Akidath Alraffiah, hoc eſt, *Fides ſubtilis*, inſcribit; unde veriſimile putat Wolfius Tom. I. pag. 44. librum ipſum Arabice in primis ſcriptum fuiſſe, utpote contra Karraitas directum, quorum pleroſque ea ætate Arabice ſcripſiſſe, teſtatur Jacobus Triglandius in ſua Commentatione de Karæis, quam ipſe Wolfius cum R. Mardochæi Notitia Karæorum Hamburgi an. 1714. in 4. recudi fecit.

Ix Codex decimoquinto Chriſti ſeculo videtur exaratus.

CCLX.

CODEX in fol. membraneus, foliis conſtans 81. Rabbinico charactere minuſculo, verum nitido, atque eleganti deſcriptus, olim Palatinus. Ibi continetur,

ספר על כוונות הפילוסופים לאבו אחמד אלגזלי ABU-AÇHMED ALGAZALI, Philoſo-

losophi Arabis, SEPHER AL CAVVANOTH HAPPHILOSOPHIM, *Liber de Intentionibus Philosophorum*; sive Philosophia, duabus columnis disposita, ex Arabico sermone in Ebraicum a ר' משה נרבוני בן יהושע בן דוד R. MOSE FILIO JOSUE, FIL. DAVIDIS, NARBONENSI, conversa, qui & singulis Capitibus observationes satis elegantes ex *Averroe*, *Alexandro Aphrodisiensi*, *Aristotele*, *Platone*, *Maimonide*, *Abu Beker Ebn-Alzaf*, subjecit; in quibus explicatione & exemplis illustrat quæ ab authore obscurius dicta fuerant. Observationes autem illæ passim ad marginem adjectæ sunt, & מאישתרו וידל *Magistro Vitali* adscribuntur, quem tamen non esse distinguendum a R. Mose Narbonensi, putat R. Gedalias in Catena Traditionis pag. 56. quem tribus diversis nominibus adpellari adfirmat. Vide Wolfium Tom. I. num. 1616. ubi ea nomina recensentur, & Catalogum Bibliothecæ Rostgardianæ p. 444. num. 8. ubi aliud hujusce operis exemplar chartaceum commemoratur, quod cum nostro Codice adprime concordat, uti ex ejusdem delineatione, quam & Wolfius Tom. IV. num. 1616. refert, manifestum est. Quare non est audiendus Bartoloccius, qui hunc, quem præ manibus habemus, Codicem, duos Tractatus continere ait Par. I. pag. 3. quorum primum *de Opinionibus Philosophorum circa* ההשגחה האלהית *Habasgacha haelahith*, Providentiam Divinam; alterum תועלת ההגיון *Thoeleth Habigaijon*, de utilitate Logicæ, inscribit.

Porro הגיון *Logica*, ad mentem Aristotelicorum concinnata, incipit fol. 1. אמר משה בן יהושע הנרבוני יש״ו ע״מ״ה״ן אחר ההודאה לאל והתהלה.

חכמת אלהית *Metaphysica*, in qua de Deo, ejusque caussalitate, de substantia & accidentibus, de adfectionibus unitis & disjunctis, de existente necessario, ejusque requisitis duodecim, de formis intellectualibus, de adtributis Principii primi; ubi Interpres prolixam dissertationem de suo inserit, qua defendit sententiam Averrois de formis intellectualibus contra authorem, qui eam impugnaverat; de sublimitate modi existendi, quem Deus habet, de corporibus Cælestibus, de intelligentiis motricibus, de dependentia existentiæ rerum creatarum a Deo. Initium fol. 15. a terg. אמר אבו אחמד החכמה מכונה באלהית אצלה מנהגם.

הטבעיות *Physica*, quinque sectionibus absoluta; quarum I. De adfectionibus corporum in genere, motu, loco &c. II. De adfectionibus corporum in specie. III. De mixtura, & mixtis. IV. De anima vegetativa, sensitiva & rationali. V. De rationali speciatim, & influentia Dei in animam humanam. Initium fol. 57. a t. אמר אבו אחמד הטבעיות כבר זכרנו שהנמצא יחלק

In fine vero, fol. 8. hæc Abu-Acmedis Algazali authoris verba leguntur: ופה נשלם מה שכוונו להשלים מפרוש כונתו והשבח לשלם האמתי אשר אין חוץ ממנו והוא יביאינו לשלם אל אי ההצלחה השלמה למען חסדו אמן *Et heic finis eorum, quæ ex Commentariis de Intentionibus Philosophorum perficere volebamus. Laus perfectissimo, veraci, præter quem nullus alius est. Ipse nos pro sua miseratione in æternam & perfectam felicitatem admittat, Amen.*

Is Codex scriptus est Romæ Anno Christi 1452. ut hæc docet librarii epigraphe, quæ fol. 81. ad calcem adposita est: ופה נשלם ספר כונות פיהלוסופים

הפילוסופים אשר למעולה היקר אבו אחמר אלגזלי עם פרישת החכם הכולל מאישטרו וידאל בלשום ישתבח צורנו אמן : ונשלם על ידי דניאל בכ"ר אברהם מקשטרו פה רומי בישבת הרב רבינו משה הראיטי בתשעה לחדש כסליו שנת ר"ו"ג לפרט וכתבתיהו לבקשת היקר הר' אליעזר ב'כ'ר' מנחם הרופא מרומא מי שזכני לכתבו יזכני לי להגות בו כהוגן ועל אופן ההצלחה הניצחירת ובשאר ספרי הקדש אמן אמן סלה ועד *Atque heic absolutus est Liber de Intentionibus Philosophorum illustris & eximii Abu-Achmed Algazali, cum adnotationibus sapientissimi Magistri Vitalis. Laus Creatori nostro, Amen. Et quidem completus fuit manu Danielis fil. R. Abrahami de Castro, heic Romæ in Academia magni præceptoris nostri Mosis Arieti, die 9. mensis Chisleu*, Novembris, *Anno Creationis Mundi 5213. Excripsi autem illum, efflagitante honesto R. Eleazaro fil. Menachem Medico Romano. Qui me dignum fecit, ut illum exararem, dignum quoque reddat, ut mediter in eo, & in aliis Libris Sanctis felicitatem æternam; prout decet, Amen, Amen, Sela.* Consequitur figura arboris, in cujus ramis descripta sunt nomina, quæ Deo a Cabbalistis tribui solent. Pertinuit olim Codex noster ad בנימין בן מנחם הרופא *Beniaminum filium Menachem Medicum*; ut in fronte adnotatur.

CCLXI.

CODex antiquus in fol. chartaceus, foliis constans 83. charactere Rabbinico exaratus; ubi continetur,

ספר אור יהוה מר' חסדאי בן ר' אברהם בן ר' חסדאי בן ר' יהודה חסדאי קרשקש R. CHASDAI, FIL. R. ABRAHAMI, FIL. R. CHASDAI, FIL. R. JUDÆ CHASDAI KRESCAS, Hispani, qui, teste Abrahamo Zachut in Juchasin, obiit Cæsaraugustæ Anno Mundi 140, secundum æram minorem, idest, Christi 1380. non vero A. M. 108. C. 1340. ut Gedalias in Catena Traditionis p. 61. ad præfatum Juchasinum incautus provocans, scribit; SEPHER OR JEHOVA, seu, ut Judæi legunt, ADONAI, *Liber Lucis Domini*, titulo desumto ex Mich. VII. 8. alias נר מצות NER MITSUOTH, *Lumen Præceptorum*, inscriptus. Theologicus est, tractans de Lege Divina, dignitate ejus & perpetuitate; itemque de Deo, & ejus providentia. Totus liber, qui prodiit Ferrariæ Anno Mundi 315. minoris supputationis, Christi 1555. in quarto apud Abrahamum Oski, in Præfationem, & duas Partes dividitur, quæ iterum in varias Sectiones abeunt, quarum Index Præfationi insertus est, quæ incipit fol. 3. a terg. נר לרגלי וגו' יהי שם יהוה מבורך על כל ברכה ותהלה אשר

Pars I. *de Præceptis Mosaicis*; ubi & de illorum ratione dissidentes inter se doctorum Judæorum sententiæ exponuntur, adlatis Talmudis locis, e quibus variæ eorum opiniones haustæ, Initium fol. 6. המאמר הא' בשורש הראשון שהוא התחלה לכל האמונות.

Pars II. *De Principiis, & fundamentis Legis Mosaicæ*; ubi & Maimonidæ *More Nevuchim*, sive Directoris perplexorum doctrina ex parte convellitur. Rursus Pars hæc in quatuor disputationes tribuitur, quarum in prima totius Legis Mosaicæ fundamentum statuitur firma & inconcussa persuasio, quod Deus sit. Ibi ad examen revocantur Philosophorum, & Mosis Maimonidæ

monidæ rationes & argumenta ; deindè quæritur , an homines ad hujuſce principii cognitionem mentis ſolius vi pervenire poſſint. Secundæ diſputationis hæc ſunt præcipua capita : Scientia Dei ; ejus Providentia & Potentia ; Liberum arbitrium ; Finis hominis ultimus. Tertiæ vero hæc : Mundi creatio ; Animæ immortalitas ; Merces cuique tribuenda ; Mortuorum reſurrectio ; Moſaicæ Legis perpetuitas ; Diſcrimen , quod inter Moſis Prophetiam , & aliorum Prophetarum libros intercedit. Quarta demum diſputatio ea tantum adtingit , quæ probabiliter in utramque partem defendi poſſunt . Ibidemque quæritur , an Mundus futurus ſit æternus ; unus an plures ; an Cæleſtes orbes anima conſtent ; An illorum ſit aliqua poteſtas in homines ; an Metempſychoſis , ſeu animarum ex uno corpore in aliud tranſmigratio admittanda ; an puerorum , nondum rationis uſum adeptorum , animæ futuræ ſint immortales ; an ſit res una , & eadem Intellectus , Intelligens , & Intellectum . Initium fol. 26. המאמר הב׳ בענות התוריות ר״ל שהם.

Spizelius in Arcanis Bibliothecarum ſacris retectis pag. 72. laudat hunc librum , ceu *Commentarium in R. Moſis Maimonidæ More Nevuchim* ; ideoque caſtigatur a Bartoloccio Par. II. num. 563. ubi de ætate noſtri Chaſdai erudite agit . Verum etſi in hac commentatione non verſetur totus liber, ex parte tamen eo pertinet ; ut ex ejuſdem ſynopſi , quam mox protulimus , liquet .

Is Codex exaratus eſt Anno Chriſti 1410. Sic enim fol. 83. ad calcem habetur : והיתה השלמה בחדש זיו שנת ק׳ע׳ לפרט האלף הששי בסארקוסטא אשר במלכות ארגון והתהלה לאל לבדו ומרומם על כל ברכה ותהלה אמן *Abſolutus eſt hic Liber menſe Ziu* , Aprili , *Anno ab Orbe condito* 5170. *Cæſarauguſtæ in Regno Aragoniæ. Laus Deo ſoli , cujus nomen exaltetur ſuper omnem benedictionem , Amen*. Triginta ſcilicet , annis ab Authoris interitu .

CCLXII.

CODEX in fol. membraneus , foliis conſtans 129. charactere Rabbinico eleganter exaratus , olim Palatinus ; quo continetur ,

ספר מורה נבוכים מר׳ משה בר מימון R. MOSIS FILII MAIMON , Cordubæ in Hiſpania Anno Mundi 4891. Chriſti 1131. nati , quem per initia dictionum רמבם *Rambam* , & ſtrictius רם *Ram* , & a diuturna mora , quam in Ægypto protraxit , מצרי *Metſri* , i. e. Ægyptium , communiter adpellant ; SEPHER MORE NEVUCHIM , *Liber Director* , ſeu *Doctor perplexorum* , ex com. 3. Cap. XIV. Exodi , quem Geſnerus in Bibl. pag. 509. *Directorium in Theologia* vocat , & a *Libro perplexorum* perperam diſtinguit . Opus Theologicum , Judæorum pleriſque probatiſſimum , ſæpenumero typis vulgatum , & Latine redditum , quod Maimonides anno ætatis ſuæ quinquageſimo , ſecundum Judæos Chronologos , ac nominatim Gedaliam in Scialſceleth , ſeu Catena Traditionis pag. 43. quum archiatrum Saladini Regis Ægypti ageret , Arabice in gratiam diſcipuli ſui *R. Joſeph filii Judæ* conſcripſit ; eo quidem inſtituto , ut oſtenderet , quomodo verba , phraſes , metaphoræ item & inſolentiores lo-

quutiones in Sacra Scriptura hinc inde obviæ capiendæ ſint. Qua occaſione varia Sacrorum Librorum oracula, varia etiam Philoſophica & Theologica argumenta excutiuntur; in primis vero ratio Præceptorum Moſaicorum, quæ fortuito data videri poterant, ſubinde redditur. Totus autem Liber, quem, ſuaſu Jonathanis, & aliorum Sapientum Hierichuntinorum, ר' שמואל בן יהודה אבן תבון *R. Samuel filius Judæ Aben Tibbon* Granatenſis Hiſpanus, ceu ipſe in Præfatione ſua profitetur, Ebraice convertit, ita quidem, ut de dubiis locis Maimonidem ipſum, adhuc ſuperſtitem, conſuleret, in tres dividitur Partes, quæ iterum in certa Capita abeunt, quorum initiales voces rubeis literis diſtinctæ ſunt.

Præit *Index Capitum*, qui argumenta, ſive lemmata ſingulorum in compendio ſiſtit, a ר' יהודה בן שלמה בן אלחפני *R. Juda, fil. Salomonis fil. Alchophni*, cognomine חריזי *Charizi*, ideſt, Poeta, Hiſpano concinnatus, una cum duplici Præfatione, Tibbonidæ, nempe interpretis, & Maimonidæ authoris. Prior incip. fol. 30. אמר מתנצל לא מהיותי חכם בעיני השיאני לבי לבא במשכיל Altera fol. 4. a terg. כתב המחבר אל התלמיד החשוב ר' יוסף בר יהודה ש'צ'

Pars I. conſtat Capitibus LXXVI. ubi de nominibus æquivocis, & analogis, quæ paſſim in ſacris literis, & præſertim apud Prophetas reperiuntur; ac præterea de Prophetia, de Cælo, de Mundo, & de Angelis exponitur. Initium fol. 8. פ' צלם ודמות א' כבר חשבו כי צלם בלשון עברי

Pars II. De Deo, Ente ſimpliciſſimo, Creatore, & Motore primo; de Intelligentiis Cælos moventibus; de Sphæris; de Influxu ſuperiorum in inferiora; de Miraculis, & præſtantia Moſaicæ Legis. Habet Capita XLVIII. Initium fol. 47. הקדמות הצריך אליהם בקיום מציאות האלוה ית' ובמופתים

Pars III. De Opere ſex dierum; de Viſione animalium. & rotarum Ezechielis Prophetæ; de materia prima, & privatione; de origine diſſenſionum inter homines; de Providentia; de Præceptis & Cæremoniis Legis Moſaicæ, & de Legislatoris circa ea ſcopo & fine; item de myſtica ſignificatione harum vocum חסד *Cheſed*, Miſericordia, משפט *Miſcpath*, Judicium, & צדקה *Tſedaka*, Juſtitia, atque חכמה *Chocma*, Sapientia. Capita ejus LIV. Initium fol. 82. a terg. הקדמה הנה ביארנו פעמים רבות שעקר הכוונה

Præter hanc Tibbonidæ interpretationem, exſtat alia hujuſce operis verſio Ebraica a præfato R. Juda Charizio, Tibbonidæ æquali, eodem ferme tempore ſuſcepta, quæ tamen minus ſe probavit, adeoque neglecta fuit, ſi Indicem Capitum, huic Codici præfixum, excipias, qui adhuc retinetur, & pleriſque exemplaribus tam manuſcriptis, quam impreſſis præfigitur. En Pocockii de utraque interpretatione judicium. *Vir*, inquit de *Charizio* in Præfat. ad Portam Moſis, *& ingenii, & ſtili elegantis fuit, Poeta etiam eximius, cujus verſio alteri illi ab Aben Tibbon factæ poſtpoſita fuit, non quod illa Tibbonidæ elegantior, ſed materiæ, quæ libro iſto tractatur, congruentior fuerit. Ipſe igitur in rebus Philoſophicis non adeo verſatus, minorem eo ex opere laudem reportavit, cum alias eloquentiæ & poeſeos laude celeberrimus eſſet; ut & verſio ejus Makamal, ſive ſermonum Alhariri, qui penu elegantiarum locupletiſſimum, eaque, quæ ipſe Hebraice ad ejus imitationem compoſuit, abun-*

de

dc testantur. Vide, si placet, Bartoloccium Tom. IV. & Wolfium Tom. I. & III. ubi singulæ hujusce operis editiones, atque versiones recensentur.

Is Codex scriptus est Anno Christi 1457. ut hæc ostendunt librarii verba, quæ fol. 129. ad calcem leguntur : תם ונשלם שבח לבורא עולם : יודע צפון נעלם : אליו יקוו יצורים כלם : לנטלם ולנשאם כל ימי עולם : ואני טודרס מרואן השניר כתבתי זה הספר אל הנכבד החכם הא' הנבון מיציר יואנוסו מניטה בעיר פלורינסה והשלמתיו פה בעיר נפלוש ביום ראש חדש אדר ב' שנת קומי או'ר'י' השם ברחמיו יזכהו להגות בו וכו' *Absolutus, perfectusque est hic liber. Laus Creatori Mundi, qui cognoscit occultum & absconditum, quemque præstolantur omnes creaturæ, ut portet eas, & ferat cunctis diebus seculi. Ego Theodorus Hascinir de Roan*, sive Rothomagensis, *exscripsi hunc librum ad usum honesti, sapientis, intelligentis Domini mei Joannotii Manetti Florentini; & complevi illum heic Neapoli die* 1. *mensis Adar posterioris*, Februarii, *Anno: Surge illuminare*, idest Creationis Mundi 5217. Qui numerus ex literis Ebraicæ vocis, quæ punctis notata est, secundum minorem æram, elicitur. *Deus illum reddat dignum, qui legat in eo*, &c.

CCLXIII.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliorum 165. charactere quadrato exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

ס' מורה נבוכים מהרמבם" RAMBAM, idest, R. Mosis Maimonidæ, SEPHER MORE NEVUCHIM, *Liber Director perplexorum*, ex Arabica lingua in Ebraicam a *R. Samuele filio Judæ Aben Tibbon* conversus; ut hæc ostendit epigraphe, quæ fol. 163. ad calcem legitur : נשלם העתקת המאמר הזה אשר העתיקו החכם ר' שמואל בן החכם ר' יהודה בן תבון ז'ל' ביריחו בחדש טבת שנת תת'ק'ס'ה' ליצירה *Explicit versio hujusce libri, quam curavit Sapiens R. Samuel filius sapientis R. Judæ Aben Tibbon, cujus memoria in benedictionem, in civitate Hiericho, mense Teveth*, Decembri, *Anno Creationis Mundi* 4965. Christi 1205. Ad quem annum R. Gedalias in Catena Traditionis pag. 44. & Samuel Sciullam in notis ad librum Juchasin pag. 131. R. Mosis Maimonidæ obitum referunt. Dividitur hocce Opus, quod tum Ebraice, tum Latine sæpius lucem publicam vidit, in tres Partes, præfixa duplici Præfatione, Tibbonidæ nimirum, & Maimonidæ, una cum Indice Capitum, quibus unaquæque Pars absolvitur, & quorum initiales voces rubeis literis distinctæ sunt.

Præfatio Interpretis incipit fol. 1. a t. אמר מתנצל אני לא מהיותי חכם בעיני

Præfatio Authoris. f. 5. a t. אמר המחבר התלמיד החשוב ר' יושף ש'צ' בר ר' יהודה

Pars I. Capitibus LXXVI. nomina æquivoca & analoga, in Sacris Literis obvia, explicat, ac præterea de Prophetia, Cælo & Mundo commentatur; adjectis ad calcem Anonymi Carminibus tredecim, quibus totidem Fidei Judæorum articuli & fundamenta, a Maimonide constituta, comprehenduntur. Initium fol. 10. פ'א' אמר המחבר כבר חשבו בני אדם כי צלם ודמות כלשון

Pars II. Capp. XLVIII. De Deo Creatore, Intelligentiis Cælos moventibus,

bus, Sphæris, influxu Syderum, & Legis Mosaicæ præstantia differit. Initium fol. 61. a terg. הקדמות הצריך אליהם בקיום מציאת האלוה ית'ע' ובמופתים

Pars III. Capp. LIV. De operibus Hexæmeri, Visione Ezechielis Prophetæ, Providentia Dei, Legisque Mosaicæ præceptis agit. Init. fol. 107. a terg. הקדמה הנה ביארנו פעמים רבות שעקר הכוונה היה.

Consequitur *Expositio vocum extranearum* & difficiliorum, quæ in toto late opere, ejusque versione vel ex Philosophia, vel aliunde usurpatæ sunt, secundum literarum seriem, ab eodem interprete R. Samuele Tibbonide elaborata, una cum Indice locorum Biblicorum, quæ ibidem declarantur; Rabbinico tamen charactere descripta. Init. f. 163. a terg. העיונים כמו חכמת הטבע

Is Codex ad Interpretis ferme ætatem, nempe ad seculum decimumtertium videtur referendus.

CCLXIV.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliis constans 197. charactere Rabbinico exaratus; quo continetur,

ספר מורה נבוכים מר' משה בר מימון R. MOSIS FILII MAIMON, cognomento *Ægyptii*, SEPHER MORE NEVUCHIM, *Liber Director perplexorum*, de quo supra, ex versione *R. Samuelis fil. Judæ Aben Tibbon*, tripartitus; ubi de nominibus æquivocis, & analogis, quæ in Sacra Scriptura occurrunt, de Prophetia, variis Prophetarum visionibus, Cælo, Mundo, Angelis, Deo, intelligentiis cælos moventibus, miraculis, præstantia Mosaicæ Legis, materia prima, Providentia Divina, præceptis, & cæremoniis Legis Mosaicæ, deque vocabulis *Misericordia*, *Judicium*, *Justitia*, *Sapientia* enucleate & docte differitur; præmisso Indice Capitum, quibus singulæ Partes absolvuntur, cujus init. fol. 1. זאת הפתיחה מן הקדמות שעשה החכם בהעתקתו דע כי כונת

Pars I. habet Capita LXXVI. Init. fol. 6. a terg. אמר רבנו משה בפתיחת ספרו אלהים יחנך התלמיד החשוב יוסף בר.

Pars II. constat Capitibus XLVIII. Initium fol. 73. a terg. הקדמות שיש צורך אליהם בקיום מציאות האלוה ית'.

Pars III. complectitur Capita LIV. Initium fol. 127. a terg. הקדמה כבר ביארנו פעמים הכוונה בזה המאמר.

Is Codex, quem non immerito ad decimumquartum Christi seculum referas, pertinuit olim ad יעקב בן אברהם *Jacobum filium Abrahami*; ut sub initium adnotatur.

CCLXV.

Codex in fol. chartaceus, foliorum 44. Rabbinicis literis exaratus; quo continetur,

מערכת האלהות מר' פרץ כהן MAARECHETH HAELAHUTH, *Ordinatio Divinitatis*. Liber Cabbalisticus, quindecim Capitibus, seu Sectionibus absolutus, qui a plerisque, uti in fronte hujus Codicis, R. PERETZ, sive ut Latini, &

& Græcì pronunciare solent *Phares*, COHEN, hoc est, *Sacerdoti*, Gerundensi, discipulo R. Isaacii Hierosolymitani, authoris libri ס'מ'ג' *Samagh*, circa medium Seculi XIV. claro, adscribitur, quamvis in nonnullis exemplaribus *R. Azarielis Saghinahor*, seu Cæci, ut authoris, nomen præferat; quique una cum consequenti commentario prodiit Mantuæ & Ferrariæ Anno Mundi 5318. Christi 1558. in quarto. Ibi autem de decem *Sephiroth*, Numerationibus, seu adtributis Divinis mystice disseritur; ac præterea multa Talmudis loca explicantur, quæ a ratione prorsus aliena videntur, uti est illud de Luna, quam Soli æqualem fuisse a Deo creatam, verum propter ejus in Deum ipsum, ac Solem obtrectationem, lumine imminutam, & ad hircum immolandum adactam Talmudistæ effutiunt. Et illud de Deo, quem Philacteria manui & fronti adhibere, Legi studere, eandemque pueros Ebræos docere fabulantur, & alia hujusmodi. Initium fol. 1. מערכת האלהות הוא קיום אמונת האלהות כאשר נאות·

Adcedit מנחת יהודה מר' יהודה חיים MINCHATH JEHUDA, *Oblatio Judæ*, titulo desumto ex com. 4. Cap. III. Malachiæ; sive locupletissimus in præfatum librum *Ordinationis Divinitatis* Commentarius, qui cum ipso textu jam typis commissus fuit, ut mox supra monuimus; authore R. JUDA CHAJAT, idest, *Sartore*, Anno Mundi 5252. Christi 1492. claro, utpote qui in limine ejusdem Commentarii refert, quæ sibi in exsilio ex Hispania, quod in illum annum incidit, evenerint. Init. ibidem אמונה מוחלטת פי' שלא יהיה מחשבו האדם בסוד היחוד·

Ad calcem ejusdem Codicis, cujus ætas ad decimumsextum Christi seculum videtur revocanda, fol. 44. adjecta sunt Collectanea quædam ex Scriptis R. Eleazaris Wormatiensis; in quibus Animæ omnium hominum creatæ dicuntur in principio intra sex dies, & in loco quodam adservari; ubi Ebræorum quidem animæ in studio Legis Mosaicæ versentur, ceterarum vero gentium animæ præcepta, & quæ ad jus naturale, & matrimonium præsertim pertinent, ediscant.

CCLXVI.

CODEX antiquus, in fol. membraneus, foliis constans 186. charactere Rabbinico eleganti descriptus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. ספר האמונות מר' סעדיה גאון R. SAADIÆ GAON, Ægyptii, SEPHER HAEMUNOTH, *Liber de Fide*, duabus columnis dispositus, quem Arabice composuit Anno Creationis Mundi 4708. Christi 948. ut fol. 30. col. 2. lin. 4. ante ultimam adnotatur. Verum interpolatam esse numeralem hanc notam, patet tum ex eo, quod omnes Scriptores Judæi, ac præsertim Abraham Zacut in Juchasin pag. 161. Gedalias in Scialsceleth Hakabbala p. 35. & David Ganz ad annum 701. quinti millenarii, obitum Saadiæ Gaonis in annum Mundi 4702. Christi 942. referant; tum potissimum ex inscriptionibus ad calcem Codicum num. CCLV. & CCLXX. signatorum, adpositis, in quibus is idem liber dicitur a Saadia absolutus A. M. 4653. C. 893.

& a

& a R. Juda filio Saulis Aben Tibbon in Ebraicum ſermonem ex Arabico redditus A. M. 4946. C. 1186. Dividitur in decem Tractatus, præmiſſa Præfatione, cujus initium fol. 1. a terg. פתרון ספר האמונות והרצב הפינורת ממליצות

Tractatus I. De Creatione Mundi, & Providentia Divina. Initium f. 13. a terg. מגילה הראשונה התחיל מבארה ואמר ראוי על המשכילים

II. De Unitate Dei; ubi acerbe in doctrinam de Sanctiſſima Trinitate invehitur; præterea vero de adtributis Divinis exponit. Init. fol. 30. a terg. פתרון הב׳ מן השניות מדברי גאון והוא אשר ביאר

III. De Præceptis, Prophetia, & Lege Moſaica. Initium fol. 46. פתרון מגילה הג׳ ספר ציווי ואזהרה ואתחיל לבאר בראש זו המגילה ·

IV. De Cultu, & rebellione; item de Creatione hominis, Providentia, & libero arbitrio. Init. f. 60. ביאור המגילה הד׳ בביאור זו המגילה אקדם בראשון

V. De Operibus juſtitiæ, & peccatis: Initium fol. 69. פתרון המגילה ה׳ה׳ והיא ספר פי׳ זכיות וחובות התחיל מבארה ואומר ·

VI. De Anima, de morte, deque revolutione corporum & metempſychoſi, quam author refellit. Initium fol. 77. a terg. פתרון המגילה הו׳ ביאור חק אמיתת הנפש ·

VII. De Reſurrectione mortuorum. Initium fol. 87. ביאור המגילה הז׳ והיא תחיית המתים אתחיל בביאורה ואומר ·

VIII. De Redemtione, ſeu liberatione Judæorum. Initium fol. 95. a terg. פתרון המגילה הח׳ והוא ספר הפדות והפרקן התחיל

IX. De Præmiis, & pœnis futuri ſeculi. Init. fol. 105. פתרון המגילה הט׳ והוא ספר הגמול ונעיכמת ופורען הנקמות ·

X. De Præceptis vitæ recte inſtituendæ. Initium fol. 115. פתרון המגילה הי׳ והוא אשר פירש החכם איזה דרך הטוב ·

Laudat hunc librum Joh. Gagnerius in Præfat. ad Joſephum Gorionidem pag. 28. eumque Latini juris factum prælo ſe jam paraſſe ſcribit. Verum nonniſi ſpecimen illius editionis, in qua contextus Arabicus & verſio Ebraica per duas columnas interpretationem Latinam ſubſtratam, hæc vero notas ſtatim ſubjunctas exhibere debuerat, Oxonii anno 1717. in fol. una plagula prodiit; ut teſtatur Wolfius Tom. III. num. 1753. ubi & ſingulas ejuſdem operis editiones recenſet.

2. שאלות על דיני פסח SCEELOTH AL DINE PESACH, *Quæſtiones Judiciales & Cæremoniales de Feſto Paſchatis*; ubi de Fermento, Azymo, ejus inſpectione ac perquiſitione; deque purificatione & munditia vaſorum, quæ in eadem ſolemnitate adhiberi ſolent. Author ignoratur. Initium fol. 138. אלהי הרוחות קרא כתיב בפרשת קרח ובפרשת פנחס אל אלהי הרוחות ·

3. ספר רוקח מר׳ אלעזר בן יהודה מגרמישא SEPHER ROKACH, *Liber Aromatis*; in quo de timore Dei, & Pœnitentia agitur; item de rebus, ſeu cibis licitis & illicitis, Juribus pecuniariis, Feſtis, Seminibus, & Uxoribus; authore R. ELEAZARO FILIO JUDÆ DE GARMIZA, ſeu Wormatienſi, ex familia וידרון *Vidrun*, Judæis Germanis celebrata, qui in Juchaſin p. 132. & Scialſceleth pag. 51. minus recte vocatur אליעזר *Eliezer*. Ipſe enim Gedalias author Scialſceleth, ſeu Catenæ Cabbaliſticæ, teſtatur, eum librum quem-

quemdam suum, quem præ manibus habemus ס' רקח adpellasse, quod literæ dictionem hanc componentes, ad numeros, secundum Ebræorum morem, revocatæ, numero illi, qui ex nomine ipsius authoris elicitur, respondèrent. Liquet autem רקח efficere 308. qui numerus etiam ex voce אלעזר producitur, quum vicissim אליעזר 318. efficiat; ut proinde prior adpellatio posteriori sit præferenda. Vixit ille Anno Mundi 5000. Christi 1240. variosque libros conscripsit, de quibus vide Wolfium Tom. I. & III. num. 316. ubi & Libri Aromatis editiones commemorat. Initium fol. 163. יראת השם ראשית דעת ראשית חכמה יראת יהוה תחילת החכמה.

4. פירוש על מאמר אין מזל לישראל מר' אשר בן יחיאל R. ASCER FILII JECHIELIS, per initia dictionum הראש *Harosc* dicti, Germani Rotenburgensis, Toleti Anno Mundi 5088. Christi 1328. die 9. Chescuan, idest, Octobri nostro medio, defuncti, ceu testatur Juchasin pag. 133. quem sequitur Buxtorfius; vel potius Anno Mundi 5081. Christi 1321. quod tradit Menachem in Præfatione ad Librum צדה לדרך *Viaticum in viam*, qui quum discipulus fuerit R. Jacobi filii Asceris nostri, ex quo proinde hanc rem procul dubio edoctus fuit, hujus testimonium alteri illi præferendum omnino videtur; PERUSC AL MAAMAR EN MAZAL LEISRAEL, *Expositio in effatum* priscorum Rabbinorum: *Israel nulli Planetæ subjectus*; non dari scilicet, astrorum in Judæos influxum. Quod effatum legitur in Tractatu Talmudico de Sabbatho; ubi & caussa additur. Recentiores tamen Ebræi aliter sentiunt. Vide Jacobum Gaillardum in Oratione de natura & dignitate Theologiæ pag. 13. cui Luna dominata videtur Religioni Judaicæ; necnon Thomam Crenium Parte IX. Animadvers. Historico-Philolog. pag. 186. & Wolfium Tom. I. num. 8. & 363. Initium fol. 180. a terg. מה שפירש רבינו החכם רבי אשר זל' במה שאמרו רבותינו אין מזל לישראל.

5. אגרת הרמבם לחכמי לוניר ולחכמי מונפילייר בצרפת R. MOSIS FILII MAIMON IGGHERETH LECHACME LUNIR ULECHACME MONPELIER BEZARPHATH, *Epistola ad Sapientes Lunir*, imo Lunel, *& ad Sapientes Montis Pessuli in Gallia*, de orbium motu, & stellarum decretis; ubi & de productione Mundi ex nihilo, de libero arbitrio, & fato differit; nondum, quod sciam, typis vulgata. Ejusdem argumenti Epistolam ad Sapientes Massiliæ de Astrologia Maimonides scripsit; ubi respondet ad quæstiones sibi propositas de iis viris, qui omnia ex planetis decerni & constitui volebant; ut & de Judæo quodam, qui Messiam se esse gloriatus fuerat. Quæ epistola inter reliquas Maimonidæ Epistolas Venetiis editas exstat, & recusa est tum in Adpendice Institut. Epistol. Buxtorfii pag. 444. tum cum versione Latina Jo. Isaaci Levitæ in calce Physices, quæ dicitur רוח חן Coloniæ 1558. in 8. Initium fol. 181. a terg. דעו שכל חכמי העולם והם הפילוסופים

6. Ejusdem R. Mosis Maimonidæ תשובת הגולה THESCIUVATH HAGOLLA, *Responsum de exsilio Populi Judaici ejusque redemtione*, seu liberatione per penitentiam; quod in recensione Scriptorum Maimonidę pretermisit Bartoloccius. Initium fol. 184. תשובת הגולה אשר הזהיר עליה משה רבינו

7. Ejusdem Maimonidę פירוש על פרק ד' ממסכת חגיגה PERUSC AL PEREK RABII

פתרון המגלה הי׳ והוא אשר פירש בה הה׳ איזה דרך הטובה ·

In fine vero, fol. 141. hæc legitur Adnotatio: נשלם ספר האמונות מרבינו סעדיה גאון ז׳צ׳ל׳ בשנת ד׳ת׳ת׳נ׳ה׳ ליצירה *Explicit Commentarius in Librum de Fide R. Saadiæ Gaonis: memoria justi in benedictionem; Anno Creationis Mundi* 4855. Christi 1095.

CCLXX.

Codex antiquus in quarto, bombycinus, foliis constans 235. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. ספר האמונות מר׳ סעדיה גאון בן יוסף R. SAADIÆ GAON, FILII JOSEPHI, Ægyptii, ex Urbe Pithom, quam Ebræi ex Arabibus *Alphajum* vocant, SEPHER HAEMUNOTH, *Liber de Fide*, ex Arabica lingua in Ebraicam conversus a *R. Juda filio Saulis Aben Tibbon*; ut ex epigraphe ad calcem adposita, quam mox infra proferemus, perspicuum est. Totus liber in Præfationem & decem Tractatus dividitur, quorum initiales voces rubeis literis expressæ sunt.

Præfatio incipit fol. 1. אמר יהודה בן שאול בן תבון פתח מחברו

Tractatus I. De Creatione Mundi & Providentia Dei. Init. fol. 10. המאמר הזה כי כל מעין בו הוא דורש דבר שלא נפל עליו ראות העין ·

Tract. II. De Unitate Dei, ejusque Adtributis; ubi in doctrinam de Sanctissima Trinitate acerbe invehitur. Initium fol. 45. a terg. אקדם במאמר הזה לאמר בו התחלות המדעים גדולות ותכליות ·

Tractatus III. De Præceptis, Prophetia, & Lege. Initium fol. 68. אמר המחבר אשר ראוי לקדם אותו התחלת המאמר הזה כי הבורא ·

Tractatus IV. De cultu & rebellione; deque creatione hominis, providentia & libero arbitrio. Initium fol. 85. a terg. אמר המחבר אני פותח למאמר הזה הקדמה שאומר אף על פי ·

Tract. V. De operibus justitiæ, & peccatis. Initium fol. 96. a terg. אמר המחבר הודיענו אלהים יתעלה כי עבור האדם אותו ·

Tract. VI. De Anima, ejusque substantia, facultatibus & proprietatibus; uti & de morte, & quæ huc pertinent; item de revolutione corporum, & transmigratione animarum, quam author negat. Initium fol. 110. a terg. אמר מחבר הספר הודיענו אלהינו יתברך ויתעלה כי התחלת נפש

Tract. VII. De Resurrectione mortuorum, quam idoneis argumentis evincit. Init. fol. 122. a t. אמר מחברו יתברך ויתעלה האל אלהי ישראל המאמת דברו

Tract. VIII. de redemtione filiorum Israelis. Initium fol. 137. a terg. אמר המחבר הודיע אלחינו על פי נביאיו שיגאלנו האל לבני ישראל ·

Tract. IX. De præmio, & pœna seculi futuri. Init. fol. 151. a terg. אמר המחבר הודיענו אלהינו יתברך ויתעלה כי כבר קבע זמן לגמול ·

Tract. X. De Præceptis vitæ recte instituendæ, in tredecim שערים *Portas* subdivisus, quarum I. dicitur שער הפרישות *Sciaar haperisciuth*, Porta Separationis; ubi de secessu a rebus temporalibus & caducis. 2. האכילה *Hachila*, Refectionis, seu de cibis cum gratiarum actione sumendis. 3. המשגל *Ha-*

Hamiscgal, Coitus, nempe de usu matrimonii. 4. החשק *Hachescek*, Amoris, mulierum scilicet. 5. הממון *Hammamon*, Divitiarum; seu de opibus comparandis. 6. הבנים *Habanim*, de *filiorum* educatione. 7. הישוב *Hajasciob*, de *tranquillitate*, seu animi tam in prosperis, quam in adversis compositione. 8. החיים *Hachaiim*, de *vita*, seu valetudine tuenda. 9. השררה *Hasciarara*, de *Principatu*, seu administratione Regni. 10. הנקמה *Hanekema*, de *vindicta*. 11. החכמה *Hachocma*, de *sapientia*. 12. העבודה *Haavoda*, de *servitute*, seu de Religione servanda, & Deo colendo. 13. המנוחה *Hamenucha*, de *quiete*, idoneo tempore corpori concedenda. Initium fol. 165. a terg. אמר המחבר הקדמת המאמר הזה אשר דברו בו אנשים רבים.

In fine vero, fol. 188. hæc epigraphe occurrit: נשלם ספר האמונות והדעות אשר חבר הגאון רבינו סעדיה זל׳ שנת תרנג בלשון ערב והעתיקו הח׳ הגדול יהודה בר שאול הידוע אבן תבון מרמון ספרד אל לשון הקדש שנת ת׳ת׳ק׳מ׳ו׳ אני הכותב ראובן בר יעקב זצל *Absolutus est liber de Fide & Cognitionibus, quem Arabice composuit magister noster Saadias Gaon; cujus memoria in benedictionem; Anno Creationis Mundi* 4653. Christi 893. *Inde vero in Linguam Sanctam transtulit sapiens magnus R. Judas filius Saulis cognomento Aben Tibbon, Granatensis Hispanus, Anno Mundi* 4946. Christi 1186. *Ego Ruben filius Jacobi, eundem Librum exaravi. Memoria justi in benedictionem.*

2. סדר פיטום הקטורת SEDER PITTUM HAKETORETH, *Ordo Mixturæ Tymiamatis*; ubi de ratione parandi suffitus, olim in Templo recepta, juxta Legem Exod. XXX. 7. ejusque hodie per preces celebrandi, absque nomine Authoris; jam Pragæ Anno Mundi 5350. Christi 1590. in 8. editus. Init. fol. 188. a terg. פטום הקטורת כיצד שלש מאות וששים ושמונה מנים

3. Anonymi שער היחוד SCIAAR HAJECHUD, *Porta Unitatis*; in qua de Unitate Dei, ejusque existentia agitur; at præterea quomodo inferiora hæc a superioribus dependeant, & moveantur, per quandam sphæram, fol. 206. rudi manu delineatam, explicatur. Initium fol. 192. תדע בני כי השער הזה בשער הייחוד כבר הרבו הקדמות.

4. Ejusdem מאמר על הנפש MAAMAR AL HANNEPHESC, *Tractatus de Anima* rationali, ejusque facultatibus, & immortalitate, quam idoneis argumentis demonstrat. Init.f.202. סגולת הנפש הצומחת והוא גם היא נקראת הנפש

5. Ejusdem ש׳ות׳ על חדוש העולם SCEELOTH UTHESCIUVOTH AL CHIDDUSC HAOLAM, *Quæsita & Responsa de Novitate Mundi*; ubi contra Aristotelem, aliosque Philosophos æternitas Mundi refellitur. Initium fol. 217. a terg. מה ששאלת בעניין קדמון וחדש הווי יודע שחכמי הפילוסופים לא יפסקו.

6. ספר על הנפש דרך שאלה ותשובה בין גאלינוס ובין מוריא תלמידו SEPHER AL HANNEPHESC, *Liber de Anima*, in modum Dialogi inter *Galenum*, ejusque discipulum *Mauriam*, seu, ut alii pronunciant, *Moriam*, moralis, de Anima, Corpore, & Intellectu tractans; ex Arabica lingua in Ebraicam a *Juda filio Salomonis*, cognomento *Charizi*, idest Poeta, Hispano, conversus; ut hæc docet epigraphe, quæ fol. 227. a tergo legitur: נשלם דברי גאלינוס הפילוסוף בנפש ובגוף ובשכל והעתיק אותו מלשון הערב אל לשון הקדש יהודה בן שלמה בן חריזי הספרדי *Completa sunt verba Galeni Philosophi de Anima*

lus noster scriptus dicitur a quodam Simson. Ita enim in calce fol. 27. a terg. legitur: שבח האל הגדול והנורא חזק ונתחזק הסופר לא יזק אני שמשון הלבלר *Laus Deo Magno, ac terribili. Confortare, & esto robustus; scriba nullo adficiatur damno. Ego Simson calligraphus*. Initium fol. 18. כיצד נבוכדנצר חיבב את בן סטמאן סירא מלך כשהיה קטן·

3. משלי סנדבר MISCLE, *Proverbia* SANDABAR, Principis Sapientum Indiæ. Libellus antiquissimus, Ethicus, & Politicus; de quo videndus Groddeckius in Hexacontade Pseudonymorum Ebraicorum pag. 32. ubi monet, in Cod. Ms. Bibliothecæ Regis Christianissimi MCCXIX. pro Sandabar legi *Sandabad*, librum vero ipsum, quem de administratione Regni tractare adfirmat, ex lingua Indica primum Persice, hinc Arabice, ac tandem Ebraice conversum, quo postremo sermone prodiisse una cum libro דברי הימים של משה *Verba dierum*, sive *Res gestæ Mosis*, aliisque Tractatibus adnexis; Venet. A. M. 304. & 305. hoc est Christi 1544. & 1545. in 8. De Syriacis, & Arabicis versionibus, in quibus titulum gerit كليله ودمنه *Colaila & Damna*, consuli jubet Abrahami Ecchellensis notas ad Ebediesu p. 299. quibus addesis quæ de eodem opere in Catalogo nostro Mediceo Laurentiano & Palatino Cod. XCV. pag. 140. & seqq. disseruimus. Pollicetur ibidem Groddeckius, alibi se ostensurum, quod Italicus Sandabar, & Græcorum liber Στεφανίτης ϗ Ἰχνηλάτης, a Seb. Gotfr. Starchio Græce & Latine editus, nec non Gallicus, *Les Fables de Pilpai*; & Germanicus, *Liber sapientiæ veterum sapientum magistrorum Romanorum*, tum inter se, tum ab hoc nostro differant. Sed immatura viri doctissimi mors prohibuit, quominus vel librum hunc recudi curaret, vel posteriori illo promisso se exsolveret. Ceterum Wolfius quoad summam rei non dubitat, hunc Sandabaris librum cum Colaila & Damna optime convenire, præcipue quum posterior hic in Italicæ versionis, Venet. 1552. in 4. curatæ, titulo diserte Sandabari acceptus feratur, hisce verbis: *La moral Filosofia del Doni, tratta dagli antichi Scrittori; ovvero la Filosofia de Sapienti antichi scritta dal Sandebar, moralissimo Filosofo Indiano, e tradotta nella lingua Toscana dagli Accademici Pellegrini*. Nec aliam differentiam inter utrumque scriptum esse, adseverat, quam quæ inter versionem Græcam ejusdem libri, quæ titulum fert Στεφανίτης ϗ Ἰχνηλάτης, intercedit; de qua videsis Joh. Alb. Fabricium Bibl. Græc. Cap. V. Par. II. pag. 463. Incipit autem liber ille fol. 27. a terg. פיליפוס מחב" הודו בימים ההם היה מלך בארץ·

4. מעשה תורה מרבינו הקדוש RABBENU HAKKADOSC, *Magistri nostri Sancti*, nempe Judæ filii R. Simeonis, MAASSE THORA, *Opus Legis*, sive Apophtegmata quædam & sententiæ morales ex Sacra Scriptura, Ghemara, & Capitulis Patrum hinc inde collecta, certisque numeris a ternario scilicet, usque ad decem disposita. Initium fol. 32. שלשה דברים הם שצריך אדם לבקש עליהם רחמים·

5. רפואות הגויה REPHUOTH HAGHEUJA, *Medicinæ Corporis*, sive Canones medicinales de tuenda valetudine; authore ידידיה קרישמן JEDIDIA KRISCMAN; non vero *Mose Maimonide*, ut in veteri Indice Italico perperam scribitur.

In

In clausula enim, fol. 38. a terg. ista leguntur: סליקו כל רפואות הגויה אשר יסד מאור הגולה ידידיה הרב המאמין קרישמן *Absolutæ sunt omnes Medicinæ Corporis, quas composuit fidelis magnus, Lumen exilii Jedidia Krischman*. Initium fol. 38. שמע מיני רפואות הגויה ונפשך בה תחינה

6. Anonymi ספר חיי עולם SEPHER CHAJE OLAM, *Liber vitæ æternæ*; Ethicus, tractans de vita præsente Judæorum ita agenda, ut futuræ spes sit; a medio circiter, ad finem usque mutilus. Prodiit Ebraice Venet. 1552. in 12. Germanice vero Friburgi Brisgojæ 1583. in 4. Eum Sabbathæus in ש״י vocat ס׳ חיי עולם הבא, idest, *Librum vitæ seculi futuri*. Initium fol. 38. a terg. טוב לגבר כי ישא עול מנעוריו כי טוב לו לאדם

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur exaratus.

CCLXXII.

CODEX chartaceus, in quarto, foliis constans 194. charactere Rabbinico exaratus; quo continentur,

1. מספר MISPAR, sive Series Chronologica Ebræorum ab eorum exitu de Ægypto usque ad Regnum Saulis, adjecta expositione nonnullorum commatum, ex Libris Samuelis, sive Regum I. & II. & ex Psalmis Davidicis excerptorum, in quibus de Messia agitur. Initium fol. 1. מיציאת מצרים עד תחילת מלכות שאול.

2. לקוטים LIKKUTIM, *Collectanea*, ex Veteri & Novo Testamento, Ebraice & Latine; sententiarum videlicet, & oraculorum Prophetarum ad Messiam Domini pertinentium; ubi tum ex sacris literis, tum ex scriptis veterum Rabbinorum ostenditur, Christum esse Deum, natum de Virgine, &c. aliaque Dogmata Christianæ Fidei confirmantur. Initium fol. 31. שיר המעלות ממעמקים המעלה יא היא החשובה.

Authoris hujusce Codicis nomen in ejusdem fronte adnotatum reperias hisce verbis: אני אליה בכמ״ר מנחם יצו׳ איש נולא נכתב היום ה׳ יג׳ יוני ה׳ש׳ו׳ *Ego Elias filius Menachem de Nola scripsi feria quinta, die* 13. *Junii, Anno Creationis Mundi* 5306. C. 1546. Is ad Christianam Religionem conversus, *Joannis Pauli Eustachii* nomen accepit, & Ebraicæ linguæ in Bibliotheca Vaticana Scriptor fuit; ut alibi monuimus.

CCLXXIII.

CODEX chartaceus, in quarto, foliorum 254. Rabbinicis literis exaratus; quo continetur,

ספר זקוק SEPHER ZIKKUK, *Liber Purgatorius*, quo nimirum, supra 480. Ebræorum libri a mendis, erroribus & execrationibus in Christianos conjectis expurgantur; authore quodam Neophyto Ordinis Capucinorum S. Francisci alumno, qui hocce opus, quod nondum lucem vidit, Mantuæ Calendis Augusti Anno Domini 1596. se composuisse, in ejusdem fronte testatur. Initium fol. 23. כל מילה עבודה זרה אשר לא יובן ענינה בפירוש על הע״ז

Ad-

Adcedit *Dominici Hierosolymitani*, ex Judæo Christiani, Bibliothecæ Vaticane Scriptoris, *Adpendix*, in qua plures alii Ebræorum libri, emendatione digni, recensentur; quorum omnium Index principio præfigitur. Initium fol. 183. בפיוט תא שמע אור ה׳ ט״ז׳ סיעיף ק״ו״ב׳ : עפרה בפומה

Is Codex autographus est, binaque tantum ex eo exempla hucusque desumta sunt, quorum alterum in Bibliotheca Barberina de Urbe, alterum Bononiæ in Bibliotheca Fratrum Prædicatorum, ex dono Cardinalis Gotti, adservatur. Eundem Codicem Eminentissimus Cardinalis Passioneus præ ceteris Latine reddendum, typisque quantocius consignandum jussit, eo quidem animo consilioque, ut Sacri potissimum Inquisitores probe noscerent, qui libri impressi, aut manuscripti Ebræis legendi retinendive permitterentur; quemadmodum in Nuncio Operum ex Vaticana Bibliotheca vulgandorum, Sacræ Profanæque eruditionis cultoribus, nomine Custodum ejusdem Bibliothecæ a nobis inscripto, præmonuimus. Hanc provinciam, Italice tamen, adornandam nuperrime suscepit amicissimus noster *Joh. Antonius Constantius* Ebraicæ linguæ in Collegio Urbano de Propaganda Fide Professor, ejusdemque in Bibliotheca Vaticana Scriptor, & apud Congregationem Sancti Officii Interpres. Quod Opus si quidem ante exitum hujus nostri Tomi e prælo eruditus vir perfecerit, id ipsum nos Latini juris factum, perpetuisque adnotationibus illustratum, una cum textu Ebraico ad calcem ejusdem Tomi adponendum curabimus.

CCLXXIV.

Codex in quarto, chartaceus, foliis constans 262. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. ר׳ בחיי בן אשר ס׳ כד הקמח R. BECHAI FILII ASCER, Cæsaraugustani, discipuli R. Salomonis Ben Addereth, Judicis nomine inter suos Anno Mundi 5051. Christi 1291. clari, SEPHER CAD HAKKEMACH, *Liber Cadi farinæ*, ex 1. Regum XVII. 4. Ethico-Theologicus, principio tamen mutilus, magni apud Judæos pretii, Concionatoribus utilissimus, utpote variis refertus eruditionibus; sæpius propterea typis vulgatus. Constat sexaginta Concionibus, ex quibus duæ priores desiderantur. Ibi varia Scripturæ loca de capitibus Fidei, & Morum præceptis agentia, exponuntur, ita quidem, ut argumenta ipsa secundum literarum seriem disposita ad ductum cujusdam loci Biblici edisserantur. Sic v. g. sub litera ח occurrit argumentum חתן בבית הכנסת *Sponsus in Synagoga*, & pro themate illud Isa. XXXIII. 17. מלך ביפיו תחזינה עיניך תראינה ארץ מרחקים *Regem in pulchritudine sua videbunt oculi tui: videbunt terram longinquam*. Quæ verba Deo in Ecclesia existenti, tamquam sponso applicantur, tum ad carnalem sponsum & ad lætitiam septem dierum nuptiarum referuntur. Item sub eadem litera ח habetur argumentum חתן על השלחן *Sponsus ad mensam*; ibique exponitur de conviviis nuptialibus, tum de anima, quæ sponsa vocatur, ad ductum Cantici V. 1. *Veni in hortum meum soror mea sponsa*, &c. In fine vero hujus libri,

libri fol. 119. a tergo, hæc legitur epigraphe: השלמתי ספר כד הקמח בכ'ה' לטבת שנת ה'ק'צ'ח' וסימנו הקבצו ושמעו בני יעקב שבח וברכה מעולם לאל נורא עלילה *Absolvi librum Cadi farinæ die* 25. *mensis Teveth*, Decembris, *Anno Creationis Mundi* 5198. Christi 1438. *cujus signum*: *Congregamini*, *&* *audite filii Jacob*, Genes. XLIX. 2. *Laus & benedictio Deo semper*, *cujus terribile opus*. Initium fol. 1. בגבורות שמונים שנה והוא יוצא ממנו כמובן

2. Fragmentum Expositionis Anonymi in Sectionem מסעות MASSEOTH, *Profectiones*, decimam Numerorum, a Capite scilicet, XXXI. 1. usque ad finem ejusdem libri; ubi de mansionibus filiorum Israelis, quum ex Ægypto sunt egressi, agitur. Init. f.120. a t. ועוד יכלול סיפור המסעות תועלת אחרת להודיע

3. Fragmentum מסכת קדושין MASSECHETH KIDDUSCIN, sive *Tractatus de Sponsalibus*, tertii ex Ordine tertio Talmudico, qui נשים NASCIM, *Mulieres* inscribitur. Initium fol. 121. אמר רבה בר חנה אמר ר' יותנן שם בן ארבע אותיות

4. Anonymi ס' מעין גנים SEPHER MAJAN GANNIM, *Liber Fontis Hortorum*, titulo desumto ex com. 15. Cap. IV. Cantici Canticorum; sive expositio in Genesim, & Exodum, Philosophica, a nemine, quod sciam, commemorata; nam qui hocce titulo in Bibliothecis Ebraicis occurrunt insigniti libri, & certis authoribus adscribuntur, & de aliis, diversis a nostro, argumentis tractant; ut videre est apud Bartoloccium, & Wolfium.

Porro *Genesis* incipit fol. 123. a t. בראשית אמר הרמבם ז'ל" בשנם מספרו הנכבד
Exodus, f.139. הערה כבר' ידעת בני פרסום זה המאמר אשר אמרהו הפילוסופים

5. ר' משה בן שמואל אבן תבון פי' פסוק ויפגעו בו מלאכי אלהים R. MOSIS FILII SAMUELIS ABEN TIBBON, Granatensis Hispani, Anno Mundi 5030. Christi 1270. clari: quo anno versionem Euclidis Ebraicam ex Arabico absolvit, teste R. Gedalia in Scialsceleth, seu Catena Traditionis pag. 54. PERUSC PASUK VAJEPHGHEU BO MALECHE ELOHIM, *Expositio in Comma* 1. Capitis XXXII. Geneseos: *Fueruntque ei obviam Angeli Dei*. Initium f. 161. a terg. אמר ר' משה בן שמואל בן תבון בפי' הדרשות ויפגעו בו

6. ס' עין משפט לאבו נצר אלפראבי ABU NATSAR ALPHARABI, Philosophi Arabis, SEPHER EN MISCPAT, *Liber Oculi*, seu, ut alii interpretantur, *Fontis Judicii*, necdum editus, sistens sexaginta perquisitiones naturales, sive Tractatus Philosophicos, ad mentem Aristotelis; ex Arabico in Ebraicum sermonem conversus a *R. Todros*, sive *Theodoro filio Mesciullam*; ut f. 165. ad calcem adnotatur in hæc verba: נשלמו ששים דרושים לאבו נצר אלפראבי הנה אנכי טודרוס בן משולם בן דוד טודרוס העתקתי אותם מלשון הערב בלשון הקדש *Absolutæ sunt sexaginta Perquisitiones Naturales Abu-Natsar Alpharabi*, *quas ego Theodorus filius Mesciullam*, *fil. Davidis*, *Todrosi*, *ex Arabica in Sanctam linguam transtuli* &c.

Atque hinc corrigendus Bartoloccius, qui librum hunc Abu-Ismaeli Pharabi adscribit; uti & cl. Pasinus, qui in Catalogo Bibliothecæ Regiæ Taurinensis Tom. I. Cod. CL. Bartoloccii sententiam sequutus, immerito arguit Christophorum Wolfium, quod propterea Bartoloccium sugillaverit, *quum ipse Wolfius*, inquit, *nullius exemplaris authoritate fultus*, *Abu-Nassari Alpharabio librum Oculi Judicii adtribuendum existimavit*. Bartolocii & Pasini

 hal-

hallucinationem de nomine authoris præfati libri inde ortam puto, quod quum Ebraicus interpres in limine ejusdem libri Arabicam vocem אבו נצר *Abu-Natsar*, quæ *Patrem victoris*, seu *liberatoris*, significat, Ebraice אבו ישע Abu-Jescia, *Patrem salutis*, seu *redemtionis* reddiderit; illi id minime animadvertentes, imo vero Articulum אל, cognomini Pharabi, ex Arabum more, præfixum, ad præcedentem vocem ישע referentes, vel contracte Ismaelis nomen scriptum autumantes, Abu-Ismaelem Pharabi legerunt. Init. fol. 162. a t. המדע יחלק אל ציור מוחלט כמו ציור השמש והירח והשכל והנפש

Præeunt quædam Carmina loco Præfationis, quorum initium ibidem רועי העם : לכם יועם : סורו לכם : מבית לחם :

7. Anonymi שיר על י' ספירות בדרך קבלה SCIR AL ESSER SEPHIROTH BEDEREC KABBALA, *Canticum Cabbalisticum in Decem Numerationes*, seu adtributa Divina, quorum nomina in decem globulis, in arboris figuram dispositis, quam עילת העילות *Ilath Hailoth*, caussam caussarum vocant, descripta sunt. Vide Bartoloccium Par. IV. pag. 535. ubi ejusmodi Cabbalisticam figuram exhibet. Init. fol. 167. אלו נ' עליונות אמתי ושורש הכל נבהים אין

8. Ejusdem פירוש על ברכות ותפלות PERUSC AL BERACOTH UTHEPHILLOTH, *Expositio Cabbalistica in varias Benedictiones, & Preces Judæorum*; videlicet. 1. in Orationem ברוך שאמר *Baruc Sceamar*, Benedictus qui dixit, & יוצר *Jotser*, Formans, quas mane diluculo recitant. 2. in *Secretum*, seu mysterium *Benedictionis vini*, in Sabbatho persolvendæ, quæ a prima voce קדיש *Kaddisc*, Sanctus adpellatur. 3. In הללויות *Hallelujoth*, seu quinque Psalmos posteriores, qui ab Alleluja incipiunt. 4. in Canticum: *Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est*: ex Exod. XV. 5. In *Precationem* in principio anni dicendam. 6 In *Benedictionem Circumcisionis*. 7. In *Centum Benedictiones*, Judæis quotidie recitandas. Initium fol. 186. ברוך שאמר והיה העולם יר' ברוך יש בשבח זה כנגד י'ד' ויאמר מבראשית ·

9. ביאור על ס' ס'מ'נ' וס'מ'ק' מר' אליה זעשה BIUR AL SEPHER SAMAG, idest MITSUOTH GADOL, USEPHER SAMAK, seu MITSUOTH KATTON, *Explanatio in librum Præceptorum magnum, & in librum Præceptorum parvum*, nondum edita; Authore R. ELIA ZAASCIA de Ispruch, cujus nomen fol. ultimo lin. 8. adnotatum reperias. Hinc corrigendi Bartoloccius & Wolfius, quorum prior זעזה *Zaazah* scribit, alter vero זעוה *Zaava* legendum adfirmat, unius Sabbathæi in ש'י' authoritate ductus. Initium fol. 212. לידע אותו שברא וכו' שנ' אנכי ה' אלהיך וגו'.

Is Codex, cujus ætatem ex epigraphe, ad calcem libri Cadi Farinæ adposita, ostendimus, pertinuit olim ad ר' אברהם בן דוד הלוי *R. Abrahamum filium Davidis Levitam*, ut sub initium adnotatur.

CCLXXV.

CODex in quarto chartaceus, foliorum 170. charactere Rabbinico exaratus; ubi continentur,

מדרשים על ס' במדבר ואלה הדברים MIDRASCIM, sive *Commentarii* Veterum Rab-

Rabbinorum in *Librum Numerorum & Deuteronomii*, allegorici, qui literalibus, quos פירושים *Piruſcim* dicunt, opponi ſolent. Habent ſcilicet Judæi, ut monet Wolfius Tom. II. num. 333. Quatuor in primis Sacræ Scripturæ exponendæ rationes, quas Camero pag. 163. ita deſcribit: *Dicunt quatuor eſſe genera interpretandi, quibus utuntur* מפרשים *Interpretes, nempe primum* דרך הפשט *ſive ſenſum literalem, ſecundum* דרך מדרש *i. e. ſenſum inquiſitorium, qui ſenſus eſt, quem Latini Theologi allegoriam vocant; tertium ſenſum intelligentiæ* דרך השכל *Spiritualem, cum eruunt non tam allegoricum ſenſum, ſed latentem & abditum. Cujus locutionis exſtat exemplum Apocal.* XIII. 18. *&* XVII. 9. *hic eſt intelligentia, hoc eſt, ſunt iſta interpretanda* על דרך השכל. *Nam, ut monuimus alibi, non abhorret Spiritus S. in Scriptura a locutionibus uſitatis in Eccleſia. Quartum* דרך הקבלה *cum ex literis dictionum colligunt, quis ſit Scripturæ ſenſus.*

Confer Præfationem Aben Ezræ in Pentateuchum Tomo I. Bibliorum magnorum præfixam, ubi quinque modi recenſentur, quorum tertius eſt eorum, qui omnia in allegorias transformant, neglecto ſenſu literali, quos ipſe Aben Ezra averſatur: quartus vero illorum, qui Homilias allegoricas ſequuntur, & ex apicibus & literis, in numeros reſolutis, aut tranſpoſitis, arcanos ſenſus eliciunt. Quam commentandi conſuetudinem ſervant Judæi plerique in terris Græcorum & Edomæorum degentes. Vide etiam Joſephum de Voyſin in tractatu *de quinque modis, quibus Judæi Legem ſolent interpretari*, Pariſiis Anno 1635. edito; necnon Hottingeri Theſaurum Philolog. p. 74. Buxtorfium in Lexico Talmudico Rabbinico p. 584. & Joh. Morinum in Exercit. VIII. pag. 347. ubi *Midraſcim* adpellat Commentarios antiquorum Rabbinorum Allegoricos & Anagogicos, vel potius fabellarum, & anilium ſermunculorum in S. Scripturam collectionem. Ceterum non omnes Midraſcim unius ſunt generis, ut eos legentibus perſpicuum eſt; nec aliam inter eos & Piruſcim differentiam agnoſcit Schickardus pag. 114. quam quod: *Illi*, inquit de Midraſcim, *longius evagantur, lectorem fabuloſis narrationibus demulcent, ut ſcilicet tædium tam diuturni exilii levius ferant, imo crebro quoque in noſtram religionem invehantur; hi vero textum preſſius ſequuntur, ſingula verba excutiunt, linguæ idiotiſmos explicant, paralellas phraſes adducunt, per illas genuinum contextus ſenſum eliciunt*, &c. Incipiunt autem Commentarii illi fol. 1. וארשתיך לי לעולם וארשתיך לי בצדק ובמשפט ובחסד וברחמים.

Ad calcem vero recentiori manu adjectam reperias תפלת הים THEPHILLATH HAJAM, ſive *Orationem ad ſedandam tempeſtatem maris*, ſuperſtitioſam; cujus init. f. 170. a t. כשאדם יכנס בספינה ילקוט נ׳ אבנים מחוף הים ויאמר

Is Codex, quem non immerito ad decimumquintum Chriſti ſeculum referas, pertinuit olim ad שמואל בן יקותיאל *Samuelem filium Jekuthielis*; ut in fronte adnotatur.

CCLXXVI.

Codex chartaceus in quarto, foliis constans 163. charactere Rabbinico nitidissimo exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

ס' חובת הלבבות מר' בחיי בן ר' יוסף פקודה הדיין R. BECHAI FIL. R. JOSEPHI PEKUDA HADDAIJAN, idest *Judicis*, Hispani, SEPHER CHOVATH HALLEVAVOTH, *Liber Officii Cordium*, Ethico-Theologicus, magni apud Judæos nominis, Arabice ab Authore compositus, inde vero in Ebraicam linguam a *R. Juda Tibbonide* translatus; ceu testantur Gedalias in Scialsceleth Hakabbala, seu Catena Traditionis, & Samuel ejusdem Judæ Tibbonidæ filius in Præfatione ad versionem libri More Nevuchim, ubi Patris sui Præfationem laudat, in qua de recta interpretandi ratione præceperit. Alii vero, ac præsertim Sabbathæus in 'שי, seu Labiis dormientium, librum illum Arabice ab ignoto Authore exaratum, a nostro vero R. Bechai Ebraice conversum adfirmant. Prodiit plus semel tum Ebraice, tum Latine, Hispanice, & Germanice; ut videre est apud Bartoloccium, & Wolfium. Complectitur autem varia præcepta de vita spirituali erga Deum, seipsum & alios recte ac decenter instituenda; dividiturque in decem שערים *Sciaarim*, Portas, seu Capita, quorum 1. Inscribitur שער יחוד האל *Sciaar Jechud Hael*, Porta unitatis Dei; ubi de Deo & ejus unitate agitur. 2. שער בחינה *Sciaar Bechina*, Porta examinis. De examine rerum a Deo conditarum, & conservatarum, per quas in Creatoris notitiam perducamur. 3. עבודה *Avoda*, de servitute, seu de Religione & cultu Divino. 4. בטחון *Bittachon*, de fiducia, in Deum collocanda. 5. מעשיו לש'ש' *Masciau lescem Sciamaim*, de actionibus nostris in Dei honorem dirigendis, vitandaque hypocrisi. 6. כניעה *Cheniah*, de humilitate. 7. תשובה *Thesciuva*, de resipicentia, seu Pœnitentia. 8. חשבון הנפש *Chisbon hannephesc*, de præstantia animæ, & relatione ipsius ad Deum. 9. פרישות *Perisciuth*, de separatione a rebus mundanis. 10. אהבת יהוה *Ahavath Adonai*, de amore Dei. Init. fol. 1. אמר המחבר ברוך ה' אלהי ישראל אשר לו יאות ענין האחד האמתי הקדמון

In fine vero, fol. 162. exstat Canticum in laudem Authoris, cujus priores decem versus ita dispositi sunt, ut ex eorum initialibus literis, ejusdem Authoris nomen eliciatur, nempe בחיי בר יוסף *Bechai filius Josephi*. Is autem ad distinctionem a R. Bechai Ben-Ascer, quem superius laudavimus, innuendam, הזקן *Hazaken*, idest Senior nuncupari solet, quem revera ætate superat duobus ferme seculis; ut recte observat Wolfius; vixit enim in Hispania ante Maimonidem, qui Anno Christi 1101. natus creditur: quod ex eo colligit R. Gedalias in Scialsceleth pag. 41. quia R. Juda Tibbonides memoratum librum, Arabice a nostro Bechai exaratum, Ebraice reddiderit. Quum itaque hic Juda ipsum Maimonidem integra generatione antevertat, quippe cujus æqualis Samuel Tibbonides Judæ filius, ut liquet ex Epistolis Maimonidæ ad ipsum de negotio interpretationis More Nevuchim, quam Samuel susceperat, in quibus idem Maimonides laudat Judam

Judam Tibbonidem tamquam interpretem præstantissimum & jam defunctum ; recta consequitur , ipsum quoque Bechai Maimonide esse superiorem . Unde corrigendi Bartoloccius , & Sabbathæus , quorum prior ad Scialsceleth , seu Catenam Traditionis provocans , nostrum Bechai paullo post natum Maimonidem , Anno Mundi 4900. Christi 1140. emersisse scribit ; alter vero in Indice Scriptorum Alphabetico , a calculo Scialsceleth recedens , eundem Bechai A. M. 4926. C. 1166. claruisse adfirmat . Quod si igitur authoritate Scialsceleth , imo argumento ex re ipsa , libri scilicet interpretatione Ebraica petito , standum sit , ætas nostri Bechai ad annum Creationis Mundi 4860. Christi 1100. circiter , videtur revocanda .

Is Codex exaratus est Anno Christi 1508. ut hæc ostendunt librarii verba , quæ fol. 162. ad calcem leguntur : נכרב זה הכפר היום הזה יום ב׳ כ״ב לכסליו חמשת אלפים ומאתיים ס״ח׳ *Descriptus est hic liber feria secunda , die* 22. *mensis Chisleu* , Novembris , *Anno ab Orbe condito* 5268.

CCLXXVII.

CODEX antiquus , in quarto , membraneus , foliorum 177. charactere Rabbinico admodum eleganti exaratus , olim Palatinus . Ibi continentur,

1. שערי תשובה לר׳ יונה SCIAARE THESCIUVA , *Portæ Pœnitentiæ* , idest , Tractatus de Pœnitentia , ob quæcumque peccatorum genera agenda , & quomodo humilitati studendum sit , in tres Portas distributus , quæ iterum in certa Capita abeunt ; Authore R. JONA , ut in fronte scriptum est . Num autem hic Jonas Gerundensis sit , ut existimant Buxtorfius & Wolfius , an Pragensis , ut Plantavitius ; an denique Catalaunus , ut Bartoloccius , videndi Wolfius Tom. I. p. 489. & Bartolocius Par. III. p. 787. ex nostro enim Codice , uti & ex apographo Taurinensi , n. XCIX. notato , nihil certi definiri potest . Init. f. 3. a t. השער הא׳ בביאור מצות התשובה ועיקריה מן הטובות אשר הטיב

2. חרושי מסכתא פרקי אבות CHIDDUSCE MASSECHETH PIRKE AVOTH , *Novellæ Observationes in Tractatum de Capitulis Patrum* , *decimum Ordinis* IV. Talmudici , qui נזיקין *Nezikin* , Damna inscribitur ; absque nomine Authoris . In earum clausula fol. 111. hæc legitur epigraphe : נשלם פירוש מסכת אבות נתחבר בישיבת הרב הגדול החסיד העניו הפטיש החזק רבינו ומורינו הרב ר׳ יונה זצל *Absolutæ sunt Novellæ Observationes in Tractatum de Capitulis Patrum* , *quæ compositæ fuerunt in Academia Doctoris magni* , *pii* , *montis fortis* , *præceptoris & Domini nostri R. Jonæ* ; *memoria Justi in Benedictionem* . Hinc Bartoloccius authorem vocat R. Jonam , nescit tamen , an a Gerundensi sit distinguendus . Juchasin vero pag. 16. ejusdem tituli commentarium tribuit *R. Meir filio Theodori Levitæ Toletano* ; de quo vide Wolfium Tom. I. n. 1380. Init. f. 62. a t. בשם אל חי אמרו רבותינו ז״ל׳ האי מאן רבעי למהוי חסידה לקיים מילי

3. פי׳ על י״ג מדות מר׳ טודרוס הלוי R. TODROS , sive , THEODORI , LEVITÆ , forte Narbonensis , de quo alibi , PERUSC AL SCELOSC ESSERETH MIDDOTH , *Commentarius in tredecim modos* , seu *Regulas* , quibus Biblia Sacra exponenda ; nondum typis vulgatus . Initium fol. 112. ר׳ ישמעאל אומר

בינ

בינ״ מדורת התורה נדרשת וכו׳ מקל וחומר ·

4. עשר שאלות ששאלו לר׳ סעדיה גאון על אודות התחיית המתים R. SAADIÆ GAON, FILII JOSEPHI, ALPHAJUMI, ideſt ex Urbe Ægypti Alphajum, ſeu Pithom; ESSER SCEELOTH SCESCIALU AL AODOTH THECHIIATH HAMETIM, *Reſponſiones ad decem Quæſtiones, ſibi a variis propoſitas, de Reſurrectione mortuorum*, quam idoneis argumentis demonſtrat, ex ejuſdem libro האמונות *Haemunoth*, de Fide, excerptæ. Initium fol. 117. שאלוני תלמדי על אודות תחיית המתים י׳ שאלות ואלו הן : שאלה א׳ ·

5. ספר האמונה והבטחון SEPHER HAEMUNA VEHABBITTACHON, *Liber de Fide, & fiducia in Deum habenda*, viginti ſex Capitibus abſolutus. Authoris nomen deſideratur; recentior tamen ille, quiſquis fuerit, exiſtimandus eſt Davide Kimchio, & Salomone Iſaacide, utpote quos paſſim laudat. Ejuſdem inſcriptionis liber R. Moſi filio Nachman tribuitur, qui impreſſus eſt cum aliis ſeptem diverſis Tractatibus in Collectione, ארזי לבנון *Arze lebanon*, ideſt Cedri Libani nuncupata, Venet. 1601. & Cracov. 1648. Confer utriuſque libri initium, ſi ſcire cupis, an unus idemque liber cenſendus ſit, vel potius noſter ab edito diſtinguendus, & Anonymo, ut Bartoloccius putat, adſcribendus. Enim vero R. Moſes Nachmanides tam R. Salomone filio Iſaacii Jarchi, quam R. Davide filio Joſephi Kimchi ſupra ſeptuaginta annos poſterior eſt. Initium fol. 120. a terg. האמונה והבטחון הם שני ענינים שאחד צריך לחבירו ואין חבירו ·

Prioribus duobus foliis hujuſce Codicis, qui ad decimumquartum Chriſti ſeculum haud immerito videtur referendus, quique olim pertinuit ad מנשה וירים *Manaſſem Viriot*, ut fol. 3. adnotatur, nova manu deſcripta reperias Amuleta quædam ſuperſtitioſa, quæ ad fugandam לילית *Lilith*, ſeu ſtrigem, infantulis infeſtam, eorundem collo adpendi ſolent. Videſis Bartoloccium Par. I. pag. 70. & 350. ubi fabuloſam narrationem de Lilith ex Ben-Sira profert, & ſuperſtitiones quas Judæi mariti, & puerperæ in ipſam ſtrigem adhibere ſolent, commemorat.

CCLXXVIII.

CODEX antiquus, in quarto, membraneus, foliis conſtans 87. Rabbinico charactere elegantiſſimo deſcriptus, olim Palatinus; quo continetur, ספר מלחמת האמת מר׳ נחמיה בר מנחם קאלומיטי SEPHER MELCHEMETH HAEMETH, *Liber de certamine veritatis*, Moralis, metricus, nondum typis vulgatus, in viginti octo Portas, ſeu Capita diſtributus; ubi de humilitate, pœnitentia, venia peccatorum, deque præmio & pœna ſeculi futuri exponitur; Authore R. NEHEMIA FILIO MENACHEM KALOMITI, qui hocce opus abſolvit Anno Chriſti 1418. ut hæc oſtendit ejuſdem epigraphe, quæ fol. 85. a tergo legitur: ינשלם על ידי לי נחמיה הצעיר בכ׳ה׳ר׳ מנחם קאלומיטי ת׳נ׳צ׳ב׳ה׳ וי״א׳ בחדש סיון שנת הק׳ע׳ח׳ ליצירה ר׳ע׳נ׳ למחזור *Explicit manu mei Nehemiæ minimi, filii honeſti R. Menachem Kalomiti, ſit anima ejus colligata in faſciculo vitæ, die* 11. *menſis Sivan*, Maii, *Anno Creationis Mundi* 5178.

Cy-

Cyeli 273. Init. fol. 2. אמר נחמירה הצעיר צעיר אני והקוראים ישישים על כן

In fine vero, fol. 86. addita sunt Carmina in Dei laudem, & utilitatem ex lectione hujus libri percipiendam; quorum initiales literæ authoris nostri nomen & cognomentum componunt, nempe *Nebemias filius Menachem Kalomiti*. Bartoloccius tamen, & ex eo Wolfius, authorem simpliciter *Nebemiam Kalomitam* vocant, & hunc ejusdem librum הנהגת הנפש HANNAHAGATH HANNEPHESC, *Directorium*, seu *Regimen animæ* inscribunt. Init. fol. 1. אשורר שיר לאל אדיר אדרים : וארנן שמו כי טוב לדורים.

Is Codex authographus est, pertinuitque olim ad quemdam ר׳ משולם *R. Mesciullam*; uti ad calcem adnotatur.

CCLXXIX.

Codex antiquus, in quarto, membraneus, foliorum 75. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus, quo continetur,

ספר היניון הנפש העצובה בדפקה דלתי התשובה מר׳ אברהם בן ר׳ חייא R. ABRAHAMI FILII R. CHIJA, vel CHAJA, Hispani, insignis Astronomi, discipuli R. Mosis Haddarscian, Anno Mundi 4865. Christi 1105. defuncti; testibus Gedalia in Catena Traditionis pag. 42. lin. 1. & Tsemach David ad eundem annum; SEPHER HIGAJON HANNEPHESC HAATSUVA BEDAPHKA DALTHE HATHESCIUVA, idest, *Liber meditationis Animæ dolentis in pulsatione forium pœnitentiæ*, moralis, in quatuor עמודים *Columnas*, seu Partes distinctus; quarum

I. De origine & natura Hominis, deque mirabili humani corporis structura. Init. fol. 1. ברוך ה׳ אלהי ישראל אדון כל בריות גדול העצה ורב העליליה

II. De iis, in quibus homo exercere se debet. Init. fol. 12. a terg. כתוב שובה ישראל עד יהוה אלהיך כי כשלת בעונך.

III. De reditu ad Deum post lapsum per pœnitentiam; & quomodo deinde debeat homo declinare a malo, & facere bonum. Init. fol. 31. a t. כתוב שובה ישראל עד יהוה אלהיך כי כשלת בעונך וכתוב אחד אומר שובה אלי.

IV. De arte bene moriendi, & de fine hujus seculi. Init. fol. 52. a t. ויאמר יהוה אלי היטבת לראות כי שוקד אני.

Ad calcem hujusce operis, quod nondum lucem publicam vidit, quodque *R. Abrahamo filio Chasdai* perperam a Sabbathæo in ש״י, seu Labiis dormientium tribuitur, nova manu additum reperias *Canticum in tredecim articulos Fidei Judaicæ*, secundum doctrinam Maimonidæ, Authore quodam R ZACHARIA. Ejus Init. f. 75. a t. בעיקרים יקרים לבקרים : ישריש בו

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

CCLXXX.

Codex chartaceus, in quarto, foliis constans 17. Rabbinico charactere eleganti atque perpolito exaratus; quo continentur,

I. אגרת התשובה מר׳ יונה מגירונדי IGGHERETH HATHESCIUVA, *Epistola de*

de Pœnitentia, in Capita ſeptem pro totidem hebdomadæ diebus diſtributa; ubi de pœnitentia agenda, vitaque recte inſtituenda diſſeritur; authore R. JONA GERUNDENSI, filio R. Samuelis, diſcipulo R. Moſis Nachmanidæ, & præceptore R. Salomonis fil. Abrahami ben Addereth Barcinonenſis, qui obiit Anno Mundi 5064. Chriſti 1304. ut ex aliorum ſententia ſcribit R. Gedalias in Scialſceleth Hakabbala pag. 56. quamvis ipſe in philyra vetuſta annum 5024. C. 1264. ſe legiſſe teſtetur: quem computum ſequitur etiam Algazæus. Init f. 1. אחרי יהוה אלהיכם תלכו ואותו תיראו ואת מצותיו

2. Ejuſdem R. JONÆ GERUNDENSIS דת הנשים DATH HANNASCIM, *Lex Mulierum*; ubi inſtruuntur fœminæ in rebus legalibus, quæ ad ipſas ſpectant, præſertim circa menſtruum, balneorum uſum, placentarum oblationem, & accenſionem lucernarum. Init. f. 12. כה תאמר לבית יעקב ותגיד לבני ישראל

Utrumque opuſculum in Bibliotheca magna Rabbinica Bartoloccii deſideratur; quamvis & in Indice Ms. Vaticano recenſeatur, & plus ſemel ante Bartoloccii ætatem fuerit excuſum; ut videre eſt apud Wolfium Tom. I. num. 837.

Is Codex decimoquinto Chriſti ſeculo videtur exaratus.

CCLXXXI.

Codex chartaceus, in quarto, foliorum 25. Rabbinicis literis conſcriptus; ubi continentur,

1. ר׳ משה מריאטי מאמר השני מן ההיכל תפלה לפני יהוה R. MOSIS DE RIETE, ideſt *Reatini*, MAAMAR HASCENI MIN HAHAICAL THEPHILLA LIPHNE ADONAI, *Templi Orationis ante Deum*, *Pars altera*, מעון השואלים MEON HASCIOALIM, *Habitaculum petentium* inſcripta, ſiſtens varias Precationes rhythmicas, quas Bartoloccius in Indice Ms. Vaticano Anonymo adtribuit, quæque a Debora uxore Iſaaci Aſcarelli Italice converſæ prodierunt Venetiis anno Chriſti 1602. & ibidem cum textu Ebraico ex interpretatione Lazari Viterbienſis, ſine anno notato, apud Jo. de Gara, ſub hocce titulo: *Il Tempio di M. Moiſe di Riete traſportato in volgare Italiano da Lazaro da Viterbo*: hoc eſt, Templum R. Moſis Reatini, Italice converſum a R. Lazaro Viterbienſi. Init. f. 1. מעון השואלים תכלית מפיך כל מבקש חסד ורחמים

2. בחינת עולם מר׳ אנבונט אברהם, BECHINATH OLAM, *Examen Mundi*, Liber moralis, Judæis probatiſſimus, ſæpius impreſſus, & in alias etiam linguas converſus. Dividitur in quatuordecim Sectiones, in quibus de vanitate Mundi, deque præſtantia Regni Dei, & ratione ſectandi adipiſcendique vitam beatiorem, ſingulari dicendi copia, atque elegantia, diſſeritur, ita ut Ebræus Cicero dici poſſit; Authore R. ANBONET ABRAHAM, Anno Mundi 5058. C. 1298. claro, cujus integrum nomen ר׳ ידעיה הפניני בן אברהם *R. Jedaja Happenini*, *filius Abrahami*, cognomento *Anbonet Abraham*, & per excellentium המליץ *Hammelits*, Rethor, בדרשי *Bedraſci*, Bederſenſis, vel Biterrenſis, ut vocatur a Jacobo Lelongio in Bibliotheca Sacra, forte a Biterris Galliæ Narbonenſis oppido. Init. f. 11 שמים לרום וארץ לעמוק ורוחב לב נבון אין חקר·

In

In fine vero, fol. 20. a terg. hæc librarii epigraphe occurrit: ע׳י׳ הצעיר בכ׳ר׳ יקותיאל ישרו פה בקאבי יום א׳ נ׳ באב ק׳פ׳ז׳ להר׳ יקותיאל ניסי בכ׳ר׳ משה ישרו *Explicit manu minoris Beniamini filii R. Jekuthielis Jaſro, heic in Kavi*, forte Juſtinopoli, *feria prima, die* 3. *menſis Ab*, Julii, *Anno Creationis Mundi* 5187. Chriſti 1427. *ad uſum Jekuthielis filii Moſis, Jaſro, ſororis meæ virum*.

3. קערת כסף מר׳ יוסף אזובי R. JOSEPHI EZOVI, ſive *Æſobii*, vel *Hyſſopæi*, Hiſpani Perpinianenſis, Anno Mundi 5190. Chriſti 1430. clari, KAARATH CHESEPH, *Scutella argentea*, titulo deſumto ex com. 13. Cap. VII. Numerorum. Eſt Canticum didaſcalicum, centum & triginta conſtans verſibus, ſecundum pondus ſcutellæ loco Numer. citato memoratæ; quo inſtruitur filius ejus *Samuel*, quomodo uxorem diligere, familiam gubernare, liberos educare, & in Dei timore inſtituere debeat; a præfato *Beniamino filio Jekutielis, ad uſum ſororis ſuæ virum, feria tertia, die* 5. *menſis Ab*, Julii, *Anno Mundi* 5187. Chriſti 1427. deſcriptum; ut fol. 24. a terg. adnotatur. Prodiit primum Conſtantinopoli Anno Chriſti 1533. tum vero cum verſione Latina Jo. Merceri Pariſ. 1559. atque alibi. Initium fol. 21. אלה דברי השירה שירת המוסר צרי לנפש ומרפא לכבוד.

4. בקשה מר׳ ידעיה הפניני בן אברהם המכונה אנבונט אברהם R. JEDAJÆ HAPPENINI FIL. ABRAHAMI, *Cognomento Anbonet Abraham*, Bederſenſis, de quo mox ſupra, BAKASCIA, *Precatio ad Deum*, rhythmica; cujus ſingulæ voces a litera מ *Mem* incipiunt, fine mutila. Ibi laudes Dei Optimi Maximi, & Legis Moſaicæ, tum preces, ſuſpiria & vota pro ſalute populi Judaici, ſingulari verborum gravitate & elegantia efferuntur, rerumque ex Mathematicis, Phyſicis, maxime vero ex ipſa Theologia, & arte Cabbaliſtica petitarum copia amplificantur; ut in Præfatione monet Hilarius Prachius, cujus opera & ſtudio prodiit Precatio illa Ebraice cum punctis, verſione Latina, & Notis, Lipſiæ Anno Chriſti 1662. in 4. ſub titulo: *R. Jedaja Happenini Judæi Hiſpani* בקשה *Bakaſcia, ſive Meditatio, cujus ſingulæ voces a Mem incipiunt*. Videtur author exemplo Abrahami patris ſui adductus, ut vocibus uteretur tantum illis, quæ a litera מ incipiunt; quemadmodum ille aliud ſcripſit Carmen, cujus ſingulæ voces a litera א initium ducerent. Voces ſunt in univerſum 974. ex calculo Prachii, qui etiam non inepte obſervat, authorem eam numeri rationem habuiſſe, ut adluderet ad traditionem R. Simeonis Juſti in Tractatibus Talmudicis de Feſtivitate fol. 13. & de Sacrificiis fol. 116. qua 974. generationes deciſæ dicuntur, ut crearentur, antequam conderetur mundus; neque tamen creatæ ſunt. Initium fol. 25. מרום מראשון מקום מקדשנו ממציא מציאום מאין

CCLXXXII.

CODex antiquus, in quarto, membraneus, foliis conſtans 47. charactere Rabbinico exaratus; quo continetur,

מבחר הפנינים MIVCHAR HAPPENINIM, *Selectus Margaritarum*, titulo deſumto ex

ex duabus vocibus Proverbiorum, quarum prior ultima commatis 19. Capitis VIII. altera penultima com. 10. Cap. XXXI. Ibi multa Philoſophica præcepta, ad mores pertinentia, ex antiquis celebrioribus Philoſophis tum Græcis, tum Arabibus excerpta, & in unum collecta, multa etiam Siracidis dicta comprehenduntur, brevibuſque commentariis illuſtrantur. Liber magni apud Judæos pretii, ſcriptus primum Arabice, tum Ebraice redditus a R. Juda Tibbonide, vel ab ejus filio Samuele, non vero a R. Moſe, ut mendoſe ſcribunt Bartoloccius Par. IV. pag. 317. & Author Catalogi Bibliothecæ Laurentianæ Mediceæ apud Montfauconium Bibl. Bibliothecar. Mss. pag. 246. Authoris nomen latet; de eo tamen egimus ſuperius in Codice XLV. num. 8. ubi varias de eodem Ebraicorum Bibiliographorum ſententias retulimus. Confer Wolfium Tom. I. & III. num. 677. ubi & variæ hujus operis editiones, atque Latinæ verſiones indicantur. Init. fol. 1. אמר' החכמים לחכמה משולמת נמול הבורא משמיע האדם.

Præeunt loco præfationis hæc carmina, in quibus argumentum libri ſummatim deſcribitur: הא לך ספר מבחר הפנינים במליצת החכמים הקדמונים ומשלי פילוסופים הראשונים ומוסרה ומצותה ידבריהם וחידותם בכל ענין שהאדם צריך אליו בחכמה וביראה ודרך ארץ מסודר לשערים בכל ענינים עם פירושו, id eſt, *En tibi Selectus Margaritarum ex dictis ſententioſis Sapientum veterum, & proverbiis Philoſophorum antiquorum, admonitionibuſque, præceptis, verbis, & acute dictis eorum de omni argumento, quo opus eſt homini ad ſapientiam, timorem, correctionem & decorum, distinctus in ſectiones certas cum earundem expoſitione*. Quæ Sectiones ſunt in univerſum ſexagintaquatuor; quarum 1. inſcribitur שער החכמה *Porta Sapientiæ*. 2. שער הייחוד *Porta unitatis*, nempe Dei, &c. ultima שער המהירות *Porta velocitatis*.

Is Codex ad decimumquartum Chriſti ſeculum videtur referendus.

CCLXXXIII.

Codex in fol. bombycinus, foliorum 349. Rabbinicis literis eleganter exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. פי' ר' אברהם אבן עזרא בן מאיר על ס' ואלה שמות R. ABRAHAMI EILII MEIR ABEN EZRÆ, Hiſpani Toletani, PERUSC AL SEPHER VELE SCEMOTH, *Commentarius in Librum Exodi*, literalis, ab edito in Bibliis magnis Rabbinicis haud parum diſcrepans, quem Bartoloccius in Indice Ms. Vaticano genuinum Aben-Ezræ fœtum vocat; ceteros autem in Exodum Commentarios, qui nomine ipſius Aben-Ezræ circumferuntur, R. Joſepho de Korbeil ejus diſcipulo adſcribit. In ſua tamen Bibl. Rabb. Par. III. num. 762. pag. 811. hunc ipſum Commentarium præfato R. Joſepho de Korbeil adjudicat. Quod unde ille hauſerit, nos prorſus latet. Initium fol. 1. הזכיר בתחילה את יעקב כי כל נפש יוצאי ירך יעקב היו שבעים.

2. טעמי מצות מר' יוסף גיקטיליה R. JOSEPHI GIKATILIÆ, Hiſpani, contracte הר"יג HARIGH dicti, qui vixit decimoquinto Chriſti ſeculo inclinante, TAAME MITSEVOTH, *Rationes Præceptorum*; ſive Tractatus de Præcep-

tis

tis Legis Mosaicæ tam adfirmantibus, quam negantibus; item de variis Ritibus Judaicis, quorum rationes, & mysteria juxta Cabbalistarum placita exponuntur: hactenus ineditus, & nemini, quod sciam, cognitus. Initium fol. 39. פתחו לי שערי צדק אבא בם ונ'ו כשברא ה'ב'ה' את עולמו בששה ימים

3. ס' מסורת הברית לר' דוד בן אברהם הלבן בן ר' יהודה מקוצי R. DAVID FILII ABRAHAMI, HALLABAN, i. e. Albi, *filii R. Judæ, de Kotsi*, SEPHER MASSORETH HABBERITH, *Liber Consignationis Fœderis*, sive Commentarius de essentia Dei ejusque adtributis, deque Ritibus & cæremoniis Judaicis, in Capp. XXV. distinctus, nondum excusus. Init.f.75. חיוב ידיעת הקדמון האמתי שלשה שהוא

4. ספר ברוך שאמר מר' שמשון בר אלעזר מפראגה, SEPHER BARUC SCEAMAR, *Liber Benedictus qui dixit*; ubi agitur de ratione Philacteria manui & fronti adhibendi, quæ תפלין *Thephillin*, ideft, Oratoria, seu Precatoria vocant: item ציצית *Tsitsith*, seu fimbrias in vestibus conficiendi, מזוזות *Mezuzoth*, sive schedas postibus Januarum includendi, & Volumen legis conscribendi, additis ritibus omnibus, qui huc pertinent, cum ipsarum literarum figuris, quibus exarari debeat; necdum editus; authore R. SCIMSCION, seu SAMSONE FILIO ELEAZARI, Pragensi, cognomento *Baruc Sceamar*, i. e. Benedictus, qui dixit; quod inde nactus est, quia adhuc puer sæpe illam precandi formulam adhibuit, quæ incipit *Benedictus, qui dixit, & factus est mundus*, ex Ps. CXLVIII. quo quidem ex cognomine titulum hujus libri mutuum sumsit; ceu ipse in ejus limine profitetur. Initium fol. 115. a terg. ברוך ה' אלהי ישראל אשר לא עזב חסדו ואמתו מעמו ישראל.

5. משכן העדות מר' משה בר שם טוב מליאון MISCECAN HAEDUTH, *Tabernaculum Testimonii*, ex com. 21. Cap. XXXVIII. Exodi; ubi capitibus quinque de Mundo, Homine, Anima rationali, pœna Gehennæ, & præmio atque gloria Beatorum Cabbalistice differitur; authore R. MOSE FILIO SCEM TOU LEGIONENSI Hispano, qui hocce opus composuit Anno Christi 1293. ceu ipse, in Præfatione fol. 144. a terg lin. 17. monet, in hæc verba: אלה פקודי המשכן משכן העדות אשר פוקד על פי משה עבודת הלוים: לעבודת הלוים אל משה לשרתו ולברך בשמו: ואני משה בר שם טוב ת'נ'צ'ב'ה' מעיר ליאון התעוררתי לחבר הספר הזה בשנת ה' אלפים נ'ג' ליצירה בעיר דברה אחר אשר חברתי אותם הספרים שעשתי בעיר ואד אל הגארה. *Ista sunt numerata Tabernaculi Testimonii, quæ numerata sunt per Mosen in ministerium Levitarum. Ego Moses filius Scem Tou, cujus anima colligata sit in fasciculo vitæ, Lugdunensis, expergefactus sum, ad conscribendum hunc librum Anno Creationis Mundi 5053. in urbe Dobra, postquam edideram alios libros in civitate Vadelchagra*, &c. Bartoloccius Par. IV. pag. 240. laudat hunc librum, prætermisso tamen titulo, & Dobram, ubi conscriptus fuit, vocat Poloniæ Urbem. Forte idem est cum Libro ejusdem Authoris, qui, teste Wolfio, sub titulo נפש החכמה, *Anima Sapientiæ*, prodiit Basileæ Anno Christi 1608. ubi de eodem ferme argumento exponitur. Initium fol. 144. אמר המחבר הספר הזה הכרתי כדי להכנס בדרכי החכמה הניראה על דרך האמת.

6. פירוש על קהלת מר' יצחק בן אברהם R. ISAACI FILII ABRAHAMI, cujus ætas & patria latent, PERUSC AL KOHELETH, *Commentarius in Ecclesiasten*,

Philoſophicus, a משה בן יעקב *Moſe filio Jacobi*, in gratiam ר׳ יעקב בן שמואל *R. Jacobi filii Samuelis*, deſcriptus; ut fol. 213. a terg. adnotatur. Init. f. 195. a t. דברי קהלת בן דוד מלך בירושלם : מלת קהלת הנוחה זה החכם שם מושל

Præeunt quædam Carmina cum Præfatione operis; quorum init. fol. 193. מגדל עוז שם יהוה בו ירוץ צדיק ונשנב דברי קהלת הקחי לו מיני .

7. קיצור מלאכת ההגיון מר׳ משה בר מימון R. MOSIS FILII MAIMON, KITSUR MELECHETH HAHIGAJON, *Compendium operis Logici*, ſive Logices, in quatuordecim שערים *Sciaarim*, Portas, ſeu Capita diſtributum; quod ex Arabica lingua in Ebraicam tranſtulit *R. Moſes filius R. Salomonis Aben Tibbon*; ut hæc docet epigraphe, quæ in ejus calce fol. 225. legitur: נשלם החיבור חיברו החכם השלם מרנניתא דלית ביה טימי מאן דאשכח לה פנים להרב הגדול הפילוסוף רבינו משה בן מימון ז׳ל׳ והעתיקו מלשון הנדי אל לשון העברי החכם ר׳ משה בן החכם הפילוסוף ר׳ שלמה בן תבון ספרדי ז׳צ׳ל׳ *Abſolutum eſt hoc Compendium, quod compoſuit ſapiens perfectus, margarita abſque ullo vitio, quam omnes concelebrant, Rabbinus magnus Philoſophus Moſes filius Maimon: memoria juſti in benedictionem. Vertit autem illud ex Arabico in Ebraicum idioma ſapiens R. Moſes, filius ſapientis Philoſophi R. Salomonis*, imo Samuelis, ut recte monet Wolfius, *Aben Tibbon Hiſpanus*. Diſcrepat haud parum hocce compendium ab eo, quod ſub titulo מלות ההגיון, *Dictiones Logicæ*, ſive *Logica R. Moſis Maimonidæ*, cum duplici commentario, utroque abſque authoris nomine, prodiit Venet. A. M. 5310. C. 1550. apud Marcum Antonium Juſtinianum, atque alibi. Initium fol. 216. אמר רבינו משה בן כבוד רבינו מימון ז׳ל׳ שאל שר אחד החכמות .

8. מלאכת היגיון מר׳ יוסף בן כספי R. JOSEPHI FILII CASPI, i. e. *Argentarii*, Barcinonenſis, MELECHETH HIGAJON, *Opus Logicum*, ex ſententiis, ſeu dictis *Abu-Natſar Alpharabi*, & *Aben Raſciad*, ſeu Averrois, Philoſophorum Arabum, collectum, nondum typis vulgatum, quod Bartoloccius צרור הכסף *Tſeror hacheſeph*, hoc eſt Faſciculum argenti ex Prov. VII. 20. inſcribit. Init. f. 225. אמר אבן כספי כי ראיתי קוצר ידיעות האנשים במושכלות

9. Ejuſdem R. Joſeph filii Caſpi פירוש על העשר מאמרות של ארסטו PERUSC AL HAESSER MAAMAROTH SCEL ARISTO, *Commentarius in decem Prædicamenta Ariſtotelis*, qui nondum itidem publicam lucem adſpexit. Init. fol. 265. a t. אמר מציאות האמתי קשה מצד וקלה מצד והראיה על מציאות שני עניינים .

Is Codex exaratus eſt בשנת ה׳ אלפים וק׳מ׳ג׳ ליצירה *Anno Creationis Mundi* 5143. Ch. 1383. uti ad calçem Tabernaculi Teſtimonii fol. 190. adnotatur.

CCLXXXIV.

Codex antiquus, in quarto, membraneus foliorum 111. partim quadratis, partim Rabbinicis literis elegantiſſime ſcriptus, olim Palatinus; quo continentur,

1. ספר אבן ספיר מר׳ אלנתן בן משה R. ELNATHAN, ſeu NATHAN FILII MOSIS, *Liber* inſcriptus EVEN SAPPIR, *Lapis Saphiri*, in decem Capita diſtributus, quorum initiales voces majuſculis literis expreſſæ ſunt; ubi de Feſto

Festo סוכות *Succoth* , Tabernaculorum , deque quatuor rebus eo die adhibendis , nempe Palma , Salice , Myrto , & Citro , ab authore compositus anno Christi 1287. non vero 1323. anno VII. Pontificatus Joannis XXI. ut scribit Bartoloccius Par. I. num. 250. Id vero liquet ex ipsius Authoris metrica epigraphe , quæ fol. 88. ad calcem legitur , hisce verbis : והמחלה שניאותי ברבי׳ והקורא איני תופס אותו בו אדם כי אם בשנת פ׳נ׳ יקארהו בהמה חדשתיו מראש בצורת אדם וקראתיו אבן ספיר ועד סוף *Quisquis legerit , & errata mea , quæ plurima sunt , offenderit , ne quæso me reprehendat , quoniam homo sum , senex trium & octoginta annorum . Complevi autem hunc librum anno Creationis Mundi 5047 quem in hac mea ætate decrepita componere adgressus sum . Et quidem nuncupavi illum Lapidem Saphiri* , &c. Is vero liber nondum lucem publicam vidit . Ejus initium fol. 1. שר בן איש אמר נתן בן משה בהיותי משותת ונע ונד במקום זנורא רוח אל הציקתני .

2. פירוש מלות זרות מורה הנבוכים מר׳ שמואל בן יהודה אבן תבון R. SAMUELIS FILII JUDÆ ABEN TIBBON , PERUSC MILLOTH ZAROTH MIMORE HANNEVUCHIM , *Expositio Vocabulorum exoticorum* , speciatimque Philosophicorum , & difficiliorum , quibus in vertendo libro R. Mosis Maimonidæ , qui *Director perplexorum* inscribitur , usus est ; alphabetico ordine disposita ; verum a litera ס *Samech* , ad finem usque manca . Hanc expositionem , quam Bartoloccius *Dictionarium* vocat , Jo. Henricus Majus laudat in Catalogo Bibliothecæ Uffenbachianæ Par. I. pag. 116. ubi & eandem præfato libro *More Nevuchim* editionis Venetæ , & Sabionetensi præfixam esse testatur . Ejus Init. fol. 89. אמר שמואל בר יהודה אבן תבון זל בהשלמי העתקת המאמר הנכבד מורה הנבוכים וראיתי שהביאני .

Is Codex , si quidem expositionem Tibbonideam excipias , quæ recentiori charactere Rabbinico addita est , authographus videtur , atque adeo ad tertiumdecimum Christi seculum referendus .

CCLXXXV.

Codex chartaceus in quarto , foliis constans 240. charactere Rabbinico exaratus , olim Palatinus . Ibi continentur ,

1. Anonymi פי׳ על איוב ואיכה ואסתר ורות PERUSC , *Expositio* vocum difficiliorum , quæ in hisce quatuor Sacris Libris occurrunt ; videlicet

I. In *Job* , cujus priora duo Capita desiderantur . Initium fol. 1. אמר זה דרך מן המקראות שחיסר המקרא את דבריו מפני שלא הוצרך .

II. In *Threnis* Jeremiæ . Init. fol. 21. a terg. איכה ישבה בדר כתב ספר קינות היא המגילה אשר שרף יהויקים על האש .

III. In *Esther* . Init. fol. 26. אחשורש מלך פרס היה שמלך החת כורש בסוף

IV. In *Ruth* . Init. fol. 28. a t. ויהי בימי שפט השופטים לפני מלוך שאול

2. Ejusdem דיני טרפה DINE TEREPHA , *Decisiones de Raptis* , seu *Animalibus illicitis* , legales & cæremoniales . Initium fol. 30. פיסולין מפני דוחקה וימ׳ דהיינו דווקא בגבה ולמעלה מחיציים כלפי ראשה .

3. Ejusdem ספר הנהגת במדת החסידים SEPHER HANNAHAGATH BEMIDDATH HA-

HACHASIDIM, *Liber moris in mensura Piorum*, moralis, nondum typis commissus; ubi de vita ad mores Piorum hominum componenda differitur. Init. fol. 3. טוב לגבר כי ישא עול מנעוריו כי טוב לו לאדם לשאת ולכבול

4. ספר בחינת עולם מר׳ ידעיה הפניני בן אברהם הבדרשי R. JEDAJÆ HAPPENINI, i. e. ut nonnulli interpretantur, *Margaritiferi*, FILII ABRAHAMI, BEDRASCI, vel *Badresci*, ut Judæi pronunciant, hoc est, Bedersensis, seu Biterensis, ut vocatur a Lelongio in Bibliotheca Sacra pag. 793. forte a Bitera Galliæ Narbonensis oppido, cognomento אנבונט אברהם *Anbonet Abraham*, qui floruit Barcinone Anno Mundi 5058. Christi 1298. teste Ganzio ad hunc annum; SEPHER BECHINATH OLAM, *Liber examinis Mundi*, moralis, alias הבל הבלי חלד HEVEL HEVELE CHELED, *Vanitas vanitatum Mundi* inscriptus; ubi quatuordecim Sectionibus de rerum humanarum vanitate, & de ratione sectandi adipiscendique vitam beatiorem, singulari dicendi elegantia exponitur. Prodiit Ebraice variis in locis, a Bartoloccio, & Wolfio memoratis; cum versione autem Latina & notis Alhardi Uchtmanni, primum sub titulo *Experimentum Mundi*, Lugduni Batavorum 1620. deinde vero ibidem 1688. sub titulo *Vanitas Vanitatum Mundi*; & cum interpretatione Gallica Philippi Aquinatis, Parisiis 1629. De eo autem hæc laudatus Ucthmannus in ejusdem libri dedicatione scribit: *Argumentum sibi proposuit illustre, ac materiæ ferax, de Hominis præstantia, Naturæ fragilitate; Mundi deceptionibus ac vanitate; Astrorum in hæc inferiora vi; Animæ quoque origine cælesti, ac quibus illa rebus studiisque debeat esse occupata. In quo quidem multa dicit, quibus melius, ac copiosius etiam quædam dici potuisse, non ibo inficias. Sed si cum aliis suæ gentis scriptoribus conferatur, palmam eis præripuisse merito est censendus. Nam pro argumenti dignitate verbis quoque utitur sublimibus, atque exquisitis, humumque vitans, inania tamen sæpius captat; ut in eo quoque cælum suum atque ingenium referat Hispanicum. Neque Philosophus modo apud populares suos, sed Rhetor quoque insignis habetur, sacræque ac nitidioris eloquentiæ exemplum: quod phrasibus Scripturæ, ad suum pro lubitu scopum detortis, non tamen sine elegantia & lepore quodam nativo utatur.* Hactenus eruditissimus Ucthmannus, qui & in limine Notarum p. 264. ostendit magnum ejusdem libelli pretium, non solum apud Judæos, verum etiam apud Christianos, ac nominatim Andream Masium, Sebastianum Munsterum, & Buxtorfium. Confer tamen Reimanni Introductionem in Historiam Theologiæ Judaicæ pag. 192. minus præclare de eodem opusculo sentientis; ideo scilicet, quod non tam ad dictionis nitorem, a quo author potissimum commendatur, quam ad sententias & doctrinas, satis, ut plurimum, vulgares respexit. Incipit autem liber ille fol. 45. שמים לרום וארץ לעומק ורחב לב נבון אין הקר.

5. פירוש עלינו לשבח PERUSC ALEINU LESCIABEACH, *Expositio* in Precationem quotidianam Judæorum, quæ a prioribus vocibus *Super nos ad laudandum* nuncupatur, præmissis nonnullis commatibus ex libro IV. Regum, & monitis in vitia seculi. Initium fol. 53. a terg. זה עלינו לשבח יפה הוא וטוב מאד לאמרו בכל יום וייחוד הוא לה׳ק׳ב׳ה.

6. Com-

6. *Commata* X. *Biblica*, quæ a litera נ *Nun* incipiunt, & in eandem desinunt; adjectis Remediis ad morbos, qui mulierum mamillis adcidere solent. Init. fol. 54. נגע צרעת כי תהיה באדם והובא אל הכהן נחנו נעבור

7. פזמון, PIZMON, *Canticum*, quod Judæi in Festo פורים *Purim*, seu Sortium, in memoriam Esther, & Mardochæi concinere solent. Init. ibid. בקום עלינו אדם רשע נצר זדון מזרע עמלק.

8. תפלה THEPHILLA, *Precatio*, in die expiationis peccatorum, & principio novi anni recitanda, quæ a prioribus vocibus, *Date robur hodiernæ Sanctitati* inscribitur, quæque tribuitur ר' אמנון דמגנצה R. AMNONI MOGUNTINO, quem vixisse ajunt, circa annum Mundi 5002. Christi 1242. & a Magistratu Christiano Urbis Moguntiæ religionis caussa trucidatum. Exstat precatio illa in Machazor majori Synagogæ Romanæ edit. Bonon. Anno Christi 1541. Par. II. in Ordine Precum novi anni. Vide Bartoloccium Par. I. p. 371. & seqq. ubi narratiunculam de cæde hujus Rabbini, quem ceu martyrem Judæi colunt, ex commentario in præfatum Machazor repetit, atque confutat. Initium fol. 54. a terg. ונתנה תוקף קדושת היום כי הוא נורא ואיום ובו תתנשא מלכותך ויכון בחסד כסאך.

9. מעשיות התלמוד MAASCIOTH HATHALMUD, *Historiæ*, imo fabulosæ narratiunculæ variæ ex *Talmude* compilatæ; quarum,

I. מהריגת עשרה גדולים מישראל שנהרגו על עון מכירת יוסף *Historia de decem Rabbinis Martyribus* Ebræorum, qui ab Imperatoribus Romanis interfecti perhibentur, non aliam ob caussam, quam ob venditionem Josephi filii Jacobi Patriarchæ, Ismaelitis ab ejusdem fratribus factam; quorum proinde animas in pœnam tanti sceleris in præfatos Rabbinos transmigrasse Talmudistæ fabulantur. Initium fol. 55. פעם אחת נכנסו ישראל אצל פינוס קיסר

II. מעשה יהודית *Historia Judith*, quæ in sola Holophernis occisione cum Vulgata concordat. Initium fol. 61. ששמע אולופירנוס מלך יוונים שרנו ההנמון שלו ואנשיו עמו וקבץ.

III. מעשה אנטיוכוס *Historia Antiochi Epiphanis*, Chaldaice, verum literis Rabbinicis; ubi hujus, & Nicanoris Ducis immanis in Judæos crudelitas, quæ vel ex Machabæorum libris manifesta est, graphice depingitur; & quomodo tandem liberati Judæi sint, exponitur. Quæ quidem historia in Machazorim, sive libris Precum, & Rituum Ebraicorum post expositionem solemnitatis Encæniorum, quo Festo prælegi solet, exstat Ebraice, & ex Machazor Hispanico Latine conversa una cum notis repetitur a Bartoloccio Par. I. pag. 383. qui eam haustam in primis ex Cap. 1. Tractatus Talmudici de Sabbatho existimat, verbis & phrasi utrinque similibus adductus. Init. f. 62. והוה בימי אנטיוכס מלך דיון רב ותקיף וחסין הוה בשולטניה

IV. מגלת תענית *Volumen*, sive *historia Jejunii*; ubi de origine, occasione & numero Jejuniorum apud Ebræos differitur; de quibus videndus Bartoloccius Par. II. pag. 681. & seqq. Initium fol. 64. הימים שאירעו צרות לישראל וקבעום ר'ז'ל' לפי המאורעות.

V. מעשה אנקילוס *Historia* de conversione ad Ebraismum *Onkelosi filii Kolonymos*, Titi Vespasiani Imperatoris ex sorore filii, si Judæis fides ha-

habenda, ex Tractatu Talmudico de Divortiis depromta; ubi impia in Christum Dominum evomuntur. Is autem cum Onkeloso Paraphraste Chaldæo a nonnullis confunditur; quos tamen scite confutant Bartoloccius Par. I. pag. 405. & Wolfius Tom. II. pag. 1147. Init. fol. 66. אונקילס בר קלניקוס בר אחתיה דטיטס רשיעא בעא לאיגיורי ·

10. מעשיות המדרשים MAASCIOTH HAMIDRASCIM, *Historiæ*, seu potius narrationes aliæ fabulosæ & aniles ex *allegoricis* veterum Rabbinorum *in Sacra Biblia Commentariis* erutæ. Earum,

I. De *Puero* quodam Judæo, cujus ope navis periclitans e naufragio evasit. Init. fol. 67. מעשה בתינוק אחד שהיה הולך בספינה ובאותה הספינה היו בה

II. De *Justo* quodam Judæo, cui Dæmonis opera omnia fata putrescebant. Init. fol. 67. a t. מעשה בחסיד אחד שהיה לו שדה אחד והיה שם ע'ז'

III. De quodam *Claudo*, qui consuluit Idolum. Init. fol. 68. מעשה ביהודי אחד חיגר ששמע שהיה ע'ז' במקום אחד ·

IV. De מרים בת תנחום *Maria filia Thanchumæ*, & septem ejus filiis, qui in persequutione Antiochi Regis interfecti dicuntur. Potest quodammodo conferri cum ea, de qua 2. Machab. Cap. VII. Init. ibid. מעשה במרים בת תנחום שנשבית היא וז' בניה והביאום·

V. De quodam viro, qui *drachman auream* viduæ adservandam tradidit. Init. f. 68. a t. מעשה באדם אחד שהקפיד דינר זהב אחד אצל אלמנה אחרת

VI. De casu, qui contigit ר' יהושע בן לוי *R. Josue filio Levi* cum Angelo mortis, seu Dæmone. Initium ibid. מ'ר' יהושע בן לוי שלא נשבע לשקר מימיו והיה צדיק גמור ·

VII. De quodam *Justo*, qui testamenti Patris memor, nunquam jurare voluit, ideoque omnia bona sua amisit; verum deinde ditior factus, experimento didicit, quam bonum atque utile Parentibus obedientiam præstare. Init. fol. 69. מעשה בחסיד אחד שלא נשבע מימיו והיה עשיר גדול

VIII. De quadam muliere judæa, quæ ex religione Sabbathi duos filios suos, eo die in puteum lapsos, inde educere noluit; postero vero die eosdem jam exanimatos, ab Angelis corona donari adspexit. Init. f. 70. a t. מעשה באשה אחת שהיו לה שני בניה ונפלו לבור בשבת ·

IX. De quodam *Judæo*, qui Romæ in profesto Expiationis ingentem piscem postridie comedendum emerat, soluto uno aureo pro qualibet libra. Init. fol. 71. מעשה היה ברומי בחסיד אחד מכבד שבתורת וי'ט' פעם אחת חל יום

X. De quodam יוסף *Josepho*, qui Sabbathum religiose custodiebat. Init. fol. 71. מעשה בחסיד א' ושמו יוסף מוקיר סבי והיה גוי אחד שכינו

XI. De quodam *Gentili*, qui vaccam ab Ebræo homine emerat; cujus caussa Judaicam superstitionem amplexus, חנינה בן תורתא *Chanina ben Thurath*, i. e. bovis fuit adpellatus. Initium fol. 71. a terg. מעשה ביהודי א' שהיה לו פרה אחת והורשת ימי המעשה ונתדלדלה ידו ·

XII. De quodam *Judæo*, qui panem in aquas projecit, ut in exitu vitæ eundem recuperare posset, juxta illud Eccles. XI. 1. שלח לחמך על פני המים כי לסוף ימים תמצאנו *Mitte panem tuum super faciem aquarum, quia in multitudine dierum invenies illum*. Initium fol. 73. מעשה היה באדם א' שהיה לו בן בשמת צוהו ואמר לו זרוק ·

XIII. De

XIII. De quodam *divite* ſeptuagenario abſque liberis. Initium fol. 73. מעשה בחסיד אחד שהיה בן ע׳ שנה ולא היה לו בן.

XIV. De יהושע בן אלם *Joſue filio Alam*, qui juxta lanionem ſe in Paradiſo ſeſſurum ſomniaverat. Initium fol. 73. a terg. מעשה בר׳ יהושע בר אלם שאמרו לו בחלמו שמח בלבך.

XV. De duobus *Latronibus*. Initium fol. 74. מעשה בשני בני אדם לסטים שעשו ואמרו נעמוד אצל אם הדרך.

XVI. De מתתיה בן חרש *Mathathia filio Charaſc*, qui ob ſummam oris venuſtatem a Dæmone ſolicitatus ad ſcelus dicitur. Init. ibid. מעשה בר׳ מתתיה בן חרש שהיה יושב ועוסק בתורה והיה זיו פניו דומות לחמה.

XVII. De ר׳מאיר *R. Meir*, qui Hieroſolymam petens, ebrius factus, deceptuſque a muliere quadam, cum ea concubuit. Initium fol. 74. a terg. מעשה בר׳ מאיר שהיה עולה לרושלם כל רגל ורגל והיה מתארח אצל יהודה הטבח.

XVIII. De duabus *Sororibus geminis*, quarum una adulterium commiſit; altera vero innocens bibit aquas amariſſimas zelotypiæ, de qua Num. v. 22. Initium fol. 75. a t. מעשה בשתי אחיות שהיו דומות זו לזו ועשתה האחת

XIX. De quodam *Judæo*, qui tres habebat filias, quarum una ſecors, altera furax, tertia malæ linguæ; & quomodo nuptæ omnes, præter tertiam, ad bonam frugem ſe receperint. Initium fol. 76. מעשה באדם א׳ שהיו לו ג׳ בנות א׳ עצלה ואחת גונבתה ואחת מספרת לשון הרע.

XX. De quodam *divite*, qui una cum ſapiente paupere mari ſe commiſit. Init. fol. 76. a t. מעשה היה בפרקומוטין שהיו הולכין בספינה והיה עמהם חבר

XXI. De יהושע בן לוי *Joſue filio Levi*, & אליה הנביא *Elia Propheta*: Init. f. 77. מעשה בר׳ יהושע בן לוי שהיה מתאוה לילך עם אליהו הנביא זל״ ישב כמה

XXII. De ר׳ מאיר *R. Meir*, qui diu in Synagoga delituit. Initium fol. 77. a t. מעשה בר׳ מאיר שלא היה רגיל לצאת מבית הכנסת עד ד׳ שעות יום אחד

XXIII. De quodam *divite*, qui uxorem alienam concupiverat; ſicque omnia Dei Præcepta violaverat. Initium fol. 78. a terg. מעשה באדם אחד עשיר שהיה לו אשה יפה מאד והיה לו שכן אחד רשע.

XXIV. De אנקילום *Onkeloſo*, Hadriani Imperatoris, ſive, ut ſuperius fingitur, Titi Veſpaſiani ex ſorore filio, ejuſque ad Ebraicam Fidem converſione, a ſuperiori fabula Talmudica parum diſcrepans. Initium fol. 79. מעשה באנקילוס נכדו של אדריאנוס קיסר שביקש להתגייר.

XXV. De ארמילוס *Armillos*, ſeu Antichriſto Judæorum; ubi & de morte Meſſiæ filii Joſephi, ſeu Domini Noſtri Jesu Christi, præter veritatem, agitur. Initium fol. 80. עוד מצאתי כתוב שם בפסוק שמעו עמים וגו׳ אמרו ר״ל׳ אמר משה לישראל ראיתם כל הנסים.

XXVI. De quodam *Juſto*, qui regnante Saule Deum deprecabatur, ut ſibi filios mares concederet; & quomodo voti compos factus. Initium fol. 81. a terg. מעשה שהיה בימי שאול מלך ישראל עובדא הוה בחד צדיק בימי.

XXVII. De אשמדי *Aſmodæo* Dæmoniorum Principe, qui a Salomone Rege captus eundem Salomonem deglutiviſſe dicitur, & in longinquas par-

tes expuisse. Qua occasione describitur peregrinatio Salomonis, ejusque in Regnum Hierosolymitanum reditus; & quomodo a סנהדרין *Sanhedrin*, seu Senatu majore agnitus, iterum in Regem constituitur. Vide Bartoloccium Par. I. pag. 490. & seqq. ubi ea fabula exhibetur. Initium fol. 82. מעשה שאירע לשלמה כתיב אל יתהלל חכם בחכמתו : מי הוא זה.

XXVIII. De בן סירא *Ben Sira*, quem Judæi filium Hieremiæ Prophetæ impudentissime faciunt. Initium fol. 84. עושה גדולות עד אין חקר ונפלאות עד אין מספר אם נאמ׳ עושה ׳גדולות

11. ר׳ שמואל מפירושה על הקזת הדם R. SAMUELIS PERUSINI, *Tractatulus de sanguinis missione*; ubi scilicet, de diebus, quibus a phlebothomia, seu venarum sectione abstinendum, deque methodo post illam vitæ agendæ: item de diebus faustis & infaustis singulorum anni mensium, pro instructione eorum, qui aliquod opus feliciter adgredi cupiunt. Init. fol. 97. אמר שמואל פירסא דמא חד בשבא וארבעה בשבא ומעלי יומא דשבתא.

12. Anonymi על זועה AL ZEVAA, de significatione *Tremoris*, seu *carnis palpitatione*, quæ alicui ex humanis membris adcidere solet; ubi & de *Interpretatione somniorum*, Tractatulus futilis & superstitiosus. Initium fol. 98. בזמן שמזדעזע אחד מאבריו של אדם יסתכל המבין בספר הזה.

13. Ejusdem על התכונה AL HATTHECUNA, *Tractatus Astronomicus*, de qualitate Lunationum; de ingressu Solis in quatuor puncta cardinalia Zodiaci, sive de duobus solstitiis, totidemque æquinoctiis, quæ Ebræis תקופות *Thekuphoth* dicuntur: item de Planetis & signis Zodiaci, de compositione Calendarii; ac tandem de divisione corporis humani secundum duodecim signa Zodiaci. Init. f. 101. לדעת מהחדש מה טבעו אם יהיה המולד במזל המה יהיה

14. Ejusdem חרוזים להיישרת הנפש והגוף CHARUZIM LEHAISCIARATH HANNEPHESC VEHAGUPH, *Carmina moralia*, in quibus de *anima* & *corpore*, ad normam rationis & Præceptorum Dei dirigendis, agitur. Init. fol. 110. אנא האל אל ישראל הגדל עמי חסדך נא עזרני גם שמרני שמח נפש עבדך.

15. ס׳ מזיווג מר׳ מאיר בר ברוך R. MEIR FILII BARUC, Germani, Anno Mundi 5070. Christi 1310. defuncti, ut tradit Juchasin pag. 133. SEPHER MEZIVUG, *Liber de Matrimonio*, an scilicet a Deo institutum; ubi agitur de purificatione Mulierum per immersionem in aquas, quam Ebræi טבילה *Tevila* vocant; & quomodo gerere se debeat vir in actu copulæ, ut exinde liberos mares & bonos suscipere possit: Item quomodo maneat infans in utero matris exponitur; nondum typis vulgatus. Initium fol. 127. a t. שמע בני וקח אמרי ויוסיפו לך שנות חיים חנה כאשר.

16. פרקי רבינו הקדוש PIRKE RABBENU HAKADOSC, *Capitula Magistri nostri Sancti*, nempe R. Judæ filii R. Simeonis fil. R. Gamalielis. Japhnensis, qui Anno Mundi 3954. Christi 194. septuagenarius obiit, quique per excellentiam a doctrina רבי *Rabbi*, seu Magister, a dignitate נשיא *Nassia*, i. e. Princeps, a sanctitate denique, quam ipsi tribuunt, *Rabbenu Hakadosc*, ut in titulo, vocatur. Ibi autem apophtegmata varia, & idonea informandis moribus documenta exhibentur, quæ alias מעשה תורה MAASSE THORA, *Opus Legis* inscribuntur, quæque exstant in libro Alphabeti Ben-Sira edit.

Ve-

Venet. A. M. 5304. Christi 1544. pag. 30. atque alibi. Videsis Bartoloccium Par. III. & Wolfium Tom. II. pag. 839. ubi & alia ejusdem Rabbenu Hakadosc scripta, quorum præcipuum Compilatio Corporis Miscnici, memorantur. Initium fol. 132. ששה דברים ציוה רבינו הקדוש לבנו הגדול בשעה

17. *Index locorum tredecim Biblicorum*, quæ a LXXII. Senioribus, sive Interpretibus interpolata dicuntur, ne in Ptolomæi Regis offensionem caderent. Init. fol. 136. a t. אילו י'ג' דברים ששינו לתלמי המלך כשכתבו לו התורה יוונית

18. Anonymi פירוש מלות PERUSC MILLOTH, *Expositio* nonnullorum, *dictionum* Sacræ Scripturæ per גמטריאה, *Ghematriam* & נוטריקון *Notarikon*. Quæ duæ species sunt הקבלה עיונית *Cabbalæ Theoreticæ*, seu *Speculativæ*; de qua videndus Wolfius Tom. II. pag. 1210. & seqq. Initium fol. 143. a terg. מי יעלה לנו השמימה ב'ר'ת' מילה חבית השם ביוד ה' כלומר בזכות המילה.

19. ס' פתרון חלומות מדניאל הנביא SEPHER PITRON CHALOMOTH, *Liber de Interpretatione Somniorum*, superstitiosus, DANIELI PROPHETÆ temere adscriptus; de quo consule Joh. Albertum Fabricium in Codice pseudopigrapho Veteris Testamenti p. 1124. & seqq. & Joh. Sarisberiensem lib. II. Policratici de Nugis Curialium, & Vestigiis Philosophorum C. 17. ubi liber ille exploditur. *R. Salomon Almoli*, decimoquinto medio Christi seculo clarus, quem Buxtorfius, Marinus, & Hottingerus *Almouli*, Rich. Simon vero *Amoli*, Plantavitius denique *Almurium* vocant, ejusdem tituli & argumenti librum edidit, qui prodiit Constantinopoli, Cracoviæ, Venetiis, Amstelodami, & cum libro שערי ציון *Portæ Sionis* R. Nathan Nathæ fil. Mosis, Wilmersdorfii A. C. 1690. in 4. ubi summatim ostenditur, quæ somnia boni quid, vel mali præsagiant; & quomodo somnia bona conciliari possint, adjectis iis, quæ ad hanc artem spectantia in Talmude, Zohar & aliis Scriptoribus Judæis, speciatimque Josepho Justo, & R. Hai Gaon inveniuntur. Initium fol. 152. זה ספר דניאל איש חמודות אשר עשה בימי נבוכדנצר מלך בבל כי כל השרים.

20. פירוש על ברכות ותפלות PERUSC AL BERACOTH UTHEPHILLOTH, *Expositio Benedictionum & Precum*, quæ per anni circulum recitari solent, sicuti & illius, quæ nocte Paschatis legitur. Initium fol. 160. ת'ר' מאה ברכות חייב אדם לומר בכל יום שנ' ועתה ישראל מה יהוה שואל מעמך.

21. פירוש על פרקי אבות PERUSC AL PIRKE AVOTH, *Capitula Patrum*, perpetuis Anonymi adnotationibus illustrata. Libellus notissimus, magni apud Judæos pretii, complectens insignes sententias, scite dicta, apophtegmata moralia, aliaque pia axiomata celebriorum Judaicæ gentis doctorum, qui scilicet, inde usque a Mose Propheta accepta docuerunt, & propagarunt. Ebraice prodiit in Corpore Talmudico, Libris Precum, atque seorsim sæpius cum variorum Commentariis; cum versione vero Latina Pauli Fagii, Isnæ 1541. in 4. sub titulo: *Sententiæ vere elegantes, piæ, mireque cum ad linguam discendam, tum animum pietate excolendum, utiles, veterum sapientum Hebræorum, quas Capitula, aut Apophtegmata Patrum nominant.* Et Joh. Philippi Hartmanni sub titulo: *Capitula Patrum, sive Ethica Ebræa, versione Latina, annotationibus, & locis paralellis Veteris & Novi Testamenti,*

ti, *aliarumque Rabbinico-Talmudicarum ſententiarum illuſtrata*: Gieſſæ 1708. in 4. Quæ verſio ceteris videtur præferenda. Vide Wolfium Tom. II. p.700. & ſeqq. ubi & alias ejuſdem libelli tam Latinas, quam Germanicas, Hiſpanicas, Italicas, atque Arabicas interpretationes recenſet. Horum Apophtegmatum collector communiter creditur *R. Nathan Babylonius*, qui vixit Anno Mundi 3881. Chriſti 121. Verum Julius Conradus Otho ex Judæo Chriſtianus in ſuo libro גלי רזיא *Gale Razaja*, Revelationis occultorum, *R. Simeoni filio Gamalielis* tribuit; cui conſentit Colmeſius pag. 255. Galliæ orientalis. Confer Bartoloccium, necnon Wolfium Tom. cit. pag. 855. ubi monet, duos exſtare de eodem argumento libellos in Talmude Francofurtienſi ad Viadrum Tom. IX. poſt Tractatum *Edijoth* editos, & præfato R. Nathani adſcriptos; quos ante Bartoloccium nemo adhuc adcurate diſtinxerat, & tamquam diſtinctos deſcripſerat, etſi Latine a Franc. Taylero converſi ſeorſim prodiiſſent. Neutrum tamen ei recte tribui jure ſuſpicatur idem Wolfius. Incipiunt autem Capitula illa fol. 200. כל ישראל משה קבל תורה מסיני כך היא תחילת המשנה.

22. Anonymi פירוש פזמון ליל שימורים PERUSC PIZMON LEL SCIMURIM, *Expoſitio Precationis metricæ, quæ cantatur in nocte Paſchatis*, & in die, quo offerebatur *Manipulus ſpicarum*, ſecundo ſcilicet Paſchatis; ubi & de ritu hujuſmodi oblationis, juxta Levit. II. 14. & XXIII. 10. agitur; additis variis animadverſionibus, & deciſionibus legalibus in eundem ritum, ex doctrina Talmudica, Tract. de Muneribus potiſſimum excerptis; de quibus vide Bartoloccium Par. II., pag. 711. Initium fol. 227. ליל שמורים אמר ר׳ חינה ועתה ה׳ אמר הק׳ב׳ה׳ מבריאת.

23. Ejuſdem פירוש מזמורים PERUSC MIZMORIM, *Expoſitio Pſalmorum*, qui in Feſtis Tabernaculorum, & Hoſanna Rabba, ſive Ramorum cantari ſolent. Init. f. 231. אתנה אתנה צדקות בעני חביון חביבות וי׳א׳ חביון עוז כעוז

24. דיני קדושין וכתובות DINE KIDDUSCIN UCHETHUVOTH, *de Ritibus Contractus Matrimonialis*; ubi & de ſponſalibus & ſponſalitiis, nempe de traditione annuli, & de ſeptem Benedictionibus, quibus ſponſi, & ſponſæ benedicuntur, juxta placita Talmudiſtarum exponitur. Init. fol. 238. המקדש על ידי שליח ולאחר ימים בא ועשה נשואין.

Is Codex tineis & atramento adeo eſt exeſus, ut multis in locis vix legi poſſit. Ejus autem ætas ad decimumquartum Chriſti ſeculum videtur referenda.

CCLXXXVI.

CODex chartaceus in quarto, foliorum 84. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. לקוטים מדרשי תלמוד LIKKUTIM MIDRASCE THALMUD, *Collectanea Hiſtoriarum allegoricarum*, ſive *Florilegium Talmudicum*, quo pleræque narrationes, ſeu portentoſa commenta, quæ in Talmude obvia ſunt, allegorice item, & moraliter exponuntur; authore Anonymo. Initium fol. 1. אמר

אמר רב יהודה אמר רב כל מה שברא ה'ק'ב'ה' בעולמו לא ברא דבר אחר ·

2. מאמר חי בן מקיץ מר' אברהם בן מאיר אבן עזרא R. ABRAHAMI FILII MEIR ABEN-EZRÆ, Canticum inscriptum MAAMAR CHAI BEN MEKITS, *Tractatus Vivat filius expergefactus*, nondum typis vulgatus, in octo מלכות *Melacoth*, Regna, seu capita distributus; ubi de anima, & de vita æterna in Regno Cælorum beatissime agenda disseritur. In ejus clausula f. 28. a terg. hæc leguntur: תם מאמר חי בן מקיץ להחכם ר' אברהם בן עזרא ז'ל' *Absolutus est Tractatus Vivat filius expergefactus Sapientis R. Abrahami Aben-Ezræ: memoria Justi in benedictionem*. Atque heic corrigendus Bartoloccius, qui ex uno eodemque libro duos fecit, alterum eodem, quo nos, titulo nuncupans, *de Anima, ejus præmio & pœna rhythmicis carminibus* agere; alterum vero על מלכות השמים *Al Malcuth Hasciamaim*, de Regno Cælorum, deque æterna vita exponere adfirmat. Initium fol. 22. a terg. שמעו חכמים מלי ויודעים ה' האזינו אלי בני אישים ·

3. אגרת מר' אנטולי בן יוסף עמשי לרבי' מורה צדק R. ANTOLI FILII JOSEPHI AMASCI, seculo XIII. clari, quem Wolfius Tom. III. num. 334. nudo nomine commemorat, & a R. Jacobo filio Samsonis Antoli minime distinguendum esse putat, utriusque ætatis, studiorum, & scriptorum convenientia adductus; IGGHERETH LERABBENU MORE TSEDEK, *Epistola ad magistrum nostrum Doctorem justitiæ*, nempe R. Mosen Maimonidem, de quibusdam dubiis ad Legem pertinentibus, una cum hujus Responsione, quæ parum discrepat ab illa ejusdem Maimonidæ responsione, quæ cum præfati Antoli ad ipsum Maimonidem Epistola legitur inter Opuscula a R. Samuele Germano collecta, & cum libro תעלומות חכמה *Abscondita Sapientiæ* R. Josephi del Medico edita Basileæ 1629. pag. 89. & seqq.

Porro Epistola R. Antoli incipit fol. 28. a terg. מחמדי שורות ונכבדי זמירות להתעלם בכנף כנפים קדמו שרים ·

Responsio Maimonidæ incipit fol. 31. הגיעה אלי אגרת כל אבני אקדח אגרת אבל היתה סגורה ומסוגרת לא ידעת ·

4. אגרת מר' יונתן בן דוד שליח ציבור להרמבם על ס' יד חזקה R. JONATHANIS FILII DAVIDIS, *Nuncii Cœtus*, idest, Ministri *Synagogæ Lunel*, seculo XIII. clari, IGGHERETH LEHARAMBAM AL JAD CHAZAKA, *Epistola ad* R. Mosen Maimonidem, de ejus Opere Talmudico, quod *Manus fortis* inscribitur, una cum ejusdem responsione ad quæstiones sibi a præfato R. Jonathane, nomine Synagogæ Lunel, in ipsum opus propositas; quæ responsoria Epistola Maimonidæ edita quoque exstat in R. Josephi del Medico libro נובלות חכמה *Decidui fructus Sapientiæ*. Epistola Jonathanis incipit fol. 33. a terg. בתחלת הקדמתיך יצא דבר בפניך מחלוקת הפילוסופים ·

Responsio vero Maimonidæ, sine mutila, incipit fol. 36. הגיע אלי בתבך הכתוב באצבע אלהים נוטף מור וקציעות ·

5. חידושי התורה CHIDDUSCE HATTHORA, *Novellæ Expositiones in Legem*, seu Pentateuchum Mosis; ubi tamen quædam tantum commata, ceteris difficiliora, Cabbalistice declarantur; authore Anonymo. Initium fol. 40. ויעבור על הפסילים וימלט השעירתה הוא כתיב נבי אהוד בן גרא ·

6. Ejusdem

6. Ejuſdem פי׳ התורה על ארבעה פנים Perusc Hatthora al Arbaa Panim, *Modi interpretandi Sacra Biblia*, qui ſecundum doctrinam ר׳ סעדיה גאון *R. Saadiæ Gaonis*, quatuor memorantur. Eorum I. juxta ſenſum literalem ipſius ſacri textus; ut quum Geneſ. Cap. II. 20. Eva dicitur mater viventium, intelligendum eſt prout ſonat litera; quia revera omnes homines ab ea originem ducunt. II. juxta ſenſum allegoricum, quum ſcilicet a Scriptura ipſa intellectus compellitur ad eam declarandam alio, quam verba ſonant, ſenſu; ut Deuteronom. Cap. IV. 24. *Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt*. Deus enim non eſt quid corporeum; atque adeo ignis eſſe non poteſt. III. Quum duo textus ſibi invicem contrarii videntur; tunc recurrendum eſt ad tertium, qui utrumque conciliet: ut e. c. ſub initium Geneſeos dicitur Deus prius Cælum condidiſſe, deinde Terram: *In principio creavit Deus Cælum & Terram*. Capite vero II. 4. in textu Ebraico legitur, prius fuiſſe Terram creatam, deinde Cælum: ביום עשות יהוה אלהים ארץ ושמים *In die, quo fecit Dominus Deus Terram & Cælos*. Quæ duo loca optime conciliantur per tertium, Iſaiæ nempe Cap. XLVIII. Com. 13. quo innuitur, Cælum non præceſſiſſe Terram; ſed utrumque ſimul fuiſſe a Deo conditum. Ibi enim ſic habetur: אף ידי יסדה ארץ וימיני טפחה שמים קורא אני אלהים יעמדו יחד *Manus mea fundavit Terram, & dextera mea menſa eſt Cælos: ego vocabo eos? & ſtabunt ſimul*. Quaſi diceret: Etſi ante Terram quodammodo exſtitiſſe Cælum, ex primo commate adpareat, ex ſecundo vero contrarium videatur, quod Terra Cælo anteponatur: quomodocumque, inquam, ponantur, & ſibi invicem prioritate ordinis præcedant; attamen prioritate temporis, par utrique ætas; quia ſimul creata ſunt. Nam ex Eccleſiaſtic. Cap. XVIII. 1. *Qui vivit in æternum, creavit omnia ſimul*. IV. demum modus a doctrina Patrum ſumitur; ita ut ſi in Sacra Scriptura aliquid occurrat, cui doctrina Talmudica repugnare videatur, hæc amplectenda eſt, illud vero rejiciendum: uti eſt illud de Plagis reis infligendis, quas Deuteronomium Cap. XXV. 2. Quadragenarium numerum excedere vetat; Talmudiſtæ vero ad triginta novem præſcribunt. Incipiunt autem Modi illi fol. 43. ברם זכור אותו האיש לטוב ז׳ל׳ ורבינו סעדיה זל שמו שאילמלא

7. מעשה תורה נאמרה על יד רבינו הקדוש Maasse Thora neemara al jad Rabbenu Hakkadosc, *Opus Legis dictum per magiſtrum noſtrum Sanctum*, hoc eſt R. Judam filium R. Simeonis, ab edito cum Ben-Sira, & ſeorſim Amſtelod. Anno Chriſti 1697. atque alias, haud parum diſcrepans; ubi ex Ghemara hinc inde collecta ſunt veterum Sapientum pronunciata de momentis, ſeu rebus tribus, quatuor, quinque &c. uſque ad decem, quæ idem prædicatum patiuntur, qualia etiam in Proverbiis & Siracide, itemque in Pirke Avoth, ſeu Capitulis Patrum Cap. poſtremo occurrunt. Init. fol. 52. נ׳ פעמים בכל יום הכרון יוצ׳ ואומ׳ נוח לאדם שלא נברא.

8. לקוטים מדברי הפילוסופין והקבולין Likkutim midivre Happilosophin vehakabbalin, *Collectanea Apophtegmatum*, & ſententiarum variarum moralium ex *Philoſophis* & *Cabbaliſtis*. Initium fol. 55. a terg. א׳ר׳ז׳ל׳ ביום כשאתה מדבר הבט לאחריך ובלילה המעט קולך דאוזנים לכותול.

9. Ano-

9. Anonymi ויכוח נגד הנוצרים VICCVACH NEGHED HANOTSRIM, *Disputatio adversus Nazaræos*, seu *Christianos*; ubi ex Prophetis, & aliis Sacris libris probare nititur, adventum Messiæ futurum post secundam eversionem Templi Hierosolymitani, quæ adcidit Imperante Tito Vespasiani filio. Initium fol. 65. נאם המדבר אמרי הלל האלהים ותת לו מורה.מרחושת המחשבת

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CCLXXXVII.

Codex chartaceus in quarto, foliis constans 84. Rabbinico charactere descriptus; ubi continentur,

1. ביאור ר' יוסף אבן כספי על פי' הר"אבע על התורה R. JOSEPHI ABEN CASPI, Barcinonensis, BIJUR AL PERUSC HARABAA, *Expositio Commentarii R. Abrahami fili Meir Aben-Ezræ in Legem*, seu Pentateuchum, nondum edita; ubi tamen difficiliora tantum & obscuriora loca in eodem Commentario obvia, Grammatice & ad literam dilucidantur.

In *Genesim* incipit fol. 1. בראשית והנה שבחו ויברא אלהים את התנינם

In *Exodum* fol. 9. a terg. וערך הכהן שהוא אשתו בכה בעדו ר'ל' שאין

In *Leviticum* fol. 19. a terg. ומצאנו ברית יחיד בעבור שני דבריס פי' ברית

In *Numeros* fol. 30. ראשי אלפי ישראל הם כל אחד ראש על אלפי השבט

In *Deuteronomium* f. 37. הם המצוות הכתובות במשנה תורה : אשר דבר אותם

2. אגרת שכתב אלכסנדר מקדוני לאמו קדם מותו ALEXANDRI MACEDONIS, Philippi filii, cognomine בעל הקרנים *Baal Hakeranaim*, habentis duo cornua, sive, ut Arabes vocant ذي القرنين *Dilkarnain*, & Græci δικέρωτα, hoc est, *Bicornis*, aut *Cornigeri*: quod cognomentum inde sortitus dicitur, vel quod Regnum ejus ab Oriente ad Occidentem, quæ duo quasi mundo cornua sint, extenderetur, vel quod ejusdem, ut aliorum quoque Macedonum Regum, effigies duobus cornibus, in fortitudinis argumentum, in Numismatibus conspicua fuerit. Vide Wilhel. Schickardum in Notis ad Tarich, seu Annalia Persarum pag. 71. Ezech. Spanhemium de usu & præstantia Numismatum pag. 346. edit. Amstelod. & Acta nostra Martyrum Orientalium & Occidentalium Par. I. pag. 241. ubi & Arabum de ejusdem cognominis origine sententiam memoravimus. IGGHERETH SCECATHAB LEIMO KODEM MOTHO, *Epistola, quam morti proximus ad Matrum scripsit*, consolatoria; verum supposititia. Init. fol. 44. פתשגן הכתב אולם אחרי שבח האל התרוממ' בנפשך

3. אגרת על אבל אלכסנדר IGGHERETH AL EVEL ALECSANDAR, *Epistola de obitu ejusdem Alexandri Regis*, sive narratio fabulosa de luctu super eum apud Matrem & Philosophos exorto; necnon de ejusdem pompa funebri, & tumulo; additis Philosophorum in ipsius Alexandri laudem dictis. Initium fol. 45. a terg. כאשר מת אלכסנדר אל אמו ברבריה בראותה הארון כאשר

4. אגרת ארסטו ששלח לאם אלכסנדר ARISTO, sive Aristotelis, Philosophorum Principis, IGGHERETH, *Epistola consolatoria ad Matrem Alexandri*, de ejusdem obitu, supposititia. Initium fol. 48. אחר שבח האל מת אלכסנדר המלך העליון מן הידוע.

Is Codex ad decimum sextum Christi seculum videtur referendus.

CCLXXXVIII.

Codex antiquus, in quarto, bombycinus, foliorum 160. Rabbinicis literis exaratus; quo continentur,

1. ספר התמונה מר׳ ישמעאל בן אלישע R. Ismaelis filii Elisæi, Sacerdotis magni, Sepher Hatthemuna, *Liber Similitudinis*, Cabbalisticus, nondum typis vulgatus. Dividitur in tres Partes; quarum

I. Sex Dictis, seu Paragraphis, de membris humani corporis, & de forma, seu figura literarum Ebraicarum exponit. Deest titulus cum primo Paragrapho. Initium fol. 1. רצה לומר לחשוב הן ולא טוב ורע על השכל שהוא

II. שערי צדק Sciaare Tsedek, *Porta Justitiæ*, inscripta, agit de nomine Dei tetragrammato, ut & de aliis Nominibus Divinis, quæ constant 12. 42. & 72. literis. Init. f. 45. וזהו שם בן מ״ב אבגיתץ קרע שטן נגד יכש

III. מעשה מרכבה Maasse Marcheva, *Opus Quadrigæ*; ubi de visione Isaiæ & Zachariæ, deque mysterio Nominis Quadrigæ Cabbalistice exponitur. Init. fol. 48. a terg. זה סוד שם המרכבה יהו יה הוה יהוה יה יה יהי יהי יהי

2. סדורי של עולם Siddure scel Olam, *Ordines Seculi*; ubi de creatione & figura Mundi, deque ichnographia septem mansionum Inferni Cabbalistice differitur, absque nomine Authoris, Initium fol. 147. יתברך בוראו בששה ימים ארכו של עולם מהלך חמש מאות שנה ושת שנים.

3. Fragmentum ס׳ הנפש מגאלינוס Sepher Hannephesc Migalinos, *Libri Galeni de Anima*; quem ex Arabica lingua in Ebraicam transtulit ר׳ יהודה בן שלמה חריזי R. Judas filius Salomonis Charizi, seu Poeta. Prodiit una cum Commentario R. Isarles Venet. A. C. 1519. in quarto; exstat etiam in Codice Latino Vaticano MMMMDCLI. Latine ab Anonymo redditus, sub titulo: *Verba Galeni ad suum discipulum Mauriam, per viam quæsiti de virtutibus & bono regimine, cum Responsionibus*; cujus in clausula hæc leguntur: *Expliciunt verba Galeni de Anima & Corpore & Intellectu; & fuit translatus hic liber ex Arabico in Hebraicum a Juda filio Salomonis Charisi Hispano*. Hinc corrigendus Bartoloccius, qui hunc librum a R. Abrahamo filio Chasdai Archirabbino Barcinonensi, inclinante XII. Christi seculo claro, tamquam authori tribuere videtur; quum potius Arabicus illius ex Ebraico interpres dicendus sit; ut monet Wolfius. Initium fol. 159. a terg. אמר גאלינוס הפילוסוף למוריא תלמידו דע כי אין חזק.

Is Codex, quem non immerito ad decimumquartum Christi seculum referas, pertinuit olim ad רפאל בן אברהם *Raphaelem filium Abrahami*, qui illum Antverpiæ sibi comparasse testatur fol. 146. ad calcem libri Similitudinis.

CCLXXXIX.

Codex chartaceus in quarto, foliis constans 136. Rabbinico charactere exaratus; quo continentur,

ביאור 1.

1. ביאור ר׳ יהודה בר משה הפילוסוף על קדיש וקדושה R. JUDÆ FILII MOSIS PHILOSOPHI, quem Bartoloccius perperam a *R. Juda fil. Mosis fil. Danielis Romano*, distinguit, BIJUR AL KADDISC, VEKEDDUSCIA, *Expositio in Preces* Judaicas, quæ a primis vocibus *Sanctus*, & *Sanctitas* nuncupantur; quarum prior in Synagoga a decem viris simul, non vero a paucioribus, in gratiarum actionem cantari solet; altera triplex est, parva scilicet, quæ præmitti solet Orationi יוצר *Jotser*, Formans, complectiturque Trisagium, singulis certo ritu recitandum. Magna, quæ coram decem ad minus viris a Præcentore, seu Custode Synagogæ persolvitur. Finalis demum, quæ circa finem Officii Ebraice primum, tum Chaldaice a singulis recitatur. Vide Bartoloccium Par. III. pag. 68. ubi & alias duas precatiunculas, eodem titulo insignitas, recenset, priorem in Synagoga post traditum sepulturæ interfecti hominis cadaver dicendam, alteram bis in die, mane scilicet ante prandium, & vespere ante cœnam a Patrefamilias recitandam. Porro Expositio hæc dividitur in centum & viginti novem Portas, seu Capita, & longe prolixior est illa ejusdem Authoris, quam in superiori Codice XC. laudavimus. Init. fol. 1. אמר יהודה המחבר פה אל הבית ··· יריעו כל העם תרועה

2. Ejusdem ביאור על פרשת בראשית BIUR AL PERASCIATH BERESCITH, *Expositio in Sectionem In principio*, quæ priora quinque Geneseos Capita complectitur, Philosophica. Initium fol. 81. כוכב החידוש יהל אור : בראשית ברא אלהים אמר יהודה המפרש להיות חיבור ספר אחר פעולה אחת ·

3. Ejusdem Liber Philosophico-Theologicus בן פרת BEN PHORATH, i. e. *Filius adcrescens*, ex Genes. XLIX. 22. inscriptus, & in tres Tractatus distributus; quorum,

I. על שכלות האדם ועל סוד גן עדן AL SCICLUTH HAADAM, VEAL SOD GAN EDEN, *De Hominis intellectione, ejusque viribus; deque Mysterio Paradisi voluptatis*. Init. fol. 109. עת הבטת באו לדלות : יסוד היסודות ועמוד החכמות

II. על פעלות הנפש AL PEULOTH HANNEPHESC, *De Anima, ejusque Operationibus*. Init. fol. 124. כל רוח נדיבה יש לה שלש פעולות כי מפעולותיה נפשית

III. על סבה ראשונה AL S BBA RISCIONA, *De Caussa prima*. Initium fol. 125. הסיבה הרא׳ היא על הסיפור ותקצרנה הלשונות

Consequuntur *Præfatiunculæ* quædam de *Philosophia*, ignoti Authoris; quarum initium fol. 133. a terg. בהקדמה הראשונה הב׳ הסבות המושכלות מעולות

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur exaratus.

CCXC.

CODex antiquus, in fol. partim chartaceus, partim membraneus & bombycinus, foliorum 131. Rabbinicis literis exaratus; ubi continentur,

1. Miscellanea Meteorologica, pleraque superstitiosa, absque nomine Authoris; videlicet,

I. סימני הרעשים והמטר SIMANE HAREASCIM VEHAMATAR, *De Signis Terræmotus & Pluviæ*. Init. fol. 1. אם במערב ירבה חנרים ומטר ועופות ושנים

II. על רעמים AL RAAMIM, *De Tonitruis*, & eorum significationibus.

Initium fol. 1. a terg. אם ירעים בשבט היל רב יהי וחולי הרבה בכל העולם

III. על לקות השמש והלבנה AL LAKUTH HASCEMESC VEHALEVANA, *De Eclypsi Solis & Lunæ*. Initium fol. 2. אם תחשיך הלבנה בניסן יצאו לשונות מן המזרח ועם פניו דם הרבה.

IV. על עיגול השמש והלבנה AL IIGUL HASCEMESC VEHALEVANA, *De circulis circa Solem & Lunam adparentibus*, eorumque significatione. Initium fol. 2. a terg. ואם עיגול בשמש יתקן הבשמים ויהיה פחד בארום

V. סימני עטישות SIMANE ATTISCIUTH, *De Sternutationibus*. Initium fol. 3. a terg. אם יהיה אדם בביתו ורוצה לילך ירצה שתי עטישות ואם ישמע שתים

VI. סימני קול עורב SIMANE KOL OOREB, *De pipitatione Avium, & crocitatione Corvorum*, deque præsagiis inde ducendis, quæ Arabibus الفا *Alpha* dicuntur. Init. ibid. אם תצא מעירך בקרוב ותשמע קול עורב בצד ימינך אפי' תלך

2. Anonymi פירוש ספר יצירה PERUSC SEPHER JETSIRA, *Expositio in Librum de Creatione*, qui Abrahamo Patriarchæ falso tribuitur. Initium fol. 6. פ'א' בשלשים ושתים נתיבות ב' בשלושים כמו ב' של בראשית.

3. Ejusdem פירוש פרקי אבות, PERUSC PIRKE AVOTH, *Expositio in Capitula Patrum*, sive in Tractatum decimum Ordinis quarti Talmudici, qui נזיקין *Nezikin*, de Damnis inscribitur. Initium fol. 15. פ'א' משה קבל תורה מסיני וכו' הנה בהיות היו יודעים התנאים והחכמים הראשונים.

4. Ejusdem הגדה מגלת אסתר HAGGADA MEGHILLATH ESTHER, *Narratio*, sive *Commentarius in volumen Esther*, mysticus. Initium fol. 49. ויהי בימי אחשורש ר' תנחומא בשם ר' ברכיה רבא ר' הייא בשם ר' אליעזר

5. פירוש על ספר יצירה PERUSC AL SEPHER JETSIRA, *Expositio alia in librum de Creatione*, duabus columnis disposita; absque authoris nomine. Initium fol. 57. בשלשים ושתים שמות נתיבות פלאורת החכמה חקק יה יהוה צבאות שמו

6. ס' העיון מר' חמאי גאון R. CHAMAI GAON, cujus fit mentio in Tractatu Talmudico *Beracoth*, Cap. I. SEPHER HAIIUN, *Liber Contemplationis*, nondum prælo commissus; verum a Reuclino lib. 1. Cabbalæ denudatæ, uti & a Cornelio Agrippa, & Athanasio Kirchero in Oedipo Tom. II. Par. I. pag. 243. 344. atque alibi passim allegatus; ubi de Arcanis Essentiæ Dei, ejusque decem *Sephiroth*, Numerationibus, seu adtributis Cabbalistice exponitur. Initium fol. 63. אחל פרישת של ספר העיון אשר חבר רב חמאי ראש

7. מעשה בראשית MAASSE BERESCITH, *Opus in principio*, sive *Historia Creationis*. Tractatus allegoricus de opere sex dierum, ignoti Authoris. Est epitome libri ejusdem tituli & argumenti, quem superius in Codice CXCII. descripsimus. Init. f. 65. בראשית ברא א'א'ה'ו'ה' אל תהי קורא בראשית אלא ברא שית

8. Anonymi Tractatus על קבלה עיונית AL KABBALA JIUNITH, *De Cabbala Theorica*, seu *Speculativa*, quæ nimirum circa res, intellectu adsequendas, occupatur, & vel in sublimioribus doctrinis edisserendis, illustrandisque, vel in exponenda Sacra Scriptura versatur; figuris variis mysticis & symbolicis illustratus; fine tamen mancus. Initium fol. 68. a terg. פ'א' ה'ק'ב'ה' רם ונשא שנ' כה אמר רם ונשא ומניין שאף כסאו רם ונשא שנ'.

9. Ejusdem סודות החגים SODOTH HACHAGHIM, *Arcana Festorum*; ubi de abditis rationibus festivitatum Judaicarum, nempe Tabernaculorum, Capitis

tis anni, Ramorum, Paſchatis Azymorum, & ſeptem Hebdomadarum, ſive Pentecoſtes Cabbaliſtice exponitur. Initium fol. 71. היא הכח המבקשת כל מין במינו ורוח ברוחו וקרש בקרשו.

10. Ejuſdem סוד שם הקדש SOD SCEM HAKKODESC, *Arcanum nominis ſancti*, ſive expoſitio Cabbaliſtica & myſtica nominis Dei tetragrammati. Initium fol. 74. איך ברא ה'ק'ב'ה' ית' וישתבח שמו עולמו שם שם יהוה

11. סוד י' אותיות SOD ASSARA AOTHIOTH, *Arcanum decem literarum*; ſive expoſitio Cabbaliſtica adtributorum Animæ rationalis, quæ a prioribus decem Alphabeti Ebraici elementis incipiunt. Initium fol. 76. a terg. גל עיני ואביטה נפלאות מתורתיך וכתב אל המקום אשר.

12. Fragmentum ספר זוהר SEPHER ZOHAR, *Libri Splendoris*, ſive Commentarii Cebbaliſtici in Pentateuchum, qui R. SIMEONI JOCHAIDÆ adſcribitur. Init. f. 81. ולא מסתכלי ברקיעא בבני נשא דאלו את נדלן מקלילא דעפרא בבני

13. ספר על התנועות SEPHER AL HATTHENUOTH, *Liber de motibus Sphærarum*, in decem מאמרים *Maamarim*, Sermones, ſeu Capita diſtributus, Authoris tamen nomine, & principio mancus; cujus in clauſula fol. 111. at. iſta leguntur: נשלם בסארקוסטא שנת ר'נ'ב להרש מרחשון *Abſolutus eſt Cæſarauguſtæ Anno Creationis Mundi* 5252. Chriſti 1492. *menſe Marcheſcuan*, Octobri. Initium fol. 92. כחום יחייב התנועה והאור יחייב בעניין שאחר משניהם

14. מעשיות התלמוד MAASSIJOTH HATTHALMUD, *Narrationes Talmudicæ*, de Mercenariis, Cauponibus & Leviris, ex Tractatibus Talmudicis de בבא מציעא *Bava Metſia*, Porta media, & יבמות *Jevammoth*, de Fratriis excerptæ; principio mutilæ. Initium fol. 112. מעשה בפרק השוכר ובפ' הבא על יבמתו אמרו ליה לקיסר אית נברא ביהודאי רקא.

15. סדר תנאים ואמוראים וסבורי SEDER THANAIM, VEHAMURRAIM, VESEVURRAI, *Ordo*, ſive *ſeries Tannaitarum*, ſeu doctorum *Miſcnicorum*, qui ſeculo III. poſt Chriſtum natum ineunte in *R. Judam Sanctum* finem invenerunt; *Amorraitharum*, quos alii cum Scaligero de Emendatione temporum pag. 614. *Sophiſtas*, alii cum Altingio in Hiſtoria Academiarum Judaicarum γνωμόλογυς *Scientiarum Dictatores*, alii cum Bartoloccio Par. III. p. 663. *Dicentes*, vel *Diſceptantes*, ideo quod more ſcholaſtico inter ſe invicem diſputarent, & ſententias conferrent, adpellant, & quorum ordo ſeptem omnino generationibus, & ducentorum ac quinquaginta annorum ſpatio abſolvitur; atque adeo in quintum Chriſti ſeculum producitur; & *Seburræorum*, a סבר *Sabar*, ſive, ut Ebræi legunt, *Savar*, ideſt *opinari* dictorum: unde a Bartoloccio loc. cit. pag. 667. cum *Opiniſtis*, ab Altingio vero Tom. V. pag. 246. cum *Scepticis* conferuntur, qui, teſte R. Abrahamo Lib. de Cabbala pag. 38. edit. Amſtelod. ab Anno Mundi 4236. Chriſti 476. ad 4300. C. 540. inde vero elapſis quinquaginta annis, quibus ob bellorum Perſicorum calamitates Scholæ in Babylonia ceſſarunt, uſque ad Annum Mundi 4449. Chriſti 689. floruerunt. Deſideratur heic ſeries Rabbinorum *Gaonitarum*, i. e. excellentium, qui Seburræos ſunt ſequuti, & quorum claſſis & ordo per ſeptem generationes continenter perſtitit, nimirum a *R. Chanina Nearpekodenſi*, qui rectoratum Academiæ in Babylonia Pumbeditana Anno Mundi

di 4449. Christi 689. inivit, usque ad R. *Hai Gaon*, quem ultimum eorum facit Abraham loc. cit. pag. 41. quemque obiisse scribit, Anno Mundi 4798. Christi 1038. Adcedit *Synopsis Tractatuum Talmudicorum*, unacum regulis ad eorum intelligentiam, atque commentationem necessariis. Init. fol. 113. הא לך סדר התנאים שהם מפתחות דתנויי סתם ומחלוקת הלכה בסתם

16. פי׳ בריתא של ר׳ ישמעאל על יג״ מידות PERUSC BARAITHA R. ISCMAEL AL SCELOSC ESCRE MIDDOTH, *Expositio Extravagantis explicationis in tredecim Modos*, seu *regulas interpretandi Legem*, principio manca; cujus author R. ISMAEL, FILIUS ELISÆI, unus ex decem illis Rabbinis, qui post Templum Hierosolymitanum eversum, jussu Imperatoris Romani, interfecti sunt; de quibus vide Juchasinum pag. 25. Porro Baraitha hæc inter Explicationes variorum Rabbinorum in Miscnam, quas *Baraithoth*, idest extravagantes ideo vocant, quod extra scholam *Rabbenu Hakadosc* promulgatæ, & corpori Talmudico insertæ fuerunt, cum ipso Talmudæ edi solet, & seorsim prodiit cum *Siphra*, & *Halicoth olam*; Latine vero ex versione *Philippi Aquinatis* Paris. 1622. & Reterodami 1694. in Fasciculo IV. Opusculorum, quæ ad Historiam & Philologiam sacram spectant; ut superius monuimus. Init. fol. 115. ועוד אמר שם ללמוד תורה ולישא אשה ילמוד תורה וא׳ח׳כ׳

17. Anonymi Tractatus על הנדסה AL HANDASA, *de Geometria*, quindecim מאמרים *Maamarim*, seu Capitibus absolutus, quorum primum, & pars postremi desiderantur. Init. fol. 126. חמאמר השני ואני אבאר בדרך יותר קרוב

18. Fragmentum ספר הצמחים מארסטו SEPHER HATSEMACHIM MEAARISTO, *Libri de Vegetabilibus* ARISTOTELIS. Initium fol. 129. אמר ארסטו החיות נמצא בבעלי חיים ובצמח אלא שחיות הבעל חיים.

19. Fragmentum יסודות גמטריות לאוקליד JESSODOTH GHEMATARIOTH, LEOKLID, *Elementorum Geometricorum Euclidis*, quæ ex Arabica lingua in Ebraicam convertit *R. Moses Tibbonides*, ut alibi ostendemus. Init. f. 131. a terg. דע המספר שנתרצה להוציא שרשו באי זה מעלה

Is Codex partim ad decimumquartum, partim ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus; pertinuitque olim ad סעדיה כהן *Saadiam Sacerdotem*, tum vero ad עובדיה בר שמואל מסרקוסטה *Obadiam filium Samuelis Cæsaraugustanum*; ut in calce adnotatur.

CCXCI.

Codex antiquus, in quarto, partim membraneus, partim chartaceus, foliis constans 315. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; ubi continentur,

1. Fragmentum membraneum מסכת כתובות MASSECHETH CHETHUVOTH, *Tractatus de contractibus Matrimonialibus*, secundi ex Ordine III. Talmudico, qui *Nascim*, idest, Mulieres inscribitur. Initium fol. 1. רב פפא אמר כמהר הבתולות : כלו׳ אילו כתב כמוהר בתולה דיו למה כתב בתולות.

2. Anonymi פירוש על לב״ נתיבות חכמה PERUSC AL SCELOSCIM USCETHAIM NETHIBOTH CHOCMA, *Expositio in* XXXII. *Semitas Sapientiæ*, sive Nomina Di-

Divina, quæ ex Capite I. Geneſeos eruuntur, quæque potiorem libri *Jetſira*, ſeu de Creatione partem componunt, Cabbaliſtica. Init. f. 11. a terg. אלו הם לב׳ נתיבות חכמה במסורת הקבלה על סדרן שכל קבוע חכמה קדומה אור מופלא

3. Ejuſdem פירקי שירה PIRKE SCIRA, *Capitula Cantici*, ſeu Hymni, quos Jumenta, Beſtiæ, & Aves in Conditoris ſui laudem ſingulis diebus decantare finguntur, & quorum origo ad Davidem, & Salomonem refertur. Libellus magni apud Judæos pretii; quare & ſæpius editus, & variorum commentariis illuſtratus, ut videre eſt apud Wolfium Tom. II. num. 605. In hoc tamen Codice nonniſi ejus fragmentum habemus, quod Bartoloccius in Indice Ms. Vaticano *R. Eliezer* tribuit; de quo tamen nulla in eodem fragmento fit mentio. Initium fol. 14. אמר ר׳ אלעזר כל האומר פרקי שירה בכל יום בעולם הזה זוכה ורואה פני .

4. מאמר על ארוכה MAAMAR AL ARUCA, *Tractatus de Sanitate tuenda*, Medicus, tribus שערים *Portis*, ſeu Capitibus abſolutus, ignoti Authoris. Init. fol. 15. a terg. השער הראשון כל מחשבותיך תהיה לתועלתך ועשה ממאכלך

5. פי׳ ר׳ בנימין בן אברהם על ספר אותיות של ר׳ עקיבא R. BENIAMINI FILII ABRAHAMI, Scriptoribus Bibliothecarum Ebraicarum incogniti, PERUSC AL SEPHER AOTHJOTH SCEL R. AKIBA, *Commentarius in librum R. Akibæ, fil. Joſephi, de Literis*, ſeu Alphabeto; ubi de ſingulis elementis Ebraicis meditationes Cabbaliſticæ adferuntur. Exſtat Alphabetum illud Latine converſum in Athanaſii Kircheri Oedipo Ægypt. Tom. II. pag. 225. & in Bartoloccii Bibl. magna Rabbinica Par. IV. pag. 275. ubi & variæ ejuſdem editiones Ebraicæ recenſentur. Initium fol. 17. a terg. אודה יהוה בכל לבב ותפארתו ארוממא ארת הרשום .

6. ס׳ מפתח הרעיון SEPHER MAPTHEACH HAREAJON, *Liber Clavis Cogitationis*, Cabbaliſticus; ubi de Deo, & creatione hominis potiſſimum diſſeritur, abſque authoris nomine. Initium fol. 20. כל פה וכל לשון בשירים שבחו היום ליוצר כל בדת שעשוע .

7. Anonymi צורת אותיות על דרך הקבלה TSURATH AOTHJOTH AL DEREC HAKABBALA, *Forma Literarum Cabbaliſtica*; ſive Tractatus de Alphabeto Ebraico ejuſque formatione, ex precedenti libro Clavis Cogitationis excerptus. Init. fol. 37. א׳ שמו אלף ומספרו אחד רע כי אלף זה הציור הוא ציור דבר

8. Ejuſdem פירוש על ס׳ יצירה PERUSC AL SEPHER JETSIRA, *Commentarius in Librum de Creatione*; præfixa Rota Cabbaliſtica, circum exhibente literas, quæ nomen Dei tetragrammaton יהוה, *Jehova* componunt, duodecim diverſis modis combinatas atque diſpoſitas, una cum totidem nominibus Tribuum Iſraelitarum, & Anni menſibus, atque Zodiaci ſignis. Init. f. 54. פ׳א׳ בשלשים ושתים נתיבות ב׳ בשלושים כמו ב׳ של בראשית .

9. ספר פתרון חלומות SEPHER PITRON CHALOMOTH, *Liber de Interpretatione ſomniorum*, ex Geneſ. XL. 12. futilis & ſuperſtitioſus, haud longe abſimilis ab eo, quem edidit *R. Salomon Almoli*, & ab alio ejuſdem argumenti libro, qui Germanice prodiit Dyrenfurti 1695. in octavo, una cum וידויים *Formulis Confeſſionum* peccatorum inter Judæos receptis. Init. fol. 150. a terg. שער המרגליות ואבנים טובים הרואה ברלח נקי יאהב אותו ה׳ .

10. ם

10. ס׳ הכפורת מר׳ אלעזר בן יהודה מגרמיזה SEPHER HACAPHORETH, *Liber Propitiatorii*, alias יורה חטאים JOREH CHATTAIM, *Docebit peccatores*, ex Ps. XXV. 8. inscriptus. Complectitur ordinem Pœnitentiæ, varias scilicet, preces, & formulas Confessionis peccatorum, rationemque se ad bonam frugem convertendi tradit; præterea vero de festis, matrimonio, idololatria & contractibus differit; authore R. ELEAZARO FILIO JUDÆ WORMATIENSI, qui hunc librum, jam sæpius typis vulgatum, secundum doctrinam Rabbinis *Judæ*, & *Judæ Pio* traditam a *R. Gaon*, qui eandem inde a Mose Propheta ducta serie, accepit, se conscripsisse, in limine profitetur. Unde miror, qui Bartoloccius hunc ipsum librum inter Anonymos recensuerit. Initium fol. 152. הילך הלכות תשובה לכל עבירה ועביר׳ והוא יסוד הרב ר׳ אליעזר בן הרב ר׳ יהודה כאשר קבלו.

11. מדרשים MIDRASCIM, *Expositiones allegoricæ* Veterum Rabbinorum,

In *Hoseam* Prophetam, absque principio. Initium fol. 158. בארץ בפסוק וישב ישראל בשטים כפי׳ אתם לא עמי ונו׳.

In *Ecclesiasten*. Init. fol. 217. דברי קהלת ונו׳ ז׳ש׳ה׳ ברוח הקדש על ידי שלמה בן דוד מלך ישראל הזית איש מהיר במלאכתו.

In *Esther*. Initium fol. 283. ויהי בימי אחשורוש רב פפא פתח ואמר והיו חייך תלואים מנגד רבנין ורבי ברכיה רבנין אמרי

12. Fragmentum membraneum מסכת יבמות MASSECHETH JEVAMMOTH, *Tractatus de Fratriis*, Primi ex Ordine III. Talmudico, cujus titulus נשים *Nascim*, Mulieres. Initium fol. 306. ולא מתיבמת הני מילי בדלא אפשר נחבינו במערה ומת בעלי ואחר כך מת בני.

Is Codex, si quidem Fragmenta Talmudica excipias, quæ vetustiori manu exarata sunt, ad *Annum Mundi* 5177. *Cycli majoris* 9. id est, Christi 1417. referendus est; ut fol. 12. sub medium majusculis quadratis literis adnotatur.

CCXCII.

CODEX chartaceus in quarto, foliorum 119. Rabbinicis literis exaratus; ubi continentur,

1. אגרת תחיית המתים מהר״מבם RAMBAM, idest R. Mosis filii Maimon Ægyptii, IGGHERETH TECHIJATH HAMMETHIM, *Epistola de Resurrectione mortuorum*, Ebraice ex Arabico a ר׳ שמואל בן יהודה אבן תבון R. SAMUELE FILIO JUDÆ ABEN TIBBON reddita; ut superius monuimus. Initium fol. 1. אמר החכם הגדול הרב רבינו משה בן הרב ר׳ מימון אינו שיכון האדם.

2. מאמר על עולם קטן מר׳ משה בר שמואל אבן תבון, MAAMAR AL OLAM KATAN, *Tractatus de Microcosmo*, nempe de homine tamquam parvo mundo, Philosophicus, nondum typis consignatus; Authore R. MOSE FILIO SAMUELIS ABEN TIBBON, Granatensi Hispano, qui hocce opus se composuisse, *Anno Contractuum*, sive Alexandri Magni 1502. Christi 1191. in limine profitetur. In calce vero, fol. 12. hæc a calligrapho adnotata reperias: נשלם בשם המאמר הנקרא עולם קטן הברו החכם המעולה הפילוסוף ר׳ משה בן החכם השלם

השלם ר׳ שמואל בן תבון מרמון ספרד *Explicit Tractatus de Microcoſmo, quem conſcripſit ſapiens illuſtris Philoſophus, R. Moſes filius Sapientis perfecti R. Samuelis Aben Tibbon*, de *Granata in Hiſpania*. Unde corrigendi Bartoloccius & Wolfius, qui *R. Eliam filium Samuelis Tibbonidem* hujuſce Tractatus authorem vocant: Initium fol. 8. אנשי לבב שמעו צדק יגיד לכם : אחרי שכתבתי בספר

3. קצור התכונה מר׳ מאיר משפירה KITSUR HATTHECUNA, *Compendium Aſtrologicum*; ubi de Sphæra, & de judiciis ſtellarum potiſſimum diſſeritur, præmiſſa figura Sphæræ, inſertiſque aliis figuris Mathematicis, rudi tamen manu delineatis; authore R. MEIR DE SPIRA, forte illo, cujus meminere Sabbathæus in ש״י, ſeu *Labiis dormientium* pag. 85. & R. Elias in שברי לוחות *Confractionibus Tabularum*, tamquam *Punctatoris*, qui Pentateuchum omnium optime correxerit. Init. fol. 13. אופני אורך הגולות ויזה אופן תלכנה חכמת הכמינו

4. בקשה של ר׳ ידעיה הפניני הבדרשי R. JADAJÆ HAPPENINI BEDRASCI, ſeu Bederſenſis, filii Abrahami, BAKKASCIA, *Precatio* ad Deum rhythmica, cujus voces omnes a litera מ *Mem* incipiunt. De ea fuſius ſupra in Cod. CCLXXXI. num. 4. Init. f. 29. מרום מראשון מקום מקדשנו ממיניא מיעדים מאין מחולל

5. Ejuſdem בקשה BAKKASCIA, *Precatio*, alia ad Deum item rhythmica, cujus verſus Authoris nomen, nempe *Jedaja Happenini fil. Abraham*, per literas initiales exhibent. Hanc quoque Precationem Latinam fecit Hilarius Prachius, & cum textu Ebraico, & Notis edidit Lipſiæ 1662. Initium fol. 31. זאת הבקשה תחלת כל מילותיה מם׳ חברתיה אני הדל באלפי ידעיה הפניני

6. בקשה מר׳ שלמה בן גבירול בן יהודה R. SALOMONIS FILII GAVIROL, FIL. JUDÆ, Malacenſis Hiſpani, qui floruit prope Cæſarauguſtam anno Mundi 4830. Chriſti 1070. teſte Ganzio ad hunc annum, BAKKASCIA, *Precatio* ad Deum, in modum confeſſionis, rhythmica, cujus verſus ſecundum Alphabeti Ebraici ſeriem ſunt diſpoſiti. Exſtat in Machazor Hiſpanico inter Preces pro diebus terribilibus. Init. f. 32. אלהי אל תדינני כמעלי : ואל תמוד אלי

7. מוסר השכל מרב האי גאון R. HAI GAON, ultimi Gaonitarnm, quorum claſſis per 448. annos duravit, MUSAR HASCECHEL, *Inſtitutio Intellectus*, ex Prov. I. 3. ſive Tractatus rhythmicus de bonis moribus formandis, pietateque ac virtutibus edocendis, qui Ebraice & Latine ex interpretatione Jo. Merceri, & Jacobi Eberti ſæpenumero lucem adſpexit. Initium fol. 33. a terg. בני עורה והקיצה נרוצה שמע מוסר ותבחת ועצה

8. אות נפש AVATH NEPHESC, *Deſiderium Animæ* ex Deuteronom. XII. 15. ſive Expoſitio Cabbaliſtica in quædam Aben-Ezræ Commentarii ſuper Pentateuchum loca; ubi de Anima, & rerum Cæleſtium meditatione agitur, adjecta Precatione ad Deum rhythmica, ſecundum Alphabeti Ebraici ordinem, ad redemtionem Judæorum impetrandam. Authoris nomen latet. Initium fol. 37. ראיתי לבאר הנה ביאור הנה כבר נסתפק אלו ימים רבים והוא

9. אגרת המוסר מאריסטו IGGHERETH HAMUSAR, *Epiſtola didaſcalica*, ſive *Ethica* ARISTOTELIS, e Græco textu in linguam Arabicam ab ALI ISMAELITA, inde vero in Ebraicam a R. JUDA FILIO SALOMONIS CHARIZI, ſeu Poeta Hiſpano converſa; ut ipſe Charizius in limine teſtatur hiſce verbis: אמר יהודה בן שלמה בן יהודה חריזי שאל ממני אבן עזרא להעתיק לו אגרת המוסר שהבר

שהבר אריסטו בלשון יון ועלי הישמעאל העתיקה בלשון ערבי *Dixit Judas filius Salomonis filius Judæ Poeta : Postulavit a me Aben-Ezra , ut in sui usum Ebraice redderem Epistolam didascalicam Aristotelis , quam ex Græco in Arabicum idioma vertit Ali Ismaelita* &c. Hinc corrigendus Sabbathæus author Bibliothecæ Ebraicæ , Labia Dormientium inscriptæ , qui eam a Salomone Charizio ex Græco Arabice , ab ejus vero filio Juda Ebraice redditam tradit . Initium fol. 39. a terg. אמר עלי דע כי הצלחה היא יקרה מכל ענייני האדם

10. סימני התורה SIMANE HATTHORA , *Index locorum Biblicorum* , quæ in libro Maimonidæ מורה נבוכים *More Nevuchim* , Directore perplexorum inscripto , allegantur ; authore præfato R. JUDA FILIO SALOMONIS CHARIZI , qui & Ebraicam ejusdem libri Directoris perplexorum versionem ex textu Arabico , vivente adhuc Maimonide , fecit ; quæ tamen alteri a Samuele Tibbonide elaboratæ , utpote congruentiori , & adcuratiori , postposita fuit ; ut observat Pokochius in Præfatione ad Portam Mosis . Initium fol. 41. בראשית ברא אלהים שני פ'ל' ולהבדיל בין בן האור גם זה ·

11. משלי חמשים תלמידים MISCLE CHAMISCIM THALMIDIM , *Proverbia* , sive Apophtegmata , & sententiæ morales Philosophorum , quæ a *Quinquaginta Discipulis* coram præceptore prolata dicuntur . Initium fol. 54. חכם אחד רצה לנסות חכמת חמשים תלמידים ושכלם :

12. Anonymi פירוש על ספר המדע PERUSC AL SEPHER HAMADAA , *Expositio in Librum de Scientia* , Maimonidei operis , cujus titulus יד חזקה *Jad Chazaka* , Manus fortis , vel משנה תורה *Miscene Thora* , Repetitio Legis , Primum ; ubi fundamenta , sive articuli Legis Mosaicæ , quinque הלכות *Halacoth* , Constitutionibus declarantur ; ex quibus ultima *de Pœnitentia* desideratur . Initium fol. 56. יסוד היסודות ועמוד החכמות וכו' אמר המפרש

13. ויכוח הזקן עם הנער בדרך הלצה מר' יוסף פאלקירה R. JOSEPHI PALKEIRA , decimoquinto Christi seculo inclinante clari , VICCUACH HAZAKEN IM HANAAR BEDEREC HALATSA , *Disputatio metrica Senem inter & Juvenem* de studio sapientiæ , deque moribus formandis , nondum edita . Initium fol. 59. a terg. אחבר אחברתי ואזכיר אזכרתי תבונה ·

14. ספר מראה אופנים מר' שלמה בן אברהם אביגדור R. SALOMONIS FILII ABRAHAMI AVIGADOR , SEPHER MARE AOPHANIM , *Liber de Aspectu Circulorum* , sive מאשפירה de *Sphæra* , cujus figuram fol. 87. ad calcem adpositam reperias . Prodiit jam Offenbaci anno Christi 1220. in 4. una cum ejusdem authoris libro de Orbibus , nec non cum R. Abrahami ben-Chija Tractatu de Figura Mundi ; ceu testatur Wolfius Tom. III. num. 1943. ubi monet , librum nostrum de aspectu circulorum , ex Latino *Johannis de Sacro bosco* a præfato R. Salomone Avigador fuisse conversum , eique exacte respondere ; quum uterque in quatuor abeat partes , quarum I. de compositione Sphæræ , centro ejus , axe , polo mundi &c. II. de circulis ejus , & divisione Zonarum . III. de ortu & occasu astrorum , diversitate dierum & noctium , & divisiione climatum . IV. denique de circulis , orbibus , motibusque Planetarum , & caussis Eclipsium exponit . Noster autem liber completus dicitur anno Christi 1436. Sic enim fol. 86. a tergo legitur : ובכאן

ובכאן נשלם מה שרצינו להעתיקו ב'ע'ה' חפץ למען צדקו להגדיל תורה ולהאדירה בח' טבת שנת ק'פ'ו' לפרט האלף הששי ליצירה מי שזכני להשלים יזכינו להתחיל ולהעתיק ולגמור וללמוד ספרים אחרים ונזכה ונחיה בביאת הגואל אמן חזק ונתחזק משה הסופר לא יוזק והמגיה נ'כ' לא היום ולא לעולם עד שיעלה חמור בסולם אשר יעקב אבי' חלם *Atque heic finis Libri de Sphæris, quem ope Dei conscripsimus in Legis incrementum, & munimen, mense Teveth*, Decembri. *Anno Creationis Mundi* 5186. Christi 1426. *Qui me dignum reddidit, ut illum perficerem, ipse pariter me dignum reddat, ut incipiam, scribam, absolvam, & legam alios libros, utque videam adventum Redemtoris, Amen. Confortare, & esto robustus: scriba Moses, & corrector nullo adficiantur damno, neque hodie, neque in æternum; donec asinus ascendat per scalam, quam pater noster Jacob in somno vidit*. Porro Liber ille incipit fol. 66. hisce verbis: אמר שלמה בן אברהם אבינדור בהיותי בשורה נבוני חכמי הנוצרים.

15. פרק החמשי מתנועות הנפשיות מר' נתן בר יואל פלקאירה R. NATHAN FILII JOELIS, PALKEIRA, forte ex familia *R. Josephi*, de quo mox supra num. 13. PEREK HACHAMISCI METHENUVOTH HANNEPHASCIOTH, *Capitulum Quintum de motu Animorum*, excerptum ex ejusdem libro medico צרי הגוף *Opobalsamum corporis*, de quo inferius. Atque heic corrigendus Bartoloccius, qui figuram Sphæræ, quam ad calcem antememorati libri de Aspectu circulorum adpositam esse, monuimus, veluti Tractatum de ipsius Sphæræ compositione, Nathani nostro adscribit. Initium fol. 87. a terg. התנועות הנפשיות הם עיקר גדול לדעת אותם ולהזהר מהם.

16. ס' כתר מלכות מר' שלמה בן גבירול בן יהודה R. SALOMONIS FILII GAVIROL, FILII JUDÆ, de quo supra, SEPHER CHETHER MALCUTH, *Liber Corona Regni*, ex com. 17. Cap. II. Esther inscriptus; sistens carmina & preces rhythmicas in singulos dies, quæ libris Precum, secundum ritum Synagogæ Germanicæ, addi solent, prodieruntque etiam seorsim aliquoties, & cum versione Latina Francisci Donati Romæ 1618. in quarto, & Germanice Amstelodami 1674. in quarto. Porro Versionem Donati infidelitate notat Meelfruhrerus in Differt. de fatis eruditionis Orient. §. 6. ubi & aliam adcuratiorem ab Uchtmanno profectam memorat; de cujus tamen existentia dubitat Wolfius. Init. f. 91. בתפלתי יסכון גבר : נפלאים מעשיך ונפשי יודעת מאד

17. ספר התפוח לארסטו SEPHER HATTHAPUACH LEARISTO, *Liber de Pomo Aristotelis*, a ר' אברהם בן חסדי בר שמואל לוי, *R. Abrahamo ben-Chasdai, filio Samuelis Levita*, Barcinonensi, duodecimo Christi seculo inclinante claro, ex Arabica lingua in Ebraicam translatus; ceu ipse in clausula Præfationis testatur. Unde recte monet Wolfius, non esse credendum Bartoloccio, qui supposititium hunc libellum ab ipso Abrahamo nostro, & quidem Arabice conscriptum existimat. Aristoteli autem falso illum tribui fatetur Gedalias in Catena Traditionis pag. 34. hisce verbis: אמנם ס' התפוח וס' בית הזהב שיחסום לאריסטו ואינם לו *Ecquidem Liber Pomi, & Liber Domus aureæ, qui Aristotelis nomine circumferuntur, non sunt ipsius fœtus*. Ipse quoque interpres in Præfatione scribit, se eundem librum, quem Philosophi Græcorum fecerint, ideo Ebraici juris fecisse, ut Judæi intelligerent, quid Ethnici de

immortalitate Animæ ſtatuerint. Tituli vero hæc eſt ratio. Fingitur Ariſtoteles morti proximus in lecto pomum manu tenuiſſe, cujus odore pauliſper recreatus, cum adſtantibus Philoſophis diſſerere, dum animam efflaret, potuerit. Philoſophi enim omnes ad Ariſtotelem ægrotantem confluxiſſe ibi feruntur, qui deinceps ad eos de facultatibus Animæ, tum de futura vita, tamquam ſolatio adverſus mortem, variiſque aliis Philoſophiæ Capitibus dialogi more diſputavit. In fine vero dicitur, pomum e manu Ariſtotelis excidiſſe, eumque exſpiraſſe. Quod & in calce ejuſdem libri editionis Loſianæ pag. 18. legi obſervat Wolfius Tom. I. num. 79. unde hujuſce fabulæ ſynopſim hauſimus. Init. f. 103. אמר אברהם הלוי בר חסדאי זל כאשר עיינתי בזה

18. ביאור ס׳ אוקליד על היסודות BIJUR SEPHER EUKLID AL HAJESSODOTH, *Expoſitio in Euclidis Librum de Elementis* uſque ad Tractatum quintum, ignoti Authoris. Init. f. 112. a t. הנקודה הי דבר שאין לה חלק זה לא יובן כי מה שנשאל

Is Codex ad decimumquintum Chriſti ſeculum eſt referendus; ut ex ſuperius adlata epigraphe liquet.

CCXCIII.

CODEX in quarto, chartaceus, foliis conſtans 168. charactere Rabbinico nitidiſſimo ſcriptus, olim Palatinus; quo continentur,

1. פירוש ר׳ אברהם בן בונט על מדרש תנחומא ורבות R. ABRAHAMI FILII BONET, incertæ ætatis, PERUSC AL MIDRASC THANCHUMA VERABBOTH, ſive *Commentarius in expoſitionem allegoricam R. Thanchumæ filii Aba*, Diſcipuli R. Hunnæ Sacerdotis, & in *Magnas Expoſitiones* veterum Rabbinorum *in Legem*, ſeu Pentateuchum, de quibus ſuperius egimus; ubi & ejuſmodi inſcriptionis rationem declaravimus. Initiales ſingularum Sectionum, & Capitum voces majuſculis quadratis literis, minio fucatis, diſtinctæ ſunt. Initium fol. 1. בתחלה נברא אדם וחוה מאדם מכאן ואילך אין אינו

2. פי׳ על הגדות שבתלמוד מר׳ שלמה בן אברהם בן אדרת R. SALOMONIS FILII ABRAHAMI, BEN-ADDERETH, ſive, ut alii legunt, BEN ADRATH, Barcinonenſis, Anno Chriſti 1280. clari, PERUSCIM AL HAGGADOTH SCEBATTHALMUD, *Commentarii in allegorica dicta*, quæ *in* nonnullis *Tractatibus Talmudicis* occurrunt; videlicet,

In Tractatu *Beracoth*, de Benedictionibus. Init. fol. 132. ב׳פ׳ק׳ דברכות אמר ר׳ אבין בר חסדאי מנין ש׳ה׳ק׳ב׳ה׳.

In Tractatu *Thaanjoth*, De Jejuniis. Initium fol. 150. א׳ל׳ רב נחמן לרב יצחק מאי רכתיב בקרבך קרוש.

In Tract. *Meghilla*, de Volumine Eſther. Initium fol. 153. a terg. שלשה מלכו בכיפה אחאב ונבוכדנאצר ואחשורוש

In Tract. *Bava Bathra*, de Porta poſtrema. Initium fol. 154. a terg. אמר רב יהודה אמר רב כל מה שברא ק׳ב׳ה׳ בעולמו.

In Tract. *Cholin*, de Prophanis. Initium fol. 161. a terg. ר׳ פנחס בן יאיר הוה אזיל לפדיון שבויים פגע ביה.

In Tract. *Nedarim*, de Votis. Initium fol. 166. עשרה דברים נבראו קודם

קודם שנברא העולם ואלו הן תורה

In Tract. *Avoda Zara*, de Idololatria. Initium fol. 167. a terg. דרש רב חנינא בר פפא ואיתימא ר' שמלאי לעתיד לבוא מביא הק"בה.

Porro hi Commentarii sub titulo חדושים *Chidduscim*, seu *Novellæ Expositiones*, sæpius lucem publicam aspexerunt, si quidem postremam excipias, quam in elencho editarum apud Wolfium frustra requiras.

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur exaratus.

CCXCIV.

Codex in quarto, partim chartaceus, partim membraneus, foliis constans 94. charactere Rabbinico descriptus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. Anonymi פירוש על ספר יצירה PERUSC AL SEPHER JETSIRA, *Expositio in Librum de Creatione*, Abrahamo Patriarchæ falso adscriptum, principio manca; ubi de decem Cabbalistarum *Sephiroth*, Numerationibus, sive Adtributis Divinis differitur, adjectis nonnullis *Narrationibus hyperbolicis*, ex Talmude. Initium fol. 1. שהוא מכה העומר שהוא נסתר והבת העליון

2. ספר מהות הנפש לאבונצר אלפרבי ABU-NATSAR ALPHARABI, Philosophi Arabis, seculo Christi decimo medio clari, quem pleno nomine Arabes ابو نصر محمد الترخاني الفرابي *Abu Natsar Mochammed Altharcani Alpharabi*, sive ex *Pharaba*, provinciæ ejusdem nominis ultra Oxum fluvium metropoli, adpellant. SEPHER MAHUTH HANNEPHESC, *Liber de essentia Animæ*, ex Arabico texu in Ebraicam linguam ab Anonymo conversus, quem tamen Sabbathæus in Bibliotheca Ebraica, pag. 107. *Jacobum Anatolium* vocat; a quo & Ebraicam ejusdem Alpharabii libri de Syllogismo, Demonstratione, & Elenchis Versionem, jussu Friderici II. Imp. Anno Christi 1232. elaboratam, testatur Lambecius in Comment. de Biblioth. Cæsarea Lib. I. p. 183. num. 34. Bartoloccius autem Par. II. pag. 824. Ebraicum præfati Operis interpretem statuit R. Zerachiam Levitam, quem putat eundem esse ac R. Zerachiam Hispanum; quamvis Par. I. in voce *Abu-Nassar*, eandem Versionem *Anonymo* adscripserit. Initium fol. 16. a terg. אמר אבונצר בן אלפראבי ידיעת הדבר בכללו ועל אמתתו יושב דה' עניינים.

3. הלכות טרפות HALACOTH TEREPHOTH, *Constitutiones Talmudicæ de Laceratis*, & de iis, quorum pudenda ob cariem ita corrosa sunt, ut aliunde lotium emittere cogantur; ideoque ad generationem inepti censeantur, deque Spuriis. Initium fol. 20. בפרק הערל שנו חכמים ניקב פסול מפני שזרעו נסתם : ניקב כשר מפני שמוליד.

4. Fragmentum Anonymi פי' על ס' יצירה PERUSC AL SEPHER JETSIRA, *Expositionis in librum de Creatione*; item in primam Sectionem *Geneseos*, & in nonnulla Commata *Cantici Canticorum*. Initium fol. 20. a terg. ית' ויתהדר השם הגדול הגבור והנורא שהוא חי וקיים לעדי עד.

5. Anonymi ענין על כרובים ושמות תפלה ENJAN AL CHERUBIM VESCEMOTH THEPHILLA, *Proposita*, sive *Commentarius de Cherubinis Propitiatorii*; de qui-

bus Exod. XXV. 18. uti & de ſingulis nominibus , quibus *Oratio* in Sacris Bibliis nuncupatur , Cabbaliſticus . Initium fol. 21. a terg. מלאך האלהים ואמר הרב כי אינו סמוך ו'ע'כ' נקראת מלאך .

6. Ejuſdem פי' על איכה ועל תענית תשע באב PERUSC AL ECA , VEAL TAANITH TISCIA BEAU , *Expoſitio in Threnos* Jeremiæ Prophetæ , & in *Jejunium diei noni menſis Ab* , ſive Julii , Cabbaliſtica . Initium fol. 50. a terg. איכה פי' בשנת רביעית ליהויקים נכתבה מגילת קינות שנ' לירמיה קח לך'מגלת ספר .

7. הלכות נשיאות כפים HALACOTH NESCIUTH CAPHAIM , *Conſtitutiones de elevationibus manuum* , ſive expoſitio in Ritum Sacerdoti ſervandum , quum proſpera & bona populo adprecatur : quod nos benedictionem dicimus : ignoti Authoris . Init fol. 56. a t. נשיאות כפים בשחרית במוסף בנעילה הכהנים נושאין את

8. מעשיות התלמוד MAASSIOTH HATTHALMUD , *Hiſtoriæ* , ſeu fabuloſæ narrationes , ex *Talmude* decerptæ ; videlicet ,

I. מעשה חוני המעגל MAASSE CHONI HAMMAAGAL , *Hiſtoria Oniæ Circularis* , ſeu circulorum , aut orbium formatoris , quod cognomentum a more , quem precaturus ſervabat , circulum nempe in pavimento delineandi , & in eo , dum preces ad Deum funderet , variaque portenta patraret , quæ arti magicæ tribuit Bartoloccius Par. I. pag. 704. & III. pag. 268. conſiſtendi , ſortitus eſt . Inter cetera inſulſa dicitur , eum tempore magnæ ariditatis circulum in Templo Salomonis efformaſſe , quo incluſum , votum feciſſe , ſe inde non eggreſſurum , quouſque pluvia , quæ per tres annos deſiderabatur , de cælo deſcenderet ; ac non multo poſt voti compos factus , tantam aquarum copiam excitaſſe , quanta nunquam antea viſa fuerit . Confer de eo Joſephum Gorionidem lib. IV. cap. 19. Unde colligitur , ipſum vixiſſe tempore Ariſtobuli , & Hyrcani , adeoque Anno Mundi 3697. i. e. ante Chriſtum natum 63. malaque morte multatum . Initium fol. 59. ת'ר' פעם אחת יצא רוב אדר ולא ירדו גשמים שלחו .

II. מעשה ר' נחום איש גם זו MAASSE , ſive *Hiſtoria* , R. NACHUM ISC GAM ZU , i. e. *hoc etiam bonum* : quod cognomentum ideo fuit illi impoſitum , quia quidquid boni , vel mali eidem eveniebat , ea verba ipſi ſemper in ore erant . Ibi autem narratur miraculum ab eo patratum de pulvere , loco lapidum pretioſorum , quos Imperatori Romano Judæi dono miſerant , a quibuſdam diverſoribus in arcula condito , quem in gladios , & lanceas divinitus converſum fabulantur . Vide Bartoloccium Par. III. pag. 448. ubi & ærumnas , variaſque corporis infirmitates , in quas Nachum ipſe incidit , ex Talmude repetit . Initium fol. 59. a terg. אמרו עליו על נחום איש גם זו שהיה סומא משתי עיניו .

III. מעשה נקדימון בן גוריון MAASSE NAKDIMON BEN GORION , *Hiſtoria Nicodemi filii Gorionis* , fratre Joſephi Gorionidæ Hiſtorici , qui pluviam precibus ſuis impetraſſe fingitur , qua ciſternam aridam impleverit , ad celebrandum Tabernaculorum feſtum ſibi a quodam milite Romano conceſſam . Initium fol. 60. ת'ר' פעם אחת עלו ישראל לרגל לירושלם ולא היה להם

IV. מעשה בית חוניו MAASSE BETH CHONIU , *Hiſtoria Templi* Ebræorum Alexandriæ in Ægypto a quodam *Chonio* ædificati . Initium ibid. כהנים ששמשו בבית

בבירת חוניו כך היה המעשה כשנפלו ·

9. מאמר על כהן שנשתמד Maamar al Cohen sceniscthamad, *Dissertatio*, sive *Quæstio de Sacerdote apostata*; an, scilicet, ad ministerium Synagogæ admittendus sit, si quidem ad Judaismum redeat; an vero ceu irregularis perpetuo inde arcendus. Id quod & de Sacerdote homicida quæritur. Init. fol. 60. a terg. איבעיא להו כהנים שנאנסו במי השמד ונטמאו ברתי הנוים

10. הלכות תשובה Halacoth Thesciuva, *Constitutiones de Pœnitentia*; ubi & de ritu, ac formula confessionis peccatorum differitur, absque Authoris nomine. Init. f. 62. a t. תניא רבי שמעון בן אלעזר אומ' עשה עד שאתה מוצא ומצוי

11. Anonymi פירוש על מסכת קדושין ויבמות Perusc al Massecheth Kidduscin, Vejevammoth, *Expositio in Tractatus* Talmudicos, *de Sponsalibus*, *& de Fratriis*, seu Fratris absque liberis defuncti uxore ducenda. Initium fol. 80. a t. בתולה בת ישראל דאיעברה מנוי או מעבד וילדה זכר לכשיגדיל חייב

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

C C X C V.

Codex antiquus, in quarto, partim membraneus, partim chartaceus, foliorum 110. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. אגרת על ס' מורה נבוכים מר' יצחק הנשיא מסרקוצה לתלמידו ר' יוסף R. Isaaci Hannasci, idest Principis, Cæsaraugustani, XIII. Christi seculo clari, Iggehereth al Sepher More Nevuchim, *Epistola de libro* R. Mosis Maimonidæ, qui *Director perplexorum* inscribitur, *ad Discipulum suum R. Josephum*; principio manca. Init. f. 1. ולהתבונן במשטיהם והנה רבו היום המכנים

2. Ejusdem קבלה האמתית Kabbala haamethith, *Traditio fidelis*, sive Epitome præfati libri More Nevuchim; præfixa expositione in Tractatum de Scientia, primum alterius Operis Maimonidæi, quod יד חזקה *Jad chazaka*, seu *Manus Fortis* nuncupatur. Eo autem titulo alias Judæi doctrinam omnem, quæ rationibus probatur, & fide digna est, qualem in prædicto libro More Nevuchim esse authumant, adpellare solent. Init. fol. 4. ממה שבא בתחלת ספר המדע שהוא ית' ממציא כל נמצא וכל הנמצאים משמים ·

3. פירוש האותיות מר' חסדי מאלכסנדריאה R. Chasdai Alexandrini, quem Wolfius non esse distinguendum monet a *R. Chasdai Hispano Ægyptio*, Maimonidæ æquali, cujus meminit R. Gedalias in Catena Traditionis p. 50. Perusc Haothjoth, *Expositio Literarum* Alphabeti Ebraici, Cabbalistico-Astronomica; qua probatur ordinem Universi ex vi literarum pendere; statuiturque ideo influxus astrorum in hæc inferiora, & quomodo ex eorum aspectu diluvium universale, exitus Israelitarum ex Ægypto, eorum mansiones in deserto, Templi Hierosolymitani prima, & secunda ædificatio, ejusdemque prima per Chaldæos, altera per Romanos eversio, & his similia prænosci potuerint. Additur præterea, adventum Messiæ Judaici futurum, dominante Saturno, anno Creationis Mundi 5020. Christi 1260. & Religionem ipsam iisdem astrorum influxibus esse subjectam; ita quidem, ut

ejus ortus, conservatio, incrementum, atque interitus ab astris omnino emanent. Bartoloccius, & ex eo Wolfius futile hoc opusculum bis commemorant, semel quidem, ceu Tractatum de influxu astrorum sub nomine nostri Chasdai Alexandrini; deinde vero, ut Anonymum, eodem, quo a nobis inscribitur, titulo insignitum. Initium fol. 15. a terg. והוא סוד מהסודות ומי שידעם ידיעה נכונה ושלימה ידע כל זה המצוי מראש ועד סוף.

4. Ejusdem R. Chasdai Alexandrini אגרת להרמבם IGGHERETH LEHARAMBAM, *Epistola ad R. Mosen filium Maimon, in Civitate Mesraim*, seu Cairo Ægypti metropoli, *commorantem*; qua illum interrogat de æternitate Mundi, varietate Legum, & Cælorum motibus. Desideratur responsio Maimonidæ. Init. f. 16. a t. אמר התלמיד הנני נשבע להדרתך שבשבועה חמורה השביעני אדוני

5. פירוש על ספר בראשית PERUSC AL SEPHER BERESCITH, *Expositio in Librum Geneseos*, Cabbalistica, principio manca; incipit enim a commate 2. Capitis I. fol. 18. תהו הוא הנקרא להו קו ירוק והוא התשובה כלו ההוא הבניין

6. פי על ס"סתרי תורה מר' שם טוב R. SCEM TOV, forte filii Abrahami, qui anno Mundi 5085. Christi 1325. Saphetæ in Galilæa claruit, & quem laudat Jo. Gagnerius in Catalogo Bibl. Bodlejanæ Par. I. num. 41. inter Codd. Huntingtonianos, apud Wolfium Tom. III. pag. 1132. PERUSC AL SEPHER SITHRE THORA, *Expositio* in librum R. Mosis Nachmanidæ *de Arcanis Legis*, ubi de mysteriis, quæ in Pentateucho occurrunt, Cabbalistice agitur; principio & fine manca. Initium fol. 26. תהלרת כל דברי הידוע רבתי לתרחק כדבר שמהשכת.

7. פי' על הגדות התלמוד מר' שלמה בן אברהם בן אדרת R. SALOMONIS FILII ABRAHAMI BEN-ADDERETH, Barcinonensis, de quo supra, PERUSC AL HAGGADOTH HATTHALMUD, *Expositio in allegorica & mystica dicta Talmudis*, quæ in hisce Tractatibus obvia sunt; videlicet,

I. In מסכת ברכות *Massecheth Beracoth*, Tract. de Benedictionibus. Init. f. 27. אמר ר' אבין בר אידי אמר ר' יצחק מנין שה'ק'ב'ה' מניח תפילין שנאמר

II. In מס' תעניות *Massecheth Thaanjoth*, Tract. de Jejuniis. Init. f. 61. אמ' ליה רב נחמן לר' יצחק מאי דכתיב בקרבך קדוש ולא אבא בעיר.

III. In מס' מגלה *Massecheth Meghilla*, Tract. de Volumine, seu Historia Esther. Initium fol. 67. a terg. תר' שלשה מלכו בכיפה אחאב בן עמרי ונבוכדנצר ואחשורוש ותו ליכא והא איכא.

IV. In מס' בבא בתרא *Massecheth Bava Bathra*, Tract. de Porta postrema. Init. f. 70. אמר רב יהודה אמר רב כל מה שברא ה'ק'ב'ה' בעולמו זכר ונקבה בראם

V. In מס' חולין *Massecheth Cholin*, Tract. de Prophanis. Init. fol. 84. a terg. ר' פנחס בן יאיר הוה אזיל לפדיון שבויים פגע ביה גנאי נהרא

VI. In מס' נדרים *Massecheth Nedarim*, Tract. de Votis. Init. fol. 95. a terg. שבעה דברים נבראו קודם שנברא העולם ואלו הן תורה

VII. In מס' עבודה זרה *Massecheth Avoda Zara*, Tract. de Idololatria. Init. fol. 96. a terg. רדש ר' חנינא בר פפא ואיתימא ר' שמלאי לעתיד לבא מביא ה'ק'ב'ה' ספר תורה ומניחו בחיקו.

8. מספר המפתח להר"מבם MISEPHER HAMAPHTHEACH LEHARAMBAM, *Excerpta ex libro Clavis R. Mosis Maimonidæ*, de præstantia veterum Rabbinorum,

norum, eorumque vera Sapientia. Nullibi tamen hujusmodi inscriptionis librum Maimonidæ adscriptum legimus. Init. fol. 99. a terg. כתב הרמבם זל בספר חמפתח החכמים הראשונים היו חכמים גדולים ·

9. Anonymi *Expositiones in varia allegorica dicta Talmudis*, quæ הגדות HAGGADOTH vocantur. Init. fol. 105. a terg. בקש דוד לעבוד ע׳ז׳ א׳ל׳ חושי הארכי יאמרו מלך שכמותך יעבוד ע׳ז׳ ·

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur conscriptus.

CCXCVI.

CODex chartaceus in quarto, foliis constans 187. charactere Rabbinico exaratus; ubi continentur,

1. קצור ס׳ המידות של אריסטו והנהגות אפלאטון מר׳ יוסף בן כספי R. JOSEPHI FILII CASPI, Barcinonensis, decimotertio Christi seculo clari, KITSUR SEPHER HAMMIDOTH LEARISTO, VEHANNAHAGOTH APLATON, *Compendium cum brevi expositione libri Ethicorum* ARISTOTELIS, & *Reipublicæ* PLATONIS, in decem מאמרים *Maamarim*, Sermones, seu Capita distributum; unde errandi ausam nactus est Bartoloccius, qui tam in Indice Ms. Vaticano, quam in Bibliotheca sua Rabbinica, hocce Compendium פיר׳ על העשר מאמרות *Expositionem in decem Prædicamenta* inscripsit. Forte idem est cum libro morali ejusdem Aben Caspi, qui exstat in Bibliotheca Regia Taurinensi, & quem ignotum fuisse Buxtorfio, Hottingero, Plantavitio, Bartoloccio, Wolfio, ceterisque omnibus, qui de Josepho Ben-Caspi verba fecerunt, cl. Pasinius in Catalogo ejusdem Bibl. Tom. I. Cod. XCVII. pag. 35. adfirmat: Init. fol. 1. בני אם חכמת חכמת לך כי יש לכסף מוצא להוציא מספרי החכמים

2. כללי הדקדוק שכתב ר׳ מרדכי לתלמידיו CHELLALE HADDIKDUK SCECATHAB RABBI MORDOCHI LETHALMIDAU, *Conclusiones*, sive *Regulæ*, & *summa capita Grammaticæ* Ebraicæ, *quas scripsit ad usum discipulorum suorum R. Mardochæus*, cujus cognomentum, ætas & patria latent. Initium fol. 81. לשון הקדש נחלק לשלשה חלקים פעולות שמות ומלות ·

3. מראות אלהים מר׳ חנוך בן שלמה אלקסטאנטיני R. CHANOC, sive ENOCHI, FILII SALOMONIS, *Constantinopolitani*, MAREOTH ELOHIM, *Visiones Dei*, ex Ezech. I. 1. sive Commentarius Cabbalisticus de Visionibus Propheticis Isaiæ, Ezechielis & Zachariæ, in tres Partes distributus; quarum,

I. De *Curru Isaiæ*, incipit fol. 91. אמר חנוך בן שלמה אלקוסטנטיני ממשפחת החנוכי לא אליכם כל עוברי ·

II. De *Curru Ezechielis*, incipit fol. 99. a terg. ויהי בשלשי׳ וגו׳ דע אתה המעיין שמאמר זה כי יש סבה נעלמה ·

III. De *Candelabro Zachariæ*, incipit fol. 106. a terg. דע אתה המעיין במאמר זה שאין הפלגת במאמר הנביא ·

Bartoloccius in Indice Ms. Vaticano pag. 512. hunc librum sic inepte describit: *Clavis prophetica, ad aperiendum Paradisum Prophetiæ Isaiæ. Et hæc est prima Pars. Secunda Pars tractat de qualitate Prophetiæ Ezechielis, illaque comparatur Prophetiæ Isaiæ. Tertia Pars tractat de Candelabro Zachariæ.* Vi-

Vide ſupra Cod. CCXVII. ubi Bartoloccii de hoc ipſo opere hallucinationes indicavimus.

4. ביאור מעשה מרכבה לר׳ דוד בן יוסף קמחי R. DAVIDIS FILII JOSEPHI KIMCHI, Hiſpani, qui floruit ſecundum Ganzium Anno Mundi 4950. Chriſti 1190. BIJUR MAASSE MARCHEVA, *Expoſitio in Opus Quadrigæ* Ezechielis Prophetæ, Cabbaliſtica; de qua tamen unicum folium heic habetur. Initium fol. 109. נקראת מרכבה לנביא שראה הנבואה כן לפי שנראתה לו על דמות ארבע חיות.

5. Fragmentum ביאור מעשה המרכבה מנרבוני BIJUR MAASSE HAMMARCHEVA MINARBONI, *Expoſitionis Narboni*, ſive *R. Moſis Narbonenſis*, Anno Mundi 5118. Chriſti 1318. clari, *in Opus Quadrigæ*, ſive in Ezechielis Prophetæ Caput Primum. Init. f. 110. החלק השלשי זמן שיעור מה שהיישירו אליו אם יש לבך

6. מאמרי הפילוסופים MAAMARE HAPPILOSOPHIM, *Dicta*, ſeu *Apophtegmata Philoſophorum*, principio mutila, quæ Wolfius Tom. II. pag. 350. perperam cum iis, quæ collegit R. Chanina filius Iſaaci, de quo mox infra, confundit. Init. f. 117. אי לך בחכמה משלמי גמול הדרה לעבודת אלהיו בהיות בשם

7. קערת כסף מר׳ יוסף איזובי R. JOSEPHI EZOVI, ſive *Hyſſopæi*, Perpinianenſis, de quo alibi, KAARATH CHESEPH, *Scutella*, ſeu, ut habet vulgata Sacrorum Bibliorum editio, *Acetabulum argenteum*, ex Num. VII. 13. Eſt Carmen morale, ſatis elegans, verſibus conſtans 130. ſecundum pondus ſcutellæ, loco Scripturæ citato memoratæ, quod in die Nuptiarum *Salomonis* filii, audientibus convivis omnibus, Author noſter recitaſſe dicitur, ut, ſcilicet, filius ipſe quomodo in conjugem, liberos, & familiam gerere ſe debeat, inſtrueretur. Initium fol. 122. a terg. אלה דברי השירה אמר המוסרים צרי לנפש ומרפא לבשר.

8. דאעת המולד DAATH HAMMOLAD, ſive *Regulæ ad inveniendam conjunctionem, & oppoſitionem*, alioſque aſpectus *Luminarium*; ubi & de ſeptem ſignis Zodiaci, eorumque nominibus, quæ Ebraice, Arabice, & Latine, literis tamen Rabbinicis deſcripta ſunt; item de anno intercalari agitur; abſque authoris nomine. Init. fol. 125. תנו רבנן פעם אחת נתקשרו השמים בעבים

9. Anonymi, *Expoſitio vocabulorum difficiliorum*, quæ in הגדה של פסח HAGGUDA SCEL PESACH, *Myſtica Narratione de Paſchate*, ſive de ritibus in Paſchali feſto rite celebrando receptis, obvia ſunt. Init. fol. 125. a terg. אין מפטרין אחר הפסח אפיקומין זו תשובה לקליות אגוזים.

10. קבוצי הפילוסופים מר׳ חנניה בר יצחק R. CHANANIÆ F. ISAACI KIBBUTSE HAPPILOSOPHIM, *Collectanea*, ſeu *Apophtegmata* moralia ex variis Græcis æque ac Latinis *Philoſophis* deſumta; ubi & de morte *Alexandri Macedonis*, & de nativitate ac educatione *Ariſtotelis*, & quomodo Philoſophiam didicerit cum eſſet ſervus cujuſdam Regis, cui nomen *Ithphoras*. Opus imperfectum, verum jam typis vulgatum. Initium fol. 126. אמר חנניה עקר קבוצי אלה כי היו מלכי יון וזולתם מלמדים לבניהם בחכמה הפילוסופיה.

11. מגלת יהודית MEGHILLATH JEHUDITH, *Volumen*, ſeu *Hiſtoria Judithæ*, ſuppoſititia; utpote quæ in ſola Holophernis cæde cum Vulgata concordat. Prodiit jam Ebraice Venetiis apud Vendraminum per Joh. Imberti in 8. Init. fol. 127. a t. ארפכשר מלך פרס כבש עמים רבים למלכותו ובנה עיר ששמה בנתנים

12. MAAS-

12. מעשה סנדאבר MAASSE SANDABAR, *Historia Sandabaris*, Principis Sapientum Indiæ, quæ alias משלי סנדאבר *Miscle*, seu *Proverbia Sandabar*, inscribitur. Ibi de calliditate feminarum, & quomodo earum prudentia filius Regis Indorum a morte sit liberatus, potissimum differitur. Initium fol. 131. a terg. בימים ההם מלך היה בארץ הודו ויאהבהו אנשי הודו

13. אגרת בעלי חיים מר' קלונימוס בן קלונימוס R. KALONYMI FILII KALONYMI, IGGHERETH BAALE CHAJIM, *Epistola de vita præditis*, sive de *Animalibus*, ex *Abulpheda* Arabe excerpta, & in Ebraicum idioma ligata oratione eleganti conversa; in qua varia animalium genera introducuntur loquentia, & exponentia singula rationes suas, facultates, vires ac naturæ indolem, ita quidem, ut simul hominis conditio & prærogativæ præ ceteris omnibus eluceant. Buxtorfius & Sabbathæus nullam de Abulpheda mentionem faciunt, sed eam Epistolam primum ex Græco in Arabicum, ex hoc vero in Ebraicum sermonem a nostro R. Kalonymo conversam ajunt. Quam in sententiam concurrit Wolfius Tom. I. num. 1892. ubi binas ejusdem Epistolæ editiones, Mantuanam scilicet, & Francofurtiensem ad Mœnum commemorat. Init. f. 147. אמר קלונימוס המעתיק זה הספר מבעלי חיים בהעתקת

14. חרוזים על מחלוקת ספר הרב מורה נבוכים CHARUZIM AL MACHLOKETH HARAU MORE NEVUCHIM, *Carmina in Librum Directorem perplexorum Magistri*, quo nomine per antonomasiam Moses Maimonides adpellatur; authore Anonymo, quem tamen Bartoloccius suspicatur esse R. Josephum Hyssopæum, utpote Synagogæ Narbonensis addictum, quæ ad exemplum aliarum Synagogarum Gallicarum Maimonidem novitatis, & hæreseos nomine notavit, & præfatum ejus librum anathemate percutiendum, flammisque tradendum censuit. Init. fol. 182. לעתיקם אשר כמי חוקים ספרים ונבואות מעותקים

15. לוח המולדות LUACH HAMMOLADOTH, *Tabula Neomeniarum*, & Cycli Solaris ac Lunaris, cum regulis ad singula novilunia invenienda. Initium fol. 186. a terg. מחזור מ' מ'א' חלקים כל הלילות מחדש שבט

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CCXCVII.

CODex antiquus, in quarto, foliorum 147. Rabbinicis literis exaratus; quo continentur,

1. קבוצי הפילוסופים KIBBUTSE HAPPILOSOPHIM, *Apophtegmata*, seu *sententiæ morales Philosophorum*, per Anonymum collectæ. Initium fol. 1. אלפטון החכם ראה יום אחד מתלמידיו.

2. Fragmentum מעשה תורה MAASSE THORA, OPERIS LEGIS, quod RABBENU HAKKADOSC, *Magistro nostro Sancto*, i. e. R. Judæ filio Simeonis tribuitur; ubi ex Ghemara hinc inde collecta sunt veterum pronunciata de momentis, aut rebus tribus, quatuor, &c. usque ad decem, quæ idem prædicatum patiuntur, qualia etiam in libro Proverbiorum Salomonis, & Siracide, itemque in Pirke Avoth, seu Capitulis Patrum leguntur. Init. fol. 5. a terg. ג' אין נכנסין לגוף והגוף נהנה מהם רחיצה סיכה ותשמיש

3. Anonymi מאמר על מציאות השם MAAMAR AL METSIUTH HASCEM, *Tractatus de eſſentia Dei*, ejuſque adtributis, Philoſophicus, principio mutilus. Initium fol. 7. קנויני וזה עיון רק ר'ל' לבאר שממיני התוארים

4. פירוש על ספר מורה נבוכים PERUSC AL SEPHER MORE NEVUCHIM, *Commentarius in librum Directorem perplexorum* R. MOSIS MAIMONIDÆ, ſine mancus. Authoris nomen ignoratur. Initium fol. 29. הנה מאז באת אלי ר'ל' הנה מזמן קדום הירה דעתך.

5. דרכי התשובה DARCHE HATTHESCIUVA, *Viæ Pœnitentiæ*, ſive Tractatus moralis de ratione pœnitentiæ agendæ, deque moribus corrigendis, qui in aliis exemplaribus ר' יהודה החסיד R. JUDÆ HACHASID, ideſt *Pio*, adſcribitur; principio mutilus. Initium fol. 45. והצלחתו בשני עולמים כמ' שאמר תורת יהוה משיבת נפש.

6. ספורי SIPPURE, *Acta virorum Athenienſium cum Sapientibus Hieroſolymitanis*, quæ cum מדרש איכא MIDRASC ECA, *Expoſitione allegorica in Threnos Jeremiæ* ſæpenumero lucem publicam aſpexerunt. Initium fol. 51. חד מן אתינא אתא לירושלם ועל לבית ספרא.

7. Fragmentum פירוש על ספר דברים PERUSC AL SEPHER DEVARIM, *Expoſitionis in librum Deuteronomii* allegoricæ, a Cap. IV. ad Cap. VIII. Init. fol. 52. מוסכמת עליה מהמדע העליון נמנעת ההסרה הסרה מוחלטת

8. Fragmentum ס' מורה נבוכים מהרמבם SEPHER MORE NEVUCHIM MEHARAMBAM, *Libri* R. MOSIS MAIMONIDÆ, qui *Director perplexorum* nuncupatur, a medio circiter Capite decimo Partis I. ad ejuſdem Caput trigeſimum quartum. Init. f. 61. המשתתפים אין רעתינו שנזכור כל עניין שיאמר עליו

9. Anonymi fragmentum ספר התכונה SEPHER HATTHECUNA, *Tractatus Aſtronomici*, cujus folia adeo tineis corroſa ac vetuſtate abſumta, ut vix ac ne vix quidem legi poſſint. Init. f. 76. הירח המחונת ובה היכל לרעת תנועת הירח

10. Fragmentum Tractatus על הנפש AL HANNEPHESC, *De Anima, & ſupplicio futuri ſeculi*, principio mancus, qui *Granatæ in Hiſpania* dicitur compoſitus; unde facile crediderim, eum fœtum eſſe *R. Samuelis Tibbonidæ*, qui ejuſmodi argumenti librum, *R. Moſi Maimonidæ* adſcriptum, ex Arabico Ebraicum fecit. Init. f. 82. קיום האמונה תלוי בהם בדבר נמשכת ממעלת

11. ספר מהורת הנפש לאבונצר אלפרבי ABU-NATSAR ALPHARABI, Philoſophi Arabis, SEPHER MAHUTU HANNEPHESC, *Liber de eſſentia Animæ*, Philoſophicus, ex Arabica lingua in Ebraicam a *Jacobo Antoli*, ſeu *Anatolio*, ſi Sabbathæo fides habenda, converſus; de quo fuſius ſupra in Cod. CCXCIV. num. 2. Initium fol. 84. a terg. אמר אבונצר ידיעת הדבר בכללו ועל אמתתו יושג בחמשה עניינים.

12. אגרת הפטירה מאבובכר בן יחיאל אלציג לאחד מאחיו, ABU-BACRI FILII JECHIELIS ALTSAJEG, ideſt, *Aurificis*, Arabis, IGGHERETH HAPPETIRA LECHAD MECHAU, *Epiſtola diſceſſus, ad unum ex Fratribus ſuis*, moralis, inedita; ubi de abductione animi a rebus terrenis & prophanis ad Deum; Ebraice ex Arabico reddita a R. CHAIIM, FILIO JUDÆ, ut in ejuſdem clauſula, fol. 108. a tergo adnotatum reperias, hiſce verbis: נשלמה אגרת הפטירה ומה שנמשך בה מדברי אבובכר בן יחיאל אלצאיג רחמה אלוה והמעתיקה מלשין

הנרי

הנרי לעברי הוא החכם ר׳ חיים בר יהודה בן ביבאש נ״ר״ו ונכתב על יד יצחק בר שאלתיאל יצ״ו *Explicit Epistola discessus Abu-Bacri filii Jechielis Altsajeg; cujus Deus misereatur. Eam ex lingua Agarena* (sic Arabicam vocant) *in Ebraicam convertit Sapiens R. Chaiim filius Judæ Aben Vivasc. Exscripta autem fuit manu Isaac filii Salathielis, quem Deus custodiat*. Init. fol. 104. a terg. מאמר לאבובכר נמשך לאגרת הפטירה כבר בארנו בקצרה באגרת

13. פי׳ על סדר המספר של אוקליד מר׳ אברהם בן שלמה ירחי הצרפתי R. ABRAHAMI FILII SALOMONIS JARCHI HATSARPHATHI, i. e. Galli, incertæ ætatis, PERUSC AL SEPHER HAMMISPAR SCEL AOKLID, *Commentarius in librum Euclidis de Arithmetica*, imperfectus, qui aliunde suppleri nequit, quum nullum aliud ejus exemplar in ceteris Bibliothecis reperiatur. Init. fol. 109. אמר אברהם בן שלמה הירחי הנה משכילי העיון החכמה

14. ביאור על אגרת הפטירה של אבובכר אלציג מר׳ משה BIJUR AL IGGHERETH HAPPETIRA, *Expositio in Epistolam* ABU-BACRI ALTASAJEG *de discessu* seu avocatione animi a rebus mundanis ad Deum, de qua mox supra, in Præfationem, principio mutilam, & Capita VIII. distributa; authore quodam R. MOSE, cujus agnomentum atque ætas latent. Initium fol. 115. שהוא ייחס זאת ההנעה אל הדמיון נאסר עליו מה שאמר בתחילת הספר·

Is Codex ex oscitantia Bibliopæi perperam compactus est; folium enim 122. post 128. reponendum. Scriptus autem videtur seculo XIV.

CCXCVIII.

CODex antiquus, in quarto, partim bombycinus, partim membraneus, foliis constans 79. charactere Rabbinico exaratus. Ibi continentur,

1. Anonymi פירוש על הפיוטי ר׳ אליעזר הקליר PERUSC AL HAPPIUTE, *Expositio in Hymnos* R. ELIEZER HAKKALIR, Poetæ insignis, quibus Judæi diebus festis in Synagoga uti consueverunt; fine manca. Initium fol. 1. אל אזור גבורה פסוק הוא נאזר בגבורה לך זרוע עם גבורה·

2. מאמר על התנינים מר׳ משה בן שמואל אבן תבון R. MOSIS FILII SAMUELIS ABEN TIBBON, Granatensis Hispani, variorum operum ex Arabico in Ebraicum sermonem interpretatione, circa annum Christi 1276. clari, MAAMAR AL HATHANNINIM, *Tractatus de Cetibus*, seu *Piscibus immensæ magnitudinis*, a Deo in principio creatis, Philosophicus, nondum typis commissus. Init. fol. 15. יוכל לנזור מה שירצה אולהמית אומות רבות ומלכיות חזקות

3. Ejusdem פירוש על הגדות התלמוד PERUSC AL HAGGADOTH HATTHALMUD, *Expositio hyperbolicarum, ac portentosarum narrationum*, quæ in *Talmude Babylonico*, speciatimque in Tractatu *Bava Bathra*, Porta Postrema Cap. V. obviæ sunt; ut puta de longævitate antediluviana, de magnitudine Og Regis Basan, de Bove, Rana, Avi, & aliis hujusmodi visis a *R. Bar bar-Channa*. Initium fol. 24. בראש הק״ב״ה׳ איתי עעיך וקבלו מטר

4. Ejusdem פירוש על המידות ועל המשקלות PERUSC AL HAMIDDOTH VEAL HAMISCKALOTH, *Commentarius de valore Numorum, mensuris aridorum, & liquidorum*, deque variis *ponderum* generibus, quæ in Sacris Literis, & Tal-

mude memorantur. Initium fol. 38. הדינר שש מעין המעה שש עשרה שעורין הסלע
5. Anonymi סגולות הרוזמרים SEGULLOTH HAROZMARIM, *Virtutes Libanotidis*, seu *Rosmarini*, quæ sexdecim numerantur, adversus varias infirmitates. Initium fol. 38. a terg. העשב הזה הוא חם ויבש במעלה הרביעית היא מועלת
6. על אברי בני אדם Al EVARE BENE ADAM, *De Membris*, *& Organis Corporis humani*, Tractatulus Physicus ignoti Authoris. Initium fol. 39. לכה הרואה שהוא בכח ומוציאו לפועל או כמו שתנועת הגלגלים.
7. Anonymi שירת מוסר SCIRATH MUSAR, *Carmen morale* de reverentia præsertim Synagogæ, & Parentibus præstanda. Initium fol. 42. שמע אלי ואל תבוז למיליו : ואם ינון מצא ובי וצרה.
8. הלכות התפלה HALACOTH HATHEPHILLA, *Constitutiones de Oratione vocali*, speciatimque de tempore ad orandum debito, fine mutilæ. Init. fol. 43. שנ' היא העולה עמו' וג' זמנה עד שיעלה עמוד השחר
9. Anonymi ביאור על שיר השירים BIJUR AL SCIR HASCIRIM, *Expositio in Canticum Canticorum*, literalis; principio tamen manca. Initium fol. 52. חוטפת והוא רחוק ויש אומרים ננעלת ולי המעה נראה בעיני.
10. שבילי הלקט מר' יהודה הפילוסוף SCEVILE HALEKET, *Semitæ Collectionis*, sive *Spicilegium*, de re Grammatica, & Phylosophica, quod & שבילי דעה *Semitæ Scientiæ* inscribitur; de quo tamen non exstat nisi Fragmentum quatuor membraneis foliis comprehensum; authore R. JUDA PHILOSOPHO, forte *filio Mosis*, *filii Danielis*, *Romano*, de quo superius. Initium fol. 60. שיש שם מצוי מלת שם ערכית והוה ארה בערכי מציאות
11. Fragmentum ביאור על פירוש רשי" BIJUR AL PERUSC RASCI, *Expositio commentarii R. Salomonis Jarchi filii Isaacii*, *in Genesim*, principio manca; absque nomine authoris. Init. f. 66. אני ללבי מה השתוחחי נפשי : ואקום ואצא
12. Anonymi מאמר על גילגול הנפשיות MAAMAR AL GHILGUL HANNEPHASCIOTH, *Tractatus de revolutione*, seu *transmigratione Animarum*, quam futilibus argumentis probare nititur. Initium fol. 69. a terg. אלא שהשם חשב מחשבה לבלתי ידח ממנו נדח ולא ישא אלהים נפש.
13. ספר על צורת האדם SEPHER AL TSURATH HAADAM, *Liber de Figura hominis*, Cabbalisticus, ignoti authoris, fine mutilus; ubi agitur de membris, nervis, & reliquis partibus humani corporis, quæ ad Deum Creatorem referuntur. Item de Curru Ezechielis, deque nomine Dei Tetragrammato; in quo præ ceteris commentis Cabbalisticis, quæ circa hocce argumentum adferuntur, author ait, contineri Misericordiam, & Justitiam, nempe Præcepta omnia Legis tam adfirmantia, quam negantia, & Misericordiam quidem in יה, Justitiam vero in וה. Idque evincit ex illis duabus dictionibus Exod. III. 15. זה שמי לעלם וזה זכרי, *Hoc mihi nomen est in æternum*; *& hoc memoriale meum*. Nam secundum Judaicam supputandi rationem, literæ, quibus constant voces שמי & זה, numerum 365. efficiunt, quem ad præcepta negantia refert; ex iis vero, quæ וה & זכרי componunt, summam 284. Præceptorum adfirmantium colligit, non vero 252. ut perperam supputat Bartoloccius Par. IV. num. 1453. ubi hunc ipsum librum commemorat. Init. f. 72. האדם ובכ' יתבאר צורת האדם וסוד המילה ומכמה
Is

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CCXCIX.

Codex antiquus, in quarto, foliorum 85. quadratis literis exaratus; ubi continentur,

1. מעשה תורה נאמרה על יד רבינו הקדוש MAASSE THORA NEEMERA AL JAD RABBENU HAKKADOSC, *Opus Legis dictum per Magistrum nostrum Sanctum*, i. e. R. JUDAM FILIUM SIMEONIS. Sunt apophtegmata & sententiæ morales, ex Sacra Scriptura, Ghemara, & Capitulis Patrum hinc inde collecta de momentis, aut rebus tribus, quatuor, quinque &c. usque ad decem, quibus idem prædicatum aptari potest: puta *Tria sunt, quæ gratiam inveniunt in oculis hominum, Legis adfectio in oculis discipuli, Mulieris in oculis viri sui, & rei vendibilis in oculis emtoris*. Prodierunt cum Ben-Sira Amstelod. 1697. in 12. atque alibi. Initium fol. 1. שלשה פעמים בכל יום הכרוז יוצא ואומר נוח לו לאדם שלא נברא ועכשו שנברא.

2. סדר הארבע פרשיות SEDER HAARBAA PERASCIOTH, *Ordo quatuor Sectionum* Pentateuchi, quæ ineunte Festo Paschatis prælegi solent; quarum I. nuncupatur שקלים SCEKALIM a *Siclo*, in usum Sacrificii, & Templi Hierosolymitani offerendo, qui ibidem memoratur; incipitque a commate 11. Cap. XXV. Exodi, & desinit in com. 16. ejusdem Capitis. II. זכור ZACOR, *Memento*, quia in ea præcipitur deleri memoriam Amelecitarum; a com. 17. Cap. XXV. Deuteronomii ad finem ejusdem Capitis. III. פרה PARA, i. e. *Vacca rufa*, ex prima voce; a com. 2. Cap. XIX. Numerorum ad com. 17. ejusdem Capitis. IV. demum, item ex prima voce החדש HACHODESC, *Mensis* inscripta; a com. 2. Cap. XII. Exodi, usque ad com. 20. ipsius Capitis, Accedunt הפטרות HAPHTAROTH, sive *Lectiones* e Prophetarum libris, quæ præfatis quatuor Sectionibus, juxta receptam apud Judæos consuetudinem, adjungi solent. Initium fol. 17. סדורהין וסימניהן אלו הן הימים שחל בהן ראש חרש אדר הסמוך לניסן.

3. סדר העומר SEDER HAOMER, *Ordo Manipuli* spicarum hordei, cujus plus Deo offerebatur, die secundo Paschatis, juxta Legem Levit. XXIII. a com. 9. ad 22. necnon *Ordo Numerationis* septem hebdomadarum, quæ inter Pascha & Pentecosten interjiciuntur. Vide Bartoloccium Par. II. pag. 710. & seqq. ubi de hisce ritibus, & cæremoniis adcurate disserit. Init. fol. 19. a. t. ומנהג הוא בכל ישראל בליל שניה של פסח שמתחיל למנות ימי העומר.

4. לוח הימים LUACH HAJAMIM, *Tabula*, seu *Index Dierum*, in quos nec Pascha Azymorum, nec Festum Tabernaculorum, & Expiationis cadere possunt, secundum hodiernam Ebræorum consuetudinem, quam docte refellit Bartoloccius Par. II. variis in locis; additis *regulis* ad invenienda Festa mobilia, & Jejunia, ex Paschate & Neomeniis. Item de tempore statuto ad petendam *pluviam*, & *rorem*. Initium fol. 21. a terg. לא ב׳ד׳ו׳ פסח לא נ׳ה׳ו׳ עצרת לא א׳ד׳ו׳ ראש השנה לא א׳כ׳ו׳ יום הכפורים.

5. מגלת תענית MEGHILLATH THAANITH, *Volumen Jejunii*, sive *adflictionis*,

nis , imperfectum , a Tractatu Talmudico de Jejuniis , & ab edito a R. Chanania filio Chiskia distinctum , ut recte observat Wolfius Tom. II. pag. 1325. & III. pag. 1195. ubi & ejusdem Voluminis editiones , ac Latinas versiones recenset . Ibi autem duodecim Capitibus , secundum ordinem duodecim anni mensium , notantur Judæorum Festa , & Jejunia per annum , quorum multa in Kalendariis consuetis non leguntur , addita ratione quare singula illa Festa & Jejunia fuerint imperata . Initium fol. 23. אלו ימים שמתענין בהם מן התורה וכל המתענה בהן לא יאכול ולא ישתה ·

6. Fragmentum מכילתא MECHILTHA , ideſt , ut Joh. Morinus pag. 348. Exercit. Bibl. vertit , *Liber Juris & Consuetudines Judæorum* ; ubi varia Exodi Capita , nempe a XII. ad com. 20. Cap. XXIII. & a com. 12. Cap. XXXI. ad com. 17. ejusdem , & a com. 1. ad 4. Capitis XXXV. , Item varii Ebræorum ritus legesque cæremoniales , secundum tredecim modos , seu regulas exegeticas , quæ R. Ismaeli acceptæ feruntur , ad usum antiquitatum Judaicarum studiosorum illustrantur . Opus Judæis probatissimum , sæpius typis vulgatum ; ut monet Wolfius Tom. II. pag. 1349. ubi & Plantavitium , Buxtorfium , Bartoloccium , & Morinum corrigit , quod minus adcurate hunc librum descripserint ; & varias Judæorum de ipsius authore sententias expendit . Incipit autem hocce Fragmentum a Capite XVIII. & desinit in Caput XXXV. Init. fol. 25. דברכה אחת שהוא מלמטה שעורים מתחת

7. ספרי שגילה בן סירא SIPHRE , *Index Librorum* , qui a BEN-SIRA inventi & revelati dicuntur . Init. fol. 65. אילו הן חמשה ספרים והמשה פרקים והמשה סדרים

8. ספר יצירה SEPHER JETSIRA , *Liber de Formatione* , seu *Creatione* , qui Abrahamo Patriarchæ falso adscribitur . Initium fol. 66. שלשים ושנים נתיבות פלאות חכמה חקק יה יהוה צבאות ·

9. מעשה בן סירא MAASSE , *Historia* , seu fabulosa Narratio de BEN-SIRA , quem Judæi Jeremiæ Prophetæ ex filia filium faciunt . Eam integram cum Latina interpretatione exhibet Bartoloccius Par. I. pag. 614. Initium fol. 71. a terg. בה' עושה גדולות עד אין הקר ונפלאות עד אין מספר בוא וראה גדולים

10. מעשה ר' יהושע בן לוי MAASSE , *Historia* , seu fabulosa Narratio , Talmudica , de R. JOSUE FILIO LEVI , qui vivens in Paradisum ingressus fingitur . Init. f. 72. a t. מעשה היה בר' יהושע בן לוי שהיה מתאוה לחלוך עם אליהו

11. סדר העיבור SEDER HAIIBUR , *Ordo Embolismi* ; ubi de anno intercalari Judæorum differitur , absque nomine Authoris . Init. fol. 73. הרוצה לעמוד על סוד העיבור יחשוב שנים משנברא העולם ·

12. שאלות והשובות מר' חיים בר נחשון R. CHAIIM FILII NACHSCION , Principis Academiæ Nehardensis , SCEELOTH UTHESCIUVOTH , *Quæstiones & Responsiones* legales & cæremoniales , ex variis Tractatibus Talmudicis compilatæ , nondum typis vulgatæ . Initium fol. 76. a terg. וששאלתם ישר' השותה יין בביתו ונכנס עליו גוי ·

13. סדר ההכמים והמסכתות SEDER HACHACAMIM VEHAMASSACTHOTH , *Ordo Sapientum , & Tractatuum* , sive Catalogus Rabbinorum , cum repertorio Codicum Talmudis , imperfectus . Init. fol. 81. כל היכא דאיכא איתמר ורמינהי

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur descriptus .

Co-

CCC.

Codex in fol. chartaceus, foliis constans 24. charactere Rabbinico exaratus; ubi continentur,

1. Anonymi מאמר על שם יהוה Maamar al Scem Jehova, *De Nomine Dei* tetragrammato, deque Nominibus & figuris, sive sigillis septem Angelorum assistentium, & moventium orbes septem planetarum, quibus mira a credulis Judæis tribuuntur; Tractatus Cabbalistico-practicus, futilis & superstitiosus. Init. f. 1. אמר המחבר כי השם הנכתב ואינו נקרא ככה הוא שם העצם

2. כללי התלמוד Chellale Hatthalmud, *Summa Capita*, sive *Epitome nonnullarum Constitutionum*, & *Decisionum Legalium* & *Cæremonialium*, quæ in *Talmude* occurrunt. Init. f. 3. מודה בקנס פטור מנלן שנ׳ אשר ירשיען אלהים

3. מספר תריג״ מצות Mispar Scesc meoth vescelosc assere Mitsuoth, *Recensio*, sive *series Præceptorum* Mosaicæ Legis, tam adfirmantium, quam negantium, quæ heic in universum *Sexcenta & tredecim* numerantur; additis septem Dei nominibus, quæ sine piaculo deleri nequeunt: item nominibus prophanis in Lege obviis; ubi & de Sanctitate nominis Salomonis, in Cantico Canticorum memorati; & de Sacro Nomine Regis apud Danielem; deque viginti quatuor rebus, quæ pœnitentiam irritam, Deoque ingratam faciunt, Cabbalistice exponitur. Initium fol. 11. שבעה עונשין הם סקילה שריפה הרג וחנק וכרת מיתה ומלקות בסקילה.

4. סדר השופטים Seder Hasciophetim, *Ordo*, sive *Series Chronologica Judicum*, qui in Sacris Bibliis memorantur. Initium fol. 13. a terg. יהושע בן מאה ועשר שנים במותו עהניאל בן קנז אח כלב הקטון ממנו.

5. סדר עולם זוטא Seder Olam Zutta, *Ordo Seculi*, sive *Cronicon minus*, ad differentiam majoris ita nuncupati; sistit enim compendium Historiæ Mundi, quæ in majori fusius describitur, inde a prima rerum origine usque ad *Mar-sutram*, qui anno 452. a destructo Templo Hierosolymitano, hoc est, ab Adventu Christi 522. vixit. Authoris nomen latet; Ganzius tamen in Tsemach David fol. 38. Chronologicum hocce parvum scriptum cuidam ex Gaonitis, quos seculo post Christum natum XI. desiisse constat, adtribuit: quod ibidem testimonio R. Sinai filii Bezaleelis confirmat, refutatque Juchasinum, qui pag. 164. authorem vocat R. *Joseph Tou Alem*, undecimo Christi seculo inclinante clarum. Vide Wolfium Tom. II. & Groddeckium in Hexacontade pseudonymorum Ebraicorum num. 44. ubi ejusdem Chronici ætas expenditur, & variæ ipsius editiones atque versiones recensentur. Init. f. 14. אדם ק׳ל׳ שת ק׳ה׳ אנוש צ׳ קינן ע׳ מהללאל ס׳ה׳

In fine vero præfati Chronici, fol. 17. a tergo, tria notatu digna leguntur; videlicet, 1. quod in Augusta Perusia, Etruriæ civitate, Anno Creationis Mundi 5020. Christi 1260. plures homines Romam religionis ergo peregrinaturi, nudis pedibus incedentes, & flagellis corpora sua verberantes, Scuticæ usum apud Christianos primum induxerint. 2. Quod Anno Mundi 5021. Christi 1261. nec Papa, nec Rex, nec Judices Romæ aderant,

rant, unusqu.sque proinde vitam ex arbitrio agebat. Cujus quidem perditæ libertatis nullum antea exemplum exstiterit; ita ut Judæi redemtionis suæ tempus jam adventasse crederent. 3. demum, quod Viterbii, Anno Mundi 5051. Christi 1291. die Sabbathi 22. mensis Tiscri, Septembris, ovis pepererit agnellum monstruosum, cui præter caput, membra omnia deerant.

6. חידושים על התורה CHIDDUSCIM AL HATTHORA, *Novellæ expositiones in Legem*, seu Pentateuchum Mosis, quas calligraphus se exscripsisse testatur, ex quodam Codice, quem, Anno Mundi 4854. Christi 1094. ab Anonymo exaratum, in *Russia*, seu Moscovia invenerat. Initium fol. 18. שנינו בסנהדרין פרק אלו הם הנשרפין הבא על ארמית קנאים פונעין בו.

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus

C C C I.

CODex antiquus, in fol. membraneus, foliorum 191. Rabbinicis literis eleganter conscriptus, olim Palatinus; ubi continetur,

ספר ערוגת הבושם מר' אליעזר הקליר SEPHER ARUGATH HABOSCEM, *Liber Areolæ Aromatum*, titulo desumto ex Cantic. V. 13. sistens Preces rhythmicas, sive Cantiones, aut hymnos in omnes anni Festivitates, secundum ritum Synagogæ Germanicæ, duabus columnis dispositus, ac in totidem Partes distributus. Earum prima complectitur Cantiones LXXI. altera LXXXI. in diebus festis per totius Anni circulum occinendas, quarum indicem fol. 191. ad calcem Codicis conjectum reperias; Authore R. ELIEZER, cognomento HAKKALIR, i. e. *Cellario*, a cella, ut interpretatur author Vajikra Rabba, Lect. 5. vel quasi *Placentario*, a placentis, quibus vesci amabat, vel quia placentam cum Amuleto Cabbalistico ad Sapientiam sibi comparandam comederit; ut scribunt Juchasin pag. 34. & Gedalias in Catena Traditionis pag. 31. Ejus meminit Ganzius in Tsemach, seu Germine David inter Doctores Miscnicos ad Annum Mundi 3833. Christi 73. ubi tamen addit, ignorari, cujus filius fuerit, utrum scilicet Hyrcani, an Arac, aut Jacobi, aut denique Simeonis ben Jochai. Verum Sabbathæus in Labiis Dormientium hocce opus tribuit *R. Mosi filio Isaaci Aben-Ezræ*, quamvis se legisse testetur, Authorem esse, quem modo laudavimus *R. Eliezer Hakkalir*. Confer Wolfium Tom. III. pag. 115. ubi illum *filium Arac* alias vocandum esse contendit, sub cujus nomine prodierint התחנות ובקשות, *Deprecationes & Supplicationes*, Dyrenfurti in 8. quas non putat distinctas ab illis, quæ sub nostri Eliezer Hakkalir nomine Germanice editæ fuerunt cum libro אבקת רוכל *Pulveris Aromatarii* R. Machir discipuli R. Judæ Ben Harosc, sub titulo התחנות ותפלות, Amstelod. Anno Mundi 5457. Christi 1697. in 8. Accedit *Commentarius* ר' עזריאל R. AZARIELIS, FILII MOSIS MEISEL, Vindobonensis, quem Bartoloccius cum præfato R. Eliezer Kalir confundit, ipsis Cantionibus insertus, una cum ejusdem Authoris adnotationibus Grammaticis; quibus nempe ostendit, quomodo voces quædam dictarum Cantionum

num ambiguæ & obscuriores, variæque punctationi obnoxiæ, idoneis vocalibus instrui, & sic recte legi debeant, ad Operis calcem adjectis; quas consequuntur הפסקות פרשיות *Divisiones Sectionum*; ubi nimirum indicantur loca Pentateuchi, quæ in Synagoga ab uno, vel pluribus simul, pro ratione temporum legi solent. Feria autem secunda, quinta & Sabbatho pomeridianis horis, tres legunt; quorum 1. Sacerdos. 2. Levita. 3. Israelita. Singuli tres recitant versiculos, deinde unus quatuor, omnes vero simul decem. Diebus festis, puta tempore Paschali, Pentecostes, & scenophegiæ, quinque alternatim legunt Sectionem Biblicam ei festo adsignatam. In Sabbathis vero ad Matutinum septem legunt totam Sectionem in hebdomada currentem.

Porro Areola Aromatum cum Commentario R. Azarielis incipit fol. 1. אמר המלמד אדם דעת ברבי עזריאלי נצזרתי בערכי הפץ זה הנקרא שמו׃

Adnotationes Grammaticæ fol. 176. a t. אמת כי הניקוד נהן כסיני אך שכחוהו עד

Divisiones Sectionum, f. 189. a t. אילו פסקאתא דאורייתא בכל ספר וספר בראשית

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

CCCII.

Codex antiquus, in fol. chartaceus, foliis constans 191. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. ספר מנהיג העולם מר׳ אברהם בר נתן SEPHER MANHIG HAOLAM, *Liber Ductor Seculi*, sive *Gubernans Mundum*, Ritualis, jam Constantinopoli typis vulgatus; ubi de origine, fine, & ratione omnium Rituum Sacrorum, Benedictionum, Precationum, Festivitatum, & Jejuniorum, quæ a Judæis ubique terrarum, præsertim in Hispania, Gallia, Germania, & Italia servantur; Authore R. ABRAHAMO FILIO NATHAN, JARCHI, qui hocce opus conscripsit Anno Mundi 5064. Christi 1304. efflagitante *R. Josepho Toletano*, ut circa medium Præfationis fol. 2. profitetur. Hinc corrigendus Bartoloccius, qui Tom. III. pag. 806. *R. Josephum Toletanum* authorem vocat, quamvis antea idem opus sub nomine *R. Auigadoris filii Nathan Germani* recensuerit; uti & Gedalias Scriptor Catenæ Traditionis, & Buxtorfius, qui *R. Elijakim Toletanum*, anno Christi 1236. clarum, ceu authorem constituunt. Init. f. 1. איתן אזרח הוליד ספר׃ ויקרא לו מנהיג עולם ונתנו אל הש׳ יוסף

2. Consequuntur דיני טרפות ושחיטות DINE TEREPHOH VESCECHITTOTH, *Decisiones Judiciales de Animalibus immundis, & de ritu Mactationis*. Item הלכות HALACOTH, seu *Constitutiones* de *Juramentis* & *votis*; de *Mercede*, *Locatione*, & *Ære alieno*; de *Heterogeneis non jungendis*, aut *ferendis*; de *Matrimonio*, & *Redemtione Primogenitorum*; de *Pollutione ex mortuo*; de *Sponsalibus* & *Libello repudii*; de *Fratriis* & de *Muliere menstruata*; additis exemplaribus Scripturarum, seu Instrumentorum, ad hucusque recensitos Juris Ebraci titulos pertinentium, quæ in præsentia vigent. Init. f. 129. a terg. הריאוני דסריכי שלא כסידרן טרפה

3. ספר כנפים הנשר מר׳ עמנואל בן יעקב R. EMMANUELIS FILII JACOB, SEPHER CHENAPHIM HANNESCER, *Liber Alarum Aquilæ*, Astronomicus; ubi

de methodo inveniendi momentum ipsum, quo Luna nascitur, Solis & Lunæ defectiones, & syderum conjunctiones, una cum sex Tabulis, quas *Alas Aquilæ* author nuncupavit, unde cognomentum בעל כנפים BAAL CHENAPHIM, idest *Author Alarum*, sibi comparavit. Vide Wolfium Tom. IV. num. 1792. ubi hujus libri synopsim ex Codice Bodlejano Eduardi Bernardi num. 11. signato, describit, ejusque sex Tabulas Astronomicas cum Ε'κδόσει ἑξαπτερήγου, sive *Editione Sexalari* Georgii Chrysoccæ confert, quam ad Emmanuelis nostri sex Alas omnino spectare adfirmat. Tabulæ autem illæ constructæ sunt pro annis novem, ab Anno, scilicet, Mundi 5269. Christi 1509. ad 5278. Chr. 1518. Unde authoris ætas deprehenditur. Wolfius tamen ex Codice citato earum initium ad Annum Mundi 5277. finem vero ad 5284. refert. Initium fol. 183. אמר עמנואל בן יעקב בעל הכנפים : אני היום מצאוני משהרים

Is Codex scriptus est Anno Christi 1304. si quidem Librum Alarum R. Emmanuelis excipias, qui diversa ac recentiori manu, forte ipsius authoris, descriptus est. Sic enim in clausula Decisionum Judicialium, fol. 182. legitur: אני אברהם אבן נריץ כתבתי זה הספר והשלמתיו שנת חן וכבוד יתן ה' ה'ב'ה' : יזכני להגות בו אני וזרעי וזרע זרעי עד סוף כל הדורות ונאמר אמן. *Ego Abraham filius Isaaci Ben-Narits exaravi hunc Librum. Et quidem absolvi illum anno: Gratiam & gloriam dabit Dominus*, Ps. LXXXIII. 12. idest, Creationis Mundi 5064. *Deus dignum me reddat, qui legam in eo cum semine meo & semine seminis mei, usque ad finem omnium seculorum. Et dicemus, Amen*. Unde castigandus Scriptor Indicis Ms. Vaticani, qui hunc Abrahamum calligraphum, ceu authorem Decisionum Judicialium constituit.

CCCIII.

CODex antiquus, in fol. partim chartaceus, partim membraneus, foliorum 265. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. ספר מנהיג העולם מר' אבינדור בר נתן ירחי SEPHER MANHIG HAOLAM, *Ductor Seculi*, sive *Gubernans Mundum*. Liber Ritualis, duabus columnis, uti & ceteri Tractatus, qui in hoc Codice habentur, dispositus; ubi de Ritibus Sacris, & ratione Precum, inter Judæos præsertim Hispanos, Gallos, Germanos, & Italos receptis, differitur; authore R. AVIGADOR FILIO NATHAN JARCHI, qui & *Abraham* in præcedenti Codice vocatur, in quo aliud hujusce operis exemplar exhibetur. Initium fol. 1. אתין אזרח הוליד ספר ויקרא לו מנהיג עולם : אברך את ה' אשר יעצני בארץ גדור.

2. Anonymi Tractatus על משיח de MESSIA, ejusque adventu, ex Talmude potissimum excerptus. Initium fol. 122. הנה ראינו דברי קדמונינו רבותינו אשר דברו בביאת המלך המשיח יהי רצון שיבא.

3. ריב הלחם והיין וריב העופות וחיות RIU HALECHEM VEHAJAIN, VERIU HAUPHOTH VEHACHAJOTH, *Lis & Contentio inter panem & vinum, & inter volatilia, & feras campi*. Libellus ludricus ignoti authoris. Initium fol. 127. ריב הלחם והיין בין רעים שמעתי מנחות זה יריב אליו דברי צחות.

4. פי' המשנה שנו חכמים PERUSC HAMISCNA SCIANU CHACAMIM, *Expositio*

tio in Miscnam; seu *Additionem* ad Caput *Legerunt Sapientes*, ultimum Tractatus Talmudici de Capitulis Patrum; ubi Apophtegmata, & Sententiæ morales veterum Rabbinorum proferuntur. Initium fol. 128. a terg. שנו בלשון המשנה רוצה לומר בשבת יושבין ושונין בלשון המשנה יש לו לאדם לומר ברוך ·

5. הלכות שחיטה HALACOTH SCECHITTA, *Constitutiones de ritu mactandorum animantium*. Init. fol. 131. והוא שכתב ה״ר ישעיה כבעי רב פפא החליד במיעוט

6. Ejusdem הלכות גיטין HALACOTH GHITTIN, *Constitutiones de Libello Repudii*. Init. fol. 134. בשלשי בשבת בכן לירח פלוני שנת כך וכך לבריאת עלמא

7. פירוש על מסכת פרקי אבות מר׳ משה בן מימון R. MOSIS FILII MAIMONIS, Ægyptii, PERUSC AL MASSECHETH PIRKE AVOTH, *Expositio in Tractatum de Capitulis Patrum*, Bartoloccio nonum, Wolfio decimum Ordinis Quarti Talmudici, qui נזיקין NEZIKIN, *Damna* inscribitur; satis elegans, cujus Præfatio a R. Jacobo Mantino Latine reddita, prodiit Bononiæ in ædibus Hieronymi de Benedictis Anno Domini 1526. in quarto. Initium fol. 135. משה קבל תורה מסיני ומסרה ליהושע ויהושע לזקנים

8. Ejusdem ספר על הנפש מהרמבם RAMBAM, seu R. Mosis Maimonidæ, SEPHER AL HANNEPHESC, *Liber de Anima* hominis, ejusque natura, facultatibus, virtutibus item & vitiis, in octo Capita distributus, quæ vulgo פרקי משה PIRKE MOSCE, seu *Capita Mosis* vocantur; & prodierunt in Talmude Babylonico ante Tractatum de Capitulis Patrum, & in Miscnajoth edit. Venet. 1606. ad calcem ejusdem Tractatus. Conscripta primum fuerunt Arabice, inde a *R. Samuele filio Judæ Aben Tibon* Ebraice reddita, & ab Eduardo Pocockio in Porta Mosis in Latinum idioma translata. Hinc corrigendus Wolfius, qui Tom. I. num. 839. argumentum horum Capitum ad præcedentem expositionem in Tractatum Talmudicum de Capitulis Patrum perperam refert, nulla eorundem Capitum mentione facta. Init. fol. 156. a t. הנה ביארנו בפתיחת רב החבור מה היתה סיבה בשום המחבר זאת הכבכהא ·

9 Ejusdem מאמר תחיית המתים MAAMAR THECHIJATH HAMMETHIM, *Oratio*, seu *Epistola de Resurrectione mortuorum*, quam Arabice a R. Mose Maimonide compositam, inde vero a R. Samuele filio Judæ Tibbonide in Ebraicam linguam conversam, superius monuimus. Initium fol. 175. a terg. בצר קכל אמרי פי אין בהם נפתל ועקש כו לם נכוחים למבין ·

10. פי׳ על מסכת פרקי אבות מר׳ שלמה בר יצחק R. SALOMONIS FILII ISAACII JARCHI, PERUSC AL MASSECHETH PIRKE AVOTH, *Expositio in Tractatum* Talmudicum *de Capitulis Patrum*, jam typis vulgata. Initium fol. 183. משה קבל תורה ומסרה ליהושע ויהושע לזקנים כי לא לזקנים ·

11. סדר המחזור SEDER HAMMACHAZOR, *Ordo Cycli*, cum Tabulis Astronomicis de ingressu Solis in quatuor puncta præcipua Zodiaci, sive de duobus solstitiis æstivis, totidemque æquinoctiis vernis; ubi & traditur modus reducendi annos æræ Christianæ vulgaris ad annos Judaicos conditi Orbis. Initium fol. 190. a t. מחזור ר״נ״ט׳ ה׳ח׳ ז׳ש׳ ה׳ש׳ ח׳ב׳ ב׳ח׳

12. אבות דר׳ נתן בן יצחק R. NATHAN FILII ISAACI, AVOTH, *Patres*, sive *Commentarius in* מסכת פרקי אבות MASSECHETH PIRKE AVOTH, *Tractatum* Talmudicum *de Capitulis*, seu *Sententiis Patrum*, triginta octo Capitibus absolu-

tus ; parum discrepans ab eo, qui sub ejusdem Authoris nomine prodiit Altonaviæ apud Sanuel Popert, Anno Christi 1728. in 4. Initium fol. 195. כל העושה עצמו גדול אינו גדול אם אין אחד גדול ממנו מלך מלכי המלכים.

13. ברייתא של ר' אליעזר R. ELIEZER, *filii Josephi Galilæi*, æqualis R. Simeoni filio Gamalielis, Patri Rabbenu Hakkadosc, cujus fuit præceptor, secundum Juchasin pag. 44. & 52. atque adeo altero Christi seculo ineunte clari, BARAITHA, seu *Lectio extravagans* de triginta duobus מדות MIDDOTH, sive *Modis*, quibus הגדה HAGGADA, *Narratio mystica* explicari potest. Qui Modi in Halicoth olam pag. 114. & inde in Joh. Julii Struvii Rudimentis Logicæ Ebr. pag. 21. recensentur. Initium fol. 221. כל מקום שאת מוצא משנתו של ר' אליעזר בנו של ר' יוסי הגלילי עשה אזנך כאפרכסת.

14. Anonymi הלכות דרך ארץ HALACOTH DEREC ERETS, *Constitutiones*, sive *Commentarius in Tractatum de Via Terræ*, qui etsi antiquitus in corpore Talmudico non exstiterit, recens tamen una cum tribus aliis Tractatibus, nempe סופרים *Sopherim*, de Scribis, אבל רבתי *Evel rabbathi*, de Luctu magno, & כלה *Calla*, de Sponsa, adjectus est; ut ostendit Wolfius Tom. II. pag. 752. Ibi autem agitur de urbanitate & moribus, quos Viam terræ vocant, duabus Partibus, quarum prima רבא RABBA, idest, *Major*, altera זוטא ZUTTA, sive *Minor* inscribitur. Prodiit Tractatus ille etiam seorsim a Talmude, cum Capitulis Ben-Azzai Rivæ Tridenti 1561. in 16. sed alio ordine, quam quo in Talmude ipso dispositus est. Initium fol. 225. דרכן של תלמידי חכמים עניו ושפל רוח ומעורב ואהוב ושפל.

15. מעשה אשמדאי MAASSE, seu *Historia* Talmudica fabulosa de ASMODÆO *Dæmoniorum Principe*, a Salomone Rege capto, ut ab eo edoceretur, ubi vermiculus שמיר *Sciamir* ad exstruendum Templum necessarius inveniri posset; qua de Fabula fusius Bartoloccius Tom. I. pag. 332. & 490. Initium fol. 227. a t. מעשה שהיה בימי שלמה שנכנס אשמדאי עליו מלכא דשדים ואמר לו

16. פירוש קדיש לר' שלמה גאון מפריש R. SALOMONIS GAONIS PARISIENSIS, PERUSC KADDISC, *Expositio* in Precationem illam, quæ a prima voce *Sanctus* nuncupatur. Initium fol. 229. a terg. יתגדל ויתקדש על שם והתגדלתי והתקדשתם והיאך יוכל להתגדל שמו של הק'בה'.

17. Anonymi פירוש על פסוק אחד מכל ההפטרות PIRUSC AL PASUK ECHAD MICOL HAPHTAROTH, *Expositio unius Commatis ex singulis Lectionibus Propheticis*, quod magis respondere videtur Sectionibus Pentateuchi, quibus Lectiones illæ adjungi solent. Init. fol. 231. בראשית שמים חדשים יתחדש שמים של

18. צואת הרמבם לר' אברהם בנו RAMBAM, sive R. Mosis Maimonidæ, TSAVATH, *Testamentum*, *filio suo* unico R. ABRAHAMO inscriptum, sæpius editum ; ubi multa præcepta moralia traduntur. Initium fol. 256. a terg. דע בני ירחמך האל י'ת' כי ראוי לנו שנדע באמת כי תחלת מה שצוה הבורא.

19. דקדוק המלות DIKDUK HAMILLOTH, sive Grammatica Ebraica, ubi de septem conjugationibus; absque Authoris nomine. Initium fol. 257. a t. אחל לבאר מה שאנו צריכים על למוד לשון לשון למורים שפת לשון הקדש.

20. מדרש על שירת הים מהרמבם RAMBAM, seu R. Mosis Maimonidæ, MIDRASC AL SCIRATH HAJAM, *Expositio in Canticum Maris*, a Mose Prophe-

pheta post transitum Israelitarum per medium i Maris prolatum, unde tituli ratio; ubi & de decem Verbis, seu Præceptis, quæ nos Decalogum adpellamus; necnon de Paradiso, & Gehenna, sive de præmio, & pœna futuri seculi exponitur. Init. fol. 260. ראשון דברינו ופתחון פינו חייבין אנו ליתן

Is Codex partim decimoquarto, partim decimosexto Christi seculo videtur exaratus.

CCCIV.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliis constans 69. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; ubi continentur,

הלכות, HALACOTH, *Constitutiones de Ritibus*, & sacris Judæorum institutis, secundum titulos Codicum Talmudicorum dispositæ; videlicet,

I. הלכות ברכות *Halacoth Beracoth*, Constitutiones de Benedictionibus, & Precibus quotidianis. Init. f. 1. ליה בירקות דא רב נחמן בר יצחק צלף נטעי ...

II. הלכות שבת *Halacoth Sciabbath*, de Sabbatho, ejusque cultu. Init. fol. 11. a terg. זכור את יום השבת לקדשו זכרהו על היין בבני בתו

III. הלכות ערובין *Halacoth Eruvin*, de Mixtionibus Domorum. Init. f. 26. תנו רבנן שבו איש תחתיו אל ארבע אמות אל יצא איש ממקומו אלו אלפים אמה

IV. הלכות מילה *Halacoth Milla*, de Circumcisione Init. fol. 30. כלל א״ר עקיבא כל מלאכה שיפשר לעושתה מערב שבת אינה.

V. הלכות חנוכה *Halacoth Channuca*, de Encæniis. Initium fol. 34. תנו רבנן בעשרים בחמשה בכסליו ביה יומי חנוכה תמניא דלא למספד בהון.

VI. הלכות פסחים *Halacoth Pesachim*, de Paschatibus. Initium fol. 34. a terg. ומהייבנן לבעורי בארבסר בניסן שנ׳ שבע׳ ימי׳ מצות

VII. הלכות כפור *Halacoth Chippur*, de Die Expiationis peccatorum. Initium fol. 38. יום כפורים אסור באכילה ובשתיה ברחיצה ובסיכה

VIII. הלכות סוכה *Halacoth Succa*, de Festo Tabernaculorum, & iis, quæ in eadem solemnitate adhibentur. Initium fol. 39. תנו רבנן העושה סוכה לעצמו או׳ ברוך שהחיינו וקיימנו והגיענו.

IX. הלכות יום טוב *Halacoth Jom Tou*, de Die bono, seu Festo. Init. fol. 45. a terg. מחייבנן לקדושי יומא טבא דכת׳ אלה מועדי ה׳ אשר תקראו

X. הלכות ראש השנה *Halacoth Rosc hasciana*, de Capite anni. Initium fol. 51. סדר ברכות של ראש השנה שליח צבור או׳ אבות וגבורות

XI. הלכות תשעה באב *Halacoth Thiscia Beau*, de Jejunio diei 9. mensis Julii, aliisque Jejuniis per annum servandis. Initium fol. 53. a terg. חמשה דברים אירעו את אבותינו בשבע׳ עשר בתמוז נשתברו.

XII. הלכות מועד קטן *Halacoth Moed Katan*, de Festo parvo, seu minoribus anni solemnitatibus. Init. f. 56. ת״ר את חג המצות תשמ׳ שבע׳ ימי החג לימד

XIII. הלכות אבל *Halacoth Evel*, de Luctu pro Defunctis. Init. f. 58. אבל מן כד ע״יל יום השביעי אפילו כל דהו מותר ברחיצה:

XIV. הלכות טומאה *Halacoth Tumaa*, de Coinquinatione. Init. fol. 63. אסור להו לכהני לאיטמויי למיתא דלאו דידהו שנ׳ אמור אל הכהנים.

XV. הלכות כהנים וצרכי ציבור *Halacoth Cohanim vetsarche Tsibbur*, de Sa-

Sacerdotibus, & necessitatibus Synagogæ, ejusque Ordinibus secundum Esdram. Init. f. 63. a t. תנו רבנן שחרית מוסף מנחה ונעילה כולן יש בהן נשיאות כפים

XVI. הלכות תפילין *Halacoth Thephillin*, de Philacteriis manui & fronti adhibendis. Init. f. 65. וראו כל עמי הארץ כי שם יהוה נקרא עליך תניא ר' אליעזר

XVII. הלכות מזוזה *Halacoth Mezuza*, de Schedis postibus Januarum includendis. Initium fol. 66. כאן דקבע מזוזה מחייב לברכו ברוך אשר קידשנו במצותיו וציונו לקבוע מזוזה.

XVIII. הלכות ציצית *Halacoth Tsitsith*, de Peniculamentis sacris. Init. fol. 68. תנו רבנן וראיתם אותו וזכרתם ראה מצוה זו וזכור מצוה אחרת

Hucusque recensitæ Constitutiones integræ sunt, si primam de Benedictionibus excipias, cui tres priores paginæ desunt; ubi fortasse nomen Authoris erat descriptum. Is autem Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

CCCV.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliorum 56. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. פירוש על היוצרות שעשה ר' אליעזר הקליר PERUSC, *Expositio* in Cantiones, seu Hymnos, a R. ELIEZER HAKKALIR compositos, qui Judæis Germanis JOTSEROTH dicuntur, quod in media Precatione, quæ incipit יוצר אור JOTSER OR, idest, *Formans lucem*, in quibusdam Festis ad Matutinum cantantur. Hujusmodi autem Hymni multi, & pro varietate regionum varii exstant, & in *Machazorim*, seu Libris Precum leguntur; imo etiam a ceteris sejuncti in publicum prodierunt. De quibus videndus Wolfius Tom. II. Authoris præfatæ Expositionis nomen, una cum nonnullis foliis sub initium desideratur. Folio autem 7. & 8. declarantur כל מדות COL MIDDOTH, *Omnes mensuræ & pondera* cum *Aridorum*, tum *liquidorum*, quæ in Sacris Libris memorantur. Priora folia lacera sunt & in medium scissa. Initium fol. 1. בבראשית רבה על שהיתה בתוכה התורה קודם שנברא העולם

2. Anonymi פירוש על הגדה של פסח PERUSC AL HAGGADA SCEL PESACH, *Expositio in Narrationem Mysticam de Paschate*, sive in instructionem de ritibus in Paschali festo rite celebrando receptis, quæ ineunte festo Paschatis publice in Synagogis prælegi solet. Initium fol. 51, a terg. כל כבות הגדות פסח אומר בלשון עברי לבד מכבא ראשונה שהיא לשון ארמית.

3. Ejusdem פירוש PERUSC, *Expositio* in posteriora duo Commata Cantici, Mosis, sive Capitis XIV. Exodi, quod Sabbatho ante lectionem *Jotser*, cantari solet; allegorica, ubi potissimum de redemtione Judæorum inepte tamen differitur. Init. fol. 55. a t. תענה אמונים ותפילתם של ישראל שנקראו גוי צדיק

Is Codex decimotertio Christi seculo videtur exaratus.

CCCVI.

Codex antiquus, in fol. partim membraneus, partim chartaceus, constans foliis 241. charactere Rabbinico descriptus, olim Palatinus; quo continetur,

פירוש על הפיוטים ממחזור הצרפתים PERUSC AL HAPPIIUTHM MIMACHAZOR HATSARPHATHIM, *Commentarius in Cantiones & Hymnos Cycli*, seu *Libri Precum Synagogæ Gallicæ*, quibus, nempe Judæi Galli inter precandum uti consueverunt; ignoti Authoris. Initium fol. 1. אמת יהגה חכי משפטי ה' ארוני לשון המקרא תפס דכתיב אמת יהגה חכי

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

CCCVII.

Codex bombycinus in quarto, foliorum 122. Rabbinicis literis exaratus; ubi continentur,

1. הלכות ברכות ותפלות של חול HALACOTH BERACOTH VETHEPHILLOTH SCEL CHOL, *Constitutiones de Benedictionibus, & Precibus Ferialibus*, sine Authoris nomine. Initium fol. 1. תניא היה ר' מאיר אומר חייב אדם ו-רך מאה ברכות בכל יום שנ' ועתה ישראל מה יהוה שואל.

2. הלכות שופר על דרך נסתר מר' נתן בן אבינדור R. NATHAN FILII AVIGADORIS, de quo nulla in Bibliothecis Ebraicis occurrit mentio, HALACOTH SCIOPHAR AL DEREC NISTHAR, *Constitutiones Mysticæ de Cornu Arietino*, in Capite novi anni inflando. Initium fol. 9. a terg. מה שצוה לנו משה מפי השם ית' לתקוע בשופר של איל ובכפופה ולא בקרן פרה.

3. הלכות ר' ישעיה בר אליה אחרון R. ISAIÆ FILII ELIÆ, cognomento ACHARON, i. e. *Posterioris*, de quo superius, HALACOTH, *Constitutiones* de variis Ebræorum Ritibus, & Institutis; videlicet de *Scenopegiis* & *Palmarum foliis*, in festo Tabernaculorum adhibendis; de *Heterogeneis* non miscendis, aut ferendis; de *Animalibus illicitis*; de *Candelabro* aureo Tabernaculi; de *Muliere menstruis polluta*; de *Quatuor vexillis exercitus Israelis*; de *Philacteriis*, *Peniculamentis sacris*, *Schedis* postibus januarum includendis: & de *Libro Legis*, seu Pentateucho Mosis. Quæ Instituta omnia allegorice & mystice declarantur. In fine vero, fol. 30. ista leguntur: סליקו הילכות מזוזה וספר תורה של רבינו ישעיה בר אליה ז'צ'ו'ק'ל' *Expliciunt Constitutiones R. Isaiæ filii Eliæ de Schedis, & de Libro Legis*. Initium fol. 11. a terg. ביאור טעם סוכה וסוכה תהיה לצל יומם מחורב ולמחסה ולמסתור.

4. ספר תקון הנפש מר' שלמה בן יהודה בן נבירול R. SALOMONIS FILII JUDÆ, BEN-GAVIROL, Hispani, XI. Christi seculo clari, SEPHER THIKUN HANNEPHESC, *Liber Directio Animæ*, seu, ut in aliis exemplaribus inscribitur תקון מרות הנפש THIKUN MIDDOTH HNNEPHESC, *Correctio morum Animæ*; Moralis, in sexaginta sex Capita distributus; ubi de Virtutibus, & Civilis Prudentiæ legibus disseritur, principio mutilus. Prodiit jam Rivæ

Tri-

Tridenti anno Christi 1562. junctus Libro de Pomo Aristotelis, & Institutionibus Philosophorum, sub titulo גורן נכון *Area purgata*, ex 2. Samuelis, sive Regum VI. 6. Ibi scriptus ab Authore dicitur in ditione Cæsaraugustana Anno Mundi 4808. Christi 1048. Vide Wolfium Tom. I. pag. 1045. qui merito arguit Bartoloccium, quod ex uno eodemque libro duos fecerit, & alium ejusdem libri a nostro ordinem recenset. Ait enim ejus rationem eam esse, ut secundum quinque hominis sensus in quinque distinguatur Partes, quarum unaquæque quatuor continet Sectiones, quæ singulæ de virtute aliqua præcipiunt, quæ ad illum sensum, cui Sectio destinata est, præ ceteris pertinet. Sic Sectio prima de *Visu* inscribitur; ad visum autem refertur superbia, humilitas, pudor & pervicacia; & sic de reliquis. Monetque ibidem Wolfius, illam de moribus doctrinam eadem methodo ex nostro Authore, cujus tamen nomen non memorat, exposuisse Georgium Gentium in notis ad Maimonidæ Canones Ethicos pag. 63. & seqq. Initium fol. 33. ונורא גודלה ויופיה מעצמה משל ה'ק'ב'ה' בעצמו

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur exaratus.

CCCVIII.

Codex chartaceus in quarto, foliis constans 165. Rabbinico charactere descriptus, olim Palatinus. Ibi continetur,

פירוש על סליחות מר' דוד בן משה בן יהודה R. DAVIDIS FILII MOSIS FIL. JUDÆ, circa medium seculum XV. clari, PERUSC AL SELICHOTH, *Expositio in Precationes pro remissione peccatorum*, uti & in *Preces*, & *Cantiones* ראש השנה ויום הכפורים יסוכות והושענות ROSC HASCIANA, VEJOM HACHIPPURIM, VESUCCOTH, VEHOSCIANNOTH, idest, *in Capite Anni*, *& Festis Expiationis*, *Tabernaculorum & Hosannarum* receptas. Item in תפלות THEPHILLOTH, *Preces* per annum ad Matutinum & Vesperas, juxta ritum Germanicum persolvendas; cum duplici Indice, sub initium, & ad calcem adposito, omnium Precum, & Hymnorum, seu Cantionum, quæ in hoc Codice exponuntur, quæque in universum centum & septendecim recensentur. Opus rarissimum, & a nemine, quod sciam, præter Wolfium ex fide Bartoloccii, memoratum, incipit f. 2. a t. לך יהוה הצדקה וגו' בשעת שניצול חנניה ומישאל ועזריה מכבשן האש

Is Codex authographus est. Sic enim fol. 151. habetur: וסיימתי זה הפי' ביום א' נ' טבת שנת ר'א' לפרט *Composui hunc Commentarium*, *feria I. die 3. Mensis Teveth*, Decembris, *Anno Creationis Mundi* 5201. Christi 1441. Unde Authoris ætas dignoscitur.

CCCIX.

Codex in quarto, chartaceus, foliorum 38. Rabbinicis literis exaratus; olim Palatinus; quo continetur,

פירוש על הגדה של פסח מר' יוסף ניקאטיליה R. JOSEPHI GIKATILIÆ, seu, ut alii legunt, GIKATELLÆ, vel GIKTILIÆ, Hispani, seculo XV. clari, PERUSC

AL

AL HAGGADA SCEL PESACH, *Expositio in Narrationem Mysticam*, sive *ritualem instructionem de Festo Paschatis*, quæ in vigilia, seu nocte ejusdem solemnitatis publice in Synagogis legitur; Cabbalistica, cum ea, quæ prodiit Venet. in 8. apud Danielem Saneti, sine notato anno, per Davidem Thessalonicensem, concordans. Initium fol. 1. הראשון ונוטה לצד הפסר ונקראת מחמצת כאשר בהיות היין נפסר ויוצא מכחו.

Is Codex ad decimumsextum Christi seculum videtur referendus.

CCCX.

Codex chartaceus in octavo, foliis constans 218. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; ubi continentur,

1. Anonymi פירוש על תפלות וברכות בדרך הקבלה PERUSC AL THEPHILLOTH UBERACOTH BEDEREC HAKABBALA, *Expositio Cabbalistica in Preces, & Centum Benedictiones*, Judæis quotidie recitandas. Initium fol. 1. שמע יהוה וחנני יהוה היה עוזר לי יתעלה ויתרומם שם הנאדר בגבורה.

2. Ejusdem ביאור על ס' התורה בדרך הקבלה BIJUR AL SEPHER HATTHORA BEDEREC HAKABBALA, *Commentarius in Librum Legis*, seu potius in quatuor, aut quinque commata ex singulis Pentateuchi Sectionibus, cum utilitatibus, quæ inde deduci possunt, *Cabbalisticus*:

In *Genesim* incipit fol. 65. דע ישכילך האלהים שהעניין הכללי בפרשה הזאת בא
In *Exodum*, fol. 114. דע שזה הספר השני מחמשה חומשי תורה הוא סובב
In *Leviticum*, f. 145. a t. וסמך ידו על ראש העולה רמז על המחשבת העולה
In *Numeros*, f. 157. a t. איש על דגלו באותות אמר המחבר כשם שברא השם ית'
In *Deuteronomium*, fol. 172. אלה הדברים אמ' המחבר דע שמשה פתח בא'

3. Ejusdem סוד מגלת רות SOD MEGHILLATH RUTH, *Mysterium Voluminis*, sive expositio in librum *Ruth*, Cabbalistica; præfixa figura arboris decem ramorum, in quibus totidem ספירות *Sephiroth*, seu Numerationes & Adtributa Divina sunt descripta. Vide Bartoloccium Par. IV. pag. 435. ubi hujusmodi figura exhibetur. Initium fol. 186. כבר אמרו ר'ז'ל' שכל מקום שנ' ויהי אינו אלא לשון צער.

4. Ejusdem פי' העשר ספירות על דרך מערכת אלהות PERUSC AL HAESSER SEPHIROTH AL DEREC MAARECHETH ELAHUTH, *Expositio decem Numerationum*, sive Nominum, quæ Deo a Cabbalistis tribuuntur, *secundum methodum* & doctrinam Libri R. Perez filii Isaaci Sacerdotis, cujus titulus *Ordinatio Divinitatis*; de quo alibi. Initium fol. 206. אין מהכתוב מאין יבוא עזרי ונקראת כן לגדול מעלת המחשבה.

5. Ejusdem לקוטים מפסוקים על דרך הקבלה LIKKUTIM MIPASUCKIM AL DERECH HAKABBALA, *Collectanea variorum Commatum ex Pentateucho*, cum eorundem expositione Cabbalistica; ubi & de Opere sex dierum, seu Historia Creationis agitur. Initium fol. 213. a terg. על כן יעזוב איש את אביו ואת אמו ודבק באשתו והיו לבשר אחד.

6. Ejusdem פירוש יוצר PERUSC JOTSER, *Expositio Precationis*, a prima voce *Formans* inscriptæ, quæ Sabbatho consequente Festum Tabernaculorum re-

recitari solet. Initium fol. 215. a terg. אמנם ראש דברו אמת : על בריאת העולם ברא אלהים את בסופי תיבות

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur exaratus.

CCCXI.

Codex chataceus in quarto, foliorum 66. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

כללי אמונות הנוצרים מבירטראמוס יצחק אפסתאינוס CHELLALE EMUNOTH HANOTSARIM, *Catechesis Fidei Christianæ*, secundum placita Ecclesiæ Calvinisticæ Palatinatus ad Rhenum, una cum formulis Precum, quæ ab ea adhiberi solent; Ebraice ex Latino, inepte tamen, reddita a BERTRAMO ISAACO EPSTEINIO, UTRIUSQUE MEDICINÆ DOCTORE, ANNO CHRISTI MDC. ut in fronte legitur. Inter ceteras Preces, quæ in hoc libro exhibentur, fol. 56. a terg. exstat Precatio pro illius sectæ cultoribus, qui sub tyrannide Turcarum, & Papæ Romani dicuntur commorari. Initium fol. 6. השואל והמשיב : הש' איזו היא תנחומך היחידית

Præit Dedicatio Operis Latino-Ebraica ad *Fridericum* Electorem Palatinum ad Rhenum; cujus initium fol. 3. *Illustrissimo & potentissimo Principi ac Domino D. Friderico Comiti Palatino ad Rhenum, S. Rom. Imperii Archidapifero & Electori, Duci Bavariæ &c. Quum accederent.*

Is Codex autographus est, atque adeo ad præmemoratum Annum Christi 1600. referendus.

CCCXII.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliis constans 81. charactere quadrato elegantissimo conscriptus, olim Palatinus. Ibi continetur,

מחזור של תשעה באב MACHAZOR SCEL THISCIA BEAU, *Cyclus*, sive Breviarii Ebraici pars complectens Ritum & Lamentationes punctis vocalibus animatas, quæ a Judæis Germanis, in memoriam Templi Hierosolymitani eversi, aliarumque calamitatum Populi Judaici, *Die nono Mensis Julii* persolvuntur, quæque cum libris תפלות *Thephilloth*, Precum, edi solent. Et primo quidem ex Sacris Libris; videlicet

Ex *Job*. Init. fol. 1. איש היה בארץ עוץ איוב שמו והיה האיש

Ex *Jeremia*, a Cap. I. ad Cap. XXIII. 7. Initium fol. 17. a terg. דברי ירמיהו בן חלקיהו מן הכהנים אשר בענתות

Ex *Isaia*, a Cap. XXXIV. ad XXXVI. Init. fol. 33. a terg. קרבו גוים לשמוע ולאמים הקשיבו תשמע הארץ ומלואה

Ex *Threnis*, & *Deuteronomio* a Cap. IV. 25. ad Cap. VII. Initium fol. 34. a terg. איכה ישבה בדד העיר רבתי עם היתה כאלמנה רבתי בגוים

Inde consequuntur variorum Rabbinorum קינות KINNOTH, *Lamentationes*, seu Carmina lugubria, quæ præfatis lectionibus Biblicis, juxta Ritum Germanicum, eodem die nono Mensis Julii adjungi solent, in memoriam tum ever-

eversionis primi, & secundi Templi Hierosolymitani, & variarum Synagogarum, quæ idem infortunium diversis temporibus perpessæ sunt; videlicet, *Spirensis*, *Wormatiensis*, *Moguntinæ*, *Coloniensis*, *Rottenburgensis*, *Rotemburgensis*, & *Norimbergensis*; tum aliarum persequutionum populi Judaici in *Anglia*, *Scotia*, *Hibernia*, *Bohemia*, & in *Gallia*, ubi Anno Mundi 4906. Christi 1146. sex Judæorum millia interfecti perhibentur. Porro Authorum nomina singulis Lamentationibus præfixa sunt; nempe.

I. *R. Abraham Levita*, Init. f. 39. ציון מכון שבתך : נהרס ונחרב לאי עמך בקרבך

II. *R. Eliezer filius R. Judæ junior*. Initium ibid. : בליל זה סר נגהי
וגם אורי בברת והושמע קול נהי.

III. *R. Jacob filius Isaaci Levita*. Initium fol. 55. אוי לי על שברי
נחלה ונברה מכתי שעו מני אמרר בבכי.

IV. *R. Menachem filius Jacobi*. Initium fol. 58. מעוני שמים שחקים
יזפלוך מלאים מהודך והם לא יכלכלוך.

V. *Anonymus*, fol. 58. a t. שומרון קול תתן מצאוני עוניי לארץ אחרת יצאוני בני

VI. *R. Salomon Babylonius*, f. 59. שכורה ולא מיין השלכי תופיך שאי על שפיים

VII. *R. Joel filius Isaaci Levita*, f. 60. a t. יבכיון מר מלאכי שלום שלישיה וחנרו

VIII. *R. Baruc Moguntinus*, f. 62. אצבעותי שפלו אשיות נפלו אויה בני ציון נלו

IX. *R. Meir fil. Baruc*, f. 63. a t. הורידו מאין הפוגות דמעות כנחל עיני אל חרבות

X. *R. Mardochæus fil. Josephi*, f. 65. איכה אשובה אל אישי הראשון כי נזהמתי

XI. *R. Jechiel*, fol. 66. a terg. ואת נוי חמאתי השמימה ודמעתי על לחי

XII. *R. Samuel fil. Abrahami Levita*, f. 68. אשיחה ואהמה במר נפש אתאונן

XIII. *Anonymus* iterum, fol. 71. a t. אללי כי אוי והוי ואבוי פינו מלאתה תמור

XIV. *R. Menachem fil. Jacobi* iterum, f. 72. אללי כי באו רגע אלמון ושכול

XV. *Anonymus* iterum, f. 73. a t. אוי לבנים משולחן אב נלו בארץ אויב נגע לו

XVI. *R. Baruc Moguntinus* iterum, f. 74. a t. אבל אעורר אנינות אנדר אניה

XVII. *R. Juda Levita Castellanus*, f. 75. a t. ציון הלא תשאלי לשלום אסירייך

XVIII. *R. Eliezer fil. Judæ junior* iterum, f. 76. a t. ציון הלא תשאלי לשלום

XIX. *Anonymus* iterum, fol. 78. a terg. ציון קחי כל צרי גלעד לצירייך אין

XX. *R. Juda Senior*, f. 79. a t. ציון הלא תדרשי לשלום ידידייך בשבי הלא הלכו

XXI. *R. Israel filius Abrahami*, f. 80. אקרא לאלהים עליון שמע צעקת ישראל

Porro de voce מחזור, *Machazor*, vide infra Cod. CCCXVIII. ubi rationem, cur libelli Precum Judæorum sic inscribantur, & varias ejusdem vocis latinas interpretationes a celebrioribus Ebraicarum rerum Scriptoribus usurpatas, proferemus. Is autem Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

CCCXIII.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliorum 97. quadratis literis exaratus, olim Palatinus; ubi continetur,

מחזור MACHAZOR, *Cyclus*, seu Breviarium, sistens Preces, & Cantiones rhythmicas, secundum ritum Synagogæ Germanicæ, in hisce Anni solemnitatibus persolvendas, variis tamen in locis mancas,

I. In festo שבועות *Sciavuoth*, Septem Hebdomadarum, seu Pentecostes, principio mutilæ. Initium fol. 1. תתעב מתי נגבים וסיעתם רחק מעושק וחיה

II. In festo ראש השנה *Rosc Hasciana*, Capitis Anni. Initium fol. 9. שופר סביב סערה ענה למעניך עבדך : מלך.

III. In festo כפורים *Chippurim*, Expiationis peccatorum, fine mutilæ. Init. fol. 33. כל נדרי ואיסרי ושבועי וחרמי וקונמי

IV. In festo סוכות *Succoth*, Tabernaculorum, absque principio. Init. fol. 81. שבעה נהלם נעימות שבעה שימים כררך מנועתם

V. In *Sabbathis* per annum, una cum יוצרות *Jotseroth*, seu Hymnis, qui in media precatione, quæ incipit *Formas lucem*, unde inscriptionis ratio, ad Matutinum cantantur. Initium fol. 84. a terg. אשרי העם שלו ככה מאלהיו ונואלו ישא ברכה מתברך.

VI. In תשעה באב *Thiscia Beau*, Die nono mensis Julii, in quem cadit solemne Judæorum Jejunium, de quo Zachar. VIII. 19. fine mutilæ. Initium fol. 89. בליל זה יבכיון והלילו בניי בליל זה חרב קדשי ונשרפו ארמוני

Porro plerique Hymni, qui in hoc Machazor exhibentur, fœtus sunt R. Eliezer Kalir, poetæ insignis; de quo alibi.

Is Codex tertiodecimo Christi seculo videtur exaratus.

CCCXIV.

CODEX antiquus, in fol. partim membraneus, partim chartaceus, foliis constans 259. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

מחזור מראש השנה ויום הכפורים MACHAZOR MIROSC HASCIANA, VEJOM HACHIPPURIM, *Cyclus*, seu Breviarium Judæorum, secundum Ritum Synagogæ Hispanicæ, complectens Officia, seu Preces & Hymnos de *Capite Anni*, & *Die Expiationis*, nempe pro diebus נוראים NORAIM, *Terribilibus*, seu pro mense *Tiscri*, Septembri, a quo anni initium auspicantur; præmissis בקשות וסליכות BAKASCIOTH, & SELICOTH, i. e. *Precibus*, & *Postulationibus* ad implorandam veniam peccatorum, cum nonnullis Psalmis Davidis, quibus expetere sibi peccatorum veniam solent, tum Jejunii diebus, tum Pœnitentialibus, vel sub annum novum, vel sub festum Expiationis celebrandis; unde desumuntur etiam quæ aliis temporibus recitare placet.

Officium de Capite Anni, & decem diebus Pœnitentiæ incipit fol. 1. a t. בקראי ענני אלהי צדקי בצר הרחבת לי חנני ושמע תפלתי.

Officium de Jejunio & Die Expiationis peccatorum incipit fol. 64. לך יהוה הצדקה בליל עשו לך עצור נעצרתי.

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

CCCXV.

CODEX antiquus, in fol. membraneus, foliorum 264. quadratis literis eleganter descriptus, olim Palatinus. Ibi continetur,

MA-

מחזור מיום הכפורים כמנהג אשכנזים MACHAZOR MIJOM HACHIPPURIM CHEMENHAG ASCHENAZIM, *Cyclus*, ſeu Breviarium, *ſecundum ritum Judæorum Germanorum*, ſiſtens Officium de *die Expiationis peccatorum*, unacum centum & quinquaginta tribus Precibus & Cantionibus rhythmicis a ר' אליאזר קליר R. ELIEZER KALIR, in eum diem compoſitis; quarum index principio præfigitur. Init. fol. 4. a terg. אבינו מלכנו חטאנו לפניך אבינו מלכנו אין לנו מלך אלא

Adcedit ejuſdem R. Eliezer בקשה BAKASCIA, *Deprecatio*, Litaniæ inſtar, in eodem Expiationis die recitanda; ubi Angelorum, qui invocantur, nomina Alphabetico ordine diſpoſita ſunt, ſi quidem literam נ *Nun* excipias, quam mali ominis Iſraelitis eſſe adfirmant, ex iis, quæ apud Prophetam Amos Cap. V. com. 1. leguntur: נפלה לא תוסף קום בתולת ישראל וכו' *Cecidit, non addet ſurgere virgo Iſrael*, &c. Idcirco Angelus, cujus nomen a præfata litera incipit, conſulto prætermiſſus. Porro Angelorum nomina hæc ſunt: אכתריאל ברכיאל : גבריאל : דרשיאל : הדרניאל : וותקיאל : זכריאל : חסדיאל : טוביאל : יהואל : כבדיאל : לראל : מלכיאל : סמכיאל : עתריאל : פתחיאל : צדקיאל : קדושיאל : רזיאל : שמריאל : תמימיאל : מיכאל : i. e. *Actariel*, *Barachiel*, *Gabriel*, *Daraſciel*, *Hadraniel*, *Vvatachiel*, *Zacariel*, *Chaſdiel*, *Tubiel*, *Jehoel*, *Cavadiel*, *Larael*, *Malchiel*, *Samachiel*, *Atthariel*, *Pathachiel*, *Tſadachiel*, *Keduſciel*, *Raziel*, *Sciamariel*, *Themimiel*, & *Michael*, quem Principem tutelarem Synagogæ Judaicæ adpellant. Hanc Supplicationem ex Codice, quem præ manibus habemus, erutam, Latine vertit Bartoloccius, & cum textu Ebraico Bibliothecæ ſuæ Rabbinicæ Tom. I. pag. 192. & ſeqq. inſeruit; indeque Angelorum, & Sanctorum cultum Judæis ſemper fuiſſe receptum oſtendit. Init. fol. 255. ארממך שם הנכבד והנורא יהוה אלהותך נערץ ונקדש עמך שרי נהורא

Conſequitur alia בקשה BAKASCIA, *Deprecatio*, ſermone Chaldaico, literis tamen Ebraicis quadratis expreſſa, & juxta duplicem Alphabeti ſeriem, inverſam ſcilicet, & rectam diſpoſita, quæ a Judæis Germanis in eodem feſto Expiationis olim recitabatur; authore ר' אמנון ממגונצה R. AMNONE MOGUNTINO, Moſi Nachmanidæ æquali, quem a Magiſtratu Chriſtiano religionis cauſſa occiſum perhibent. Vide Bartoloccium loc. cit. pag. 371. ubi & aliam ejuſdem Amnonis Deprecationem, quam Judæi in die Expiationis, & initio novi Anni recitare ſolent, nec non hiſtoriam de ipſius Rabbini cæde, a R. Ephræmo filio Jacobi Viennenſi, cujus nomen ex initialibus præfatæ Deprecationis literis elicitur, conſcripta, quam Martyrium interpretantur, ex Commentario in Machazor Bononiæ impreſſo repetit, atque confutat. Init. f. 261. תא שמע מריה דעלמא צלותא שפירא שארא דעמך מצליין

Is Codex ſcriptus eſt Anno Chriſti 1320. ut hæc docent Librarii verba, quæ in clauſula Officii de Jejunio & feſto Expiationis, fol. 250. leguntur: אני פרינורס בר יצחק הכהן שושן כתבתי אלו הסיליהות ונמרתי מלאכתי בבקר ביום ה' ט' לירח אלול פ' לפרט ברוך הנותן ליעף כח *Ego Prigorus filius Iſaaci, Sacerdos Suſan, exaravi has Preces, & perfeci opus meum mane Feriæ quintæ, die 9. Menſis Elul*, Auguſti, *Anno ab Orbe condito 5080. ſecundum minorem ſupputationem*, ideſt 5080. *Benedictus, qui dat laſſo fortitudinem, &c.*

CCCXVI.

CODEX in fol. chartaceus, foliis constans 213. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

מחזור מראש השנה ויום כפורים MACHAZOR MIROSC HASCIANA, VEJOM CHIPPURIM, *Cyclus*, seu Breviarium, juxta ritum Synagogæ Germanicæ, complectens Preces, & Cantiones in *Capite Anni*, & *Die Expiationis* persolvendas; quæ tamen Germanice literis Rabbinicis expressæ sunt, in usum mulierum, & eorum, qui linguam Sanctam, seu Ebræam minus callent. Initium fol. 1. לך והוה שרור גוט די נוחמי קווט

Is Codex, quem ad decimumquintum Christi seculum haud immerito referas, scriptus est a משה בן שמרוא אליעזר *Mose filio Scemariæ Eliezer*; pertinuitque olim ad יוסף הלוי *Josephum Levitam*, uti ad calcem adnotatur.

CCCXVII.

CODEX antiquus, in fol. membraneus, foliorum 113. quadratis literis conscriptus, olim Palatinus; ubi continetur,

ספר יוצרות כמנהג אשכנזים SEPHER JOTSEROTH CHEMENHAG ASCHENAZIM, *Liber Precum* rhythmicarum, quæ *secundum Ritum Germanorum Judæorum* in solemnioribus festis diebus ad Matutinum cantantur, & quarum author communiter creditur ר׳ אליעזר קליר R. ELIEZER KALIR, de quo superius. Inscriptæ autem fuerunt JOTHSEROTH, quasi *Formatrices*, ideo quod in media precatione, quæ a prima voce יוצר JOTSER, *Formans*, nuncupatur, solent decantari. Nonnulla tamen in nostro Codice sub initium, medium & finem desiderantur. Init. f. 1. לכל מהירי מלאכתיך ארת הכל יפה עשית בעתו

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

CCCXVIII.

CODEX antiquus, in fol. membraneus, foliis constans 308. charactere quadrato descriptus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. מחזור מכל השנה כמנהג אשכנזים MACHAZOR MICOL HASCIANA CHEMENHAG ASCHENAZIM, *Cyclus totius anni*; quia nimirum quotannis in circulum redit, teste Ganzio pag. 40. seu *Breviarium*, ut interpretatur Bartoloccius in sua Bibliotheca Rabbinica, voce Ecclesiæ Romanæ in simili argumento recepta, vel *Euchologium*, ut Hottingerus ex Græcæ Ecclesiæ ritu, sive demum *Liber Precum*, & *Cantionum*, quibus *Judæi Germani* utuntur per Hebdomadam, & in Sabbathis, ceterisque anni Solemnitatibus, & Jejuniis; accentibus & punctis vocalibus animatus, qui sæpissime lucem publicam aspexit; ut videre est apud Bartoloccium & Wolfium, qui hujusmodi librorum, secundum ritum tam Germanorum, quam Hispanorum, Italorum, aliarumque gentium Judaicarum, plerasque editiones, & in alias etiam

etiam linguas interpretationes in Bibliothecis ſuis Rabbinicis recenſent. Initium fol. 1. a terg. ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר קדשנו

2. הלכות שחיטה HALACOTH SCECHITTA *Conſtitutiones in Ritum mactandi animalia*, eorumque inteſtina inſpiciendi, ne ſcilicet maculis obnoxia ſint, atque adeo illicita; duabus columnis diſpoſitæ, punctiſque vocalibus, & accentibus, uti & cetera opuſcula, quæ in hoc Codice exhibentur, inſignitæ. Init. fol. 257. תניא ר׳ אומר וזבחת כאשר צויתך מלמד שנצטווה משה רבינו

3. סדר העבור לדעת זמן החגים ושנות המעוברות ל׳ז׳ שנים SEDER HAIBBUR LADAATH ZEMAN HACHAGHIM VESCENOTH HAMMEUBAROTH LISCLOSCIM VESCEVA SCIANIM, *Ordo Kalendarii pro triginta ſeptem annis*, nempe ab Anno Mundi 5162. Chriſti 1402. ad 5200. Chr. 1440. una cum tabulis ad inveniendas Neomænias, Feſta mobilia, & Jejunia Judæorum; & ad dignoſcendos annos Emboliſmicos, ſeu Intercalares. Init. f. 259. a t. רען זרח נב וש הב ברה הרח נב וש הש

4. הפסקות הפרשיות HAPHSAKOTH HAPPERASCIOTH, *Diviſiones Sectionum*, ſive *Ordo legendi Pentateuchum*, qui in Kalendariis Judaicis edi ſolet, una cum notis locorum, quæ in Synagoga ab uno, vel pluribus ſimul, pro ratione temporum, leguntur; addito Indice Sectionum quinquanginta quatuor, quibus totus Pentateuchus abſolvitur, in Sabbathis per annum legendarum, & *Haphtaroth*, ſive Lectionum e Prophetarum libris, quæ juxta receptam apud Judæos conſuetudinem Sectionibus ipſis adjungi ſolent. Init. f. 265. בראשית כהן יום אחד לוי יום שני ישראל יום שלישי.

5. סדר התקופות SEDER HATTHEKUPHOTH, *Ordo Revolutionum*, ſive Tabulæ Aſtronomicæ de ingreſſu Solis in quatuor puncta cardinalia, nempe de ſolſtitiis & æquinoctiis, ab Anno Mundi 5162. ad An. 5196. hoc eſt ab Anno Chriſti 1402. ad an. 1436. Init. f. 275. קסב׳ תקופת תשרי יום ז׳ בינ׳ שעות

6. תקון שטרות TIKKUN SCETAROTH, *Ordinatio*, ſeu *Formulæ Inſtrumentorum*, ad res judiciales pertinentium, una cum nonnullis gloſſis, quæ ad marginem recentiori charactere Rabbinico additæ ſunt. Initium fol. 277. זכרון עדות שהיתה בפנינו ביום פלוני בשבת בכך.

7. Collectanea variarum Conſtitutionum cæremonialium ignoti authoris; videlicet,

I. הלכות חנוכה HALACOTH CHANNUCA, *Conſtitutiones de Dedicatione Templi*. Init. f. 283. שני בעלי בתים היו בבית אחד והצריכם ר׳ דוד הלוי להדליק

II. הלכות אבל HALACOTH EVEL, *Conſtitutiones de Luctu* pro defunctis, ſive de ritu in funeribus ſervando. Init. fol. 283. a terg. אין יושבין על פחות מכן ל׳ וכן היה ר׳ יהודה מורה ועשה מעשה.

III. הלכות בכורות HALACOTH BECOROTH, *Conſtitutiones de Primogenitis* redimendis. Init. f. 284. חייב אדם לפדות את בנו הבכור כשהוא בן שלשים יום

IV. הלכות ברכת כהנים HALACOTH BIRCATH COHANIM, *Conſtitutiones de Benedictione Sacerdotali*. Init. f. 284. a t. הכהנים חייבין לעלות לדוכן בשליח

V. הלכות פסח HALACOTH PESACH, *Conſtitutiones de ritibus Paſchatis*, aliorumque Feſtorum, nempe *Tabernaculorum*, *Retentionis Cœtus*, *Encæniorum*, & *Purim*; ſive Sortium; ubi & quomodo conſcribendum ſit Volumen,

men, seu historia Esther præcipitur, servato ordine a R. Salamone Isaacide constituto. Init. f. 285. מנזג אדם כוס של יין לכל אחד ואחד מבני ביתו אחד

8. שבעים פסוקים SCIVIM PASUKIM, *Versiculi septuaginta*, ex Psalterio Davidis excerpti, quos si quis post quotidianas preces recitaverit, secunda semper utetur fortuna; ut in titulo dicitur. Init. fol. 308. ואתה יהוה מגן בעדי כבודי ומרים ראשי:

In fine vero, fol. 308. a tergo hæc a calligrapho adnotata reperias: חזק ונתחזק אברהם הסופר לא יזק לא היום ולא לעולם עד שיעלה חמור בסולם *Confortare & esto robustus. Abraham scriba nullo adficiatur damno, neque bodie, neque in æternum, donec asinus ascendat per scalam.*

Is Codex scriptus videtur Anno Mundi 5162. Christi 1402. ut ex Kalendario, & Tabulis Astronomicis num. 3. & 5. memoratis liquet, quas ab eo Anno incipere monuimus. Pertinuit olim ad אברהם בן יוסף מעמריך *Abrahamum filium Josephi Hamburgensem*, qui fol. 254. in corpore, nativitatem filiæ suæ Chaniliæ contigisse, adnotat, die 17. mensis Nisan, Martii, Anno Creationis Mundi 5248. Christi 1488.

CCCXIX.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliorum 84. quadratis literis perquam nitidis atque elegantibus exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

ס׳ קינות של תשעה באב כמנהג אשכנזים SEPHER KINNOTH SCEL THISCA BEAU, CHEMENHAG ASCHENAZIM, *Liber Threnorum*, sive *Lamentationum*, quæ a *Judæis Germanis*, ex *Job*, *Isaia*, *Jeremia* & *Deuteronomio*, in memoriam Templi eversi, *die nono mensis Julii* recitantur; una cum aliis variorum Rabbinorum Neniis, in memoriam tum præfati Templi cum civitate Hierosolyma diruti, tum stragis Judæorum in diversis, Germaniæ præsertim locis editæ, inter Sectiones Biblicas eodem die nono mensis Julii occinendis. Quæ omnes accentibus, & punctis vocalibus animatæ sunt, & in universum quinquaginta quatuor numerantur, earumque Indicem ad calcem Codicis adpositum reperias. Initium fol. 1. בליל זה יבכיון וילילו בניי בליל זה חרב קדשי ונשרפו ארמוני

Is Codex ad decimum quartum Christi seculum videtur referendus.

CCCXX.

Codex membraneus in quarto, foliis constans 595. partim quadratis, partim Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. ביאור על קרית שמע ישראל BIJUR AL KIRIATH SCIAMA ISRAEL, *Expositio in Lectionem* sacram textus Mosis: *Audi Israel, Deus tuus, Deus unus est*, ex Deuteronom. VI. 4. ignoti Authoris. Init. fol. 1. אל תהי ק״ש קלה בעיניך שהרי יש בה רמ״ח תיבות,

2. Ejusdem פי׳ על פסוק ולא קם PERUSC AL PASUK VELO KAM, *Expositio in*

in Comma decimum Capitis ultimi Deuteronomii: *Et non ſurrexit*, &c. ubi de præſtantia Moſis Prophetæ diſſeritur. Init. fol. 2. ולא קם נביא עוד בישראל כמשה אבל באומות העולם · ודעתו כי לא היה ·

3. Anonymi שלשה עשר עקרי הדת מהרמבם SCELOSCIA ASSAR IKARE. HADDATH MEHARAMBAM, *Tredecim Fundamenta*, ſeu *Articuli Legis Moſaicæ*, quos primus conſtituit R. MOSES FILIUS MAIMONIS, teſte Iſaaco Abarbanele in Capit. Fidei Cap. I. pag. 3. & quidem exemplo Chriſtianorum excitatus, occaſione Cap. XI. Tractatus Talmudici *Sanhedrin*, Senatus, quod a prima voce חלק *Chelek* nuncupatur; unde & in Præfatione ad hocce Caput Tredecim illos Articulos exhibuit; ſive, ut alii adfirmant, ex Precatione quotidiana, quam etiam moribundis prælegere ſolent; cujus hoc eſt initium: יגדל אלהים חי. Karraitæ tamen decem tantum Articulos fundamentales ſtatuunt, habito forte ad decem Præcepta, ſeu Decalogum reſpectu. Vide Jac. Triglandii Diatribam de Karæis, ſeu Karraitis pag. 151. Initium fol. 3. a tergo. העקר הראשון כי הבורא יתברך נמצא מציאות כל הנמצא

4. תחנונים THACHANUNIM, *Supplicationes*, quibus ad Matutinum utuntur *Judæi Romani*, cum editis Soncin. Anno Mundi 5247. Chriſti 1487. concordantes; adjectis Pſalmis quindecim Gradualibus, & Pſ. CXVIII. *Beati Immaculati in via*. Init. fol. 5. ערפו תהלות עוז בני אפרים תשתחוו ארץ

5. בקשות BAKASCIOTH, *Deprecationes* itidem Matutinæ, cum שיר היחוד מר' שמואל הנגיד SCIR HAJECHUD, *Cantico Unitatis* R. SAMUELIS NAGHID; de quo alibi. Init. fol. 18. אעירה שחר על דברתך אקיצה משנתי

6. תפלה מעולה בכל בקר לר' דוד קמחי R. DAVIDIS KIMCHI, filii R. Joſephi, THEPHILLA MEULLE BECOL BEKER, *Precatio magnæ utilitatis*, *quotidie mane recitanda*. Init. f. 23. a t. שיר למעלות שמחתי באומרים לי בית יהוה נלך

7. סדר כוונת התפלה CHAVVANATH HATHEPHILLA, *Ordo Intentionis Precum*, ſive de intentione inter precandum habenda, deque Orationis neceſſitate, & ritibus ab orante ſervandis. Initium fol. 43. בכל יום כל בר ישראל בהקיצו משנתו שרעוע ויראתו ·

8. מחזור של כל השנה MACHAZOR SCEL COL HASCIANA, *Cyclus*, ſive *Libellus Precum per anni circulum*, *juxta Ritum Synagogæ Romanæ*, cum Anonymi explicatione de Ritibus, & Cæremoniis, quæ in ſingulis Judæorum ſolemnitatibus, ſpeciatimque in *Capite anni*, & *Die Expiationis peccatorum*, ſervari conſueverunt. Init. f. 47. a t. ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר

9. ס' כתר מלכות מר' שלמה בן גבירול R. SALOMONIS FILII GAVIROL, ſeu GHEBIROL, FILII JUDÆ, Hiſpani Malacenſis, qui claruit anno Mundi 4830. Chriſti 1070. teſte Ganzio, qui illum laudat a Muſices peritia, SEPHER CHETHER MALCUTH, *Liber Coronæ Regni*, titulo deſumto ex Eſther II. 17. ſive Cantiones & Preces rhythmicæ in ſingulos dies, quæ cum libris Precum Synagogæ Germanicæ edi ſolent, prodieruntque ſeorſim Venetiis; ut videre eſt in Catalogo Bibliothecæ Leidenſis pag. 258. ubi *Euchologium* inſcribuntur, diſſimulato anno editionis; Germanice vero converſæ, Amſtelod. 1674. in 4. & cum Latina interpretatione Franciſci Donati Ord. Prædic. in תפוחי הזהב *Pomis Aureis Linguæ Ebraicæ*, Romæ 1618. & 1623. ite-

rum in quarto. Bartoloccius in recensione hujus Codicis, nullam de hocce libro mentionem facit. Init. fol. 27. בתפלתי יסכן גבר כי בה ילמד יושר וזכות

10. הלכות תשובה HALACOTH THESCIUVA, *Constitutiones de Pœnitentia*; ubi & de ritu servando in decem diebus, qui festum Expiationis peccatorum præcedunt: item de מלקות MALKUTH, i. e. *Scutica*, ex corio bovis & asini contexta, qua se flagellant Pœnitentes, deque aliis Pœnitentiæ & pœnarum generibus pro ratione culparum. Authoris nomen ignoratur. Initium fol. 82. א״ר יוחנן שלשה ספרים נפתחים בר״ה של צדיקים גמורים

11. פירוש על מזמור לב״ מר׳ יואל אבן שועיב PERUSC AL MIZMOR SCELSCIM USCENAIM, *Expositio in Psalmum trigesimnm secundum*, ex Commentariis R. JOELIS ABEN SCIOEB, Hispani Aragonensis, in Psalterium Davidis, quorum titulus נורא תהלות NORA THEHILLOTH, i. e. *Formidabilis laudibus*, ex Exod. XV. 11. desumta. Initium fol. 235. לדוד משכיל אשרי נשוי פשע כסוי חטאה.

12. Anonymi פטירת משה רבינו ע״ה PETIRATH MOSCE RABBENU ALAU HASCIALOM, *Obitus Mosis Magistri nostri, quocum Pax*; sive Historia de morte, funere, & sepultura MOSIS PROPHETÆ, metrica, Talmudicis anilibus fabulis referta, quæ haud parum discrepat a variis ejusdem inscriptionis, & argumenti libris, qui tum Ebraice, tum Germanice ac Latine ex versione Gilberti Gualmini hactenus predierunt; de quibus videsis Wolfium Tom. II. de Scriptis Ebræorum Anonymis, num. 121. & 550. Init. f. 500. אין לפענח ולפרוש רזי אל ואין להבין עצות אל: ואין.

13. פירוש מוסף לשאילת מטר PERUSC MUSAPH LESCEELATH MATAR, *Expositio Additionis ad Ritum petendi pluviam*, secundum doctrinam ר׳ שלמה צרפתי R. SALOMONIS GALLI, qui contracte רש״י *Rasci*, i. e. R. Salomon filius Isaacii, Jarchi nuncupatur. Initium fol. 568. אף ברי אותת שם שר בטר נקט מפסור דכתיב אף.

14 סימני דינים SIMANE DINIM, *Index Rituum, & Cæremoniarum*, in quibus habitatores Terræ Israelis a Judæis aliarum regionum incolis discrepant. Initium fol. 588. בני ארץ ישראל עומדים בק״ש ובני בבל יושבין כדתני

15. תשובה על השאלה ששאל עובדיה הגר להרמבם בענין הכל בידי שמים חוץ מיראת שמים THESCIUVA AL HASCEELA SCESCIAL OBADIA HAGHER LEHARAMBAM BENJAN HACOL BIDE SCIAMAIM CHUTS MIRATH SCIAMAIM; hoc est, R. MOSIS FILII MAIMON *Responsio ad Quæstionem, sibi ab Obadia Neophyto propositam de Timore Dei*: An scilicet juxta effatum Rabbinicum, *Omnia a Cælo pendeant, præter ejus timorem*. Init. f. 589. מה הוא זה שא״ר ז״ל הכל בידי שמים

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur descriptus.

CCCXXI.

CODex chartaceus in quarto, foliorum 31, quadratis literis exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

הגדה של פסח HAGGADA SCEL PESACH, *Narratio mystica de Paschate*, sive instructio de ritibus in Paschali festo rite celebrando receptis, vocabulis pun-

punctis & accentibus animata, quæ ineunte nocte Paschatis, publice in Synagogis legi solet, quæque exstat tum in Libris Precum plerisque inter מועדים *Moedim*, Festa, tum in סדור מברכה *Siddur miberaca*, Ordine Benedictionis; prodiitque seorsim aliquoties, testibus Bartoloccio, & Wolfio, qui & varias ejusdem Narrationis in Latinam, aliasque linguas translationes recensent. Authoris nomen latet, & incassum alibi forte quæritur, quum amplissimus ipsius operis commentator Isaac Abarbanel de illo reticeat. Pleraque folia ex oscitantia Bibliopæi luxata sunt, atque perperam compacta; nonnulla etiam desunt. Init. f. 1. ב'א'ה'העולם אשר בחר בנו מכל עם ורוממנו מכל לשון

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CCCXXII.

Codex antiquus, in quarto, membraneus, foliis constans 189. charactere partim quadrato, partim Rabbinico exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. מחזור כמנהג צרפתים MACHAZOR CHEMENHAG TSARPHATHIM, *Cyclus*, seu *Breviarium*, *secundum ritum Synagogæ Gallicæ*, complectens Preces & Cantiones, sive Officia trium Festorum; videlicet,

I. ראש השנה *Rosc Hasciana*, Capitis Anni. Initium fol. 1. מלך אזור גבורת גדול שמך בגבורה לך זרוע עם גבורה מלך בגדי נקם ·

II. יום הכפורים *Jom Hachippurim*, Diei Expiationis peccatorum. Init. fol. 47. a terg. כל נדרי ואיסרי וקונמי ושבועי חרמי די נדרנא ודי ישתבענא

III. סוכות *Succoth*, Scenopægiæ, seu Tabernaculorum. Init. fol. 153. אכתיר זיר תהילה לנורא עלילה למי זאת עולה באדר רננים ·

Singularum Precum, & Cantionum initiales voces majusculis rubeis literis distinctæ sunt.

2. קינות על י'נ' יהודים טר' יעקב בן יהודה KINNOTH AL SCIALOSC ASSAR JEHUDIM, *Lamentationes*, seu *Neniæ*, *in memoriam tredecim Judæorum*, Trecis in Gallia, anno Mundi 5048. Christi 1288. combustorum, nempe *R. Isaaci Catalauni*, cum conjuge, duobus filiis, & nuru; *R. Simson Sacerdotis*; *R. Salomonis*, & *R. Baruc de Averio*; *R. Simeonis scribæ de Marsiano*; *R. Jonæ*; *R. Isaaci Sacerdotis*; *R. Chaiim*, *Berolinensium*, & *R. Chananelis*; Ebraico-Gallice, literis tamen Rabbinicis conscriptæ, a R. JACOBO FILIO JUDÆ VOLATERRANO; ut in titulo legitur. Hinc corrigendi Bartoloccius, & Wolfius, qui hasce Nenias nondum typis consignatas Anonymo adtribuunt. Init. fol. 188. a t. יוצע על בשרי שק ואפר : כלו בעשן מלומדי ספר : מאורי זיקות

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

CCCXXIII.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliorum 205. quadratis literis descriptus, olim Palatinus; ubi continentur,

1. סדור תפלות כמנהג אשכנזים SIDDUR THEPHILLOTH CHEMENHAG ASCHENA-

NAZIM, *Ordo Precum, secundum Ritum Germanicum*, pro diebus Ferialibus, qui ראש חדש *Rosc Chodesc*, sive *Neomeniæ* dicuntur; & *Sabbathis* per annum: principio mutilus. Singularum autem Precum & Cantionum initiales voces majusculis rubeis literis distinctæ sunt. Initium fol. 1. ב'ה' אלהינו מ'ה' אשר המבין מצעדי גבר : ברוך א'ה' אלהינו מ'ה'.

2. לוחות מכל ראשי חושים ומהתקופורת והפסקורת LUCOTH MICOL ROSCE CHADASCIM UMEHATTEKUPHOTH VEHAPHSAKOTH, *Tabulæ Neomeniarum*, & *Ingressus Solis in quatuor puncta cardinalia Zodiaci*, sive solstitiorum & æquinoctiorum, una cum *Ordine Sectionum Legis*, & Capitulis Prophetarum; ubi recensentur festi dies cum *Parasciotb*, seu Sectionibus Pentateuchi, & *Haphtaroth*, idest Lectionibus e Prophetarum libris, quæ in ipsis festis recitari solent; adnotato etiam termino quousque vel Sacerdos, vel Levita, vel Israelita legere debeat. Init. fol. 198. רס'ה' ש מ צ ק א ינ ל א ל פ

Is Codex pertinuit olim ad ר' תנחום הסופר *R. Thanchum Scribam*; ut fol. 198. adnotatur; scriptus autem videtur seculo Christi decimotertio.

CCCXXIV.

Codex antiquus, in 4. membraneus, foliis constans 395: Rabbinicis literis elegantissime scriptus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. סדור תפלורת השנה כמנהג אשכנזים SIDDUR THEPHILLOTH HASCIANA CHEMENHAG ASCHENAZIM, *Ordo Precum per totum annum, secundum Ritum Judæorum Germanorum*, duabus columnis dispositus, sistens Precationes illas, & Cantiones, quæ tum quotidie, tum in Sabbathis, Neomeniis, & aliis solemnitatibus Judaicis adhiberi solent, & quarum initiales voces auro & minio distinctæ sunt. Adcedunt ad marginem variæ notulæ Rituales, Anonymi Authoris, charactere minutissimo, sed perquam nitido, atque polito conscriptæ, in recitationem Precum, & celebrationem Festorum, unacum figuris ad pleniorem hujusmodi rituum, & cæremoniarum intelligentiam necessariis, quæ coloribus variis aqua dilutis effictæ sunt. Initium fol. 1. ואני ברוב חסדך אבא ביתיך אשתחווה אל היכל קדשך.

2. Tractatus quinque Talmudici ex Ordine Quarto, qui נזיקין NEZIKIN, i. e. *Damna* inscribitur, una cum variorum Rabbinorum Decisionibus, sive Commentariis, Tractatibus iisdem insertis; videlicet,

I. מסכת בבא קמא MASSECHETH BAVA KAMA, *Tractatus Porta Prima*, constat Capitibus decem; ubi de Damnis, quæ a bestiis, vel ab hominibus alicui inferuntur. Initium fol. 108. a terg. ארבע אבות נזיקין תני בר' אבות נזיקין ואילו הם שור ובור ומבעה.

II. מסכרת בבא מציעא MASSECHETH BAVA METSIA, *Tractatus Porta Media*, Capp. decem; ubi de rebus inventis, de deposito, mercede, commodato, mutuo, usura, fœnore; item de conductionibus & locationibus exponitur. Init. f. 117. שנים אוחזים בטלית וזה נוטל רביע ומה שאינו נוטל

III. מסכת בבא בתרא MASSECHETH BAVA BATHRA, *Tractatus Porta Postrema*, Capp. decem; ubi de societate in commerciis, de ædium vicinitate,

tate, de emtione & venditione, de hæreditate & ſucceſſione, de poſſeſſione, fide juſſionibus, & aliis ejuſmodi. Initium fol. 128. a terg. השותפין הכל כמנהג המדינה : הכל כמנהג המדי׳ עיין פ׳ המקבל ·

IV. מסכת סנהדרין MASSECHETH SANHEDRIN, *Tractatus Senatus*, ſeu *Judices*, Capp. undecim; in quibus de Senatu majore, de judiciis inferioribus pecuniariis & criminalibus, de Judicibus, de Teſtibus, de quatuor ſupplicii criminalis generibus, lapidatione, nimirum, combuſtione, decollatione, & ſtrangulatione; de Iſraelitis, partem in ſeculo futuro æternæ vitæ habituris, vel Gehennæ addicendis; ubi plurima de Meſſia ejuſque adventu diſputantur. Init. f. 142. a t. דיני ממונות בשלשה ואם היה ממוחה לרבים

V. מסכת שבועות MASSECHETH SCEVUOTH, *Tractatus de Juramentis*, Capp. Octo; ubi de iis, qui ad jurejurandum idonei ſunt: quomodo jurent quadruplices rerum Cuſtodes, nempe qui gratis cuſtodit, qui petiit cuſtodiam, qui mercedem cuſtodiæ accepit, & qui mercede conduxit. Initium fol. 147. היה משמש עם טהורה ואמר לו נטמאתי יפריש מעשה באשה אחרת ·

3. ספר מרדכי SEPHER MORDOCHI, *Liber* R. MARDOCHÆI, Germani, filii Hillelis, anno Chriſti 1310. clari, ſive Commentarius ampliſſimus in *Alphesii* Opus, atque adeo in totum corpus Talmudicum, qui ex ejus nomine מרדכי גדול MORDOCHI GADOL, ſeu *Mardochæus Magnus* inſcribi ſolet, quique cum eodem Alpheſii Opere prodiit Venetiis, atque alibi. Adcedit ad marginem, & ad utramque ejus oram מרדכי קטן MORDOCHI KATAN, *Mardochæus Parvus*, ſive compendium præfati libri Mardochæi magni; cujus author R. SAMUEL SCELESTAT, ut hæc oſtendunt Amanuenſis verba, quæ fol. 264. leguntur: סיימתי זה המרדכי קטן אשר מורינו הר׳ ר׳ שמואל המכונה משלישטאט יום היום הזה פר׳ ואביו שמר את הדבר שנת ק׳נ׳ט׳ לפ׳ק׳ : נחמיה בר שמואל ז׳ל׳ה׳ה׳ *Abſolvi Mardochæum parvum magiſtri noſtri R. Samuelis, cognomine Sceleſtat, hac die 5. Sectionis: Et habitavit Jacob*, Gen. XXXVII. 1. nempe menſe Decembri, quo ea Sectio legi ſolet, *anno Creationis Mundi* 5159. Chriſti 1399. *Nechemias filius Samuelis, cujus memoria in benedictionem, ſcripſit*. Verum haud longe abſimile compendium ſub nomine *R. Joſue Boaz* excuſum eſt Cremonæ A. C. 1557. in 8.

Porro Liber Mardochæi Magnus heic mancus; complectitur enim Deciſiones, ſive Conſtitutiones Judiciales & Cæremoniales Alpheſii in hoſce tantum Tractatus Talmudicos.

I. In מסכת שבת *Maſſecheth Sciabbath*, Tractatum de Sabbatho, primum Ordinis II. מועד *Moed*, de Feſtis. Initium fol. 151. a terg. יציאות רדיית הפת : ואינה מלאכה ומהאי טעמא הזכירו ·

II. In מסכות פסחים *Maſſecheth Peſachim*, de Paſchatum ſolemnitatibus, tertium ejuſdem Ordinis. Initium fol. 163. אור לארבעה עשר בודקין שלא יעבור בבל יראה ובל ימצא.

III. In מסכת עירובין *Maſſecheth Eruvin*, Tractatum de Commixtionibus domorum & rerum in Sabbatho, ſecundum præfati Ordinis. Init. 167. a t. מבוי שהוא גבוה אם יש לו צורת הפתח הני הלכה ולא כרב דתני צריך למעט ·

IV. In

IV. In מסכת סוכה *Maſſecheth Succa*, Tractatum de Tabernaculorum, ſeu ſcenarum feſto, ſextum ejuſdem Ordinis. Initium fol. 171. a terg. סוכה שהיא גבוה וכו' הילכתא גבוה יותר מכ' אמה.

V. In מסכת ראש השנה *Maſſecheth Roſc haſciana*, Tractatum de Capite anni, octavum ejuſdem Ordinis, Initium fol. 173. a terg. ארבעה ראשי שנים הם למאי הילכתא לשטרות שא'ר'.

VI. In מסכת יומא *Maſſecheth Joma*, Tractatum de die Expiationis peccatorum, quintum ejuſdem Ordinis, Init. fol. 174. a terg. כתוב בתשובת הגאונים ששחקת על מה שהיו רגילין לאכול.

VII. In מסכת ביצה *Maſſecheth Betſa*, Tractatum de Ovo, ſeu Die bono, aut Feſto, præter Sabbathum, ſeptimum ejuſdem Ordinis, Initium fol. 175. a terg. ביצה שנולדה ביום טוב כתב ראבייה אם עירב ביצה שנולדה ביום טוב

VIII. In מסכת ברכות *Maſſecheth Beracoth*, Tractatum de Benedictionibus, ſeu Precibus, & Gratiarum actione, primum Ordinis I. זרעים *Zeraim*, de Seminibus, & fructibus terræ. Initium fol. 179. מאימתי בטל ורוחות לא חיים חכמים כגון משיב הרוח אם אמר מוריד הגשם.

IX. In מסכת מגלה *Maſſecheth Meghilla*, Tractatum de Volumine, ſeu Feſto פורים *Purim*, i. e. Sortium, de quo in hiſtoria Eſther, decimum Ordinis II. מועד *Moed*, de Feſtis. Init f. 180. מגלה מה שלא נהגו בזמן הזה לקרות

X. In מסכת תענית *Maſſecheth Thaanith*, Tractatum de Jejunio, nonum ejuſdem Ordinis. Init. f. 182. a t. הלכות ט' באב כלי פשתן מכבסין אסור ללובשן

XI. In מסכת מועד קטן *Maſſecheth Moed Katan*, Tractatum de Feſto parvo, Undecimum ejuſdem Ordinis. Init. f. 183. ת'ר' את חג המצות תשמור לומר

XII. In מסכת חולין *Maſſecheth Cholin*, Tractatum de Prophanis, ſeu animalibus mundis & immundis, quatenus hominum uſibus licita, vel illicita ſunt, ſecundum Ordinis V. קדשים *Kodaſcim*, de Sanctitatibus. Init. fol. 192. הכל שוחטין הא דלא תני נשים לפשוט דשוחטות לכתיחלה

XIII. In מסכת עבודה זרה *Maſſecheth Avoda Zara*, Tractatum de Idololatria, nonum Ordinis IV. נזיקין *Nezikin*, de Damnis. Initium fol. 217. לפני אידהן דכל מקח וממכר שרי לנו ביום איד ולא אסר.

XIV. In מסכת יבמות *Maſſecheth Jevammoth*, Tractatum de Fratriis, ſeu Fratris abſque liberis defuncti uxore ducenda, primum Ordinis III. נשים *Naſcim*, de Mulieribus. Initium fol. 227. חמש עשרה נשים מניינא למעוטי דרב מספק' לן אי הלכה כרב.

XV. In מסכת כתובות *Maſſecheth Chethuvoth*, Tractatum de Scripturis, ſeu Inſtrumentis Dotalibus, ſecundum ejuſdem Ordinis, Initium fol. 235. בתולה נשאת ליום הרביעי ומיהו עתה נהגו לכנוס ביום השני.

XVI. In מסכת נדה *Maſſecheth Nidda*, Tractatum de Menſtruata muliere, ſeptimum Ordinis VI. טהרות *Tabaroth*, de Purificationibus. Initium fol. 246. a terg. נדה היה משמש עם הטהורה ואמר נטמאתי נועץ צפורניו

XVII. In מסכת קדושין *Maſſecheth Kidduſcin*, Tractatum de Sponſalibus, Tertium Ordinis III. נשים *Naſcim*, de Mulieribus. Initium fol. 251. האשה נקנית ובפחות משו' פרוטה לא מקני.

XVIII. In מסכת גיטין *Maſſecheth Ghittin*, Tractatum de Divortiis, & li-

Libello repudii, quartum ejusdem Ordinis. Initium fol. 254. a terg. המביא נט הכותב נט ישרטט י'ב' שיטין תחיל'

4. Consequuntur ejusdem R. MARDOCHÆI הלכות קטנות HALACOTH KETANOTH, *Constitutiones Parvæ*, de Fimbriis, de Philacteriis, de Libro Legis, & de Schedis, cum Anonymi notulis marginalibus; ubi de formatione genituræ viri & mulieris per eorum nomina, sive de Onomantia, deque Motoposcopia sub initium agitur. In fine vero, fol. 277. a terg. hæc a calligrapho adnotata reperias: הדרן עלך הקומץ רבה : וסליק הלכות טלית וספר תורה ומזוזה : חזק ונתחזק הסופר לא יזק לא היום ולא לעולם עד שיעלה חמור בסולם אשר יעקב אבינו חלם : אני הוא הכותב נחמיה בר שמואל זלה'ה' *Absolutæ sunt Constitutiones parvæ de Fimbriis, Philacteriis, Libro Legis, & Schedis. Confortare & esto robustus: Scriba nullo adficiatur damno, neque hodie, neque in seculum; donec asinus ascendat per scalam, quam pater noster Jacob in somnis vidit. Scripsi ego Nehemias filius Samuelis, cujus memoria in benedictionem.* Init. fol. 264. פ' התכלת הלבן אינו מעכב התכלת והתכלת אינו מעכב את הלבן הק' התו' אכ' פתח שאין לנו.

5. מאמר על חיבוט הקבר מר' יצחק בן פתך R. ISAACI FILII PATHACH, forte filii Baruc, Ben-Alcalija Cordubensis Archisynagogi, Anno Christi 1094. defuncti, qui Regis Granatensis in mathematicis disciplinis Præceptor fuit, scripsitque librum קופת הרוכלים *Kuphath bârrochelim*, sive *Cistæ Aromatariorum*, quo difficiliores Halacoth, seu Constitutiones Talmudicæ explicantur; MAAMAR AL CHIBBUTH HAKEBER, *Tractatus de percussione sepulchri*, sive de iis, quæ defuncto Judæo, statim ac tumulo mandatur adcidunt; de quibus, videndus Bartoloccius. Ejusdem inscriptionis librum Wolfius inter Anonymos recenset. Init. f. 277. a terg. ר' יצחק בן פתך אמר כל עוונותיו של אדם חקוקים אל

6. עשר שאלות ות שובות על תחיית המתים מר' אליעזר בן יחיאל מפריש R. ELIEZER FILII JECHIELIS, DE PARISIIS, incertæ ætatis, ESSER SCEELOTH UTHESCIUVOTH AL THECHIJATH HAMMETHIM, *Quæsita & Responsa X. de Resurrectione mortuorum*, Scriptoribus Bibliothecarum Ebraicarum incognita. Init. f. 278. ראשונה שאל ל'ה'ק'ב'ה' יהיה קצת ישראל או כולם אמר לו כל מי שחוזר.

7. כתובות שטרות CHETHUVOTH SCETAROTH, *Formularium Instrumentorum Judicialium*. Init. fol. 278. a t. שטר מתנה אנו עדים ה'מ' כך היה כך היה שאמר לנו

8. ס' מצות גדול מר' משה בן ועקב מקוצי R. MOSIS FILII JACOBI KOTSENSIS, sive de Cotia, pago Italiæ in Ducatu Mediolanensi, quem *Cozzo* vulgo adpellant, SEPHER MITSUOTH GADOL, *Liber Præceptorum Magnus*, per initia dictionum סמג SAMAG nuncupatus, ab edito Venetiis 1522. & 1547. haud parum discrepans; in quo de 613. Præceptis Mosaicæ Legis tam adfirmantibus, quam negantibus exponitur; adposito ad calcem eorundem Præceptorum Indice, quæ in sex classes pro totidem hebdomadæ diebus partita sunt. Initium fol. 280. a terg. לידע שאותו שברא שמים והארץ הוא לבדו מושל למעלה ומטה ובד' רוחות.

Co-

CCCXXXI.

Codex antiquus, in 8. membraneus, foliis constans 231. Rabbinico charactere exaratus. Ibi continentur,

1. סדור תפלות כמנהג רומה SIDDUR THEPHILLOTH CHEMENHAG ROMA, *Ordo Precum* pro diebus ferialibus, Sabbathis, & Neomeniis, cum benedictionibus Lunæ, & Mensæ; item pro die Encæniorum, & Expiationis peccatorum, *juxta ritum Synagogæ Romanæ*. Initium fol. 1. תפלה קצרה להתפלל בכל יום רבון כל העולמים.

2. סדר המערכה מר' אליהו הזקן R. ELIÆ ZAKEN, idest *Senioris*, SEDER HAMMAARACA, *Ordo Ordinationis*, Lectionum scilicet, ex Pentateucho, Prophetis & Hagiographis, item ex Miscna, & Ghemara, seu corpore Talmudico, quæ per anni circulum in Synagoga, atque alibi recitantur. In fronte hæc leguntur: זה סדר המערכה של ר' אליהו הזקן האומרו בכל יום כאילו בנה מזבח והקריב עליו קרבן *Hic est Ordo Ordinationis Magistri nostri Eliæ Senioris; quem quisquis quotidie legerit, perinde augebitur meritis ac si Altare ædificaret & Sacrificium Deo super illud offerret* Initium fol. 179. בראשית ברא אלהים את השמים ואה הארץ.

3. ג' פסוקים מתהלים SCELSCIA PASUKIM MITHEHILLIM, *Commata tria ex Psalmis* Davidis; videlicet decimum Psalmi XIX. *Domine salvum fac* &c octavum Psalmi XLV. *Domine virtutum nobiscum* &c. & decimumtertium Ps. LXXXIII. *Domine virtutum, beatus homo*, &c. Quæ singulis diebus devote & adtente recitantes ab omni offensa, & periculo salvi erunt & incolumes. Init. fol. 224. אם יאמר אדם בכל יום אילו ג' פסוקים ג' פעמים אינו ניזוק

4. ביאור על פסוק זכריה גלי מאד בת ציון וגו' BIJUR AL PASUK ZACARIA GHILI MEOD BATH TSION, &c. *Expositio Commatis* 9. Capitis IX. *Zachariæ*: *Exulta satis Filia Sion, jubila filia Jerusalem: Ecce Rex tuus veniet tibi*, &c. Cabbalistica, ignoti Authoris; ubi ex valore numerico literarum initialium, & duplicis *Jod* in dictionibus *Ghili* & *Tsion*, author deducit nomen משיח *M. Jie*; ex Messia vero חושן *Choscen*, hoc est Rationale, seu Pectorale Summi Sacerdotis, cui infixi erant duodecim lapides pretiosi, qui vocabantur אורים ותומים *Urim* & *Thumim*, ideo quod per ipsos futura cognoscerentur. Ita quoque per Messiam omnia dubia declaranda, & futura prævidenda affirmat. Init. f. 228. גילי מאד בת ציון הריעי בת ירושלם הנה

5. תפלת ר' יונה THEPHILLATH, *Oratio* ad Deum, quam R. JONAS quotidie recitasse dicitur. Initium fol. 230. אנא אלהי מחול לי כל שחטאתי האל

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

CCCXXXII.

Codex chartaceus in 8. foliorum 95. charactere Rabbinico descriptus, olim Palatinus; ubi continetur,

סדור תפלות בלשון אשכנזי SIDDUR THEPHILLOTH BILSCION ASCHENAZ, *Ordo*

do Precum, pro diebus ferialibus, Sabbathis, & Neomeniis, *Lingua Germanica*, literis tamen Ebraicis conſcriptus, ad uſum eorum, qui linguam Sanctam minus callent. Initiales Precum, & Cantionum voces minio, aliiſque coloribus fucatæ ſunt. Initium f. 1. הער גוט דיר ביקען איך אונ׳ ניר איך

Is Codex ad decimumquintum Chriſti ſeculum videtur referendus.

CCCXXXIII.

Codex antiquus, in 8. membraneus, foliis conſtans 92. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

סדור תפלות כמנהג אשכנזים SIDDUR THEPHILLOTH CHEMENHAG ASCHENAZIM, *Ordo Precum* pro diebus ferialibus, Sabbathis & Neomeniis, *ſecundum Ritum Synagogæ Germanicæ*. Initium fol. 1. ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וציונו׃

Is Codex decimoquarto Chriſti ſeculo videtur conſcriptus.

CCCXXXIV.

Codex antiquus, in 8. membraneus, foliorum 148. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; ubi continetur,

סדור תפלות של חול SIDDUR THEPHILLOTH SCEL CHOL, *Ordo Precum pro diebus Ferialibus, Sabbathis, & Neomeniis*, ſecundum Ritum Germanicum, vocalibus punctis animatus; variis tamen in locis mancus. Initium fol. 1. כשנכנס אדם לבית הכנסת אומר מה טובו אהליך יעקב משכנותיך ישראל׃

Is Codex ad decimumquartum Chriſti ſeculum videtur referendus.

CCCXXXV.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliorum 135. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; ubi continentur,

1. ספר שער השמים מר׳ יצחק בן לטיף R. JSAACI FILII LATIPH Hiſpani, inſignis Philoſophi, Medici, Aſtronomi, & Geographi, ſeculo Chriſti decimotertio medio clari, ut ſcribit Gedalias in Scialſceleth Hakabbala, ſeu Catena Traditionis, SCIAAR HASCIAMAIM, *Porta Cælorum*, titulo deſumto ex Geneſ. XXVIII. 16. Liber Theologico-Philoſophicus, in Partes quatuor, non vero tres, ut Bartoloccius & Wolfius ſcribunt, diſtributus.

Præit Præfatio una cum Indice Capitum, quibus ſingulæ Partes abſolvuntur. Ibi author teſtatur, ſe hocce opus compoſuiſſe anno ab edito libro מורה נבוכים *More Nevuchim*, ſeu Directore perplexorum, ſexageſimo, nempe Mundi 5004. Chriſti 1244. Maimonides enim memoratum librum More Nevuchim abſolvit Anno Mundi 4944. Chriſti 1184. ut alibi monuimus. Init. f. 1. מגדל שם יהוה׃ כשמך כן תהלתך אלהים׃ אמ׳ המחבר שמעו כי נגידים אדבר

Pars I. De Dei exiſtentia, & rerum Spiritualium, atque ſuperiorum motu; conſtat Capitibus viginti octo. Initium fol. 15. פ״א׳ כבר הקדמתי כי

רוב החבור היא לחוד על תכלית העולם ·

Pars II. de Prophetia; ubi & commata quædam Capitis primi Genefeos explicantur, Capp. viginti quinque. Initium fol. 39. פא׳ כבר העירותיה כחי ולבבי לפי קוצר עיוני ·

Pars III. de Cælo, Mundo, Microcofmo, feu Homine, & de Myfterio Urim & Thumim, Capp. duodecim. Initium fol. 53. a terg. פא׳ כל השמות הקדושים שסמכו דברי הנבואות ·

Pars IV. de Fundamentis Legis Mofaicæ, five Articulis Fidei Ebræorum, Capp. fexdecim. Init. f. 62. פא׳ אחר שפדרנו המאמר בהשנת האמתות בדרכים Sabbathæus in fua Bibliotheca Ebraica fcribit, hocce opus effe vaftum, & continere difputationes adverfus Ariftotelem, & ceteros Philofophos, ad modum Libri More Nevuchim, præterea vero rationes Præceptorum in eo reddi. Plantavitius autem num. 701. vitio typographi authorem vocat *Lapheth*, librumque ait, effe Philofophicum, de rebus fublunaribus, & meteoris agentem.

2. Ejufdem ספר גנזי המלך SEPHER GHINZE HAMMELEC, *Liber Thefaurorum Regis*, ex Efther III. 9. five Difputationes Philofophicæ, in Capita quadraginta duo diftributæ; ubi & de Prophetia agitur, & commata quædam Cap. I. Genefeos, de quibus in Parte fecunda fuperioris libri *Portæ Cælorum*, fufius explicantur. Initium fol. 70. אמר המחבר מטעם בחירתי בחיים התמידיים הנצחיים נכספה וגם כלתה נפשי ·

3. Ejufdem ספר רוב פעלים SEPHER ROU PEALIM, *Liber magnus factis*, ex I. Paralip. XI. 22. ubi octoginta octo propofitiones Philofophicæ variæ exponuntur. Initium fol. 97. a terg. כלל גדול וסוג עליון מאצף : א׳ הנופים העבים מונעים את הנופים הרקים הזכים ·

4. Ejufdem ספר צורת העולם SEPHER TSURATH HAOLAM, *Liber de Figura Mundi*, Aftronomicus & Geographicus, Capitibus viginti feptem abfolutus; in quibus de fitu Orbis, & Cælorum conftitutione potiffimum differitur. Init. f. 102. מי זה ימלל גבורות יהוה ישמיע כל תהלתו ומי העומד בהראותו

5. Ejufdem ספר צרור המור SEPHER TSEROR HAMMOR, *Liber Fafciculi Myrræ*, ex Cantic. I. 13. Cabbalifticus, *Theodoro Hannaffi*, feu Principi, nuncupatus. Dividitur in Capita undecim; ubi de nomine Tetragrammato, deque myfterio *Vrim* & *Thumim*, ideft Illuftrationum, & Perfectionum exiftentium in Rationali, feu Pectorali Judicii Summi Sacerdotis, exponitur. In fine vero, fol. 123. col. 2. author laudat fuum commentarium in librum Job; de quo tamen nullibi, quod fciam, fit mentio. Initium f. 121. הפ׳א בסוד שש שאלות ושש תשובות הנשאלתי בסוד אורים ותומים ויחדו יהיו תמים ·

6. Ejufdem אגרת לר׳ ידעיה הפניני IGGHERETH, *Epiftola* ad R. JEDAJAM HAPPENINUM, fiftens Refponfiones ad trigintanovem Quæftiones, fibi ab eodem Jedaja de variis argumentis Philofophicis propofitas; adnexa ejufdem R. Jedajæ Epiftola refponfiva, qua illum memoratis Quæftionibus feciffe fatis profitetur. Initium fol 124. ויהי בימים הרבים מן השמים להמוני הכוכבים ונרשוני מבית משפחתי אל ארץ האמורי ·

Hucufque recenfita R. Ifaaci filii Latiph fcripta nondum lucem publicam afpe-

aſpexerunt. Is vero Codex, quem non immerito ad decimumquartum Chriſti ſeculum referas, ſcriptus eſt a יוסף בן יצחק גרסיאן *Joſepho Filio Iſaaci Garſian*, in gratiam ר׳ יהודה בן ר׳ יצחק *R. Judæ filii R. Iſaaci*; ut f. 135. ad calcem adnotatur.

CCCXXXVI.

Codex in fol. chartaceus, foliis conſtans 205. charactere Rabbinico eleganti exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

פי׳ אבן רשד על ס׳ מה שאחר הטבע לארסטו ABEN RASCIAD, ſive *Averrois* Philoſophi Arabis, PERUSC AL MA SCEACHAR HATTEVAA, *Commentarius in libros Metaphyſicorum* ARISTOTELIS, Alphabetico ordine digeſtus, uſque ad literam מ *Mem*; nondum vulgatus. Deſideratur nomen Interpretis Ebraici, qui in aliis exemplaribus *Kalonymus filius Kalonymi* adpellatur. Initium f. 1. אמר ארסטו שהעיון באמת קשה מצד קל מצד והראיה זה שלא ישער אחד מהאנשים.

Is Codex ante Annum Mundi 5250. Chriſti 1490. conſcriptus eſt; eo ſiquidem anno, *Feria quinta*, *die* 1. *menſis Scevat*, Januarii, emtus, in fine dicitur, a חלב בר אליה בן יהודה הזקן מאנדרנופולי *Chalab filio Eliæ*, *fil. Judæ*, *Seniore*, *Hadrianopolitano*, ſolutis centum & quinquaginta *aſpris*, quæ totidem aſſibus monetæ Romanæ reſpondent.

CCCXXXVII.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliorum 337. Rabbinicis literis exaratus; ubi continentur,

1. Anonymi פירוש על ספר פורפיריאוס PERUSC AL SEPHER PORPHIRIOS, *Commentarius in Librum*, ſeu *Iſagogen Logicæ* PORPHYRII, fine mutilus. Init. fol. 1. הכונה במאמר זה ביאור ··· הללו ספר פרפוריאוס במבוא אל חכמת הדבר לפי

2. Ejuſdem ספר שר שלום SEPHER SCIAR SCIALOM; *Liber* inſcriptus *Princeps pacis*, ex Iſ. IX. 5. ſiſtens obſervationes in varia loca *Iſagoges Logicæ Porphyrii*, quem Bartoloccius ceu librum Homiliarum ſolo titulo notum, commemorat. Initium fol. 4. a terg. ואם הם בלתי נשמיים אם הם נבדלים פי׳ נבדלים מן החמר כמלאכים.

3. Ejuſdem ביאור על פי׳ אבן רשד על ס׳ המאמרות של ארסטו BIJUR AL PERUSC ABEN RASCIAD AL SEPHER HAMMAAMAROTH SCEL ARISTO, *Expoſitio Commentariorum* AVERROIS *in Librum Prædicamentorum*, ſeu *Categoriarum* ARISTOTELIS, anno Chriſti 1316. conſcripta; ut hæc docet Anonymi Authoris epigraphe, quæ fol. 25. a tergo legitur: השלמתי הביאור שעשתי על ביאור אבן רשד לספר המאמרות אשר לארסטו ואני למיעוט ידיעתי וקוצר לבבי עשיתי פי׳ לפירושו למען ירוץ קורא בו והתהלה לאל חיי: השלמתיו שנת חמשת אלפים וששה ושבעים לבריאת עולם בירח אדר ראשון בחשעה בו: שהוא אלף ור׳מ׳ח לחרבן הבית הגדול והקדוש שיבנה במהרה בימינו אמן סלה ועד חזק הסופר ואמיץ הקורא *Perfeci Expoſitionem Commentariorum Aben Raſciad in Librum Prædicamentorum Ariſtotelis, quam pro parvo meo ingenio elaboravi, ut facilius iidem Commentarii per-*

percipiantur: *Laus Deo vivo*. *Absolvi autem illam die 9. mensis Adar prioris*, Februarii, *Anno Creationis Mundi 5076. qui respondet anno eversi Templi magni & sancti 1248. Utinam citius reædificetur diebus nostris, Amen, Sela, in æternum. Confortare Scriptor, & esto robustus Lector*. Initium fol. 6. פ'א' אמר שהדברים ששמותם נקראים ר'ל' משותפים וכו' פי' והשתוף מקרה בהם,

4. Ejusdem ביאור על ספר המליצה לארסטו BIJUR AL SEPHER HAMMELITSA LEARISTO, *Expositio in Librum* ARISTOTELIS *de Interpretatione*, seu *Perihermenias*; de qua tamen nonnisi una pagina heic habetur Initium fol. 6. וראוי שנאמר תחלה מהו השם ומהו המלה הקדים תחלה שם ומלה·

Is Codex pertinuit olim ad מצליח בכ'ר' יוסף הרופא *Matsliach filium Josephi Medicum*; ut in fronte adnotatur.

CCCXXXVIII.

Codex in fol. bombycinus, foliis constans 323. charactere Rabbinico elegantissime scriptus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. Nonnulla ARISTOTELIS Opera, ex Arabica in Ebraicam linguam ab Anonymo conversa, perpetuisque Commentariis illustrata, forte a *R. Juda Sacerdote*, *filio Salomonis*, *Toletano*, de quo mox infra; videlicet,

I. ספר הטבע SEPHER HATTEVAA, *Liber de Physica*, in triginta שערים *Sciaarim*, seu Portas distributus. Initium fol. 1. תודיעני אורח חיים שובע שמחות את פניך נעימות בימינך נצח·

II. ספר המופת SEPHER HAMMOPHETH, *Liber Topicorum*. Init. f. 38. a t. כל תלמוד וכל למוד נחשבים יהיה מידיעה נמצאת קודם וראוי בהכרח להיות:

III. ספר השמע SEPHER HASCEMAA, *Liber de Auscultatione media*, septem מאמרים *Maamarim*, seu Tractatibus absolutus. Initium fol. 49. המאמר הא' מספר השמע אמר כי ענין חכמת הטבע הוא לידע עלות·

IV. ספר השמים והעולם SEPHER HASCIAMAIM VEHAOLAM, *Liber de Cælo, & Mundo*, in quatuor מאמרים *Maamarim*, Tractatus distributus. Init. fol. 56. a t. המאמר הא' מספר השמים הרצוף הוא נחלק לדברים יקבלו תחלוקה

V. ספר מהויה והפסד SEPHER MEHAVAJA VEHAPHESED, *Liber de Generatione, & Corruptione*, in duos מאמרים *Maamarim*, seu Tractatus partitus. Init. fol. 60. a t. המאמר הא' מס' ההווי הנמור יהא בעבור מצוי בכח לא בפועל והוא שיצדק

VI. ספר האויר SEPHER HAAVER, *Liber de Respiratione*, in quatuor מאמרים *Maamarim*, Tractatus divisus. Initium fol. 65. המאמר הא' א'ע'פ שהאורי והמים ממוצעין בין האש והארץ יותר יתחבר האויר·

VII. ספר החי SEPHER HACHAI, *Liber de Animalibus*, in novem מאמרים *Maamarim*, Tractatus distributus; quorum tamen primus Undecimus inscribitur, postremus vero decimus nonus. Est idem profecto Liber, quem cl. Pasinus in Catalogo Bibliothecæ Taurinensis Tom. I. Cod. XL. pag. 14. laudat, quemque Lambecius Tom. I. Comment. in Bibl. Vindobonen. p. 178. scribit, reperiri in quodam Codice Tengnageliano, a Sermone XI. incipientem, & desinentem in XVIII. imo XIX. *incerti authoris*, & quem suspicatur esse fragmentum Librorum Aristotelis de *Animalium Historia*. Initium f. 73.

המאמר

המאמר הא׳ מספר החי והוא מאמר יא׳ נמצאו באנוש האברים

VIII. ספר הנפש SEPHER HANNEPHESC, *Liber de Anima*, in tres מאמרים *Maamarim* dispositus. Initium fol. 93. a terg. מאמר הא׳ מספר הנפש מעלות החכמות זו מזו בחשיבות הוא בשני ·

IX. ספר מה שאחר הטבע SEPHER MA SCEACHAR HATTEVAA, *Liber Metaphysicorum*, Initium fol. 111. a terg. המאמר הא׳ מחכמה אלהית ונקראת אחר הטבע העיון באמת הוא קשה מדרך אחת ונקל מדרך אחת ·

2. ספר על המציאות השם SEPHER AL METSIUTH HASCEM, *Liber de Dei existentia*, & *simplicitate*, nondum typis commissus; ubi varia loca Biblica, ex Genesi præsertim, Psalmis, & Proverbiis ad id probandum adferuntur, & explicantur; Authore Anonymo; qui tamen in limine monet, se hunc librum Arabice primum Toleti composuisse, inde vero in Etruriam profectum, rogantibus amicis, eundem in Ebraicam linguam transtulisse. Quæ verba Bartoloccius ad superiores Aristotelis libros incautus extendit, quos proinde a nostro authore in Etruria Ebraice redditos existimat. Init. f. 138. a t. אמר המחבר כבר ראית דעת ארסטו ודעת המפרשין דבריו כמו

3. ספר היסודות לאוקליד SEPHER HAJESSODOTH LEOKLID, *Elementa* EUCLIDIS, cum figuris. Initium fol. 167. a terg. התחיל בפתיחת ספרו וארבעים ושש הקדמות אחת הנקודה היא שאין ·

4. ספר גדול מתלמי SEPHER GADOL, *Liber Magnus*, sive ALMAGESTUM PTOLEMÆI, ab anonymo in epitomen redactum. Initium fol. 211. המאמר הא׳ מספ׳ אלמגסטי שאר א׳ באר תלמי כי השמים כדורית וגם תנועת הכדורית יביא ·

5. ספר על משפטי הכוכבים מר׳ יהודה הכהן בן שלמה ניונת מטולטולה SEPHER MISCPATTE HACCOCAVIM, *Liber de Judiciis Astrorum*, authore R. JUDA SACERDOTE FILIO SALOMONIS NIUGATH TOLETANO, qui hucusque recensitorum operum Ebraicus interpres dicitur in Cod. Ms. Bibliothecæ Leidensis, cujus titulus מדרש חכמה *Expositio Sapientiæ*. Vide Catalogum ejusdem Bibliothecæ pag. 286. necnon Wolfium Tom. I. num. 736. Init. f. 273. a t. אמר המחבר יהודה הכהן בר שלמה הספרדי נ׳ב׳נ׳א׳ת׳ מעיר טולטולא כבר אמרנו ·

Præeunt quædam Carmina loco Præfationis; quorum initium ibid. אלהים נם במאמרו : והיו כל יצירות אל : שלוחיו שם צבא שחק ·

6. Anonymi פירוש האותיות PERUSC HAOTIJOTH, *Expositio Literarum Alphabeti Ebraici*, Astrologica. Initium fol. 292. האותיות והוא סוד מהסודות ומי שידעם ידיעה נכונה שלמה ידע כל זה המצוי ·

7. Anonymi פי׳ על מזמור תהלה לדוד PERUSC AL MIZMOR THEHILLA LEDAUD, *Expositio in Psalmum laudatiouis David*, nempe CXLV. vel secundum Vulgatam CXLIV. *Exaltabo te, Deus meus, Rex*, &c. qui Alphabetico ordine dispositus est, prætermissa tamen litera נ *Nun*, quam infausti ominis esse dicunt, ideo quod nihil ab ea magnifici auspicari licet; imo vero quidquid ab eadem litera exordium ducit, abjectum & humillimum est; puta נפל, *Cecidit*, נגר, *Defluxit*, &c. Ibi autem author speciatim agit de qualitate vitæ hominis, probatque, ineptissime tamen, quæ hucusque in mundo adciderint, omnia ex Astrorum influxu provenisse. Circa finem vero, fol. 303. a terg. scribit Saturnum, Judæorum planetam, Anno Creationis

nis Mundi 19. secundum minorem supputationem, ideſt Chriſti 1259. fore dominaturum; quo quidem tempore & Meſſiam venturum, & redemptionem populi Judaici perficiendam fabulatur; reſpondetque cuidam interroganti, quomodo non omnia, quæ Judæis adciderint, ex caſu contigiſſe. Initium fol. 299. a t. כשתעיין תהלה לדוד שהוא בא באלף בית תמצא כי הוא מדבר על

8. פירוש על תפלות והגדות התלמוד PERUSC AL THEPHILLOTH VEHAGGADOTH HATTHALMUD, *Expoſitio* nonnullarum *Precum*, necnon variorum *Dictorum Allegoricorum* ex *Talmude* decerptorum, fine manca. Init. fol. 308. a t. אין דורשין במעשה בראשית לשנים מ'ה'מ' דתניא כי שאל נא לימים ראשונים אשר היו ·

In fronte hujus Codicis, quem non immerito ad decimumquartum Chriſti ſeculum referas, hæc a M. Jacobo Chriſtmanno adnotata leguntur: *Accepi ex Bibliotheca Palatina Librum Ms. Hebraicum, in quo continentur quædam Phyſica Commentaria in Ariſtotelem; item* XIII. *Libri Euclidis Geometrici; item Epitome Almageſti Ptolemaici, cum quibuſdam ex Albategnio excerptis,* quæ heic deſiderantur; *item Genethliaca quædam ad finem*. 30. *Januarii Anno* 1588. *M. Jacobus Chriſtmannus manu propria*.

CCCXXXIX.

Codex antiquus, in quarto membraneus, foliorum 145. Rabbinicis literis elegantiſſime exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. אגרת הויכוח מר' שם טוב בן ר' יוסף פאלקירה R. SCEM TOU FILII R. JOSEPHI PALKEIRA, Hiſpani, qui floruit circa Annum Mundi 5169. Chriſti 1409. IGGHERETH HAVICCHACH, *Epiſtola Diſputationis*, ſive *Dialectica*, plus ſemel typis conſignata; ubi diſputantes introducuntur bini, quorum alter Philoſophiæ, alter Ghemaræ, ſeu Talmudis, & Legis Ritualis ſtudioſus eſt; eademque opera oſtenditur, utrumque ſtudium non pugnare, ſed licere potius & Philoſophiam, & reliqua Scientiarum genera tractare. Aliter ac nos cum Sabbathæo & Wolfio, delineat hunc librum Bartoloccius ex fide Plantavitii num. 7. Ait enim Par. IV. pag. 407. illum complecti acutam, & jucundam inter Legis peritum, & virum probum diſputationem, quorum prior contendat, notitiam Legis pietati morumque probitati, hic vero pietatem vitæque integritatem Legis cognitioni præferri debere. Init. f. 1. מצוף מתקי תוכחות חכמה : יקרו מפז או אחלמה : כל דרכיהם דרכי נועם

2. Ejuſdem ספר ראשית הכמה SEPHER RESCITH CHOCMA, *Liber Initium Sapientiæ*, ex Prov. IV. 17. inſcriptus, nondum vulgatus. Dividitur in tres Partes, quarum 1. de *Actibus humanis dirigendis*. 2. de *pleriſque Scientiarum generibus, variorumque Philoſophorum præcipue Platonis, Ariſtotelis, Hippocratis,* & *Averrois* circa eas opinionibus. 3. de *neceſſitate Philoſophiæ ad veram beatitatem conſequendam*. Hinc corrigendus Sabbathæus, qui in Labiis Dormientium, ſeu Bibliotheca Ebraica, librum hunc non noſtro Scem Tou, ſed patri ejus *Joſepho Palkeiræ* tribuit, aitque eſſe commentationem Philoſophicam ex Platone, & Ariſtotele collectam. Initium fol. 17. a terg. תהלה לאל נורא עלילות ועלת העילות החונן לאדם המושכלות המעיר אותו להרמות ·

Præ-

Præmittitur Ejusdem שיר על תועלת הפילוסופיה SCIR AL THOELETH HAPPILOSOPHIA, *Canticum de utilitate Philosophiæ*, loco Præfationis, quod Wolfius ex Bartoloccio Anonymo adscribit. Initium fol. 15. אל מעל נפש אשר חכמה : אם לעלות יש נפשך חכמה : אם מפרי בן לאבל תתאב · הנה לך ראשית פרי חכמה ·

3. Ejusdem ספר המעלות SEPHER HAMAALOTH, *Liber Graduum* ineditus, in tres Gradus, seu Capita distinctus; ubi Sacrorum Bibliorum, & Talmudis dicta cum Philosophorum sententiis ac placitis conciliantur; præmisso Præfationis loco, ejusdem Authoris aliud Canticum, quod הזהב HAZAHAU, *Aureum* inscribitur; cujus initium fol. 85. a terg. ארומם אל נורא : עלילה שברא : ברוחו כל נברא : ושפרה שמימה :

Liber autem Graduum incipit fol. 87. a terg. תהלה לאל אשר בחר בחכמי ובישראל מכל העמים החונן לאדם דעה ·

Wolfius ex Bartoloccio bis hujus libri meminit, semel quidem sub nomine nostri Authoris, deinde vero ut Anonymum; additque eundem tribuendum esse R. Salomoni filio Abrahami Avigador, cujus utpote exstet liber eodem titulo insignitus.

Is Codex ante annum Mundi 5183. Christi 1423. est descriptus, eo quippe anno, *Feria sexta, die* 2. *mensis Chisleu*, Novembris, a ר׳ דוד בן יקותיאל *R. Davide filio Jekuthielis* venditus dicitur fol. 145. ad calcem, לר׳ משה אלקנטרי ספרדי בפיזרו *R. Mosi Alkantari*, i. e. Tarobricensi, *Hispano*, in Civitate *Pisauro*; atque adeo ad authoris ætatem videtur referendus.

CCCXL.

CODEX chartaceus in 4. foliis constans 123. charactere Rabbinico exaratus; quo continentur,

1. ספר מהות הנפש מאבונצר אלפרבי ABU-NATSARIS ALPHARABI, Philosophi Arabis, SEPHER MAHUTH HANNEPHESC, *Liber de essentia Animæ*, a *Johanne Paulo Eustachio*, Ebraicæ linguæ in Bibliotheca Vaticana Scriptore, ex superiori Codice CCXCVII. descriptus, absolutusque *Feria sexta, die* 17. *mensis Novembris*, ceu ipse fol. 9. ad calcem profitetur. Init. f. 1. אמר אבונצר ידיעת הדבר בכללו ועל אמתתו ישנו בחמשה ענינים הראשון ·

2. Anonymi ספר על הנפש המשכלת SEPHER AL HANNEPHESC HAMASCHELETH, *Liber de Anima Intellectiva*, seu Rationali, ejusque præ ceteris animantibus brutis præstantia, in tres Partes distributus; præmissa Præfatione; cujus initium fol. 10. אמר המחבר מפני שהנפש המשכלת הנמצאת במין האדם יש לה יתרון על הנפשות אשר נמצאו בבעל חיים ·

Pars I. Tractat de Anima hominis, quatenus cum hoc Mundo visibili habeat analogiam. Init. f. 11. פ׳א׳ מחלק ראשון החלק הזה הוא כנגד עולם הדת האדם

Pars II. de eadem anima, ceu mundo quodam agente, & seipsum movente. Init. f. 13. a t. החלק חשני פ׳א׳ החלק הזה הוא כנגד העולם הזה השתכל

Pars III. de eadem anima, ut æternæ retributionis participe. Initium f. 25. a t. חלק ג׳ פ׳א׳ הוא כנגד עולם הגדול לבעל השכר ועולה העונש אל בעל העונש

In clausula hujusce opusculi, quod nondum lucem publicam vidit, fol. 42. a ter-

a tergo hæc a præfato Joh. Paulo Eustachio calligrapho Italice adnotantur: *Avonazar Alfarabio de Anima con Rabi Nechonia figliolo di Haccanna scritto da Gio. Paulo Eustachio, e finito alli* 18. *di Gennaro* 1596. *nel Pontificato del Santissimo Signore nostro Papa Clemente* VIII. *& Bibliotecario l'Illustrissimo Reverendissimo Cardinale Signor Marco Antonio Colonna, & Custodi li magnifici Signori, Signor Marino, e Signor Domenico, ad laude & gloria del nostro Signor Gesù Cristo, Amen.*

Subnectitur *Caroli Friderici Borromæi*, Ebraici itidem in laudata Bibliotheca Vaticana Scriptoris, animadversio in mox adlatam Joh. Pauli Eustachii Epigraphen, hisce verbis: *Avvertasi, che il Libro detto Avonazar Al... lie, qual tratta d'Anima, è quello, che comincia dal principio del libro, ino al foglio nono. Et in questo libro di Avonazar non vi è opera alcuna di Rabi Nechonia figlio di Haccanna. Al foglio* 10. *comincia un' altro Libro senza nome d'authore, qual parimente tratta d'Anima, & questo libro è distinto in tre parti. Nella prima tratta della Creazione dell' Huomo, mentre sta nel Corpo materno. Nella seconda tratta del stato dell' Huomo in questo Mondo. Nella terza tratta del Mondo futuro. Di questo Libro non è autore detto R. Ne... onia, come apparisce dal foglio* 34. *lin.* 14. *dove l'autore del libro allega l'autorità del detto R. Nechonia. Revisto da me Carlo Federico Borromeo Scrittore Hebraico della Biblioteca Vaticana nel Pontificato del Santissimo S. N. Papa Urbano* VIII. *Bibliotecario l'Illustriss. e Reverendiss. Sig. Card. Barberino, Custode Monsignor Contelori*. Hactenus Carolus Fridericus Borromæus, qui tamen argumenta trium partium, quibus Anonymi liber de Anima absolvitur, minus commode delineavit. Porro ambo illi Scriptores Neophyti fuerunt; quorum prior, nempe Joh. Paulus Eustachius ante susceptam Christianorum fidem vocabatur *R. Menachem filius Jacob de Nola*; alterius vero Judaicum nomen nondum adsequuti sumus.

3. ספר על הנפש המשכלת SEPHER AL HANNEPHESC HAMASCHELETH, *Liber de Anima Intellectiva*, seu *Rationali*, ejusque præ ceteris animantibus brutis præstantia, tripartitus, cum præcedenti Libro adamussim concordans; in cujus fine, fol. 76. a tergo, hæc epigraphe, manu præfati *Joh. Pauli Eustachii* exarata, legitur; unde ejusdem in rebus Ebraicis inscitiam conjicere licet: *Io Gio: Paulo Eustachio hò scritto questo libro detto de Anima, authore R. Juda Ghammi, nel quale trattasi del merito delli Giusti in Paradiso, & la pena de peccatori nell' Inferno: Et l'ho scritto per la Libraria Vaticana. Finito questo dì* 1. *Decembre* 1599. *Bibliotecario l'Illustriss. e Reverendiss. Sig. Card. Baronio: Custodi il Sig. Marino Ranaldi, & il Sig. Domenico Ranaldi*. Consequitur Animadversio prælaudati *Caroli Friderici Borromæi*, in hæc verba: *Questo Libro non è altrimenti Opera del R. Juda Ghammi; ma è un duplicato del precedente libro dell' autore incerto, qual è distinto in tre parti; come hò notato al foglio* 42. *Revisto da me Carlo Federico Borromeo, Scrittore Ebraico della Biblioteca Vaticana, nel Pontificato del Santissimo S. N. Papa Urbano VIII. Bibliotecario l'Illustrissimo e Reverendissimo Signor Card. Barberino, Custode Monsignor Felice Contelori*. Incipit autem liber ille f. 47. אמר

אמר המחבר מפני שנפש המשכלת הנמצאת במין האדם יש לה יתרון על הנפשות אשר·

4. מאמר תחיית המתים להר"מבם RAMBAM, i. e. R. Mosis Maimonidæ MAAMAR TECHIJATH HAMMETHIM, *Oratio*, sive *Epistola de Resurrectione mortuorum*, ex Arabico in Ebraicum idioma a *R. Samuele filio Judæ Aben Tibbon* conversa, & a præfato *Joh. Paulo Eustachio* Kalendis Julii, Anno Christi 1598. descripta; ceu ipse fol. 95. ad calcem tum Ebraice, tum potissimum Italice testatur, hisce verbis: *Discorso di R. Moyse bar Maymon, Egyptio de Resurrectione de morti, scritto in Arabico, & tradotto in Hebreo da R. Sciamuel ben Tabbon. Scritto da me Gio: Paulo Eustachio, Scrittore della Libraria Vaticana, per detta Libraria, nel Pontificato del S. N. P. Clemente Ottavo; & Bibliotecario l' Illustrissimo & Reverendissimo Signore Cardinale Baronio. Finito questo dì primo Luglio* 1598. Initium fol. 81. אמר שמואל אבן תבון אמר החכם הגדול הרב רבינו משה בר מימון·

Præmittuntur quædam Carmina in eandem Epistolam, loco Præfationis; quorum init. ibid. בצדק כל אמרי פי אין בהם נפתל ועקש: כלם נכוחים למבין וישרים

5. פירוש האותיות PERUSC HAOTHIJOTH, *Expositio Literarum* Alphabeti Ebraici, mystica, & astronomica, incerti Authoris, quem *Joh. Paulus Eustachius* amanuensis in epigraphe fol. 105. ad calcem adposita, R. JOSEPHUM BERSANI fuisse adfirmat; cujus tamen nulla in toto late opere fit mentio, ut recte ibidem monet *Carolus Fridericus Borromæus*, ejusdem Eustachii corrector. Porro Epigraphe Eustachii est hujusmodi: *Io Gio: Paulo Eustachio ho scritta questa interpretazione mistica dell' Alfabeto Hebreo di R. Joseph Bersani Hebreo per la Biblioteca Vaticana. Sedente nostro Signore Clemente VIII. & Bibliotecario l'Illustrissimo & Reverendissimo Cardinale Cesar Baronio; & la ho finita questo dì* 12. *Decembre* 1597. Animadversio autem Borromæi hisce verbis est expressa: *Questa Esposizione mistica dell' Alfabeto tratta d' Astronomia, e dal libro non consta, che l' Autore di quest' Opera si Rabi Joseph Bersani, non facendosi mai menzione di tal nome in tutta l'Opera; onde per quello che ne consta dal libro, si puo dire che sia d' Autore incerto. Revisto da me Carlo Federico Borremeo, Scrittore Hebreo della Biblioteca Vaticana nel Pontificato del Santissimo S. N. P. Urbano VIII. Bibliotacario l'Illustrissimo, & Reverendissimo Signor Cardinal Barberino; Custode Monsignor Felice Contelori*, Incipit Expositio illa fol. 96. פי' האותיות והוא סוד מהסודות ומי שידעם ידיעה נכונה שלימה ידע כל זה המצאוי מראש ועד סוף·

5. מגלת אנטיוכוס MEGHILLATH, Volumen, sive *Historia* ANTIOCHI Epiphanis Regis Græcorum; ubi ejus, & Nicanoris Ducis crudelitas immanis in Judæos, quæ vel ex Machabæorum libris manifesta est, graphice depingitur, & quomodo tandem liberati sint Judæi exponitur Ebraice, & Italice ex interpretatione *Johannis Pauli Eustachii*, qui hocce monitum, f. 119. a tergo, præfigit; *Libro de Maccabei cavato da una copia antica in mano della b. m. di M. Andrea di Monte, e tradotta dall'Hebreo in lingua Italiana da Gio: Paulo Eustachio; acciò si veda la diversità tra questo & il nostro, & è scritto per servizio della Biblioteca Vaticana li* 22. *Giugno* 1597. Exstat Ebraice ea Historia in מחזורים *Machazorim*, sive Libris Precum, & Rituum Ju-

daicorum Expoſitioni ſolemnitatis Encæniorum adnexa , quo feſto prælegi ſolet. Latine vero prodiit in Codice pſeudepigrapho Fabricii, & Archivis Veteris Teſtamenti Scipionis Sgambati pag. 1165. & cum textu Ebraico & notis in Bartoloccii Bibliotheca Rabbinica Tom. I. pag. 383. Porro Italica Euſtachii Interpretatio incipit ordine inverſo a fol. 118. ad 113. hiſce verbis: *Et fù nei giorni d' Antiocho Re de' Greci, Re grande e potente*: Ebraicus vero textus incipit fol. 120. ויהי בימי אנטיוכוס מלך יון מלך גדול וחזק היה

CCCXLI.

Codex chartaceus , in quarto , foliorum 76. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; ubi continetur;

ספר אמונה רמה מר׳ אברהם הלוי בן דאוד SEPHER EMUNA RAMA, *Liber Fidei Excelſæ*, Philoſophico-Theologicus, contra Karraitas in primis directus, haud contemnendus, nondum tamen typis mandatus; ubi de coactione & libertate humanæ voluntatis diſſeritur, Authore R. ABRAHAMO LEVITA FILIO DAUD, ſeu Davidis, cognomento הראשון HARISCION, *Priore*, Hiſpano, circa medium ſeculum XII. claro, quem Toleti religionis cauſſa trucidatum, narrat Juchaſin pag. 130. unde & חסיד CHASID, *Pii* cognomentum ſortitus eſt. Procul dubio idem hic liber eſt, quem Bartoloccius Par. I. p. 20. & Wolfius Tom. I. p. 44. tribuunt ſub hoc eodem titulo *R. Abrahamo filio Dior*, ſive *Diori*, aut *filio Daud*, aut etiam *filio Daguar*, aut denique *filio Damor*, ut advertit cl. Paſinus in Catalogo Bibliothecæ Taurinen. Tom. I. pag. 32. Facile enim mutari potuit a calligraphis דאוד in דאנור : דאור , & דמור . Dividitur in tres Partes, præmiſſa Præfatione generali; cujus init. f. 1. אמר שאלת אלי ירוממך האל : זה שנים על ראש ההכרה

Pars I. *de principiis naturalibus*, & quomodo per ea certiores fieri poſſumus de rebus, quæ ad fidem pertinent. Initium fol. 3. a terg. הפא בצר העצם והמקרה ורושם כל אחד מהם וזכר סוגי המקרה .

Pars II. *de principiis Fidei, & Legis*; ubi & de Metempſychoſi, ſeu Animarum tranſmigratione. Initium fol. 31. a terg. המאמר השני והוא הקדמה וששה עקרים : זכרון ההקדמה נשימה בדברו זה מציאות אחד .

Pars III. *de medicina Animæ*, ſive quomodo animus a rebus terrenis ad Cæleſtia avocandus ſit: quod variis Philoſophorum effatis, ex Sacra Scriptura confirmatis, oſtenditur. Initium fol. 45. a terg. כבר נתייסד דעת הפילוסופים על שסבת המציאות כלו והתחלתו הראשונה .

Is Codex ſcriptus eſt anno Chr. 1469. ut hæc docent calligraphi verba, quæ fol. 76. a tergo leguntur: לכבוד הנשיא מוהרר משה בכמר מתתיה המכונה חזן ממכתב ידי קטן הסופרים יצחק בר שלמה המכונה גבלו נ׳ע׳ מ׳ לספירה שנת ו׳ה׳ד׳ר׳ך צלח רכב במדינת פאלנדס *Exaratus eſt hic liber in uſum Principis R. Moſis filii honorandi R. Mathathiæ, cognomento Chazan, per me minimum ſcribarum Iſaacum filium Salomonis cognomine Gablo, die Numerationis*, ſive a Paſchate Azymorum, *quadrageſimo*, *Anno Creationis Mundi* 5230. *in Flandria*.

Co-

CCCXLII.

Codex in quarto, partim membraneus, partim bombycinus, foliis constans 397. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. ביאור רלבג״ על פירוש אבן רשד על ס׳ הטבע מארסטו RALBAG, i. e. R. Levi filii Gherſciom, ſeu Gerſonis, vulgo Magiſtri Leonis de Bagnolo, anno Mundi 5130. Chriſti 1370. defuncti, teſte Juchaſin pag. 133. BIJUR AL PERUSC ABEN RASCIAD AL SIPHRE HATTEVAA MEARISTO, *Expoſitio Commentarii* AVERROIS *in* ARISTOTELIS *Libros* VIII. *Phyſicorum*, anno Chriſti 1321. atque adeo vivo adhuc Authore ſcripta; ut hæc docent calligraphi verba, quæ fol. 90. ad calcem leguntur: והיתה השלמת הספר הזה בסוף חדש סיון שנת פ״א׳ לפרט האלף הששי ומהשם יהוה העוזר יתברך וישתבח לעד ולנצח אמן וב״ר׳ *Abſolutus eſt hic liber, exeunte menſe Sivan*, Majo, *Anno Creationis Mundi* 5081. *Benedictio & Laus Deo benedicto, qui opem tulit, in æternum, Amen*. Init. fol. 1. אמר לוי בן גרשום. כונתינו לבאר לפי קצורינו הקצורים ספו לך

2. Ejuſdem ביאור על פירוש אבן רשד על ס׳ השמים והעולם לארסטו BIJUR AL PERUSC ABEN RASCIAD AL SEPHER HASCIAMAIM VEHAOLAM LEARISTO, *Expoſitio Commentariorum* AVERROIS *in librum* ARISTOTELIS *de Cælo, & Mundo*, diverſa a ſuperiori manu in charta bombycina, ut & ceteræ, quæ ſequantur, expoſitiones, anno Chriſti 1443. exarata; ut liquet ex hiſce librarii verbis, quæ fol. 176. in calce occurrunt: ובכאן הותרו כל אלו הספקות ונשלם ביאור בזה הספר והיתה השלמתו בחדש אייר ל״ח׳ לעומר כ״ג׳ לחדש הנזכר של שנת ה״ר״ד והתהלה לאל לבדו יתברך ויתעלה על כל ברכה ותהלה אמן אמן *Atque heic ſoluta ſunt omnia hæc dubia, & completa eſt Expoſitio hujus libri. Et quidem abſoluta eſt menſe Ijar*, Aprili, *die a Numeratione Paſchali* 38. ideſt 23. Ejuſdem menſis, *Anno Creationis Mundi* 5204. *Laus Deo ſoli. Benedictus ſit, atque exaltatus ſuper omnem benedictionem & laudem, Amen, Amen*. Porro Numeratio Paſchalis eſt intervallum quinquaginta dierum inter Paſcha Azimorum, & Pentecoſten. Initium fol. 91. כונתו בספר הזה ר״ל׳ בספר השמים והעולם לדבר בחלקי העולם הראשונים.

3. Ejuſdem ביאור על פי׳ אבן רשד על ס׳ מהויה והפסד לארסטו BIJUR AL PERUSC ABEN RASCIAD AL SEPHER MEHAVAJA VEHAPHESED LEARISTO, *Expoſitio Commentarii* AVERROIS *in* ARISTOTELIS *Librum de Generatione & Corruptione*. Init. f. 176. a t. הכונה בזה הספר הדבור בשנוים השלשה רצוני ההויה וההפסד

4. Ejuſdem ביאור על פי׳ אבן רשד על ס׳ מאותות העליונות מארסטו BIJUR AL PERUSC ABEN RASCIAD AL SEPHER MEOTHOTH HAALIONOTH MEARISTO, *Expoſitio Commentarii* AVERROIS *in librum* ARISTOTELIS *de Meteorologicis impreſſionibus*. Initium fol. 213. a terg. בעבור שדבר בהחלות הראשנות המשותפות לכל הדברים הטבעים והמשנים.

5. Ejuſdem ביאור על פי׳ אבן רשד על ס׳ הנפש מארסטו BIJUR AL PERUSC ABEN RASCIAD AL SEPHER HANNEPHESC MEARISTO, *Expoſitio Commentarii* AVERROIS *in librum* ARISTOTELIS *de Anima*; in cujus clauſula, fol. 397. a ter-

ביאור כל המאמרים המרעוים מזה הספר והתהלה לאל רב העולמים ישתבח חי העולמים והעומד על זה הספר ידינני לזכות כי חברתי אותו בזמן מעט עם רוב הטרדות אשר לנו באלו הזמנים : ושבוש הספר אשר העתקתי ממנו והעדר ביאור נמצא לזה הספר משום מחבר ואם יתן לי השם פנאי אשתדל לדקדק אותו והשלמתיו בחדש צפרי שנת ת'ק'צ'ה' לאל הנבור בעיר שביליאה אחר שנעתקתי מקורטבה *Explicit Commentarius omnium horum Sermonum . Laus Deo Mundi , in æternum , Amen . Quisquis legerit hunc librum , bene de me ſentiat ; quoniam brevi tempore , & inter plurimas moleſtias , quas perpeſſus ſum , illum elucubravi . Si vero aliquod vitium , aut mendum in eo deprehenderis , forte in cauſſa fuit textus parum adcurate conſcriptus . Attamen ſi Deus mihi vitam dabit , curabo , ut emendatior fiat . Perfeci autem illum , menſe Tſepher , anno 595. Æræ Iſmaelitarum in civitate Sivilia ,* ſeu Hiſpali , *& exaravi illum Cordubæ .* Conſequitur Ebraici interpretis epigraphe in hæc verba : נשלם ביאור המאמרים המקשים ביאור אבן רשד והעתקתי אותו אני יעקב בר' מכיר בחרש טבת שנת ששים ושלש לאלף הששי ליצירה ושנת אלף ומאתים ושלושים וחמש לחרבן הבית *Et completus eſt Commentarius Averrois in Sermones difficiles , quem ego Jacob filius Machir tranſtuli , menſe Teveth ,* Decembri , *anno Creationis Mundi 5063. qui reſpondet anno everſionis Templi* 1235. Calligraphus demum claudit præfatas epigraphas , & Codicem ipſum hiſce verbis : והשלמתיו אני אברהם בר' יהודה ז'ל' מאי קנדיאה והעתקתי אותו ממנו אני מיכאל כהן בכ'ר' אליהו הכהן בחרש סיון של שנת ה'ר'י'א' ליצירה בשנת אלף ושלש מאות ושמונים ושלשה לחרבן וכו *Et abſolvi illum ego Abraham Cretenſis , filius Judæ , cujus memoria in benedictionem , deſcripſique ipſum ex apographo Michaelis Sacerdotis filii Eliæ Sacerdotis , menſe* [illegible]*van ,* Junii , *Anno ab Orbe condito 5211. ab everſo Templo* 1383. Und[illegible]lligitur , hunc librum fuiſſe quidem ab Averroe compoſitum anno Chriſti 1198. Ebraice vero a R. Jacob filio Machir , non vero Meir , ut habet cl. Paſinus in Catalogo Bibl. Regiæ Taurinenſis Par. I. Cod. XL. redditum anno 1303. ab Abrahamo tandem Cretenſi exſcriptum Anno 1351.

CCCXLVI.

COdex chartaceus in 4. foliis conſtans 189. charactere Rabbinico exaratus , olim Palatinus ; quo continetur ,

ספר הכוונות הפילוסופים לאבו אחמד אלגזלי ABU ACHMED ALGAZALI , Philoſophi Arabis , SEPHER HACUVANOTH HAPPILOSOPHIM , *Liber de Opinionibus Philoſophorum circa res naturales* , præfixa *arbore Porphyriana* , ex Arabica lingua in Sanctam , ſeu Ebraicam a ר' יצחק אלבלג R. ISAACO ALBALAG converſus , notiſque illuſtratus , anno Mundi 5065. Chriſti 1305. ut in limine , & fol. 75. legitur . Initium fol. 1. אמר ר' יצחק בן אלבלג לפי שדרך העולם העליון להשפיע מטובו על העולם

Is Codex ſcriptus eſt Anno Chriſti 1487. Sic enim fol. 189. in ejuſdem clauſula habetur : ונכתב על ידי לי אברהם אנ' בשנת אזמרה לאלהי בעודי וכהנתידה לר' כלב בכר אליהו אפרופולו והשם יזכהו להגות בו וכו' *Exaratus eſt*

est manu mei Abrahami anno: Cantabo Deo meo in vita mea, Pf. CIV. 33. ideft, ab Orbe condito 5248. *Scripsi autem illum in usum R. Caleb filii Eliæ Apropholi, quem Deus reddat dignum, qui legat*, &c.

CCCXLVII.

Codex chartaceus in 4. foliorum 116. Rabbinicis literis exaratus; ubi continentur,

1. ויכוח בין משה יהודי ובין אבו אחמד ישמעאלי VICCUACH, *Disputatio* Theologico-Philofophica de Deo & natura, inter MOSEN JUDÆUM, & ABU-ACHMED ISMAELITAM, nondum edita. Initium fol. 1. אמר החכמה המכונה באלהית אצלם · הקדמה הראשונה וכו׳ ·

2. Anonymi ביאור המלות BIJUR HAMILLOTH, *Expofitio vocabulorum*, quæ in rebus Philofophicis, & Aftrologicis adhiberi folent. Initium fol. 123. לדעתי מה אנהתך ה׳ל׳ לא מתועלת המניע בלמוד החכמה תהיה בעצמה הכל לדעתי ·

Is Codex decimoquinto Chrifti feculo videtur exaratus, pertinuitque olim ad משה אלפסי *Mosen Alphesium*; ut in fronte adnotatur.

CCCXLVIII.

Codex bombycinus in 4. foliis conftans 62. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus. Ibi continetur,

ס׳ המבוא למלאכת הרפואות מהעתקת חנין בן יצחק על דרך שאלות ותשובות SEPHER HAMMEVO LIMLECHETH HAREPHUVOTH AL DEREC SCEELOTH VETHESCIUVOTH, *Liber Introductionis in Artem Medicam*, Arabice, literis tamen Ebraicis confcriptus; Authore CHONAIN, feu *Joanne*, vulgo *Joannitio*, FILIO ISAACI, Chriftiano Neftoriano, non vero Judæo, ut perperam fcribit Nicolaus Antonius in fua Bibliotheca Hifpanica veteri Tom. II. pag. 259. ubi & infipienter ait, Chonainum noftrum fub Alphonfo X. anno Hegiræ 656. i. e. Chrifti 1278. Hifpali floruiffe. Is enim ex Hirta Arabum oppido oriundus, fecta Neftorianus, Græcorum nunquam & Chaldæorum, aut Syrorum fines prætergreffus eft, & quatuor integris feculis ante Alphonfum X. nempe Anno Chrifti 878. Bagdadi, feu Babyloniæ, ubi potiffimum inclaruit, diem fuum obivit; ut liquet ex probatiffimo Gregorii Bar-Ebræi Syrorum Orientalium Maphriani, feu Primatis, Chronico Syriaco Manufcripto Par. I. pag. 79. ubi hæc de Chonaino filio Ifaaci habentur:

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

" Per idem tempus ,, *hoc est imperante Mohtadio filio Vatiki Mahometanorum Calipha circa Annum Hegiræ 255.* " florebat Chonainus filius Isaaci, Medi- ,, cus insignis, cujus pater ex Hirta oppido Aromatarius fuerat. Hic medi- ,, cinam discendi cupidus, Bagdadum venit, & Alexandri Collectanea, ,, præceptore Johanne Medico, Masujæ ,, *vulgo Mesuæ* Filio; *cujus idem Bar-Ebræus in Historia Dynastiarum sub Aarone Rascido, Mohdii filio, Calipha meminit*; " legere cœpit. Quumque aliquando Johannem quadam de ,, re interrogasset, hic indignatus, Chonainum ejecit, inquiens: Quid tibi ,, cum medicina? Enim vero te decet potius obolos per vicos negociari. ,, Quibus verbis contristatus puer Chonainus abiit, inlacrymans, & in di- ,, tionem Romæorum, *i. e. Græcorum*, se recepit; ubi moratus est, donec ,, sermonem Græcum recte calluit, ita ut libros ex Græco in Syriacum, & ,, e Syriaco in Saracenicum, *seu Arabicum*, convertere posset. Tum vero ,, Bagdadum, specie hominis Romæi, *Græci*, reversus, Gabrielem Archia- ,, trum, Bochtiesu filium, adivit, a quo probatus, quum ad quæsita docte ,, respondisset, summo in honore habitus fuit, & Rabban ,, *hoc est Magister noster; quo nomine Doctores Chaldæi & Syri, ad exemplum Ebræorum, insigniri solent*; " Chonainus adpellatus. Dixit autem ad circumstantes, si ,, quidem Juveni huic vita contigerit, Sergii Rhesainensis memoriam pe- ,, nitus obliterabit ,, ; *Fuit hic Sergius, ut idem Bar-Ebræus scribit in Historia Dynastiarum, secta Jacobita, & plurima Græcorum Philosophorum Opera in Syriacam linguam transtulit*; " Quum vero ejus fama ad Joan- ,, nem, qui ipsum ejecerat, pervenisset, hic Chonainum arcessens, ve- ,, niam ab eo petiit. Atque ita gratiam omnium in dies inibat; cœpitque ,, exponere varia Scientiarum genera, donec obivit mense Canun priore, ,, *Decembri*, Anno Græcorum 1188, , qui Anno Arabum, *seu Hegiræ 263.* ,, respondet. Duos autem liberos reliquit, Isaacum, & Davidem: & Isaa- ,, cus quidem Codices plurimos interpretatus est; *quos memorat Hottingerus* ,, *Bibl. Orient. a pag.* 222. Chonainus vero quinque supra viginti edidit ,, libros, præter eos, quos ex Græco in Syriacum, & Arabicum idioma. ,, transtulit. Habebat quoque Chonainus sororis filium, nomine Chobai- ,, scium Bar-Chasan, manu altera mutilum, qui & librorum Medicorum ,, admirabilis fuit interpres; sed bono Chonaini fato adcidit, ut plerique ,, libri,

„ libri, quos Chobaiſcius interpretatus fuerat, ab imperitis lectoribus Cho- „ naino tribuerentur, & amanuenſes etiam literas, quibus utriuſque no- „ men conſtat, interpolantes, Chobaiſcio expuncto, Chonainum ſcribe- „ rent. Atque hac de cauſſa pauci admodum ſuperſuere libri Chobaiſci „ nomine inſcripti, reliqui vero fere omnes Chonaini nomen præferunt „. Hæc Bar-Ebræus, qui loc. cit. & in Hiſtoria Arabica Dynaſtiarum refert, Chonainum a Neſtorianorum Patriarcha anathemate fuiſſe perculſum, quod Sacrorum Imaginum cultum reſpueret, & præcipua ejus ſcripta, uti & opera ab eodem e Græco in Syriacum, aut in Arabicum idioma translata recenſet; de quibus videbis Catalogum noſtrum Bibliothecæ Laurentianæ & Palatinæ Mediceæ, Cod. CLXXXVI. necnon Hottingerum loc. cit. Epiſtolam Euſebii Renaudotii ad Andream Dacerium in Jo. Alberti Fabricii Bibl Gr. lib. 11. cap. 24. pag. 812. & Wolfium Tom. III. num. 636. ubi ea reprobat, quæ de ejuſdem Chonaini patria, ætate ac religione in Bibliothecæ ſuæ Ebrææ Tomo I. ex præfato Nicolao Antonio incautus ſcripſerat. Incipit autem liber ille f. 1. קאל אלפאיל אלי נאם ניר ינקסם אלטב אלי נזין

Is Codex ſcriptus eſt Anno Chriſti 1390. ut liquet ex hiſce librarii verbis, quæ fol. 60. a terg. leguntur: כמלת אלכתאב מן חנין אבן אסחק ונואבאתה בחמד אללה תבארך ותעאלי פי שהר ניסאן סנה כמסה אלף ומאיה וכמסין ותלארת ללתכוין פי מדינה וושקא: וכתבהא לנפסה יוסף בן ר׳ יעקב *Explicit Liber Chonain filii Iſaaci cum ſuis reſponſionibus: Laus Deo benedicto, & excelſo: menſe Niſan*, Martio, *Anno Creationis Mundi* 5150. *in civitate Waska*, quæ in Vaſconiæ tractu Lebrecenſi ſita eſt: *exaravitque illum in ſui uſum Joſeph filius Jacobi*,

CCCXLIX.

CODex bombycinus in 4. foliorum 164. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. ספר ההגיון מהרמבם, RAMBAM, i. e. R. Moſis Maimonidæ, SEPHER HAHIGAJON, *Liber de Logica*, in quatuordecim שערים *Sciaarim*, Portas, ſeu Capita diſtributus, quem ex Arabico ſermone in Ebraicum convertit ר׳ משה בן שמואל אבן תבון R. MOSES FILIUS R. SAMUELIS ABEN-TIBBON; ut in limine legitur. Diſcrepat nonnihil ab ejuſdem Maimonidæ opere Logico, quod cum duplici Commentario, utroque anonymo, prodiit Venet. 1550. apud Marcum Antonium Juſtinianum, & Cremonæ 1500. ibidemque iterum 1564. Initium f. 4. אמר משה ברבי מימון ז׳צ׳ל׳ שאל שר אחר מבעלי המזימות ומאנשי המליצה

2. ספר כתר שם טוב מר׳ אברהם בר אכשלדר מקולוניה R. ABRAHAMI FILII ACSCILDAR, COLONIENSIS, incertæ ætatis, SEPHER CHETHER SCEM TOU, *Liber* inſcriptus *Corona Boni nominis*, ubi de nomine tetragrammato; nondum editus. Ejus Latinam verſionem a *Flavio Mithridate* elaboratam habes ſuperius in Codice CXC. num. 6. ſub hoc titulo: *Liber Corona Nominis boni, quem tradidit ore ad os primus R. Abraham de Colonia diſcipulis ſuis*. Wolfius Tom. IV. num. 144. ex Catalogo Ms. Franciſci Dionyſii Camuſati,

ti, Abrahamum noſtrum *Ben-Acſilrad* cognominat. Ad calcem hujus libri fol. 30. nova manu addita reperias *Secreta*, ſive rationes varias atramenti conficiendi. Init. fol. 18. בזאת יבוא אדם אל הקודש בנפש טהורה ובשפה ברורה

3. ספר המורא SEPHER HAMORA, *Liber Timoris Domini*; ubi de Deo ejuſque nominibus & adtributis Cabbaliſtice diſſeritur, abſque nomine Authoris. In Elencho tamen Opuſculorum in hoc Codice contentorum, qui initio præfigitur, author שמריה *Scemaria* vocatur. Initium fol. 33. אשר היה דבר ה׳ אלי לאמר שמעתי את דבריך וכל מופתיך עלו באזני·

4. ספר המבוא על הגיון מאבן רשד SEPHER HAMMEVO AL HIGAJON ME-ABEN-RASCIAD, *Averrois Liber Iſagoges*, ſeu *Introductio in Logicam Ariſtotelis*, cui præfigitur *Arbor Porphyriana*. Initium fol. 52. a terg. הכונה במאמר זה באור שכל לו ספר פורפריאוס במבוא אל חכמת·

5. פירוש על העשר מאמרות של ארסטו מר׳ יוסף אבן כספי R. JOSEPHI ABEN CASPI, Barcinonenſis, PERUSC AL HAESSER MAAMAROTH SCEL ARISTO, *Commentarius in decem Prædicamenta* ARISTOTELIS, ineditus. Initium fol. 84. הענינים הכוללים הנפרדים חמשה סוגי מין · · · ועתה נבארם אחד אחר המאמר בסוג·

6. ספר רוח חן מר׳ אנטולי R. ANTOLI, ſeculo XIII. clari, qui plenius vocatur R. JACOB FILIUS ABBA MORI FIL. R. SAMSON FIL. R. ANTOLI, HISPANUS, Liber inſcriptus RUACH CHEN, *Spiritus gratiæ*, in Capita undecim diſtributus, in quibus de *decem Prædicamentis Ariſtotelis*, ſecundum doctrinam & principia Philoſophica, quæ in Maimonidæ Libro מורה נבוכים *More Nevuchim*, ſeu Directore perplexorum ſparſim occurrunt, potiſſimum exponitur. Ejuſdem inſcriptionis & argumenti liber Ms. exſtat in Bibliotheca Oppenheimeriana, & apud Uffembachium, necnon in Bibliotheca Regia Pariſienſi, & Taurinenſi, ut liquet ex earum Catalogis; prodiitque Cremonæ, Pragæ, & Lublini in 4. De ipſius tamen authore, ut monet cl. Paſinus in Catalogo Bibl. Taurin. Tom. I. Cod. CLIX. pag. 62. variæ ſunt Doctorum opiniones, quorum alii, inter quos Wolfius Tom. II. pag. 1428. illum Arabice primum ab Anonymo ſcriptum fuiſſe putant, deinde vero a R. Juda, vel a R. Samuele Aben Tibbon Ebraice redditum; atque eo per compendium contineri, quæ in More Nevuchim Maimonidæ ad res naturales ſpectant. Alii ipſum Maimonidem, ut Bartoloccius, aut Tibbonidem, ut Iſaac Levita in præfatione ad interpretationem ſuam Latinam, & Buxtorfius, atque Plantavitius authorem vocant. Verum Codex noſter litem omnem dirimit, quum præfati R. Antoli, ceu authoris nomen expreſſe præferat. Init. f. 91. אמר המחבר רוח חן במאמר הנכבד ספר מורה הנבוכים יחלוף על

7. ספר משרת משה SEPHER MESCIARETH MOSCE, *Liber Servi Moſis*, titulo deſumto ex com. 25. Cap. XI. Numerorum, ineditus; ſiſtens Conciones varias, & Diſſertationes apologeticas in Librum R. Moſis Maimonidæ, qui מורה נבוכים *More Nevuchim*, ſeu Director perplexorum inſcribitur, authore quodam diſcipulo ejuſdem R. Moſis; qui in aliis exemplaribus, in Bibliothecis Taurinenſi, Oppenheimeriana, & Senatoria Lipſienſi proſtantibus, ר׳ קלונימוס *R. Kalonymus* adpellatur. Initium fol. 108. a terg. כבוד אלהים הסתר דבר וכבוד מלכים חקור דבר החכם שלמה ע׳ה׳·

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CCCL.

Codex chartaceus in 4. foliis constans 157. charactere Rabbinicó eleganti exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

ספר המופת מר' אברהם בן יום טוב ביבאג SEPHER HAMMOPHETH, *Liber de Demonstratione*, sive Expositio in *Aristotelis* Analytica Priora cum variis notulis ex Commentariis *Aben Rasciad*, seu Averrois, fine mutila, nondum typis vulgata; authore R. ABRAHAMO FILIO JOM TOU BIBAG, Philosopho Aragonensi, Anno Mundi 5249. Christi 1489. claro; qui Theodoro Dassovio in Epistola Tractatui de Resurrectione præmissa *Bilbag*, Bartoloccio ביבאש *Bibasc*, & *Vivax*, Sabbathæo in ש"י, seu Labiis dormientium ביבאגו *Bibago*, ביבץ *Bibats* dicitur. Initium fol. 1. מאשר יקרת בעיני נכבדת האת הנעלה וראיתי חוזק ולפרש תשוקהך ע' החכמות.

Is Codex autographus videtur.

CCCLI.

Codex in 4. chartaceus, foliorum 57. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; ubi continentur,

1. Anonymi ספר הסבות SEPHER HASSIBOTH, *Liber de Caussis*, & principiis rerum naturalium. Exstat ejusdem inscriptionis Tractatus inter Opera Averrois Venet. 1551. edita, Tom. VII. pag. 114. tamquam ex Ebræo conversus, & Avempaci, vel Alpharabio, aut Proclo adscriptus. Wolfius, tamen ex Sabbathæo monet, illum ab Avempace fuisse Commentario illustratum. Init. f. 1. כל סבה ראשונה יותר שופעת על עלולה מן הסבה השנית הכללית

2. ספר זכות האדם SEPHER ZECUTH HAADAM, *Liber de merito hominis*, moralis, ineditus; ubi & peccatum ab Adamo ex vetitæ Arboris esu admissum excusatur, & arguuntur Christiani, qui proinde Christum advenisse credunt. Init. fol. 9. a t. ארם יען כי בספר הוצרך השניה להורים יגדו לנו

3. מאמרי הפילוספיא שחבר החכם הפילוסוף האלהי שם טוב בן יוסף שם טוב R. SCEM TOU FILII JOSEPHI SCEM TOU, SAPIENTIS, PHILOSOPHI DIVINI, cognomento *Palkeira*, MAAMARE HAPPILOSOPHIA, *Tractatus Philosophici* de Materia Prima, aliisque Principiis Physicis; quem minime distinguendum puto ab ejusdem authoris libro, qui דעות הפילוסופים DEEOTH HAPPILOSOPHIM, *Scientiæ Philosophorum* inscribitur, quique a Sabbathæo in ש"י p. 18. num. 25. memoratur. Initium fol. 25. a terg. הכונה בזה המאמר ביאור ההתחלת החמרית ולהביא מאמרי הפילוספיא אשר נאמרו.

4. Ejusdem ביאור דברי הרמבם על סבות המחלוקות BIJUR DIURE HARAMBAM AL SIBBOTH HAMMACHLOKOTH, *Expositio verborum R. Mosis Maimonidæ de Caussis inimicitiarum* inter homines, quas ad tria Capita reducit, quorum 1. *Amor*. 2. *Imperandi libido*, 3. *Vincendi desiderium*. In fine vero agit de intellectus humani imbecillitate. Initium fol. 40. a terg. כבר באר הרב

הרב המורה שסבורת חמהלוקורת הם נ" והם דסברו הרשורת והניצורת ·
Is Codex decimosexto Christi seculo videtur exaratus.

CCCLII.

CODEX chartaceus in 4. foliis constans 108. charactere Rabbinico elegantissimo exaratus; quo continentur,

1. Anonymi ספר החקירה על הצלחת האדם SEPHER HACHAKIRA AL HATSLACHATH HAADAM, *Liber de investigatione Felicitatis Hominis*, seu de vera beatitudine comparanda, moralis, nondum typis consignatus. Init. f. 1. יחקור מהצלחת האדם וטובו העליון הנקרא אושר וההפרש חלק אתו בפירושו ·

2. ספר המדות מארסטו ARISTOTELIS Stagyritæ, SEPHER HAMIDDOTH, *Liber Ethicorum*, ex Arabica lingua in Ebraicam conversus a ר' משה בר שלמה אלגואדיש *R. Mose filio Salomonis Alguadesc*, qui una cum R. DON BEN-BENASTE BEN-HANNABI CÆSARAUGUSTANO, secundum ordinem a Boetio adhibitum, illum se digessisse in limine profitetur. Non dubito, hunc nostrum authorem eundem esse cum ר' מאיר אלוואריש *R. Meir Alvvaresc*, sive, ut legit Gedalias in Catena Traditionis pag. 61. ר' מאיר אלגודיץ בר אלווארש *R. Meir Algodets fil. Alvvaresc*, Hispano, Archiatro Regis, & omnium illius Regni Synagogarum Præside, anno Christi 1405. claro, quem Aristotelis Ethicam Ebraice ex Arabico reddidisse, in Tractatus decem, quot nempe liber noster absolvitur, suis singulos Capitibus constantes distributam, & commentariis *R. Josephi f. Scem Tou* illustratam Ms. exstare testatur Sabbathæus in ש"י, seu Labiis dormientium pag. 39. num. 81. Init. f. 29 a t. כי לב האדם רע מנעוריו כל היום התאוה תאוה תערב לנפשו הנמשכת תאות יושר ·

Is Codex scriptus est Anno Christi 1463; ut hæc ostendunt librarii verba, quæ fol. 108. a tergo leguntur: תמו המדות על ידי הצעיר שמואל בן הסוס כתבתים לעצמי בכאן בפיסה ביום ששי ארבעה לחדש ניסן שנת חמשת אלפים ומאתים ושלשה ועשרים לחדוש העולם *Absolutus & completus est Liber Ethicorum Aristotelis, manu minoris Samuelis filii Hassos. Et exaravi illum in mei usum heic Pisis, feria sexta, die 4. mensis Nisan*, Martii, *Anno Creationis Mundi 5223.*

CCCLIII.

CODEX chartaceus in 4. foliorum 56. Rabbinis literis exaratus, quo continentur,

ספר מצרף לכסף מר' יעקב בר שמשון אנטולי SEPHER METSAREPH LACHESEPH, *Liber purgans Argentum*, titulo desumto ex Prov. XVII. 3. sistens *decem Prædicamenta* ARISTOTELIS cum Commentariis ABEN RASCIAD, sive *Averrois*, in gratiam Sapientum Burgensium, & Narbonensium, ex Arabica lingua in Ebraicam translata a R. Jacobo filio Samsonis Antoli, Hispano, de quo supra in Cod. CCCXLIX. num. 65. Initium fol. 1. מצרף לכסף התבונה וכור לזהב האמונה לחכמת הדבר היה למנה ·

2. ספר המליצה לארסטו SEPHER HAMMELITSA LEARISTO, *Aristotelis Liber de Interpretatione*, vulgo *Peribermenias*, ex versione præfati *R. Jacobi filii Samsonis Antoli*, qui imperante Friderico II. seculo III. vixit, & interpretatione variorum librorum ex aliis linguis, speciatimque Arabica suscepta inclaruit; ut scribit Lambecius Tom. I. Commentar. Biblioth. Vindobon. pag. 183. ubi & varia scripta ab eo Ebraice conversa recenset. Initium fol. 36. השער הא׳ אמר וראוי שנאמר מהו שם ומהו מלה עוד נאמר אחר זה

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CCCLIV.

Codex antiquus, in 8. partim membraneus, partim chartaceus, foliorum 24. Rabbinicis literis conscriptus, olim Palatinus, quo continetur, Anonymi ספר על ענין הנפש SEPHER AL ENJAN HANNEPHESC, *Liber de Anima*, Philosophico-Theologicus; ubi & de ejus præmio, & pœna in altero seculo differitur, principio tamen & fine mancus. Initium fol. 1. מעט אחר להם ומפתח ראשון דבר זה מאמר ר׳ז׳ל׳ במקום אחר.

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

CCCLV.

Codex chartaceus in 8. foliorum 32. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; ubi continetur,

ספר נתיב הששי מר׳ מאיר אבן דכ R. MEIR ABEN DACHI, Hispani, SEPHER NETHIB HASCISCI, *Liber Semitæ Sextæ*, Philosophicus, quem frustra in aliis Bibliothecis requiras; ubi de Anima, ejusque potentiis differitur. Initium, fol. 1 ראוי לכל אדם נברא לשבח לבוראו שינתן לו חכמה יתירה

Is Codex ad decimumsextum Christi seculum videtur referendus.

CCCLVI.

Codex in fol. chartaceus, foliis constans 87. charactere Rabbinico exaratus. Ibi continentur,

1. שמות העשבים והסמים SCEMOTH HAASCIAVIM VEHASSAMIM, *Nomina Herbarum & Aromatum*, Alphabetico ordine disposita, & Ebraice, Arabice, ac Latine, literis tamen Rabbinicis expressa, Initium fol. 1. אסרון : לטי׳ אסארה, בקרה, לעז.

2. לוח מהימים שהם טובים להזקת דם LUACH MEHAJAMIM SCEHEM TUBIM LEHAZAKATH DAM, *Tabula dierum, ad phlebotomiam*, seu *sanguinis missionem eligendorum*, cum nominibus duodecim Zodiaci Signorum. Initium fol. 38. יח׳ לחדש כ׳ב׳ בו כ׳ד׳ בו כ׳ו׳ בו כ׳ז׳ בו.

3. ספר האצטגנות מר׳ יעקב בר דוד בר יום טוב F. JACOBI FILII DAVIDIS FILII JOM TOU, seculo XIII. clari, SEPHER HAATSTAGNUTH, *de Annorum Computo, Tractatus Astronomicus*, ineditus, in tredecim שערים *Sciaarim*, Portas, seu Capita distributus; quorum 1. agit de conversione annorum Ismae-

maelitarum ; seu Arabum, & Christianorum in annos Ebræorum, & e contra. 2. de motu medio septem Planetarum. 3. de motu octavæ sphæræ primi mobilis, & ceterorum Planetarum. 4. de vero situ Solis inveniendo, ejusque declinatione, & de Arcu semidiurno. 5. de vero situ Lunæ, & de nodo Boreo & Austrino, ejusque centro, seu de capite & cauda Draconis. 6. de vero loco quinque ceterorum Erronum. 7. de motu directo & retrogrado quinque inferiorum Erronum, & eorum latitudine. 8. de Arcu semidiurno, & seminocturno fusius. 9. de gradu horoscopante, deque XII. Cæli domiciliis. 10. de rectificatione Genesis, & ejus speciebus. 11. de mutatione aspectus Lunæ. 12. de deliquio Solis, & eclypsi Lunæ. 13. de Cyclo Solari & Lunari. Init. f. 40. מתנועות הגרמים השמימיים לפי חקותם.

3. Ejusdem לוחות LUCHOTH, *Tabulæ Astronomicæ*, secundum hypotheses *R. Abrahami filii Chija*, & *R. Levi fil. Gersonis*, & ad mentem *Alfonsi III. Aragoniæ Regis*; ut fol. 66. a tergo adnotatur. Initium fol. 44. לוח לדעת התאריך הערבי מפני תאריך דון פטרו השלישי מלך ארגון.

4. Ejusdem כללי קביעות השנה CHELLALE KEVIUTH HASCIANA, *Regulæ*, sive *Ratio Kalendarii Judaici conficiendi*, & reperiundarum Lunationum pro anno Mundi 5016. Christi 1256. fine mutilæ. Initium fol. 78. הרוצה לידע קביעות ראשי חדשים והמועדים והצומות.

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur exaratus.

CCCLVII.

Codex in fol. chartaceus, foliorum 156. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; ubi continentur,

1. Anonymi ספר סגולות העשבים והסמים SEPHER SEGULLOTH HAASCIAVIM VEHASSAMIM, *Liber de virtutibus Herbarum & Aromatum*, Medicus, Arabice, literis tamen Ebraicis. Initium fol. 1. אלחמד ללה תעאלי מבדע אלאשיא וכאלק אלדא ואלדוא: ובעד פהדא כתאב.

2. ספר אלקוראן SEPHER ALKURAN, *Liber Alcorani* Machometis pseudoprophetæ, imperfectus, Arabice itidem, verum literis Ebraicis; addita ad marginem & inter lineas Anonymi versione Latina, quæ charactere rubeo descripta est. Init. f. 51. יום תשתת אלארץ ענהם כראעה דלך השר עלינה יסיר

Is Codex ad decimumsextum Christi seculum videtur referendus.

CCCLVIII.

Codex antiquus, in fol. partim bombycinus, partim membraneus, foliis constans 202. charactere Rabbinico, lingua tamen Arabica exaratus; quo continetur,

כתאב כמאל אלצנעה אלטביה לעלי בן אלעבאס CHETÂB CHEMAL ALTSANAA ALTOBBIAH, *Liber perfectionis Artis Medicæ*, sive omnia complectens, quæ ad medicinam pertinent, jussu Regis *Adad-addaulæ* e Calipharum Bovidarum familia, conscriptus; unde & אלמלכי ALMALECHI i. e. *Re-*

Regius nuncupatur; Authore ALI FILIO ABBAS Perſa, circa medium quarti Hegiræ ſeculi claro; de quo hæc Gregorius Bar-Ebræus Abulpharagius in Chronico Arabico manuſcripto Vaticano Parte IX. pagina 211.

علي بن العباس المجوسي فاضل كافل فارسي الاصل قراي على شيخ فارسي يعرف بابي ماهر وطالعه
هو واجتهد وصنف للملك عضدالدوله بن بويه كتابه المسمي بالملكي وهو كتاب جليل وكناش نبيل
مال الناس اليه في وقته ولزموا درسه الى ان ظهر كتاب القانون لابن سينا فمالوا
اليه وتركوا الملكي بعض الترك والملكي في العمل ابلغ والقانون في العلم اثبت *

Ali Filius Abbas magnus vir, eximius, perfecte doctus, ortu Perſa, ſtudiis operam dedit apud doctorem Perſam nomine Abu-Maher, ipſeque ſtuduit, & diligentiam adhibuit. In gratiam Regis Adad-addaulæ e gente Bovidarum librum ſuum, Almalechi adpellatum, compoſuit. Liber eſt inſignis, & Syntagma egregium, cui eo tempore animum adplicuerunt homines, ipſumque ſedulo triverunt, donec prodiret Canon Aben Sinæ, ſeu Avicennæ, *quem amplexi, librum Almalechi aliquantulum neglectui habuerunt. Eſt autem Almalechi, quod praxin ſpectat, potior, Canon vero, quod ſcientiam, ſolidior*. Illum Latine ex Arabico vertit Stephanus, neſcio quis, Philoſophiæ diſcipulum ſe vocitans; cujus interpretatio prodiit Venet. 1492. & Lugd. 1523. in fol. Ebraici vero juris nunquam factum legimus. Vide Catalogum noſtrum Bibl. Palatinæ Mediceæ Cod. CCXLVI. p. 367. Dividitur totus liber in Partes duas, Theoricam, & Practicam, quarum unaquæque Tractatus decem complectitur. Heic tamen nonniſi poſteriores quinque Tractatus Partis I. habemus. Init. fol. 1.
אלמקאלה אלכאמסה מן כתאב כאמל אלצנעה אלעריף אלטביה והי אמראץ ואסבאבהא

Is Codex deſcriptus eſt ex authographo Anno Chriſti 1293. ut hæc oſtendit epigraphe, quæ fol. 202. ad calcem legitur, quæque Bartoloccius, Arabicæ linguæ ignarus, perperam in Indice Manuſcr. Vaticano interpolavit.
כהרא מא ארדנא אן נביינה מן אמר אלעלאמאת אלמנצרה והו תמאם אלגז אלעלמי
מן כראבנא הדא ובאללה אלתופיק תמת אלמקאלה אלעאשרה מן כתאב אלמלכי יום
אלכמיס פי כ׳ג׳ יום מן שהר אדר שנה ה׳נ׳ג׳ ללכליקה בטראבלש אלראתבה עלי שאטי
אלבחר פאנסכתהא מן אלערבי אלי אלעבראני ואלחמד ללה רב אלעאלמין :
והו כתב אלחכים סבאת ולד אלחכים עטיא רחמה אללה *Hoc autem eſt quod circa ſigna viſibilia morborum exponere voluimus, eſtque complementum Partis Practicæ hujus noſtri libri: & in Deo actiones noſtræ cœptæ finiantur*. Hæc author. Conſequitur Calligraphi adnotatio in hæc verba. *Explicit Tractatus decimus libri Regii, feria quinta, die 23. menſis Adar*, Martii, *Anno Creationis Mundi 5053. in Urbe Tripoli, quæ ad maris littus ſita eſt. Laus Deo Domino ſeculorum. Deſcripſit autem illum literis Ebraicis ex autographo Arabico Sabbathæus Medicus, filius Athiæ Medici; cujus Deus miſereatur*, &c.

CCCLIX.

Codex antiquus, in fol. bombycinus, foliorum 177. charactere Rabbinico exaratus. ubi continetur,

ספר קאנון אבו עלי בן סינה אלפן יד״ ABU-ALI BEN-SINA, vulgo Avicennæ,

ALPHAN ALRABEH ASSAR, *Canonis Medicinalis Libri tertii Pars decimaquarta*; de Jecore, & ad ipſum ſpectantibus, in quinque ſectiones diſtributa, quarum poſtrema deſideratur; Arabice, verum literis Ebraicis. Initium fol. 1. ולנדכר האהנא תשריח אלכבד אן אלכבד הי אלעצו אלדי יבאן.

Is Codex ad decimumquintum Chriſti ſeculum videtur referendus.

CCCLX.

Codex chartaceus in 4. foliis conſtans 37. Rabbinico charactere exaratus; quo continetur,

ספר תולדות SEPHER THOLEDOTH, *Liber Generationum*, Medicus, nondum vulgatus; ubi agitur de morbis Mulierum, & ſpeciatim de iis, qui ad matricem ſpectant, eorumque remediis, in modum Dialogi, inter DINAM & JACOBUM parentem inſtituti. Ejus authorem vocant Bartoloccius, & ex eo Wolfius *R. Eliam filium Judæ Tyburtinum*, qui tamen potius hujus Codicis poſſeſſor dicendus eſt. Sic enim habet epigraphe fol. 37. ad calcem diverſa manu adpoſita: שלי אליה בכמר יהודה הרופא זלה'ה' מטבלי שהדר בכרך מריני בשנת ר'ה'ל' מלחדש שבט מ'ו'ט' בשבט מיום ו'. *Pertinet ad me Eliam filium honorandi R. Judæ Medici, cujus memoria in benedictionem, Tyburtinum, incolam civitatis Marini. Feria ſexta, die 19. menſis Scevat*, Januarii, *Anno Creationis Mundi* 5238. Chriſti 1478. Initium fol. 1. ספר תולדות אשר ברא ה' ארם עפר מן הארמה ויפח באפיו נשמת חיים.

CCCLXI.

Codex bombycinus in 4. foliorum 183. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; ubi continentur,

1. Anonymi פירוש המלות זרות שבתורה PERUSC HAMILLOTH ZAROTH SCEBATTHORA, *Explicatio difficiliorum verborum, quæ in Sacris Bibliis obvia ſunt*, ſecundum Alphabeti ſeriem, a litera ז *Zain*, ad מ *Mem*. Init. fol. 2. עת הזמיר הגיע פי' פוקי' המזמר כבא הקיץ וי'א'.

2. כתאב פי דלאיל אלאמראץ CHETAB FI DELAJEL ELEMRADH, *de Signis Morborum*, Tractatus Arabicus, literis tamen Ebraicis deſcriptus, principio mancus; authore ר' יצחק בן נסים הזקן הרופא R. ISAACO FILIO NISSIM SENIORE MEDICO, cujus, uti & calligraphi דוד בר אליה הרופא DAVIDIS FILII ELIÆ MEDICI, nomen fol. 130. a terg. adnotatum reperias. Initium fol. 32. טביב דלאיל כם הי אנגאס אלמראץ תלתה ומאיה מנהא מא יונד

3. כתאב פיה אסמא אלעקאקיר ואלאעשאב באלערבי. ובאלטיני CHETAB FIH ESMA ALAAKAKIR VELEESCIAB BELARABI, VEBELLATINI, i. e. *Liber complectens nomina Aromatum & Herbarum*, ſive *Lexicon Bothanicum*, *Arabice* & *Latine*, verum charactere Ebraico; cujus in calce, fol. 166. a tergo, hæc habentur: תם אלכתאב אלאעשאב באלערבי ואללטיני ואלחמד ללה . . . וכאן אלפראג מנה יום אלתלתה תסעה ועשרין מן שהר שיואן אלדי מן סנה כמסה אלף ומאיה וסנתין ללכליקה במרינה פלרם אלראתבה עלי שאטי אלבחר *Explicit Liber de*

de Herbis Arabice & Latine: *Laus Deo* &c. *Et quidem absolutus est feria tertia, die 29. mensis Sivan*, Majo, *anno Creationis Mundi* 5102. Christi 1442. *in civitate Pallares ad littus maris sita*. Tum Ebraice hæc subduntur: סימן טוב לכל בית ישראל אמן נצה סלה וכתבתי אותו אני דוד בן אליה הרופא לכבוד בר כבור ר' משה הזקן הידוע קמחי צפרדי המקום יזכהו וכו' *Bonum omen cunctis Israelitis, Amen, semper. Et ego David filius Eliæ Medicus scripsi illum in usum Kimchi, filii honorandi R. Mosis Senioris, Hispani. Deus dignum reddat illum*, &c. Initium fol. 131. a terg. אסארון לט' אצארי לע' אסרא בקרא ענ

4. Fragmentum Anonymi Tractatus פי אלטב FI ALTOB, *de Medicina*, Arabice, literis tamen Ebraicis. Init. f. 167. פי כרונ אלדרי ללאטפאל יוכד כנפור

5. על סגולות העשבים AL SEGULLOTH HAASCIAVIM, *de Proprietatibus*, seu *virtutibus Herbarum*, Tractatulus Ebraicus; ignoti authoris, Alphabetico ordine dispositus, a litera ב *Beth* usque ad finem. Init. fol. 176. באבונג הוא קמומיליא בארוכאר ... הנקרא אצפר.

6. ספר על הרפואה מאבו אחמד בן אברהם ABU-ACHMED, FILII ABRAHAMI, Medici Arabis, SEPHER AL HAREPHUAH, *Liber de Medicina* practica, in septem מאמרים *Maamarim*, seu Tractatus, qui iterum in varias שערים *Sciaarim*, Portas, seu Sectiones abeunt, distributus, a ר' משה אבן תבון R. MOSE ABEN TIBBON ex Arabica lingua in Ebraicam conversus; ceu ipse in limine profitetur. Heic tamen non exstat nisi duplex Præfatio, Interpretis, nempe, & Authoris, una cum Indice omnium Tractatuum & Sectionum, quibus totus liber absolvitur. Bartoloccius, & ex eo Wolfius Interpretem Ebraicum anonymum vocant. Ita & cl. Pasinus in Catalogo Bibl. Taurinen. ubi exemplar hujusqe Operis a Sectione 8. Tractatus III. ad finem usque integrum habetur. Init. f. 182. אמר משה בן תבון מעתיק הספר הזה מלשון הגרי ללשון עברי מתרשל

CCCLXII.

CODex chartaceus in 4. foliis constans 65. Rabbinico charactere exaratus; quo continentur,

1. Anonymi ספר המעלות SEPHER HAMMAALOTH, *Liber Graduum*, Botanicus; ubi de gradibus primarum qualitatum plerarumque herbarum, plantarum, & stirpium a Cedro Libani, ad Hyssopum, ex mente Galeni; nondum typis vulgatus, qui in Theatro Anonymorum Placciano pag. 706. præter rationem tribuitur *R. Bezaleeli filio Eliæ filio Sedeciæ*; ut Parte I. sub nomine Bezaleelis ostendit Wolfius. Initium fol. 1. כמה מעלות טובות הפשו ומצאו האבות על דרכי החכמה.

2. Ejusdem לדעת אם החלה יחיה או ימות LADAATH IM HACHOLE JECHIE O JAMMUTH, *de signis indicantibus vitam, aut mortem ægroti*. Item de remediis ad febres, & de mulieribus, quæ parere non possunt; quorum pleraque futilia & superstitiosa. Initium fol. 55. כשתראה החלה תכף אמור זה הפסוק גלמי ראו עיניך ועל ספרך.

3. פירוש שמות מחליים PERUSC SCEMOTH MACHALAIM, *Explicatio nominum ægritudinum*, adjecta *Tabula*, seu *Indice Aromatum & Herbarum*, idest Medicamen-

camentorum simplicium; secundum Alphabeti seriem, Latine, verum charactere Rabbinico. Authoris nomen latet. Initium fol. 56. פבריש אישט קאלור איננאטו ראליש מוטאטוש.
Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CCCLXIII.

Codex antiquus, in 4. membraneus, foliorum 28. Rabbinicis literis exaratus; quo continetur,

ספר על הקדחות מר' יצחק SEPHER AL HAKADACHOTH, *Liber de Febribus*, earumque remediis, in quinque מאמרים *Maamarim*, Sermones, seu Tractatus distributus; authore quodam R. ISAACO, forte *Israelita*, *Filio Salomonis*, Medico Arabe celebratissimo, qui cœlebs vixit centum annos & amplius, obiitque Anno Mundi 4760. Christi 940. teste R. Gedalia in Catena Cabbalæ p. 40. & cui Bartoloccius Tom. IV. in Mantissa num. 1922. tribuit ejusdem inscriptionis librum, quem Venetiis 1576. in fol. excusum adfirmat. Initium fol. 1. הספר הזה נחלק לחמשה מאמרים הא' מהוית הקדחת

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur descriptus.

CCCLXIV.

Codex chartaceus in 4. foliis constans 145. charactere Rabbinico exaratus; ubi continentur,

1. Anonymi ספר על סגולות העשבים SEPHER AL SEGULLOTH HAASCIAVIM, *Liber de virtutibus Herbarum*, in Capita Centum & quinquaginta distributus, e Latino Sermone in Ebraicum conversus a CHAIIM HAIPHUNI, cognomento MAGISTRO VITALE; ut hæc docet epigraphe, quæ fol. 19. a t. legitur: תם ונשלם ספר העשבים וכוחותם שבח ותהלה לאל אשר ברא אותם והעתקתיו אני הנרדף מתלאות הזמן ומבוכותיו קטון החוקרים חיים היפוני המכונה מיסיר ויטאל דייפוני פה ברומניאה בחפזה וברהיטא אות באות שטה בשטה מלשון נוצרי ללשון הקודש *Absolutus, & perfectus est Liber de Herbis, earumque virtutibus: Laus Deo, qui eas condidit. Et ego minimus scriptorum, temporis angustiis obrutus, Chaiim Haiphuni, cognomine Messer Vitalis, illum e* Nazaræa, sic Latinam, aut Italicam Christianis familiarem vocant, *in sanctam linguam*, nempe Ebræam, *de verbo ad verbum propere ac diligenter transtuli heic in Romania*. Init. fol. 1. אשנייהז הוא חם במעלה ראשונה ויבש בעיניו ויש לו.

2. Anonymi ספר רפואות הראש והחזה SEPHER REPHUOTH HAROSC, VEHECHAZE, *Liber de curationibus morborum Capitis, & Pectoris*, cum remediis ad infirmitates aliarum corporis partium, plerumque superstitiosis ac futilibus. Init. f. 22. רפאות המחממים הראש והעורכים קמומילא מחזיק המוח

3. על סגולות העשבים AL SEGULLOTH HAASCIAVIM, *de virtutibus Herbarum*, ad usum Magiæ, & Chimiæ; ubi & de ratione purificandi argenti, deque lapidibus pretiosis emolliendis. Tractatulus ignoti authoris. Initium fol. 27. קוטה מאיורי אגרימוניאה גאולי אדומים בלתי

4. מאמר

4. מאמר על סימני חלאים MAAMAR AL SIMANE CHOLAIM, *Tractatus de Signis diversarum infirmitatum*, & de iis, quæ mortem prænunciant, potissimum per inspectionem urinæ; e scriptis Medicis MATTHÆI GALLI ab anonymo excerptus, sine tamen mutilus. Initium fol. 36. אם יקרה פרליטיקא ראשונה תתקן :

Is Codex ad decimum sextum Christi seculum videtur referendus.

C C C L X V.

CODex antiquus, in 4. bombycinus, foliorum 64. Rabbinicis literis exaratus; quo continentur,

1. תדכרה אלנציר פי אלטב למחמד בן עבדאללה אלעזיזי THADCHARAT ALNADIR FI ALTOB, Liber de Medicina inscriptus: *Mnemosynon Observatoris*, ineditus; ubi de virtutibus Herbarum & Aromatum præcipue differitur, authore MOCHAMMEDE FILIO ABDALLÆ ALAZIZI, Medico Ismaelita; Arabice, literis tamen Ebraicis. Init. fol. 1. תדכרה אלנציר אלחכים אבו אלמערף עבד

2. Ejusdem אלאמתאל מן כתאב אלפצול לאבוקראט ALEMTHAL MEN CHETAB ALPHATSUL LABUKRAT, *Specimina medica ex libro Aphorismorum* HIPPOCRATIS, Arabice item, literis tamen Rabbinicis. Initium fol. 30. בנם אללה אלרחמן אלרחים ... קאל אבקראט אלעמר קציר ·

3. Anonymi שמות העשבים SCEMOTH HAASCIAVIM, *Nomina Herbarum*, sive *Lexicon Botanicum*, in quo medicamentorum simplicium nomina Arabice, Hispanice, & Latine, literis tamen Rabbinicis, secundum Alphabeticam seriem, exhibentur. Initium fol. 45. בנם אללה אלרחמן אלרחים עונך יארב אלסמאואת ואלארץ אלעאלי אלמאלך ·

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

C C C L X V I.

CODex antiquus, in 4. chartaceus, foliis constans 133. Rabbinicis literis conscriptus; ubi continentur,

1. ספר הנהגת הבריאות ממאישטרו ברנאבה מוילה נובה MAGISTRI BARNABÆ DE VILLA NOVA, non vero simpliciter *de la Nova*, ut Bartoloccius & Wolfius perperam scribunt, SEPHER HANNAHAGH HABBERIUTH, *Liber de Regimine Sanitatis*, sive de tuenda valetudine, Latine ab authore editus, inde vero in Ebraicam linguam a מאישטרו קרישקאש מקשלא MAGISTRO KRESKAS DE CASALE, non vero *Kisclat*, ut habet ex Bartoloccio Wolfius, conversus. Sic enim in calce, fol. 61. a tergo, legitur: נשלם המאמר בהנהגת הבריאות הברו-הרופא מאישטרו אברנאבא דוילה נוכה והתהלה לאל לבדו והעתיקו מלשון רומיים ללשון הקודש הרופא מאישטרי קרישקאש דקשלה בשנת פ״ז לפרט האלף הששי *Explicit Tractatus de Regimine Sanitatis, quem composuit Medicus Magister Barnaba de Villa nova. Laus Deo soli. Et translulit illum e Romana in sanctam linguam Magister Kreskas de Casale, Medicus, Anno Creationis Mundi* 5087. Christi 1327. Initium fol. 1. המנתיעים הנקראים נתפוקושיאש

2. Ejus-

2. Ejuſdem על הרפואות המריקות AL HAREPHUOTH HAMMERIKOTH, *de Medicamentis alvum ſubducentibus*, ex interpretatione R. THEODORI FILII MOSIS JOM TOU; de quo mox infra. Initium fol. 62. חלו פני קצת מאוהבי העצמיים המיוחדים שאכתוב להם בס׳ בקצור הרפואות·

3. ס׳ על סיבות הקדחות מיואן אבן משואה JOANNIS FILII MESUE, SEPHER AL SIBBOTH HAKADDACHOTH, *Liber de Febribus, earumque cauſſis*, deque compoſitione medicamentorum adſtringentium, ſolventium, & roborantium, una cum Commentariis מאישטרו פיטרוס ספרדי MAGISTRI PETRI HISPANI, ex idiomate Latino in Ebraicum translatus a ר׳ טודרוס בר משה יום טוב R. THEODORO FILIO MOSIS JOM TOU; ut hæc docet epigraphe, quæ fol. 84. legitur: נשלמו סורות הקדחות ממאיש׳ פיוטרי אישפאני תהלה לאל אחד ואין שני והעתיקו ה׳ה׳ מאישטרו טודרוס משה בונדואה מלשון נוצרי ללשון עברי בחדש תמוז שנת מאה וחמשים וארבע לבריאת העולם ו׳כ׳ו *Abſolutæ ſunt Præſcriptiones Magiſtri Petri Hiſpani adverſus Febres, Laus Deo*, &c. *& tranſtulit illum magiſter Theodorus filius Moſis Jom Tou e Nazaræa lingua in Ebraicam, menſe Thammuz*, Junio, *Anno Creationis Mundi* 5154. Chriſti 1394. Init. fol. 72. a terg. נגד רועומזג קר מהראש העשבים המועלים·

Forte Petrus ille idem eſt cum authore Logicæ Ebrææ, cujus meminit Neiſſelius in Catologo Bibl. Vindobonen. Par. I. pag. 971. num. 61. & quem præter rationem ſuſpicatur Maturinus Veyſſiere la Croze in ſuis ad Joh. Chriſtophorum Wolfium literis, non eſſe a Petro Hiſpano authore *Parvorum Logicalium*, qui poſtea ſummus Pontifex creatus, Joannis XXII. nomine claruit, diſtinguendum. Porro quatuor *Joannes* ejuſdem agnominis *Ben Meſue*, inſignes Medici Orientales exſtitere, quorum ſcripta Medica a ſe invicem diſtinguere fruſtra conati ſunt Herm. Conringius in Introd. ad artem Medicam pag. 65. & Wolfius, quibus tamen tres tantum Joannes innotuere. Eorum primus ſecta Neſtorianus, *Iſaaci ben Chonain*, de quo ſupra, præceptor, in villa خوز *Cuz* apud Niniven Aſſyriæ urbem natus, obiit Bagdadi anno ætatis octogeſimo, Chriſti 854. ut in noſtra Bibliotheca Orientali Tom. III. Par. I. pag. 501. & ſeqq. adverſus Hottingerum & Georgium Matthiam Konigium oſtendimus; ubi de ejuſdem ſcriptis ex Gregorio Bar-Ebræo, & Leone Africano, qui ejuſdem vitam, nonnullis tamen mendis ſcatentem, Latinam ex Arabico textu fecit. Alter *Joannes Meſue* laudatur ab Amro Matthæi filio, ſcriptore Neſtoriano, in vita Babæi, Chaldæorum Patriarchæ, circa annum Chriſti 500. Tertium memorat Leo Africanus, apud Hottingerum pag. 261. quem refert in civitate Mariden, ſeu Marde natum, religione Jacobitam fuiſſe, *Operaque compoſuiſſe utiliſſima in rebus potabilibus: alium quoque Librum de componendis medicinis, ſyrupis videlicet, unguentis, emplaſtris, & de ſimilibus*, in Ægypto demum nonagenarium obiiſſe, anno Chriſti 1028. Quartus denique patria Damaſcenus, qui cum Mardenſi Jacobita, & S. Joanne Damaſceno perperam ab Hottingero, aliiſque confunditur. Ejus plenum nomen eſt *Joannes filius Meſue, filii Hamech filii Heli filii Abdallæ Regis Damaſci*. Unde illum Mahometanæ Sectæ cultorem fuiſſe conjicimus; Damaſci enim, poſt occupa-

patam a primis Caliphis Syriam, Mahometani, non Christiani dominabantur. Hujus varia Opera Medica Romanam lucem viderunt, & Mss. exstant in Codd. Latinis Vaticanis MMCCCCXL. MMCCCCXLI. & MMMMCCCCLX. a quibus haud longe discrepat versio hæc Ebraica, quam præ manibus habemus.

4. ספר על ענין חלאים האשורת בדרך שאלה ותשובה בין דינה ויעקב אביה SEPHER AL INJAN CHOLAIM HAISCIOTH BEDEREC SCEELA VETHESCIUVA, id est, *Dialogus de morbis mulierum*, & speciatim de iis, qui ad matricem pertinent, inter DINAM morbos proponentem, & JACOBUM patrem medicinam adhibentem; ignòti Authoris. Concordat ad literam cum libro הולדות THOLEDOTH, *Generationum*, quem in superiori Codice CCCLX. laudavimus. Hinc corrigendus Bartoloccius, qui immemor eorum, quæ Par. I. num. 204. de R. Elia filio Judæ Tyburtino, ceu authore hujus Dialogi, scripserat, eundem Dialogum Par. III. num. 688. Joanni Aben-Mesue adscribit. Init. fol. 85. אחרי אשר ברא אלהים ארם עפר מן האדמה ויפח באפיו נפש רוח היים

5. ספר על סגולורת מעבדאלרהמן בן יצחק בן עלי אבן אלעטאר ABDARROCHMANI FILII ISAACI, FIL. ALI ABEN-ALATTAR, idest *Aromatarii*, Mahometani Arabis, decimo Christi seculo clari, SEPHER AL SEGULLOTH, *Liber de proprietatibus*, seu *virtutibus Lapidum*, & *Herbarum*, Medicus, ab Anonymo Ebraice ex Arabico redditus; nondum typis consignatus, quem Bartoloccius, & ex eo Wolfius de *Secretis Mulierum* agere scribunt, authoremque minus recte ר' יצחק בר אלי בן איתר *Rabbinum Isaac bar Ali ben Ethar*, vocant. Init. fol. 104. זה הספר לערתינו ישמרם השם הסגולות הדברים

6. מאמר על הרפואות מר' אברהם בן יחיאל MAAMAR AL HAREPHUOTH, *Tractatus de Medicinis*, a R. ABRAHAMO FILIO JECHIELIS, ביום ג' חדש כסלו בשנת פ'ו' לפרט האלף הששי *die 3. mensis Chisleu*, Novembris, *Anno Creationis Mundi 86. sexti millenarii*, id est Christi 1326. conscriptus; ceu ipse author fol. 25. a tergo profitetur. Init. fol. 118. זה המאמר קטן וקל המועיל בהנהגת

7. Fragmentum *Tractatus Medici* de variorum morborum curatione, Arabice, verum literis Ebraico-Rabbinicis. Initium fol. 126. הכארה מחלב ארי אן מהלב הנצלם פרש האריאם יתלד.

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus; adeo autem & tineis, & pravo atramenti genere erosus est, ut variis in locis vix legi possit.

CCCLXVII.

CODex antiquus in 4. partim bombycinus, partim membraneus, foliorum 70. Rabbinicis literis exaratus. Ibi continetur,

Fragmentum Anonymi Tractatus פי אלטב FI ALTOB, *de Medicina*; ubi potissimum de Febribus, earumque remediis exponitur; Arabice, charactere tamen Ebraico-Rabbinico. Init. fol. 1. וממא יצלח לתחבין עטשהם פקאע יתבר

Is Codex decimotertio Christi seculo videtur conscriptus.

CCCLXVIII.

Codex antiquus, in 4. partim chartaceus, partim membraneus, foliis constans 115. charactere Rabbinico exaratus; ubi continentur,

1. Anonymi ספר מגרחות SEPHER MIGARCHOTH, *Liber de Chirurgia*, in duos מאמרים *Maamarim*, seu Tractatus distributus, quorum 1. constat Capitibus sex, ex quibus tamen priora duo cum dimidia parte tertii desiderantur; alter Capp. IX. postremum quorum fine mancum. Initium fol. 1. הרפאות הסיבות נבקש ד׳ דברים הא׳ לאסוף החלקים.

2. Fragmentum ejusdem Anonymi Tractatus de לעשות מרקחים ושמנים LAASCIOTH MERKACHIM VESCEMANIM, *de compositione Pharmacorum & Unguentorum*, eorumque virtutibus. Init. fol. 19. שומשמין נ׳ ליט׳ והני ששם עלי.

3. Ejusdem כללי לזרעים AHELLALE LEZERAIM, *Regulæ*, sive *Observationes in Agriculturam*, astronomicæ, principio & fine mutilæ. Initium f. 21. אומכטי רביעית וששי המכטים טובים וישלך להשמר בשעה.

4. Ejusdem לעשות משיחות טובות לכל חבורה LAASCIOTH MISCECHOTH TOVOTH LECOL CHABURA, *de conficiendis unctionibus & unguentis, ad quodcumque vulnus & tumorem curandum idoneis*. Init. fol. 25. תקח ברנבא בר טוניא סנטוריאה קטנה מיל פיל מ׳א׳ מלא כף שעוה.

5. Fragmentum Tractatus JOCHANAN, seu JOANNIS ABEN MESUE על הדפק AL HADEPHEK, *de Pulsibus*. Init. fol. 26. הוא תנועה המנושש מפנים לחוץ

6. Ejusdem לעשות מרקחות ומיני רפואות LAASCIOTH MIRKACHOTH UMINE REPHUVOTH, *De Confectionibus medicinalibus*. Initium fol. 27. a terg. רפואות כוכב הנשימה היא מכלל אלו אם יהיה זה מלתות.

7. Fragmentum Tractatus Anonymi על שחיטה ובדיקה AL SCECHITTA UBEDIKA, *de Ratione jugulandi & mactandi animalia*, & quomodo cognosci possint quæ apta sunt ad esum, & quæ inepta, atque illicita ubi etiam recensentur singula membra & ossa animalium, cum eorum nominibus & functionibus, secundum placita Talmudistarum, & Anatomicorum Judæorum. Init. fol. 51. דין העצמות נתתי אל לבי לחקור ולדרוש ולבאר ענין זה

8. Ejusdem ספר על הרפואה בדרך התכונה SEPHER AL HAREPHUA BEDEREC HATTHECUNA, *Liber de Medicina*, ubi de prognosticis morborum, eorumque remediis, secundum placita Astrologorum disseritur, principio & fine mancus. Init. fol. 53. a terg. ומספר הכוכבים וגו׳ כללי כוכבי המולדת

9. לקוטי סגולות ורפואות מגאלינו LIKKUTE SEGULLOTH VEREPHUOTH MIGALINU, *Præscriptiones medicinales* ad varias infirmitates, ex GALENI scriptis per Anonymum collectæ. Initium fol. 55. ובשר יפעלו קיצתם בקיברת מגדר

10. על אותות החלים AL AOTHOTH HACHOLAIM, *De signis morborum* observationes quædam, ex Canone medicinali אבן סינה ABEN-SINÆ, seu Avicennæ excerptæ, una cum Præscriptionibus ad varias infirmitates curandas. Initium fol. 65. a terg. חצואה קובל ממנה מופת מרמותה שנעיין בה אם היא

11. Fragmentum medicum ex אבן רשד ABEN RASCIAD, seu *Averroe*, de purgandis infirmis. Init. fol. 67. שאין להשום זמן תהיה חבורה בקצת אברים

12. Frag-

12. Fragmentum ס' אפוריסמוש מאבוקראט LIBRI APHORISMORUM HIPPOCRATIS, cum GALENI commentariis. Init. fol. 68. a terg. הספר הזה נקרא יקר במיני הרפואות ונקרא אפוריסמו משמעו טעם.

13. ספר על מראות השתן מר' יוסף בן אספאק SEPHER AL MAREOTH HASCETHEN, *Liber de inspectionibus urinæ*, sive de morbis ex inspecta urina cognoscendis, authore R. JOSEPHO FILIO ASPAK, cujus ætas, & patria latent. Init. fol. 69. אם ראית השתן והנה הוא ארום ורקיק זה יעיד כי נבר עליו

14. Ejusdem על הקדחות AL HAKADDACHOTH, *de Febribus*, earumque curatione. Init. fol. 78. דע כי הקדחת צריך הרופא לאמץ את לבו ויביט בה ויחקור

15. ספר על התכונה מר' יעקב בן דוד בן יום טוב R. JACOBI FILII DAVID, FIL. JOM TOU, de quo supra in Codice CCCLVI. num. 3. SEPHER AL HATTECHUNA, *Liber de Astronomia*, imperfectus. Initium fol. 97. אמר יעקב בר דוד בר יום טום פועל בעבור שהיתה החכמה הלמודית.

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

CCCLXIX.

CODex antiquus in 4. partim bombycinus, partim membraneus, foliorum 83. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. ספר על השתן מר' יצחק בן שלמה ישראלי R. ISAACI FILII SALOMONIS ISRAELITÆ, Anno Mundi 4790. Christi 940. defuncti, ut ex Herbelotio & Catena Traditionis ostendit Wolfius adversus Henr. Mauroy, qui in Apologia pro Judæis Christianis Par. I. pag. 222. illum floruisse ait Anno Christi 1176. SEPHER AL HASCETHEN, *Liber de inspectione Urinæ*, & judiciis inde faciendis, Arabicus, Ebraico-Rabbinicis literis conscriptus, hocce titulo כתאב מגמוע מן אקואיל אלאואיל פי מערפה אלבול ואקסאמה CHETAB MAGEMUH MEN AKUAJEL ALAVAJEL FI MAREPHETH ALBAUL, VEKSAMOH, hoc est *Liber compilatus ex dictis Priorum de cognitione Urinæ, ejusque divisionibus*, in decem sectiones distributus; ubi passim laudantur *Hippocrates*, *Galenus*, aliique celebriores Medici veteres. De eo fuse & docte agit Wolfius Tom. I. pag. 666. & III. num. 1214. ubi & cetera Authoris nostri scripta medica, eorumque editiones recenset. Atque heic castigandus Bartoloccius, qui in Bibliotheca sua Rabbinica Tom. I. & in Indice Ms. Vaticano, ex imperitia Arabicæ linguæ, hunc librum *Commentarium* esse scribit, *Galeni in Hippocratem*: Exstat id opus in Codice Ms. Arabico Vaticano num. LXII. olim signato, quem in Catalogo Mss. Arabicorum delineabimus. Initium fol. 1. בשם אללה אלרחמן אלרחים כתאב מגמוע מן אקואיל אלאואיל פי מערפה.

2. גואמע כתאב גאלינוס פי אלבול GEVAMEH CHETAB GALINOS FI ALBAUL, *Collectanea ex Tractatu* GALENI *de Urinis*, Arabica, verum Rabbinico-Ebraicis literis descripta; fine mutila. Init. fol. 69. תם כון אל אנסאן תלתה וכלתא

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus,

CCCLXX.

Codex antiquus, in 4. partim chartaceus, partim membraneus, foliis constans 113. charactere Rabbinico descriptus, olim Palatinus; quo continetur,

ספר על הרפואה מר׳ נתן בר יואל בן פלקייראה R. NATHAN FILII JOELIS FILII PALKEIRA, de quo superius, SEPHER AL HAREPHUA, *Liber de Medicina*, qui alias צורי הגוף TSORI HAGGUPH, *Opobalsamum Corporis* inscribitur, ex operibus *Hippocratis*, *Galeni*, *Averrois*, *Avicennæ*, & *R. Mosis Ægyptii* excerptus, nondum editus. Dividitur in Præfationem, & quatuor Partes, quæ iterum in varia Capita abeunt.

Præfatio, sistens occasionem & argumentum operis una cum Indice Capitum, quibus unaquæque Pars absolvitur, incipit fol. 1. a terg. רפאני יהוה וארפא וגו׳ ישתבח ויתפאר האל הגדול והנורא.

Pars I. *De Medicina Theorica*, habet Capita octo. Init. fol. 11. a t. פ״א׳ גדר מלאכת הרפואה היא שמירת בריאות גוף האדם.

Pars II. *De Caussis morborum*, Capp. decem. Initium fol. 45. a terg. הפ״א׳ הסבות שני מינ ם טבעיים ומקרים והטבעיים הם הסבות הפעולות לבריאות.

Pars III. *De Signis morborum*, Capp. decem. Initium fol. 57. a terg. הפ״א׳ אחר כי הבריאות כמו שזכרנו הוא ענין באבר בו יפעל או יתפעל על המנהג.

Pars IV. *De Methodo medendi*, Capp. septendecim. Init. fol. 118. a t. זה החלק נכבד מכל חלקי מלאכת הרפואה ויותר הכרחי לאדם כשידע ויכיר היאך.

Aliter ac nos Wolfius hunc librum ex veteri Catalogo Ms. Bibliothecæ Taurinensis describit Tom. IV. pag. 932. ubi hæc: *Sepher Zure Aguf*, *Liber figurarum corporis Nadam filii Joelis*, *filii Falchera*. Tum enumerat Partes tredecim, in quas librum abire supponit; videlicet. 1. *Medicina theorica*. 2. *de remediorum confectione*. 3. *de sanitatis conservatione*. 4. *de curandis morbis universis*, 5. *de Aromatum nominibus & qualitatibus*. 6. *de rebus naturalibus*, 7. *de causis*. 8. *de elementis*. 9. *de membris & modo remediorum*. 10. *de temperamentis*. 11. *de viribus corporeis*. 12. *de operationibus*. 13. *de cognoscendis morbis*. Verum cl. Pasinus in novo Catalogo laudatæ Bibliothecæ Taurinensis, qui nuper ex Typographia Regia prodiit, Par. I. Cod. LV. pag. 19. ab hallucinationibus authoris Veteris Catalogi sibi præcavens, de titulo & argumento operis nobiscum consentit, & arguit Wolfium, quod pag. 921. Par. I. Bibliothecæ Hebrææ, eundem librum minus recte צרי הנוף TSERI HANNOPH, *Opobalsamum Noph*, inscripserit; quod tamen mendum Wolfius ipse Par. II. & III. num. 1736. jam plane correxerat.

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

CCCLXXI.

Codex chartaceus in 4. foliorum 37. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; ubi continetur,

Ano-

Anonymi לקוטי הרפואות LIKKUTE HAREPHUOTH, *Collectio Præscriptionum medicinalium*, ad varias infirmitates curandas, Germanice, literis tamen Ebraico-Rabbinicis. Init. fol. 1. אם יגר שטן אה דיגר בורייא הושרען יעלם בישפין

Is Codex decimosexto Christi seculo videtur descriptus.

CCCLXXII.

Codex chartaceus in 4. foliis constans 104. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. ספר הגארחות מר' שמואל אשפיריל R. SAMUELIS ASPERELLI, Medici Cordubensis, SEPHER HAGARCHOTH, *Liber Chirurgicus*, *de vulneribus curandis*; lingua Catalonica, sed characteribus Rabbinicis descriptus, & לר' דוד מן נאין הגארח R. DAVIDI DE GAIN Chirurgo nuncupatus; nondum typis vulgatus. Init. fol. 1. דימי מאישטרו שמואל פישיקו די קורדובא ווש אינטן

2. כמה תרופות מר' יצחק ישראלי CAMA THERUPHOTH *Nonnullæ Præscriptiones medicinales*, Hispanicæ, literis tamen Rabbinicis exaratæ, e scriptis R. ISAACI ISRAELITÆ, FILII SALOMONIS depromptæ, & יוסק הרופא קאטלאנו JOSEPHO MEDICO CATALANO, ad quem hic Codex pertinebat, ceu ipse in calce profitetur, experientia probatæ. Initium fol. 89. a terg. פירא טיראר וירמי לייורא דוש אולייוש אי איובין טורנא קראדה די אוה.

3. Miscellanea alia *Medica*, in quibus remedia ad varios morbos præscribuntur; Hispanico sermone & literis conscripta, absque nomine Authoris. Init.um fol. 92. *Das virtudes de Lilio laudeo*.

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CCCLXXIII.

Codex antiquus, in 4. bombycinus, foliorum 201. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

הקאנון אבו עלי בן אלחסין בן עבד אללה בן סינה ABU-ALI FILII AL-CHOSAIN FIL. ABDALLAH BEN-SINA, vulgo *Avicennæ*, CANONIS MEDICINALIS libri duo priores; præfixa præfatione generali, una cum Indice Tractatuum, & Capitum, quibus uterque liber absolvitur. Ejus Init. fol. 2. אמר המחבר השר אבו עלי בן אלחסין בן עבד אללה בן סינא ישתבח האל שבח.

Liber I. *De Aphorismis Medicis*, *&* *Anatomicis*, in quatuor Tractatus, qui Capita 264. in universum complectuntur, distributus, incipit fol. 11. הפ'א' מן הלמוד הראשון מן האופן הראשון מן הספר הא' בגדר הרפואה אומר שהרפיאה.

Liber II. *De Pharmacis*, *eorumque proprietatibus*, seu *virtutibus*. Ejus Tractatus sunt duo, Capita vero 763. Heic tamen Tractatus secundus cum suis Capitibus desideratur. Initium fol. 187. אמר אבו עלי הספרים האלה

Avicennæ Canon ex Arabica lingua in Latinam, & Ebraicam a variis conversus, plus semel publicam lucem aspexit. Et Ebraica quidem ejusdem Canonis editio Neapolitana anni Creationis Mundi 5252. Christi 1492. quæ omnium prima est, memoratur a Sabbathæo in ש"ו *Sciphte Jescenim*,

Labiis Dormientium, qui & totius operis in quinque libros divisionem, eorumque argumenta profert, quæ Wolfius Tom. I. num. 21. ex eodem Sabbathæo repetit. Vide Catalogum nostrum Bibliothecæ Mediceæ Laurentianæ & Palatinæ Cod. CCIX. & seqq. ubi de Avicennæ patria, ætate, & scriptis, eorumque editionibus, & in varias linguas versionibus, fuse egimus.

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

CCCLXXIV.

Codex antiquus, in 4. bombycinus, foliis constans 221. charactere Rabbinico exaratus; ubi continentur,

1. לעשות פילולי LAASCIOTH PILLULE, *De compositione quarundam Pilularum medicinalium*; adjectis nominibus nonnullorum simplicium medicamentorum, quæ Arabice & Italice, verum Ebraico-Rabbinicis literis expressa sunt, absque authoris nomine. Init. fol. 1. קח קלחי כרוב וקליפי מכו סנה

2. ספר על מהות הנפש מאבונצר אלפרבי ABU-NATSAR ALPHARABI Philosophi Arabis, SEPHER AL MAHUTH HANNEPHESC, *Liber de essentia Animæ*, de quo superius Cod. CCXCIV. Init. fol. 3. נפעל לפועל והפועל בו החוש והתנועה

3. Fragmentum Operis Medici ignoti Authoris, ubi de פודאגרא PODAGRA, ejusque curatione potissimum differitur. Init. fol 12. פודגרא נקראת על שם הרגליים כמו הצודגרא הנקראת על שם הידים ואותו חולי·

4. ספר אלמנצורי מראזי בן זכריה RAZII FILII ZACHARIÆ Medici Arabis, anno Hegiræ 320. Christi 932. teste Gregorio Bar-Ebræo Abulpharagio in Historia Dynastiarum non vero 310. ut habet Herbelotius in sua Bibliotheca Orientali sub voce *Razi*, defuncti, qui pleno nomine *Mahometes Abu-Bacr, filius Zachariæ Al-Razi* vocatur, SEPHER ALMANTSURI, *Liber de Medicina*, in gratiam, *Almantsur*, vulgo *Almansoris Caliphæ*, cujus author Archiater fuerat, hocce titulo insignitus. Constat Præfatione, & Partibus decem, quæ iterum in certa Capita abeunt, quorum series in Præfatione generali exhibetur; quæ incipit fol. 12. a terg. היבור אשר חיבר ברוב חכמה : דברי ראזי בן זכריה אשר עשה הספר הזה הנקרא אלמנצור·

Pars. I. agit de forma, & ratione membrorum humani corporis, sive de Anatomia. Ejus שערים *Sciaarim*, Portæ, seu Capita sunt viginti sex. Init. fol. 23. a terg. השער הא' הבורא אל עליון על כל הדברים יצר כל העצמות

Pars II. de cognoscenda hominis temperatione morbisque corporis, & Metoposcopia, Capp. sexaginta octo. Init. fol. 45. שער א' מזג הגוף ניכר וטבעו

Pars III. de virtute ciborum, & variorum Aromatum, Capp. viginti sex. Init. fol. 58. a terg. שער א' כל מתוק חם ואינו ניכר חומו תמיד וגם למי

Pars IV. de valetudine conservanda, Capp. vigintinovem. Initium fol. 84. a terg. שער א' מי שרוצה לשמור הבריאות צריך שיסע קודם אכילה ואותו

Pars V. de concilianda corpori forma, barba & capillis tingendis, conservandisque, & amolliendis a facie vitiis, Capp. sexaginta novem. Initium fol. 98. a terg. ש'א' פורפורו הסובין יוסרו כשתמיד תעבור תער בראש ובכל

Pars

Pars VI. de remediis ab iter agentibus in Solis æstum, & alia viæ incommoda adhibendis, Capp. novemdecim. Init f. 110. שער הא׳ צריך בששום

Pars VII. de regimine & curatione infirmorum, deque vulneribus, & fractura ossium, eorumque ligamentis, & unguentis ad illa idoneis, Capp. duo & triginta. Init. f. 123. a terg. שער א׳ פעמים רבות אותם שעושים זאת המלאכה

Pars VIII. de serpentum aliorumque reptilium morsibus, & variorum venenorum Alexipharmacis, Capp. quinque & quinquaginta. Init. fol. 139. ש׳א׳ הכללים והקבוצים לרפאות מארם ונשיכות בעלי ארס.

Pars IX. de apoplexia, de paralysi, rheumatismo, aliisque nervorum infirmitatibus, & earum curatione, Capp. quinque & nonaginta. Initium fol. 157. שער א׳ כשה אורם יתפשט בעין ובפנים כשיעשה זה ותרגיש הנגיעה

Pars X. de febribus, Capp. quinque & triginta. Initium fol. 185. ש׳א׳ זאת הקדחת אין לה רעד כי אם הרגש הקדחת אחת.

In fine vero, fol. 213. hæc librarii epigraphe legitur: נשלם האלמנצור לפי החלקים והשערים המצויינים בספר והם עשרה חלקים והשערים הם תמו ברוך הנותן ליעף כח ולאין אונים עצמה ירבה ברוך ה׳ אשר יעצני חזק אברהם הסופר *Explicit Almantsuri cum suis Partibus, & Capitibus, quæ in eodem libro recensentur. Ejus quidem Partes sunt decem, Capita vero in universum* CCCCXLVI. *Benedictus, qui dat lasso fortitudinem, & his, qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Benedictus Dominus, qui tribuit mihi intellectum. Confortare & esto robustus, Abraham scriba.* Interpretis Ebraici nomen desideratur. Verum inferius in Codice Ebraico Urbinate Vaticano L. ubi integrius ejusdem Operis exemplar habetur, is dicitur R. SCEM TOU FILIUS ISAACI HATTARISCI, *Hispanus*.

5. כללי הרפואה CHELLALE HAREPHUA, *Præcepta Medica* de curandis infirmis; ubi potissimum agitur de necessitate cognoscendi corporis habitudinem; adjectis remediis ad varios morbos, absque authoris nomine. Initium fol. 214. הילדים הקטנים חמים ולחים הבחורים חמים ויבשים הבינוניים חמים

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

CCCLXXV.

CODex in 8. partim chartaceus, partim membraneus, foliorum 103. charactere Rabbinico exaratus; quo continentur,

1. הכרת האבנים טובות HACARATH HAAVANIM TOVOTH, *de proprietatibus*, seu *virtutibus Lapidum pretiosorum*, & de signis, quibus ipsi lapides cognosci possint. Tractatulus incerti authoris. Initium fol. 1. דיאמנטי דע כי הוא מין אחד מימני אריאמנטי והוא קל וקשה.

2. Ejusdem לעשות רפואות ותבושים ורקוחים LAASCIOTH REPHUOTH, VECHABBUSCIM, VEREKUCHIM, *Præscriptiones variæ medicinales*; ubi & de ratione fructus saccharo condiendi, vel aceto conservandi. Initium fol. 3. משיחה אנקופרא לבנה יא׳ שעוה לבנה ב׳ אוקייא רוסאטו א׳, טרה.

3. ספר מצירוגיה ממאישטרו שלמה SEPHER METSIRUGHIA, *Liber de Chirurgia*, adjectis remediis ad varios morbos, authore quodam MAGISTRO SALOMONE.

NE. Initium fol. 15. כלל כל הפצעים והחבורות והרכות בבשר פשוטים

4. סדר פדיון הבן SEDER PEDIJON HABEN, *Ordo Redemptionis filii primogeniti* de manu Sacerdotis, una cum Benedictonibus, seu Precibus, quas Judæi in hujusmodi solemni cæremonia recitare consueverunt. Init. fol. 35. a terg. ישראל שנולד בן זכר והוא בכור לאמו א'ע'פ'ו' שהוא בכור לאביו

5. Anonymi רפואות הדבר REPHUOTH HADEVER, *Remedia ad pestem*; ubi & de methodo medendi, curandique vulnera, & conservandi fructus in aceto, vel saccharo. Init. fol. 37. a terg. ראשונה תבק יבא הקדחת וחלוים

6. סגולות SEGULLOTH, *Secreta* varia medica, & chimica, vocabulis partim Ebraicis, partim Hispanicis & Arabicis, Rabbinico tamen charactere descriptis, constantia. Init. fol. 45. קאר לאולטוויא אישטר קשיאו אינדיב

7. תפלות THEPHILLOTH, *Precationes* ad Deum, Arabicæ, verum literis Ebraico-Rabbinicis exaratæ, haud absimiles ab iis, quas Mahometani adhibere solent. Init. fol. 47. בסם אללה אל רחמן אל רחים: אלחמד ללה רב

8. ביאור המלות BIJUR HAMILLOTH, *Declaratio nonnullorum vocabulorum* Philosophicorum & Chimicorum, ignoti authoris; Hispanice verum literis Rabbinicis. Initium fol. 50. אינליש קושיש ניגיראנליש אי קורדייאליש

9. צלואת TSALVATH, *Preces* ad Deum, Arabicæ, charactere tamen Rabbinico; principio & fine mutilæ. Init. fol. 52. וקאבל אלתוב שדיד אלעקאב

10. Anonymi סגולות מאלקימיאה SEGULLOTH MEALKIMIAH, *Secreta Alchimica*, quorum primum ad conficiendum aurum. Init. fol. 53. עפר הזבב הנקא

11. בקשות ותחינות על דרך הקבלה BAKKASCIOTH, UTHECHINNOTH AL DEREC HAKABBALA, *Deprecationes, & Obsecrationes Cabbalisticæ* ad Deum, unacum וידוי *Viddui*, seu formula confessionis peccatorum. Init. f. 65. רבונו של עולם

12. Fragmentum הרפואות HAREPHUOTH, *Præscriptionum medicinalium* ad varias infirmitates, sine nomine authoris. Init. fol. 85. לעצור דם נידות קח

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur exaratus.

CCCLXXVI.

Codex chartaceus in 8. foliis constans 162. charactere Rabbinico descriptus; quo continetur,

ספר כרתורת ממאשטרו ברונו הנוצרי MAGISTRI BRUNI, CHRISTIANI Longoburgensis, SEPHER CHERETHUTH, *Tractatus Anatomicus, & Chirurgicus*, ex Latino idiomate in Ebraicum conversus a הרופא ונרדו רבי יעקוב בר יהודה אבן קאשטיאל יואאקאלה בעיר סוריה בשנת ה'ר'נ'א R. *Jacobo filio Judæ Aben Kastiel, de Alkala*, seu Complutensi Hispano, Medicinæ & Chirurgiæ Doctore, *in urbe Soria, Anno Creationis Mundi* 5251. Christi 1491. ut in fronte legitur; non vero anno 5261. Chr. 1501. ceu habet Bartoloccius; quo quidem anno, ut idem Bartoloccius observat, nullus in Hispania Judæus, omnibus scilicet, jam ante tres annos inde pulsis, commorabatur. Dividitur in duas Partes, quæ iterum in certa Capita abeunt; præmissa Præfatione generali; cujus init. fol. 1. לכל אדם היה נודר לשרת בחכמתך ואל מדור

Pars I. de צירוגיא רבא *Chirurgia magna*, seu Theorica, constat Capitibus vi-

viginti. Initium fol. 5. אחרי שהצענו הקדמה כמספיק נבוא אחרי זאת בע'ה'

Pars II. de צירוניא זוטא *Chirurgia parva*, seu Practica, Capp. viginti. Initium fol. 68. שער ראשון מחלי ענים חלי הענים מתחכבין מחלי ענים

Porro Latinum hujusce Operis archetypum cum Guidonis, Theodorici, & aliorum scriptis Chirurgicis prodiit Venetiis 1490. 1546. & 1559. in fol. Is autem Codex ad interpretis Ebraici ætatem videtur referundus.

CCCLXXVII.

Codex chartaceus in 4. foliorum 200. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; ubi continetur,

Fragmentum קאנון אבו עלי בן סינה KANUN ABU-ALI BEN-SINA, *Canonis Medicinalis* AVICENNÆ, una cum Anonymi commentariis, Arabice, verum literis Ebraicis. Init. fol. 1. והו נבץ מרכב מנבנו וסרעה ודלריאנה יכחדו

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur conscriptus.

CCCLXXVIII.

Codex antiquus, in fol. bombycinus, foliis constans 71. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. כתאב אתאר אל עלויה לארוסטטליס אלפילסוף ARISTOTELIS *Philosophi* CHETAB ATHAR ALALVIAH, *Liber Meteorologicorum* in quatuor מקאלאת *Mekalath*, Tractatus distributus, Arabico sermone, verum literis Ebraicis descriptus. Arabicus hujus libri interpres est *Jachia ben-Albatrik*, seu Johannes Patricii filius, Christianus Johanni filio Mesue æqualis, de quo alibi; calligraphus vero *Joseph filius Scem Tou*; ut hæc docet epigraphe, quæ in clausula ejusdem libri, fol. 71. a terg. legitur: תם כתאב אתאר אלעלויה בתמאם נמיע אלארבע מקאלה אלדי וצעהא אריסטטליס אלפילסוף ותרגמה יוחני אבן אלבטריק ללמאמון בן הרון אלרשידי וללה אלחמד ואלשכר סרמדא: וכתבה יוסף אלכאתב בן שם טוב אחיאה אללה לזמאן אלטויל ללעאלם אלפילסוף יצחק בן נון אלטביב *Explicit Liber Meteorologicorum cum quatuor suis Tractatibus ab Aristotele Philosopho compositus, quem Johannes filius Batrik, in gratiam Almamonis filii Aaronis Al-Rascidi, Arabice, e Græco interpretatus est; & Laus, atque gratiarum actio Deo in sempiternum. Exaravit autem illum Joseph scriba filius Scem Tou, cujus vitam diutius protrahat Deus, ad usum sapientis Philosophi Isaaci filii Nun, Medici*. Hinc corrigendus Bartoloccius, qui ex Arabicæ linguæ imperitia, nec titulum, nec argumentum hujus libri adsequutus est: ait enim in suo Indice Ms. illum esse, *Joannis Baptistæ Patriarchæ Commentarium in libros de Cælo & Mundo, & Elementis Aristotelis*.

Tractatus I. incipit fol. 1. נבחרי בעון אללה וארשאדה ותאידה בתרגמה

Tractatus II. fol. 8. קאל אלפילסוף פלנדכר אלאן אלבחר ומא טביעתה

Tractatus III. fol. 15. a terg. קאל אלפילסוף אן אללאזם לנא דכר סאיל

Tractatus IV. fol. 65. פאד קד רכרנא הדה אלאשיא עממיא

2. כתאב אלמנאטר לאבו מחמד אלפראבי ABU-MACHOMETIS ALPHARABI, qui ple-

pleno nomine *Abu-Natsar Machometes*, *filius Chalican*, *al-Tarcani*, adpellatur, CHETAB ALMANADHER, *Liber de Optica*, cum figuris, & titulis Capitulorum majusculo charactere rubeo distinctis, sine tamen mutilus, qui ex oscitantia bibliopæi, inter præfata Aristotelis Meteorologica, a folio scilicet 16. ad 60. perperam compactus est; Arabice, verum literis Rabbinicis ab eodem *Josepho fil. Scem Tou* exaratus. Init. f. 16. קאל אלאואיל אן אלבצר

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

CCCLXXIX.

Codex in folio partim chartaceus, partim membraneus, foliorum 195. Rabbinicis literis elegantissimis exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. ספר אורח סלולה מר' יצחק בן שלמה בן צדיק המכונה בן אלחדיב R. ISAACI FILII SALOMONIS, FIL. TSADDIK, i. e. Justi, cognomine BEN-ALCHADIB, sive *Gibbosi*, Hispani, decimoquarto Christi seculo clari, SEPHER ORACH SELULA, *Liber Semitæ stratæ*, titulo desumto ex com. 19. Cap. XV. Proverbiorum, in novem שערים *Sciaarim*, Portas, seu Capita distributus, nondum typis vulgatus. Ibi complures Tabulæ Astronomicæ occurrunt, quarum ope Syderum eclypsin, conjunctionem, & varios aspectus cognoscere licet; adjectis passim animadversionibus in *R. Emmanuelem filium Jacobi* בעל הכנפים *Baal bachenaphim*, idest, *authorem libri Alarum*, de quo superius; præmissaque Præfatione, cujus in clausula hæc a calligrapho adnotata reperias: נשלם הספר ביום ה' כ'ח' לספירה משנת ה'ר'מ'ג' לפרט על ידי שלום בר שלמה בר סעדיה המכונה ירושלמי *Absolutus est hic liber feria quinta, die* 28. *Numerationis Paschalis, Anno Creationis Mundi* 5243. Christi 1483. *manu Salom filii Salomonis filii Saadiæ cognomento Hierosolymitani*. Initium fol. 1. a terg. אמר יצחק בן שלמה בן צדיק המכונה בן אלחאדיב

2. אגרת האסטרולב מר' שלום בר שלמה ירושלמי R. SALOM FILII SALOMONIS HIEROSOLYMITANI, de quo mox supra, IGGHIRETH HASTRULAB, *Epistola*, sive *Tractatulus de Astrolabio*, ejusque compositione, & usu, in duas Partes distributus, quarum prior constat sex שערים *Sciaarim*, Portis, seu Capitibus; altera triginta sex. In fine vero fol. 41. hæc legitur adnotatio: נשלם ספר אגרת האצטרולב ביום ג' בשבת י'ז' ימים לחדש סיון בשנת ה'ר'מ'ב' ליצירה שהיא שנת אלף ת'פ'ב' להגשמה ו'ת'ת'ס'א' לתאריך ישמעאל והיה זה היום הנזכר י'ח' לירח רביע לאול מחדשי ישמעאל וד' מנוניו לחדשי חמה וכו' במדינת סרקוסה דמאיי סקליא *Explicit Epistola de Astrolabio feria tertia, die* 17. *mensis Sivan, anno Creationis Mundi* 5242. *qui respondet* 4. *mensis solaris Junii Anni ære vulgaris Christianorum* 1482. *Ismaelitarum vero*, sive Hegiræ Mahometicæ 861. *mensis Rabibi prioris* 18. *Syracusis in Sicilia*. Consequitur descriptio graduum latitudinis ejusdem civitatis, uti & Hierosolymæ, quam author ex libro Instrumentorum desiderabilium *R. Isaaci Alchadibi*, de quo mox infra, se excerpsisse testatur; atque ita ad calcem se subscribit: שלום בר שלמה בן סעדיה בן זכריה בן חייא בן יעקב הירושלמי *Salom filius Salomonis fil. Saadiæ, fil.*

fil. Zachariæ, fil. Chija, fil. Jacob, Hierosolymitanus. Init. f. 25. אמר המחבר יען כי

3. ספר כלילת יופי מר' אליה כהן די מונטאלטו R. ELIÆ SACERDOTIS, DE MONTE ALTO, Ebraicarum rerum scriptoribus incogniti, SEPHER CHELILATH JOPHI, *Liber perfectus pulchritudine*, titulo desumto ex com. 12. Cap. XXVIII. Ezechielis, ubi triginta sex paragraphis, quorum Indicem principio præfixum reperias; de compositione & usu Astrolabii differitur; a præfato *R. Salom* exaratus, ut hæc ostendit ejusdem epigraphe, quæ fol. 50. ad calcem adposita est: נשלם זה הספר כליל ג' בשבת כ' לחדש מרחשון בשנת ה'ר'מ'ג' ליצירה שהיא שנת אלף ת'פ'ג' להנשמה ות'ת'ס'ב' לתאריך ישמעאל והיה ליל זה הנזכר ד' לחדש שעבן מחדשי ישמעאל וט'ו' מאוטוברי לחדשי חמה וכו' במדינת סרקוסה מאיי סקלייא *Completus est hic Liber nocte feriæ tertiæ, die 2. Mensis Marchescuan, Anno Creationis Mundi 5243. hoc est, secundum æram Christianorum die 15. Octobris 1483. Ismaelitarum vero 4. mensis Sciaaban 862. in Civitate Syracusarum in Sicilia insula*, &c. *Salom filius Salomonis Hierosolymitanus*. Subnectuntur figuræ Astrolabii dextri & sinistri, cum observationibus ejusdem R. Salom Hierosolymitani. Porro cave, confundas Eliam nostrum cum R. Elia Montalto Judæo, Archiatro Mariæ Mediceæ Galliarum Reginæ, quem Philippum, & Philotheum Elianum vocant. Hic enim Turonii obiit die 15. Februarii 1615. teste Jacobo Basnage in Historia Judaica Tom. IX. pag. 606. editionis secundæ, vel 1616. ut scribit R. Daniel Levi de Barrios in vita Isaaci Usielidis pag. 37. Atque adeo Elia nostro duobus circiter seculis posterior est. Initium fol. 42. בנובה הכוכבים הרצים הסתכל בניצוץ השמש הניכנס

4. רבע ישראל מר' יעקב בן מכיר אבן תבון R. JACOBI FILII MACHIR, ABEN TIBBON, decimoquarto ineunte Christi seculo clari, Liber inscriptus ROVAA ISRAEL, *Quadrans Israelis*, ex com. 10. Cap. XXIII. Numerorum, quadraginta שערים *Sciaarim*, Portis, seu Sectionibus absolutus; ubi de quadrante Astrolabii exponitur, a præfato *R. Salom*, nonnullis glossis illustratus, & *feria tertia, die* 10. *Mensis Elul*, Augusti, *Anno Creationis Mundi* 5243. Christi 1483. absolutus, ceu ipse fol. 61. ad calcem profitetur. Init. f. 53. חשער הא' בזכרון כלי האצטורלב והשמות הנופלים בו·

5. ספר כלי חמדה מר' יצחק בן שלמה בן צדיק בן אלחדיב, R. ISAACI FILII SALOMONIS, FIL. TSADIK, BEN ALCHADIB, seu Gibbosi, de quo mox supra, SEPHER CHELI CHEMDA, *Liber Instrumentorum desiderabilium*, ex 2. Paralip. XXI. 20. Astronomicus in quatuor Partes divisus; ubi de compositione Astrolabii, aliorumque instrumentorum mathematicorum ad cognoscendos motus & cursus septem Planetarum, nondum editus. Bartoloccius Tom. III. Bibliothecæ suæ Rabbinicæ, Authorem nostrum incautus ter commemorat. Et primo quidem num. 923. pag. 890. ubi illum simpliciter *R. Isaac Alchadeb* adpellat; cui ex fide Buxtorfii tres libros, nempe אורח סלולה *Semitam Stratam*, & לשון הזהב *Linguam Auream*, & מעשה חשב *Opus artificii* adtribuit. Deinde vero num. 1006. pag. 920. sub nomine *Isaaci ben Tzadik Alcharib*, quem haud distinguendum esse putat a R. Isaaco ben Salomonis ben Tsadik de familia Alchadeb Hispano, quem ibidem num. 1022. pag. 925. tertio recenset, & quem Tractatuum duorum, qui in hoc Co-

dice exhibentur authorem vocat. Init. fol. 61. a terg. כלי חמדה לך חמדה

6. ביאור מירמיה הכהן על עשיית הכדור R. JEREMIÆ SACERDOTIS, XV. Christi seculo clari, verum a nemine hactenus memorati, BIJUR AL ASCHATH HACHIDDUR, *Commentarius in Tractatum de Sphæra* ejusque compositione, quem ex Theodosii Tripolitani libris Spæricis excerptum, Arabice composuit *Kosta aben Luka*, sive *Costa filius Lucæ*, Christianus Eliopolitanus, insignis Philosophus, qui circa Annum Christi 864. floruit, quique variorum Mathematicorum & Medicorum veterum scripta, ex Græco in Arabicum, & Syriacum sermonem transtulit; de quibus vide Catalogum nostrum Mediceum Codd. CCLX. CCLXXI. & CCLXXXVI. In ejus fine, fol. 74. ista adnotantur, ex quibus R. Jeremiæ Sacerdotis ætas deprehenditur: פי' זה הכלי חברו ר' ירמיהו מן הכהנים
דמדינת פלירם ב'ט'ו' לחדש אלול שנת ה'ר'מ'ו' ליצירה וכתבתיו פה העירה סרקוסה
דאי סקלייא בכו' לחדש כסליו שנת הר'מ'ח' מכתב ימין שלום בר שלמה ירושלמי
Commentarius R. Jeremiæ ex Sacerdotibus Panormi compositus est, atque absolutus die 15. mensis Elul, Augusti, *Anno Creationis Mundi* 5246. Christi 1486. *descripsi autem illum heic Syracusis in Sicilia die 26. Mensis Chisleu*, Novembris, *Anno ab Orbe condito* 5248. Christi 1488. *Ego Salom filius Salomonis Hierosolymitanus manu dextera exaravi*. Init. fol. 67. ראשונה יוקח חתיכת עץ יבש

7. לוח הצללים LUACH HATSELLALIM, *Tabulæ Umbrarum*, sive Elenchus Eclypsium Solis, & Lunæ, quæ ab Anno Christi 1483. ad 1530. adciderunt, ex Ephemeridibus יוחנן די מונטי *Joachanan de Monte*, sive *Joannis Negromontani* depromptus a præfato *R. Salom filio Salomonis Hierosolymitano*, atque absolutus *vespere Capitis Anni Creationis Mundi* 5259. Christi 1499. *Modone*; ceu ipse fol. 75. a terg. profitetur; præfixo ejusdem tractatulo *de ratione Horologii Solaris conficiendi*. Init. fol. 74. a terg. לוח הצל הנופל מעלות הנוכרה

8. ספר שער השמים מר' יצחק בן יוסף ישראלי R. ISAACI FILII JOSEPHI ISRAELITAE, Toletani, Anno Mundi 5072. Christi 1312. teste Gedalia in Catena Cabbalæ, p. 61. defuncti, SEPHER SCIAAR HASCIAMAIM, *Liber Porta Cælorum*, ex com. 16. Cap. XXVIII. Geneseos inscriptus, in Capita viginti duo distibutus, adjectis triginta duabus Conclusionibus, ex iisdem Capitibus depromptis, una cum figuris astronomicis ad marginem, ubi de theoria Planetarum exponitur; nondum typis vulgatus, quem author in limine se conscripsisse monet, in usum filii sui, Anno Creationis Mundi 5060. Christi 1300. decem, scilicet, annis ante editum ab eodem R. Isaaco præstantissimum opus, cujus titulus יסוד עולם *Jesod Olam*, Fundamentum Mundi, de quo in consequenti Codice. Init. fol. 76. a t. שורו בני עליון בחוג שמים

9. ספר חשבון המהלכות הכוכבים מר' אברהם בר חייא R. ABRAHAMI FILII CHIJA, Hispani, Anno Mundi 4865. Christi 1105. defuncti, testibus prælaudato R. Gedalia in Catena Cabbalæ p. 42. Tsemach David ad eundem annum, qui tamen perperam authorem nostrum a R. Abrahamo הנשיא Hannasci, i. e. Principe, distinguit; quum hocce titulo tam Abraham noster, quam pater ejus Chija per excellentiam nuncupentur, ut ex mox proferenda epigraphe liquet; SEPHER CHESBON HAMMEHALACOTH, *Liber de cognoscendis, & subducendis Syderum conversionibus*, ineditus, in-

vi-

viginti שערים *Sciaarim*, Portas distinctus, ubi & de variis Judæorum, Romanorum & Arabum computis, orbiumque Cælestium divisionibus, & fractionibus agitur. In fine vero, fol. 163. a terg. hæc a calligrapho adnotata reperias: נשלם הספר הזה והוא חשבון המהלכות לנשיאנו החכם הגדול רבינו אברהם ז׳צ׳ל׳ בן הנשיא הגדול ה׳ר׳ חייא ז׳ל׳ והשלמתי אותו אני שלום בר שלמה המכונה ירושלמי ביום ה׳ כ׳ח׳ ימים לחדש אדר ב׳ שנת ה׳ר׳מ׳ד׳ ליצירה פה העירה סרקוסה דאי בצקליא הרחמן יזכני להגות וכו׳ *Completus est hic Liber, qui tractat de subducendis conversionibus Syderum, Principis magni R. Abrahami filii Principis magni R. Chija: memoria justi in benedictionem. Et absolvi illum ego Salom filius R. Salomonis cognomento Hierosolymitanus, feria quinta, die 28. Mensis Adar posterioris*, Februarii, *Anno Creationis Mundi* 5244. Christi 1484. *Syracusis in insula Sicilia. Deus me reddat dignum, qui legam in eo*, &c. Subnectuntur ejusdem Salom calligraphi *Observationes* de distantia Lunæ a Terra & Sole, necnon de conversione Planetarum, quam accidisse ait, die Sabbathi circa meridiem, 22. mensis Ijar, anno 18. Cycli, hoc est, Kalendis Maii Anno Christi 1255. Initium fol. 119. אחל לכתוב ספר חשבון המהלכות לחכם האלהי רבי אברהם בר חייא

10. לוחות LUCHOTH, *Tabulæ* XLIV. *Astronomicæ, jussu Domini Petri Tertii Aragoniæ Regis, a Magistro Ghiliberto, ejusque discipulo Dolmejo Pitao, secundum æram vulgarem Christianam compositæ, & a Jacobo Karsan Hispano Judæo delineatæ*; ut in admonitione ejusdem Regis, initio præfixa, legitur: ubi præterea prædictæ Tabulæ factæ dicuntur ad meridiem urbis Barcinonis, cujus longitudo ab extrema occidentis parte sit graduum 33. latitudo ab æquatore 41. Incipiunt autem ab anno, quo laudatus Rex regnum inivit, nempe Christi 1276. præmisso in easdem Tabulas Commentario, tredecim Capitulis absoluto, cujus Initium. fol. 167. אמר המלך דון פידרו ה׳ג׳ בזה השם

CCCLXXX.

Codex in fol. bombycinus, foliis constans 250. charactere Rabbinico elegantissimo scriptus, olim Palatinus, quo continentur,

1. ספר יסוד עולם מר׳ יצחק בן יוסף ישראלי R. ISAACI FILII JOSEPHI, ISRAELITÆ, Toletani, de quo in præcedenti Codice, SEPHER JESOD OLAM, *Liber Fundamenti Mundi*, titulo desumto ex Prov. X. 25. ubi de arte, seu scientia Intercalationis, duabus columnis dispositus, variisque figuris Mathematicis, & Tabulis Astronomicis passim illustratus, luce publica, & Latina interpretatione dignissimus, quem author, *Vir doctus & eximius Astrologus*, ut Morini verbis utar, in gratiam & honorem *R. Ascer, filii R. Jechielis*, præceptoris sui, *Anno Creationis Mundi* 5070. Christi 1310. se composuisse testatur in Præfatione; cujus initium fol. 1. אמר המחבר והוא כמתפאר

Dividitur in quinque מאמרים *Maamarim*, seu Tractatus, qui iterum in certa capita abeunt, quorum initiales voces literis rubeis distinctæ sunt.

Tractatus I. de Astrologia, & Geometria; quatenus disciplinarum istarum cognitio ad Fastos conficiendos, & intercalandi ratio nem requiritur. Constat Capitibus trigintanovem. Init. fol. 4. a t. האמר הרא׳ הסדר בו נאציע

Tractatus II. de Figura & Systemate Mundi, de Orbium Cælestium numero, situ, & revolutione, deque varietate dierum, noctium, & horarum, secundum regionum diversitatem, Capp. sex. Init. fol. 27. a t. המאמר הב׳ אספר בו

Tractatus III. de Solis & Lunæ, aliorumque Syderum cursu, phænomenis, & accidentibus; de quatuor Anni cardinibus, & de Noviluniis, Capp. novemdecim. Init. fol. 70. המאמר הג׳ אסדר ואודיע תכונת גלגלי שני

Tractatus IV. de Intercalatione, & temporis dimetiendi ratione, a priscis Judæis usurpata; ubi nonnulla de hocce argumento Talmudis loca, quæ difficiliora videri possunt, explanantur, Capp. octodecim. Initium fol. 120. המאמר ה׳ד׳ הזה יסדתיו לברר בו ולהודיע טעמי יסורי העבור וסורותיו

Tractatus V. de Tabulis Astronomicis, per totum opus sparsis, quæ ad Kalendarium perpetuum spectant, juxta rationes *R. Adæ*, & *R. Samuelis*. Adcedit שלשלת הקבלה SCIALSCELETH HAKABBALA, *Catena Traditionis*, sive series Doctorum Judæorum, qui inde ab Adamo usque ad R. Israelem Hai, authori æqualem, Cabbalisticam doctrinam propagarunt; uti & Rabbinorum Hispanorum, sapientia præclarorum, a tempore, quo in Hispaniam captivi ducti sunt Judæi, ad Annum Mundi 5070. Christi 1310. quo Author hæc scribebat; una cum tabulis, quæ ostendunt diversitatem Annorum & Temporis pro diversis Judæorum, Arabum, Græcorum, & Romanorum computis; & quæ כנפים *Chenaphim*, Alæ inscribuntur, quod ad instar illarum, quas composuit R. Emmanuel filius Jacobi, concinnatæ sunt. Habet Tractatus hic Capita novemdecim. Ejus Init. fol. 190. a t. המאמר הה׳ דע כי המאמר

Fusius hujusce libri argumenta ex Codice Regio Parisiensi persequitur Gabriel Groddeckius in Theatro Anonymorum & Pseudonymorum Placciano, Hamburgi 1708. edito, pag. 697. ubi præterea sibi relatum esse monet, Scaligerum, & Petavium ex hoc opere multa hausisse. Bartoloccius autem, nec titulum, nec argumentum ejusdem operis est adsequutus; ut legenti quæ sub nomine *R. Isaac Bar Joseph ben Israel*, Tom. III. num. 956. pag. 903. scribit, manifestum est. Ibi enim quatuor libros eidem Isaaco tribuit, ex quibus tres, nempe *Scialsceleth Hakabbala*, Catenam Traditionis, *Jesod Hajibbur*, Fundamentum Embolismi, & *Luchoth Mebatthecuna*, Tabulas Astronomicas, in Bibliotheca Vaticana Ms. exstare adfirmat, quartum vero, nempe *Jesod Olam*, quem præ manibus habemus, & quem in præfatos tres libros dissecavit, ex fide Juchasin commemorat, eumque de Astronomia agere, & manuscriptum reperiri in Bibliotheca Collegii Neophytorum Romæ, subjungit. Is vero Codex decimoquinto Christi seculo videtur exaratus.

CCCLXXXI.

Codex in fol. bombycinus, foliorum 153. Rabbinicis literis elegantissime descriptus. olim Palatinus. Ibi continetur,

חכמת העיבור CHOCMATH HAIBBUR, *Sapientia Intercalationis*, sive *Kalendarium Judaicum* perpetuum, una cum לוחות *Luchoth*, sive Tabulis Astronomicis primi & secundorum mobilium, arcus semidiurni, latititudinum & longi-

longitudinum regionum, ex libro R. Isaaci filii Josephi Israelitæ, יסוד עולם *Jesod Olam*, Fundamentum Mundi, de quo in præcedenti Codice, erutum. Initium fol. 1. נרסי' בפ'ק' דר'ה' אמר שמואל יכילנא לתקוני לשיהו בנולה

2. לוחות מדון אלפונסו מלך קסטיליה LUCOTH, *Tabulæ Astronomicæ*, jussu Domini ALPHONSI X. CASTELLÆ REGIS, a ר' משה יצחק בן סיד R. ISAACO FILIO SID, aliisque in Bibliotheca Hispanica veteri Tom. II. pag. 55. a Nicolao Antonio laudatis; anno Mundi 5012. Christi 1252. Latine compositæ, inde vero in Ebraicam linguam redditæ a ר' משה מקרית יערים R. MOSE DE KIRIATH, seu oppido JEARIM, teste Sabbathæo in שפתי ישנים *Labi is Dormientium*; quæ deinde nomine Regio ALPHONSINÆ dictæ, ceteris omnibus postea editis exemplum & normam præbuerunt. Init. fol. 19. דע כי חכמי המזלות

3. ספר אורח סלולה מר' יצחק בר שלמה בן צדיק בן אלחדיב R. ISAACI FILII SALOMONIS FIL. TSADDIK, seu Justi, cognomine BEN ALCHADIB, i. e. *fil. Gibbosi*, Hispani, SEPHER ORACH SELULA, *Liber Semitæ stratæ*, titulo desumto ex com. 19. Cap. XV. Proverbiorum, Astronomicus, complures sistens Tabulas de Syderum eclypsi, conjunctione, & variis aspectibus, quem adversus R. Emmanuelem filium Jacobi בעל כנפים *Baal Chenaphim*, seu Authorem Libri Alarum, de quo superius, se potissimum conscripsisse, in limine profitetur. Init. fol. 71. אמר יצחק בן שלמה בן צדיק בן אלחדיב ספרדי ז'ל'

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CCCLXXXII.

CODEX in fol. partim chartaceus, partim membraneus, foliis constans 126. charactere Rabbinico nitidissimo exaratus; quo continentur,

1. ספר מראה אופנים מר שלמה בן אברהם אבינדור R. SALOMONIS FILII ABRAHAMI AVIGADOR, seculo XV. clari, SEPHER MARE AOPHANIM, *Liber de aspectu circulorum*, sive מאשפירא *de Sphæra*, quem ex Latina lingua in Ebraicam se transtulisse, profitetur in Præfatione eidem libro præmissa, tacito tamen Authoris Latini nomine. Is vero est *Johannes de Sacro bosco*, insignis Astronomus, & cujus Liber de Sphæra sæpissime excusus huic nostro exacte respondet. Uterque enim in quatuor Partes abit, quarum I. de compositione Sphæræ, centro ejus, axe, polo Mundi, &c. II. De Circulis ejus, & divisione Zonarum. III. De ortu & occasu Astrorum, diversitate dierum & noctium, & divisione climatum. IV. Denique de circulis, orbibus, motibusque Planetarum, & caussis Eclypsium exponit. Prodiit jam Ebraice una cum ejusdem R. Salomonis Libro הגלגל *Haghalgal*, de Orbibus, qui etiam vocatur ס' אשפירא הקטון *Liber minor de Sphæra*, junctus Libro R. Abrahami filii Chija de צורת הארץ *Forma Terræ*, Offenbaci 1720. in 4. Initium fol. 1. a terg. מהלל יש הורש שלמה . . שלמה בן אברהם אבינדור בהיותי במושב

2. לוחות מהמלך דון אלפונסו LUCHOTH MEHAMMELEC DON ALPHONSU, *Tabulæ Alphonsi Regis Castellæ*, vulgo *Alphonsinæ* nuncupatæ, a *R. Mose de Kiriat Jearim* ex Latino in Ebraicum idioma conversæ, cum commentariis מחכם נואן דניקולו מפאריש *Sapientis Joannis Nicolai de Parisiis*. Init. fol. 31. a terg.

a terg. אמר, משה מקרית יערים היתה עלי יד החכם נזר המעיינים פרי המדעים

3. ספר משפטי הכוכבים מר' ישראל בן סאניאל SEPHER MISPETTE HACCOCAVIM, *Liber de Judiciis Astrorum*, imperfectus, nonnisi ex Vaticana Bibliotheca notus; authore R. ISRAELE FILIO SANIELIS, quem Bartoloccius Tom. III. num. 1050. p. 938. *Israelem* בן צהל BEN TZAHEL in Codice Ms. Ebr. Vatic. LXVII. vocari adserit. Verum Codex ille, ut sub eodem numero monuimus, Nachmanidæ dumtaxat commentarium in Genesim & Exodum exhibet; nec ulla de R. Israele ibidem fit mentio. Init. fol. 53. אמר ישראל בן הנואל

4. פירוש אבונעפר אחמד בן יוסף בן אברהם על ספר הפרי של פטולמי ABU-GIAAPHAR ACHMEDIS FILII JOSEPHI, FIL. ABRAHAMI Arabis, tertio Hegiræ seculo clari, quem non puto distinguendum ab *Abu-Giaphare Machomede filio Mosis*, authore *Libri de Sphæra in plano describenda*, quem in Catalogo nostro Mediceo, Cod. CCLXXI. laudavimus; PERUSC AL SEPHER HAPPERI SCEL PTOLME, *Commentarius in Ptolemæi Pelusiotæ Librum Fructus*, sive utilitatis, ex ejusdem Ptolemæi libris percipiendæ, qui a centum Aphorismis Astrologicis, quos idem liber complectitur, מאה דברים MEAH DEVARIM, sive *Centiloquium Ptolemæi*, vulgo nuncupatur; diversa a superiori manu, eaque longe elegantissima in membraneis foliis exaratus, initialibus singulorum Aphorismorum literis minio distinctis. Ebraicum hujusce operis Interpretem, cujus nomen heic desideramus, Wolfius Tom. III. n. 1821. ex fide Codicis Bibliothecæ Oppenheimerianæ vocat *R. Jacobum fil. Abrahami fil. Samsonis Antoli*, a quo & Almagestum Ptolemæi Ebraice redditum in Bibliotheca Colbertina num. 1733. exstare adfirmat. Init. fol. 104. a terg. אמר אבו נעפר יאריך ימיך האלקים אחינו בתמידות ההצלחה ותכלית.

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CCCLXXXIII.

COdex chartaceus in 4. foliorum 316. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; ibi continetur,

ספר לוית חן מר' לוי בר אברהם הלוי R. LEVI FIL. ABRAHAMI LEVITÆ, quem Wolfius authoritate Sabbathæi in Labiis Dormientium, & R. Gedaliæ in Catena Traditionis fultus, non esse distinguendum existimat a *R. Levi fil. Abrahami ben Chaiim*, qui circa finem seculi decimitertii claruit; SEPHER LEVIATH CHEN, *Liber Additamenti Gratiæ*, titulo desumto ex com. 9. Cap. I. Proverbiorum, Astronomicus, ineditus, Tribus מאמרים *Maamarim*, seu Tractatibus Absolutus, ex quibus tamen Tertius tantum in Quadraginta שערים *Sciaarim*, Portas subdivisus, in hoc Codice habetur; ubi de virtutibus, & influxu Astrorum. deque Judiciis inde ferendis: item de sortibus mittendis, & interrogationibus ac partibus in Schemate disponendis, ad præterita, præsentia, & futura quæque cognoscenda, differitur, juxta futilem Arabum divinandi per interrogationes artem, quam adversus Ptolemæum, Enochum, aliosque emunctæ naris Astrologos, authoritate R. Abrahami Aben-Ezræ comprobare nititur. Initium fol. 1. אמר לוי בר אברהם לוי

Is

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur exaratus.

CCCLXXXIV.

CODEX chartaceus in 4. foliis constans 414. charactere Rabbinico descriptus, olim Palatinus, ubi continentur,

1. ס' אלמגסטי לפטולמיוס PTOLEMÆI Pelusiotæ, Egyptii, ALMAGESTUM, idest, *Syntaxis magna*, ab Arabico articulo ال *al*, & Græca voce *μέγιστος*, Ebraice ex Arabico ab Anonymo Judæo redditum, qui in Codd. Regio Parisiensi CCVII. & Regio Taurinensi VI. vocatur יעקב בר' אבא שמשון בר' אנטולי *Jacob filius R. Abba*, seu *Abrahami*, *Samsonis*, *filii Antoli*, a quo & completa dicitur Almagesti interpretatio Anno Mundi 4996. Christi 1236. figuris mathematicis, & adnotationibus in margine passim illustratum, principio tamen, medio, & fine mancum. Initium fol. 1. א'ב' ובשליש והתבאר

Hunc librum Bartoloccius in Indice Ms. Vaticano p. 709. ceu Anonymum recenset, eumque in duos Tractatus distribuit, quos Astronomicos & Cosmographicos adpellat. Eorum primum *de motu Solis*, *Lunæ & omnium Planetarum* inscribit; alterum in tredecim Sectiones subdividit, in quibus exponi ait. 1. *de diversis habitatoribus terræ*, *& quomodo dividatur in diversas Zonas & partes* &c. 2. *quomodo cognoscendi sint arcus semidiurni & seminocturni*, *de illorum mensura & quantitate*. 3. *quomodo auxilio istorum arcuum*, *& declinationis stellæ invenienda sit altitudo Poli*. 4. *quomodo viri cujusque regionis cognoscere possint*, *an stella incedat supra illorum verticem*, *vel quantum ab eo declinet*. 5. *de Schialogica scientia*, *deque Gnomonica*, *aliisque ad umbram pertinentibus rebus*. 6. *de Antisciis*. 7. *de gradibus Zodiaci correspondentibus cum rectis*, *tum obliquis ascensionibus*. 8. *de declinationibus*. 9. *de linea meridionali* 10. *de inventione undecimæ & duodecimæ Domus*, *deque circulis positionum*. 11. *de inventione istarum rerum ad elevationem Poli cujusque regionis*. 12. *de gradibus Zodiaci correspondentibus istis cuspidibus*. 13. *de differentia ascensionali*. Verum si quidem bonus vir Bartoloccius præfatum librum pervolvisset; non solum ipsius titulum, sed etiam authoris nomen passim offendisset, eundemque cum vulgato Ptolemæi Almagesto fere adamussim concordare intellexisset.

2. ספר הסכמת הפילוסופים והאצטגנינים והמקובלים מר' יוסף בן ואקר R. JOSEPHI FILII VAKAR, seculo decimoquarto clari, quem Wolfius, & quidem recte, eundem facit cum *R. Josepho*, *filio Abrahami* אבן וואקר *Aben Wakar*, authore שיר היחוד *Hymni Unitatis*, qui excusus est in libris Precum ex ritu Judæorum Germanorum, Amstelodami, & Venetiis; SEPHER HASCAMATH HAPPILOSOPHIM VEHATSTAGNINIM, VEHAMEKUBBALIM, *Liber Conciliationis Philosophorum*, *Astronomorum*, *& Cabbalistarum*; ubi nimirum de consensu inter scientias Philosophicas, Cabbalisticas, & Astronomicas circa Hominem, Legem, & facultates Animæ rationalis disseritur; nondum editus. Dividitur in tres Partes, præmissa Præfatione una cum Indice sectionum, in quas singulæ Partes abeunt; cujus Init. f. 125. אמנם וכי החכמה

Pars I. *de Homine*, constat Sectionibus novem. Init. f. 129. המודיע מהותו

Pars II. *de Lege*, habet Sectiones duas, quarum prior principio mutila. Initium fol. 137. הפ״א׳ בשכל האנושית ודבקו בשכל הנבדל מן המבואר

Pars III. *de Anima*, quæ cum tribus suis sectionibus, in præfatione recensitis, deest.

3. Fragmentum מספר התכונה MISEPHER HATTHECUNA, *Tractatus Astronomici*, cujus author ignoratur. Init. fol. 142. הוא יותר גדול והחצי ממטה שערכי

4. ספר הא׳ מבעלי החיים לארסטו SEPHER HARISCION MIBAALE HACHAIIM LEARISTO, *Aristotelis Stagiritæ liber I. de Historia Animalium*, fine mancus, ex interpretatione Anonymi. Initium fol. 158. ובזה המאמר הא׳ מדבר מטבע

5. Anonymi ספר צוף דבש ואמרי נועם SEPHER TSUPH DEVASC VEIMRE NOAM, *Liber Favus mellis*, & *verba jucunditatis* ex com. 24. Cap. XVI. Proverbiorum inscriptus; ubi de arte Rethorica, & vanitate mundi, præmissis loco Præfationis quibusdam carminibus. In fine vero, fol. 209. idem liber conscriptus dicitur *mense Elul*, Augusti, *Anno Creationis Mundi* 5135. Christi 1375. cujus Bartoloccius, & ex eo Wolfius bis meminere, semel quidem inter Anonymos, deinde vero sub nomine *R. Joseph Vakar*, ceu authoris; de quo tamen nulla in toto late opere fit mentio, nec alibi hujusmodi scriptum ei adtributum invenimus. Init. fol. 172. a terg. חכמת אדם תאיר פניו

6. Fragmentum Anonymi ביאור על פירוש רשי BIJUR AL PERUSC RASCI, *Expositionis Commentariorum R. Salomonis filii Isaaci*, *Jarchi*, in Caput XXV. Exodi; ubi de ichnographia Tabernaculi Testimonii, ejusque mensuris. Init. fol. 213. אכתוב בדרך קצרה עניין המשכן כאשר קיבלתי ממורי הר׳ המשכן היה אורכו

7. ספר על התכונה מר׳ יעקב בן מכיר אבן תבון R. JACOBI FILII MACHIR, ABEN-TIBBON, de quo superius, SEPHER AL HATTHECUNA, *Liber de Astronomia*, in quadraginta tres שערים *Sciaarim*, Portas, seu Capita distributus; principio tamen mancus. Init. fol. 220. תקרא ההליה והוא אשר יתלה בה

8. Ejusdem ספר רבע ישראל SEPHER ROVAA ISRAEL, *Liber Quadrantis Israelis*, titulo desumto ex Numer. XXIII. 10. Astronomicus, quadraginta שערים *Sciaarim*, Portis absolutus, in quibus de quadrante Astrolabii potissimum agitur. Idem opus exstat supra in Codice CCCLXXIX. observationibus R. Salom filii Salomonis Hierosolymitani illustratum. Initium fol. 233. a terg. אמר יעקב בן מכיר בן תבון זל׳ לפי שחכמה התכונה לא תשלם ידיעתה כי אם בכלים.

9. Anonymi *Tractatus Astronomicus*, Latina lingua & literis inverso ordine descriptus. Init. fol. 254. a terg. *Prima demonstratio erit in numerando tempora*.

10. Anonymi מחלוקת האותיות MACHLOKETH HAOTHIOTH, *Contentio literarum*. Tractatulus ineditus; ubi omnia Alphabeti Ebraici elementa, de primatu ac dignitate inter se disputantia poetice, & eleganter exhibentur, descriptis singulorum virtutibus ac proprietatibus; ut bellum Grammaticale dici possit. Init. fol. 256. מריבה להיתה בינות חברים : ועל סדרם שנים הם

11. תשובות THESCIUVOTH, *Responsiones* ignoti Authoris ad argumenta adversariorum in doctrinam *R. Mosis Maimonidæ*, adserentis: *Sacrificia veteris Legis fuisse a Deo potissimum instituta, ut populus fidelis ab alienis Diis im-*

immolando averteretur; principio mutilæ. Initium fol. 259. אבל הקרבנות הם

12. עברונות EURONOTH, *Kalendaria* Christianorum, & Ismaelitarum, sive Arabum Mahometanorum; ubi & de ratione unius Kalendarii ex alio conficiendi disseritur, adjunctis nonnullis Tabulis Astronomicis, absque nomine Authoris. Init. fol. 263. לוח תאריך הנוצרים והישמעאלים זה מזה תאריך

13. ספר משפטי המזלות על ענין הנוהגים מהראבע HARABAA, i. e. R. Abrahami Aben-Ezræ ben Meir, SEPHER MISCPETTE HAMMAZALOTH AL INJAN HANNOHAGHIM, *Liber de judiciis Astrorum*, in quinquaginta שערים *Sciaarim*, Portas, seu Sectiones distributus, ex ejusdem libro חקות השמים *Decreta Cœlorum* inscripto, de quo infra in Codice Urbinate Vaticano XLVII. excerptus; adjectis a fol. 345. ad 385. variis Tabulis Astronomicis, quarum priores decem Arabice, verum literis Ebraicis descriptæ. Initium fol. 281. a terg. אמר ר'א'ב'ע' זל בס'משפטי המזלות על ענין הנהוגים צריך אתה לנהוג

עקרי ארקימידס ARCHIMEDIS Syracusani, IKKARE, seu *Elementa Mathematica*, ex Arabico in Ebraicum idioma ab Anonymo Judæo conversa, principio tamen & fine manca. Init. fol. 385. אמר לפי שלא ישוג כמו שאמרנו מפני

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CCCLXXXV.

CODex chartaceus in 4. foliorum 137. si quidem priora duodecim folia alba enumeres, Rabbinicis literis elegantissimis exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. Fragmentum Anonymi Tractatus מאשפירא וצורות הקשתות *de Sphæra Mundi*, ejusque compositione; uti & de *Arcuum*, & *Circulorum* omnium delineatione, & cognitione, cum figuris. Init. f. 13. a t. ואם היא מהלכת מאופן

2. אגרת מהרמבם להכמי לוניל ומונפילייר בצרפת מענין סבוב הגלגל וגזרת הכוכבים HARAMBAM, i. e. R. Mosis filii Maimon Ægyptii, IGGHERETH LECHACAME LUNIL VEMONPELIR MIINIAN SIBBUB VEGHEZRATH HACCOCAVIM, *Epistola ad Sapientes Lunelii & Montis Pessulani in Gallia, de Orbium motu, & Stellarum decretis*, data *Asnæ*, seu Syene in Egypto superiori, *die* 11. *mensis Tiscri*, Septembris, *Anno Contractuum*, sive Alexandri Magni 1506. Christi 1195. ut in ejus clausula, fol. 21. a terg. adnotatur. Ibi Maimonides primo quidem mirifice laudat Astronomicam scientiam, & docte disserit de illius utilitate, deque motuum Planetarum, & Eclipsium veritate ac certitudine; damnat tamen eam partem, quam conjecturalem, sive judiciariam adpellat, provocatque ad Isaiam XLIV. 25. ubi ait: *Irrita faciens signa Divinorum, & ariolos in furorem vertens*. Uti & ad Mosen, Deuteronom. IV. 19. *Ne forte elevatis oculis ad Cælum videas solem & lunam, & omnia astra Cæli, & errore deceptus adores ea, & colas quæ creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub Cælo sunt*. In fine vero refert historiam cujusdam pauperis Judæi, qui sese in Aphricæ partibus Messiam prædicabat, quique a Rege Arabum captus, rogatusque, ut signum ederet, quo a Deo missus in salutem suæ gentis crederetur, respondit; Hoc signum vobis con-

ſtituo : Amputate mihi caput , & ego ſtatim reviviſcam . Rex ei morem geſſit . Ille vero mortuus nunquam ad vitam redivit . Hæc Maimonides , qui in Epiſtola ad Sapientes Maſſilienſes , ſæpius typis conſignata , eadem ferme repetit. Init. fol. 18. תוכל האגרת הזאת לפני מושב הזקנים מוסרי הארץ

3. ספר צורת הארץ מר׳ אברהם בר הייא הספרדי R. ABRAHAMI FILII CHIJA HISPANI, de quo ſuperius, SEPHER TSURATH HAARETS, *Liber de figura terræ*, Aſtronomicus, Ebraice & Latine jam pridem editus; ubi de Terreſtri ac Cæleſti Sphæra, de Cælorum ordinibus, & Planetarum curſu diſſeritur. Conſtat decem שערים *Sciaarim*, Portis, ſeu Capitibus; non vero LXXXIV. Tractatibus, ut perperam habet Bartoloccius; præmiſſa Præfatione, cujus init. fol. 24. a terg. אמר בר חייא הספרדי ברוך ה׳ אלהי ישראל הגדול והנורא

Porta I. *De Conſtructione Cæli & Terræ*, incip. f. 25. a t. השער הא׳ בתבנית

Porta II. *De Cælorum numero & ordinibus*, f. 35. a t. השער הב׳ פתח ביאור

Porta III. *De Orbe Lunari*, fol. 45. השער הג׳ כבר חקרנו בשער הב׳ על

Porta IV. *De Eclipſi Solis & Lunæ*, fol. 53. השער הד׳ אחר שהשלמתי

Porta V. *De Curſu Planetarum*, fol. 64. השער הה׳ כל חכמי האומנות הזאת

Porta VI. *De Accidentibus & converſionibus Syderum*, fol. 71. a terg. השער הו׳ נקראו הכוכבים האלה בשם זה מפני שאין מהלכם נראה לבני העולם.

Porta VII. *De Statu Stellarum*, in latitudine circa orbes Planetarum a ſeptentrione ad meridiem, fol. 72. a terg. השער הז׳ כל כוכבי לכת וכוכבי

Porta VIII. *Quomodo Stellæ a luce Solis cooperiantur*, f. 78. השער הח׳ ידוע לכל

Porta IX. *De Latitudine terræ*, ejuſque ordine, ubi & de magnitudine ſtellarum. Initium fol. 81. a terg. השער הט׳ כבר ידעת כי מרכז הארץ הוא

Porta X. *De numero Stellarum* a ſeptentrione ad meridiem, f. 84. השער הי׳ בטלמיוס ואברכש וכל חכמי יון ורומי היו מסכמים בכוכבי.

4. ס׳ יסודות התכונה מאלפרגני ALPHRAGANI Arabis, cujus integrum nomen *Mahometes filius Cotair Alphragani*, ſive Phraganenſis, a Phragana urbe Sogdianæ, in qua natus, Aſtronomiæ ſcientia, circa annum Chriſti 883. imperante Almanſore Calipha, claruit; SEPHER JESSODOTH HATTHECUNA, *Liber Elementorum Aſtronomicorum*, ex Almageſto Ptolemæi excerptus, & in XXXII. Portas, ſeu Capita diſtributus, quem ex Arabico textu, conlato cum verſione Latina *Johannis Hiſpalenſis*, ר׳ יעקב אנטולי R. JACOB ANTOLI Ebraice reddidit, ut in fronte adnotatur; ubi & hæc manu *Jacobi Chriſtmanni* conſcripta reperias: *Tranſlationem hanc Ebræam R. Jacobi Anatolii converti ego Jacobus Chriſtmannus in ſermonem Latinum*, *Anno Domini* MDLXXXIX. Quæ Chriſtmanni verſio prodiit cum ejuſdem notis Francofurti 1590. in 8. ſub hocce titulo: *Jac. Chriſtmanni*, *Muhamedis Alfragani Arabis Chronologica & Aſtronomica elementa ex Palatinæ Bibliothecæ veteribus libris*, nempe ex hocce potiſſimum Codice, *verſa*, *expleta & Scholiis expolita*. Incipiunt autem Elementa illa a Præfatione Interpretis, fol. 92. a terg. זה הספר הנקרא אלפרגני

Is Codex decimoquinto Chriſti ſeculo videtur deſcriptus.

Co-

CCCLXXXVI.

Codex in 4. chartaceus, foliis constans 225. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

ספר על חשבון העיבור מר' אברהם בן ר' חייא R. ABRAHAMI FILII R. CHIJA HISPANI, qui per excellentiam הנשיא HANNASCI, ideſt *Princeps* nuncupatur, ut ſuperius monuimus; SEPHER AL CHESCBON HAIIBBUR, *Liber de ſupputatione Emboliſmorum*, ſive de computo Aſtrologico, & Kalendarii conficiendi ratione, cum variis Figuris & Tabulis Aſtronomicis, necdum editus. Dividitur in tres Partes; quarum 1. introductionis loco de Arithmetica exponit. 2. de Menſibus, annis lunaribus, & aliis huc ſpectantibus. 3. de Anno Solari, ſolſtitiis, æquinoctiis, ſeptimo anno quietis, Jubilæo, & Kalendariis ceterarum gentium; ubi Chriſtus Dominus natus dicitur Anno ab Orbe condito 3761. feria quinta, die 9. menſis Teveth, Decembris, ſecundum Chriſtianorum vero ſententiam, Anno Mundi 3760. die Sabbathi, 25. ejuſdem menſis. Init. fol. 1. קחה לך החבור : בחשבון העיבור : יהי שמו של הק'ב'ה' משובח ומפואר

2. Ejuſdem ספר על צורת הארץ SEPHER AL TSURATH HAARETS, *Liber de Figura Terræ*, Aſtronomicus, in decem Portas, ſeu Capita diſtinctus, variiſque figuris Mathematicis ornatus, qui cum exemplari, quod in præcedenti Codice ſub num. 3. recenſuimus, adamuſſim concordat, ſi quidem exordium Præfationis excipias, aliquantiſper a calligrapho, ni fallor, interpolatum. Init. fol. 24. a terg. יהוה ארוננו מה אדיר שמך בכל הארץ אשר תנה

3. ספר המספר מר' אברהם בן מאיר אבן עזרא SEPHER HAMMISPAR, *Liber Numeri*, ſive de *Arithmetica*, in ſeptem שערים *Sciaarim*, Portas diſtinctus, authore R. ABRAHAMO FILIO MEIR ABEN-EZRA. Initium fol. 137. a terg. ראה ספר מחוקק באמונה : ותמצא בו לכל מספר תבונה בעבור כי השם הנשגב ·

4. ביאור מאמרים הארסטו על השמים והעולם מאבו עלי אבן סינא ABU-ALI ABEN-SINA, ſeu Avicennæ, qui heic per errorem מוצא בן צינא *Mutſa ben Tſina* ſcribitur, BIJUR MAAMARIM HAARISTU AL HASCIAMAIM, VEHAOLAM, *Commentarius in* ARISTOTELIS *libros de Cælo & Mundo*, ex Arabica lingua in Ebraicam converſus a ר' שלמה בן משה מלגויירי R. SALOMONE FILIO MOSIS DE ALGERIO, ut in limine adnotatur. Idem opus exſtat in Codice CCCCXLIX. Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis, interprete tamen Anonymo; ut docet ejuſdem Catalogus Tom. I. pag. 44. ubi additur, ſcopum authoris eſſe, ut oſtendat. 1. Materiam, qua conſtant Cæleſtia corpora, alia quavis materia eſſe multo perfectiorem. 2. Eadem Cæleſtia corpora eſſe ſimplicia, & ab Elementorum natura omnino diſcrepare. 3. Nullum Cæleſtibus corporibus ineſſe animum. 4. Illa nec oriri, nec interire. 5. Certis quibuſdam finibus circumſcribi. 6. Unum omnino mundum a Deo conditum eſſe. 7. Converſionem Cæli ab Oriente ad Occidentem a nulla re corporea eſſe repetendam. 8. Cæli figuram eſſe rotundam. 9. Mundi figuram quoque rotundam. 10. Neque aliam eſſe terræ formam. 11. Motum Cæli eſſe ubique æqualem. 12. Plures eſſe Cælos. 13. Aerem non calefieri Cæli motu,

ſed Syderum radiis. 14. Cælum moveri in orbem, non autem Sydera. Init. fol. 207. אמר בן ציני בשם ה׳ אל עולם נחבר ספר ט׳ בקבץ בו המאמרים

Is Codex ad decimumquintum Christi ſeculum videtur referendus.

CCCLXXXVII.

CODEX antiquus in 4. partim chartaceus, partim bombycinus, foliorum 193. Rabbinicis literis exaratus; quo continentur,

. ספר תולדות השמים והארץ SEPHER THOLEDOTH HASCIAMAIM VEHAARETS, *Liber Generationum Cæli & Terræ*, Aſtronomicus cum variis figuris, ignoti Authoris, necdum editus; ubi de Cæleſti ac Terreſtri Sphæra, deque Planetarum motu potiſſimum diſſeritur, Initium fol. 1. זה ספר תולדות השמים והארץ

2. ביאור כלי האופקיר אשר המציא החכם הכולל ר׳ יהודה בן בירגה באיר לישבונה BIUR CHELI HAOPHKIR, *Expoſitio Inſtrumenti* cujuſdam Mathematici, ab Aſtrolabio haud multum abſimilis, quod a *Sapientiſſimo* R. JUDA FILIO BIRGÆ ad explorandum elevationem & declinationem ſtellarum Ulyſſipone inventum dicitur, ineditus, nec niſi in Vaticana Bibliotheca adſervatus. Conſtat Capitibus XVI. quorum tamen poſtremum deſideratur. Forte Author idem eſt cum *R. Juda ben-Virga Hiſpalenſi*, ſcriptore דברי הימים ליהודים *Chronici Judaici*; quem religionis cauſſa Ulyſſipone trucidatum, refert R. Salomon ejus filius in שבט יהודה *Sceveth Jebuda*, ſeu *Sceptro Judæ*, edit. Lat. pag. 338. Initium fol. 9. a terg. המשכיל המבקש למצא דברי חפץ הנה למה

3. לוחות מהמלך דון אלפונסו LUCHOTH, *Tabulæ Domini Alphonſi Regis*, Aſtronomicæ, vulgo ALPHONSINÆ dictæ, de quibus ſuperius; principio mutilæ. Init. fol. 17. כפי מה שאמר אריסטו ברביעי משמע וכשתרצה לדעת ...

4. לוחות על שנות הזמן מיואן מונטירייו JOANNIS MONTEREI, LUCHOTH AL SCNUTH HAZEMAN, *Tabulæ de Varietate Temporis*, Aſtronomicæ, cum earundem expoſitione, Anno Chriſti 1466. per *Ferdianum Patavinum* deſcriptæ. Initium fol. 22. הראשונה נקראת אלנאני והוא קרן טלה ממוכבת טובהלת

5. Anonymi *Tractatus de Conſtructione Aſtrolabii*, quod כלי CHELI, *Inſtrumentum* vocant. Init. fol. 23. השער הראשון אז הוא שיעשה לוח אחר ענול

6. Ejuſdem מבואה על לוחות המלך דון אלפונסו MEVO AL LUCHOTH HAMMELEC DON ALPHONSU, *Introductio*, ſive *Expoſitio in Tabulas Domini Alphonſi Regis*, de quibus mox ſupra. Init. fol. 26. בשם עושה מלאכיו רוחות אהל לפרש

7. Ejuſdem סדר לעשות העיבורים SEDER LAASCIOTH HAIBBURIM, *Ordo compoſitionis Ephemeridis, & Kalendarii Judaici*. Init. f. 38. בש׳ פשוטה תשרי וראש

8. תקון הלוחות בשנת א׳ש׳נ׳ו׳ ללידת ישוע משיחנו TIKUN LUCHOTH, *Ordinatio Tabularum*, ſive Kalendarium pro anno Nativitatis Domini Noſtri JESU CHRISTI MCCCXXVI. præmiſſa ſumma annorum a Diluvio ad Incarnationem Dominicam, authore quodam Neophyto; principio manca. Init. f. 44. ... תרצה לשנים בלתי בכושרות ומשלמת לשלשה שנים.

9. Anonymi סדר לעשות המולד SEDER LAASCIOTH HAMMOLAD, *Ordo Conſtructionis Nativitatis*, ſive de ratione erigendi Cæleſte thema pro alicujus geneſi, ſeu nativitate. Init. fol. 58. בשיהיה מערבי יותר והוה .. בזה המולד

10. R JO-

10. כלי פז מר' יוסף הפרסי R. JOSEPHI PARSI, ideſt Perſæ, CHELI PAZ, *Vas Auri ſolidi*, titulo deſumto ex Commate 18. Capitis XXVIII. Jobi; ubi de conſtructione cujuſdam Inſtrumenti Mathematici, Aſtrolabio adſimilis, agitur. Init. fol. 61. אמר יוסף הפרסי המחבר פרוחכמת הכודוים לרעת אמאורעות

11. ספר קדרות השמש והלבנה SEPHER KADRUTH HASCEMESC VEHALEVANA, *Liber de Eclipſi Solis & Lunæ*, ignoti authoris. Init. f. 73. ספר משהאלה בקדרות

12. ביאור על אגרת פריפוט דוראן מר' יוסף בן שם טוב R. JOSEPHI FILII SCEM TOU, Hiſpani, Anno Mundi 5180. Chriſti 1420. clari, BIJUR AL IGGHERETH, *Commentarius in Epiſtolam* PERIPOTH DURAN, ſeu *Durantem ad Bonetum Avenionenſem Neophytum*, adverſus Chriſtianam Religionem, de qua ſuperius in Codice LXXX. num. 2. adjectis exceptionibus Chriſtiani cujuſdam, quibus ab eodem Joſepho, inepte tamen, reſpondetur; principio & fine mutilus. Init. fol. 76. ואחר זה הכר זה החכם כי הקדמה האומרת

13. Anonymi מאמר על מראה המזלות MAAMAR AL MARE HAMMAZALOTH, *Tractatus de Planetarum aſpectibus*, menſe Niſan, Martio, Anno Creationis Mundi 5090. Chriſti 1330. conſcriptus, ut fol. 88. ad calcem adnotatur; principio tamen mancus. Init. fol. 86. שכם הראשונות שהתיקון הזה בלתי משמש

14. Ejuſdem פירוש טורי הלוחות על יט" מחזורים PERUSC TURE HALUCHOTH AL THISCIAA ASSAR MACHAZORIM, *Expoſitio Ordinum Tabularum* XIX. *Cyclorum* Lunarium. Init fol. 88. בטור הראשון מלוח זה סדרתי עשרים מחזורים

15. Ejuſdem על גלילו חמשת ככבי הנבורה AL GHELILE CHAMESCETH COCVE, *De quinque Planetis errantibus, eorumque adparitionibus*. Init. f. 9. שער הפלואים אספר.

16. לוחות מהמחזור לכל השנים מר' יוסף בן אלעזר LUCHOTH MEHAMACHAZOR LECOL HASCIANIM, *Tabulæ Cycli omnium annorum*, nempe Solſtitiorum & Æquinoctiorum, necnon Neomeniarum, Feſtorum, Jejuniorum, & Sectionum Pentateuchi, in Sabbathis præſertim legendarum; additis regulis ad conficiendum Kalendarium, & ad inveniendum annum a Creatione Mundi vertentem; authore R. JOSEPHO FILIO ELEAZARI, Hiſpano, Judice Synagogæ Cæſarauguſtanæ, qui hocce opuſculum compoſuit Anno ab Orbe condito 5095. Chriſti 1335. ceu ipſe fol. 135. profitetur. Initium fol. 106. ימים א' שעות י'ב' חלקים השצג'

17. סדר התקופות מרב שמואל SEDER HATTHEKUPHOTH, *Ordo Solſtitiorum, & Æquinoctiorum*, ſive Regulæ ad inveniendum Solis ingreſſum in quatuor puncta cardinalia; authore RAU SAMUELE, Princípe Academiæ Nahardenſis, Anno Mundi 4010. Chriſti 250. defuncto, qui a ſingulari Emboliſmorum notitia, שמואל ירחי SAMUEL JARCHI, i. e. *Lunaticus*, ſeu *Lunaris curſus peritus* adpellatur. Init. fol. 139. אלו התקופות חוזרין הלילה כל ימי עולם

18. טופס שטרות ממרדכי TOPHES SCETAROTH MIMORDOCHI, *Formulæ Inſtrumentorum*, & pactionum, ex Commentariis R. MARDOCHÆI filii Hillelis in Alpheſii Opus Talmudicum excerptæ. Init. fol. 147. טופס הזמנה כא בנזרת

19. לוחות העיבורים יתקופות LUCHOTH HAIBBURIM VETHEKUPHOTH, *Tabulæ Annorum Emboliſmalium, & Solis ingreſſus ju quatuor puncta cardinalia*, ſive Solſtitiorum, & Æquinoctiorum, una cum regulis ad inveniendum Annum æræ vulgaris Chriſtianæ ex Anno æræ Ebraicæ conditi Mundi, & viciſſim; quæ

quæ conſcriptæ dicuntur, Anno Chriſti 1361. Init. fol. 153. חק חמה חק לבנה

CCCLXXXVIII.

CODex antiquus, in 4. partim chartaceus, partim membraneus, foliis conſtans 170. charactere Rabbinico exaratus olim Palatinus; quo continetur,

ספר שער השמים מר' גרשון בר שלמה מקטלונייה R. GERSONIS FILII SALOMONIS, DE CATALONIA, Seculo XIII. medio clari, Liber inſcriptus SCIAAR HASCIAMAIM, *Porta Cæli*, ex commate 17. Cap. XXVII. Geneſeos, Philoſophicus, jam Venetiis editus Anno Mundi 5307. Chriſti 1547. in 4. cura Meir fil. R. Jacobi Franzoni. Dividitur in quatuor Partes, præmiſſa Præfatione generali una cum Indice Capitum, quibus ſingulæ Partes abſolvuntur. Ibi agitur de quatuor elementis, rebuſque tum animatis, tum inanimatis, avibus, beſtiis, vento, igne, aqua, nive, grandine, nubibus, arboribus, lapidibus, & vegetabilibus ceteris: item de rebus Aſtronomicis, ex libris Ptolemæi Peluſiotæ, Alphragani, & Avicennæ; uti & de Cælo & Mundo ex Averroe, deque rebus Theologicis ex Maimonidæ ſcriptis, ſpeciatimque ex libro הנפש de Anima. Init. fol. 1. a terg. נתתי את לבי לדרוש ולמד בחכמה

Is Codex, quem non immerito ad decimumquartum Chriſti ſeculum referas, pertinuit olim ad דוד בן ר' משה מאמבורגו *Davidem filium R. Moſis Hamburgenſem*; ut in fronte adnotatur.

CCCLXXXIX.

CODex antiquus in 4. bombycinus, foliorum 123. charactere Rabbinico exaratus; ubi continentur,

1. יסודות התכונה מאלפרגני ALPHRAGANI Arabis Mahometani, de quo ſupra in Codice CCCLXXXV. num. 4. JESSODOTH HATTHECUNA, *Elementa Aſtronomica*, ex Almageſto Ptolemæi Peluſiotæ potiſſimum excerpta, atque Ebraice ex Arabico reddita a R. JACOBO ANTOLI, facta collatione cum verſione Latina cujuſdem ſapientis Chriſtiani, forte *Johannis Hiſpalenſis*, ut in Præfatione, ſpeciatimque in calce, fol. 57. adnotatur hiſce verbis: נשלם לם ספר הפראנני והעתיקו החכם ר' יעקב מפי פקח אחר מפקח הנוצרים ודקדק אותו מספר לשון הערב והוסיף עלרו השער שיבא אחר זה וכו' *Explicit liber Alphragani, quem tranſtulit Sapiens R. Jacob ex textu Arabico collato cum verſione Latina cujuſdam Sapientis ex Nazaræis, qui & adjecit Portam*, ſeu Tractatum *de variatione Diei Artificialis*, qui conſequitur. Porro Jacob ille in Præfatione plenius adpellatur, יעקב בן ר' אבא מורי בן שמשון בן אנטולי *Jacob filius R. Aba Mori*, ſeu *Abrahami*, *filii Samſonis*, *fil. Antoli*. Totum Opus, cujus Latina interpretatio aliquoties prodiit ſeorſim, diligentiſſimeque a Jacobo Chriſtmanno cum notis curata eſt Francofurti 1590. in 8. Arabice vero & Latine cum notis Jac. Golii Amſtelod. 1669. in 4. dividitur in XXXII. שערים *Portas*, quarum ordo diſcrepat ab editis. Init. fol. 1. ההספר נקבא אלפרגני

2. SCIAAR

2. שער חילוף ימים ולילות SCIAAR CHILUPH JAMIM VELELOTH, *Porta*, seu *Tractatus de variatione Diei Artificialis*, *secundum temporis immutationem apud omnes gentes*, laudatis Alphragani Elementis Astronomicis a prælato R. JACOBO ANTOLI adjectus, ut ex adlata epigraphe liquet. Init. f. 57. שער בהתחלפות

3. Anonymi מאמר על סבות לקות המאורות ועל מבים רכבי לכת ומשפטיהם MAAMAR AL SIBBOTH LAKUTH HAMMEOROTH, VEAL MABIT COCVE LECHETH UMISCPATTEHEM, *Tractatus de caussis Eclipseos Solis & Lunæ*, *deque aspectibus Stellarum*, *& Judiciis inde ferendis*, cum Figuris, in XIV. Portas distributus, ex quibus tamen priores sex, cum duodecima, & decimatertia desiderantur. In fine vero, fol. 123. ista habentur: עד כאן דברינו : נשלמה העתקת הספר הזה בחדש זיו שנת חמשת אלפים וארבעים לבריאת יום נ' תהלה לנותן ליעף כח וכו' העתקתיו אני נתן המאתי *Hucusque verba nostra. Absoluta est translatio hujus libri mense Ziu*, Majo, *Anno Creationis Mundi* 5040. Christi 1280. *Laus illi, qui dat lasso fortitudinem*, &c. *Ego Nathan Hamathæus descripsi*. Bartoloccius epigraphen hanc cum superiori, ad calcem Elementorum Astronomicorum Alphragani adposita, confundit, quæ proinde a R. Jacobo Antoli Anno Christi 1280. Ebraice conversa adfirmat, una cum hocce Tractatu de caussis Eclipseos, quem, nescio quo fundamento, Alphragano adtribuit, quum nullibi de eo mentio fiat. Init. fol. 61. הנה אור היום הוא מאור השמש

CCCXC.

Codex antiquus, in 4. bombycinus, foliis constans 158. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

ספר מאצטננות מר' אברהם בן מאיר אבן עזרא R. ABRAHAMI FILII MEIR, ABEN EZRÆ SEPHER MEATSETAGHENUTH, *Commentarius Astrologicus*, in sex Libros distinctus; quorum

I. Inscribitur ראשית חכמה RESCITH CHOCMA, *Initium Sapientiæ*, ex com. 7. Cap. IV. Proverbiorum; ne scilicet, ut author in limine monet, ab Astris, & signis Cælestibus metuamus, quæ gentes in metum conjiciunt, sed sapientiam nostram in timore ejus fundemus, cui omnia Cælestia, Terrestria, & Infernalia obediunt, Deo, nimirum, Astrorum conditori. Hinc probat, Astra quidem in hæc inferiora influere, humanam tamen voluntatem nequaquam cogere posse. Constat hic Liber quindecim Capitibus, quæ fere adparatum ad totum opus complectuntur. In fine vero, fol. 57. hæc legitur adnotatio; נשלם והעתקיהו ר'א'ע' בשנת ד'ת'ת'ק'ח' בחדש תמוז באיי רודם *Absoluta est versio R. Abrahami Aben-Ezræ mense Thammuz*, Junio, *Anno Creationis Mundi* 4901. C. 1141. *in Insula Rhodo*. Quae quidem verba confirmant sententiam Wolfii, ex Sabbathæo adserentis, hunc librum non ipsius Aben-Ezræ esse, ut authoris, sed ut interpretis ex Arabico, & expositoris. Quod & Bartoloccius Tom. I. pag. 41. monet, quamvis paulo ante eum R. Abrahamo Aben-Ezræ tamquam authori tribuisset. Init. fol. 1. ראשית חכמה יראת יהוה

II. ספר השאלות SEPHER HASCEELOTH, *Liber de Interrogationibus*, altera parte Astrologiæ Judiciariæ, habet Capita duodecim, quorum tamen

tria

tria priora cum exordio quarti desunt. Init. fol. 58. מזרחי ונקרא נכנס או בא

III. ספר המבחרים SEPHER HAMIUCHARIM, *Liber de Libertatibus*; ubi de eo, an Astra vim inferant libero hominis arbitrio. Ejus Capita duodecim, init. fol. 76. וטרם אדבר אליה עליהם אומר דרך כלל כי יש לנשמת

IV. ס'מולדי המזלות SEPHER MOLDE HAMMAZALOTH, *Liber de Genituris, seu Nativitatibus*, Astronomicus, alias ספר הטעמים SEPHER HATTHAAMIM, i. e. *Liber de rationibus Stellarum*; in cujus clausula fol. 138. hæc a librario adnotantur: נורא תהלות עשה גדולות עזר לכלות בשנת מולדי מזלות ה'ק'צ'ו' ירח מנחם אחל לחתם ספר מאורות *Terribilis laudibus, & faciens magna mihi præsto fuit, ut absolverem Librum de Genituris Astrorum R. Abrahami Aben-Ezræ, mense Ab, Julio, Anno Creationis Mundi 5196.* Christi 1436. *Hinc vero incipiam scribere ejusdem librum de Luminaribus*. Constat liber de Genituris Capitibus duodecim. Ejus Init. fol. 85. חכמי המזלות חלקו הגלגל לשלש מאות וששים מעלות

V. ספר המאורות SEPHER HANMEOROTH, *Liber de Luminaribus, & diebus criticis*. Init. fol. 138. a terg. אלהים חי היה עזרה בצרות לבן עזרא אבי חכמות

VI. ספר העולם SEPHER HAOLAM, *Liber de Mundo*, & de conjunctionibus Planetarum adversus Abumasarem Astronomum Arabem; adjecto Tractatu de aspectibus Lunæ, uti & de eligendis Syderibus faustis ad actiones humanas in singulis mensibus, & diebus dirigendas, & opera feliciter inchoanda, atque perficienda. Qui tamen Tractatulus diversa a superiori manu exaratus dicitur, Anno Mundi 5208. Christi 1448. Initium fol. 146. אם מבארת ספר אבו מעשר במחברות המשרתים לא תאבה לו ולא תשמע.

Aliud hujusce Operis exemplar, cujus meminit Bartoloccius loc. cit. exstat inferius in Codice Urbinate-Vaticano XLVII. ubi tamen diversum a nostro librorum ordinem & numerum reperias. Illud præterea laudat Wolfius Tom.I. & III. num. 110, nonnullorumque ejusdem librorum Latinas versiones & editiones, cum Bartolocii, aliorumque de eodem Opere hallucinationibus recenset.

CCCXCI.

Codex in quarto chartaceus, foliorum 104. Rabbinicis literis elegantissimis exaratus; quo continentur,

1. יסודות התכונה מאלפרגני ALPHRAGANI, Arabis Mahometani, JESSODOTH HATTHECUNA, *Elementa Astronomica*, in XXXII. Capita distributa, ex quibus tamen posteriora decem desiderantur; Interprete ר'יעקב אבא מורי בן שמשון אנטולי R. JACOB ABA MORI FILIO SAMSONIS ANTOLI; de quo supra. Init. fol. 1. ה'פ'א' בשנות מערבי והפרסי והלועזים והקבטי וחדשיהם וימי הם

2. Anonymi ס' מראות הכוכבים SEPHER MAREOTH HACOCAVIM, *Liber de aspectibus Stellarum*, & judiciis inde ferendis. Init. f.47. כאשר כוכב יגיע בתקופת

3. ספר על התכונה והועלתה מרלב"ג RALBAG, i. e. R. Levi filii Gersonis, SEPHER AL HATTHECUNA VETHOALTHA, *Tractatus de Astrologia, ejusque usu & utilitate*, necdum editus. Init. fol. 70. אמר לוי בן גרשום ישתבח ויתרומם אלהי

4. ספר קערת כסף מר' יוסף אזובי R. JOSEPHI EZOVI, sive HYSSOPÆI, Poetæ

tæ Hiſpani Perpinianenſis, qui in limine epiſtolæ proſaicæ parænetīcæ, quam laudat Wolfius Tom. IV. pag. 1167. *Joſeph Eſobi filius Chanan* adpellatur, SEPHER KAARATH CHESEPH, *liber Scutellæ Argenteæ*, titulo deſumpto ex com. 13. Cap. VII. Numerorum, moralis rhythmicus, verſibus 130. ſecundum pondus ſcutellæ, loco Sacræ Scripturæ citato memoratæ, conſtans; quo Samuel ejus filius ad familiam recte adminiſtrandam inſtituitur; addita reſponſione ipſius Samuelis, itidem rhyhtmica; de qua tamen nec Mercerus, nec Reuchlinus in ſuis præfati Carminis Kaarath Cheſeph Latinis verſionibus, quas cum textu Ebraico exhibet Wolfius Tom. cit. p. 1136. & ſeqq. mentionem habuerunt. Init. fol. 82. אלה דברי השירה שירת האדם צרי לנפש ומרפא

5. ספר על הכלי העולם מר' שם טוב בר יוסף פאלקירה R. SCEM TOU FILII JOSEPHI PALKEIRA, Hiſpani, Anno Mundi 5169. Chriſti 1409. clari, SEPHER AL HAULE HAOLAM, *Tractatus de vanitate Mundi*, Philoſophico-Theologicus, nondum typis commiſſus. Init. fol. 89. אמר שם ום טוב בר יוסף

CCCXCII.

Codex chartaceus in 4. foliis conſtans 85. charactere Rabbinico deſcriptus; quo continentur,

1. כתאב אלמאגיסטי לטולמיוס CHETAB ALMAGHISTI LETOLMIOS, *Ptolemæi Peluſiotæ Liber Almageſti*, ſive *Magnæ conſtructionis*, cum Anonymi commentariis; Arabice, verum characteribus Ebraico-Rabbinicis exaratus, principio & fine mancus. Init. fol. 1. עודה זמן אלסנה לא גיר ואנא לן נרה אלאמור

2. כתאב נור אלעאלם לר' יוסף בן נחמיאש R. JOSEPHI F. NACHMIAS, ſeu *Nehemiæ*, incertæ ætatis, & patriæ, quem Wolfius Tom. III. num. 935. eundem eſſe putat, cum eo, cujus expoſitionem in *Capitula Patrum* ad ſuum in eundem Tractatum Commentarium, quem *Midraſc Samuel* nuncupavit, perficiendum, adhibuiſſe ſe teſtatur *R. Samuel Oſcida* in Præfatione; CHETAB NUR ALALAM, *Liber Lucis Mundi*, Aſtronomicus, fine mancus, variis figuris & tabulis illuſtratus; Arabice itidem, literis tamen Ebraico-Rabbinicis deſcriptus, qui Bartoloccii oculos fugit, quum Par. IV. p. 501. ejuſdem libri notitiam ab uno Petro Rivier ſe accepiſſe fateatur, qui illum Patavii viderit. Perperam præterea idem Bartoloccius loc. cit. Authorem noſtrum cum *R. Joſepho Nachmia*, cui R. Leo Mutinenſis Indicem Materiarum Libri R. Jacob Aben Chabib Hiſpani, עין ישראל *Oculus Iſraelis* inſcripti, dicavit. Is enim Bartoloccio ipſi æqualis fuit; noſtrum tamen Authorem longe antea claruiſſe, vel ex hocce Codice perſpicuum eſt, qui ante natum Bartoloccium in Bibliotheca Vaticana exſtabat, & cujus ætas a medio minimum decimoquarto Chriſti ſeculo videtur repetenda. Initium fol. 50. a terg. ספר אשר הוציא לאור נעלם יצב נבולות : אן אסלי אל עלם

CCCXCIII.

Codex antiquus, in 8. membraneus, foliorum 240. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1, ספר מהלך הכוכבים מר' שלמה בר אליה שרביט הזהב מתשלוניקיאו R. SALOMONIS FILII ELIÆ SCIARBIT HAZAHAU, i. e. *Sceptri Aurei*, THESSALONICENSIS, incertæ ætatis, SEPHER MEHALEC HACOCAVIM, *Liber de incessu*, seu *cursu Planetarum*, cum variis Tabulis Astronomicis, necdum vulgatus. Init. fol. 3. אמר שלמה בן אליהו שרביט הזהב מעיר שלוניקיאו שער ראשון לדעת

2. ספר על תכונה מר' יעקב בן מכיר בן תבון R. JACOBI FILII MACHIR, BEN-TIBBON, de quo superius, SEPHER AL HATTHECUNA, Tractatus Astronomicus cum figuris & tabulis, ab alibi recensitis nonnihil discrepans. Init. fol. 103. כי אראה שמיך מעשה אצבעותיך ירח וכוכבים אשר כוננת אמר יעקב בן

3. ספר אורים ותומים מר' משה בן ר' שמואל הכהן משלוניקיאו R. MOSIS, FILII R. SAMUELIS, SACERDOTIS THESSALONICENSIS, quem Bartoloccius, & ex eo Wolfius nude *Samuelem Sacerdotem* adpellant, SEPHER URIM VETHUMIM, *Liber* inscriptus *Lux & Perfectio* ex commate 30. Cap. XXVIII. Exodi, ineditus, & in sola Vaticana Bibliotheca adservatus; ubi contra Maimonidem defendit Astrologiam Judiciariam, quam per voces *Urim* & *Thumim*, quæ in Rationali judicii Aaronis, aliorumque Summorum Pontificum inscriptæ erant, significatam putat; ita quidem ut per *Urim* Scientiam Astrorum, per *Thumim* vero Veritatem ex syderibus manifestatam innui contendat, simulque neget, quemquam nisi Astrologum in Summum Sacerdotem eligi potuisse, quem per *Urim* futura præcognovisse, & pur *Thumim* interrogantibus vera respondisse fabulatur. Sed forte solus id credidit; neque enim alium exstare legimus hujus sententiæ patronum inter tot alias, quas novissime collegit M. Georgius Guilielmus Dietericus in *Duodenio sacro de Urim & Thumim* Numburgi 1714. in 4. edito; ut recte observat Wolfius sub nomine *Samuelis Cohen*. Init. fol. 121. אמר משה בכ"ר שמואל הכהן משה

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

CCCXCIV.

Codex chartaceus in 8. foliis constans 24. charactere Rabbinico exaratus; quo continetur,

אלמנך ALMANAC, sive *Ephemeris Ebraica*; ubi de signis Cælestibus, deque diebus & horis, in quibus eadem dominantur, & in quibus a phlebotomia, & pharmacis abstinendum. Item de quatuor anni temporibus, & Jejunio quadragesimali Christianorum, & quomodo ex diebus & mensibus Lunaribus inveniendi sint dies & menses Solares; additis regulis ad cognoscendum, num Mensis vertens plenus sit, vel vacuus, i. e. 31. seu 30. dierum. In fine vero agitur de תקופות *Tekuphoth*, sive solstitiis & æquinoctiis secundum Judæos, deque mensibus Ismaelitarum, seu Arabum, & Nazaræorum, hoc est, Christianorum, quomodo scilicet Ebræorum mensibus respondeant, Authore Anonymo. Init. fol. 1. הנוצרים וכל מלכות ארום מונין

Is Codex decimosexto Christi seculo videtur exaratus.

Co-

CCCXCV.

CODEX chartaceus in 8. foliorum 12. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; ubi continentur,

FIGURÆ MACHINARUM, variorumque instrumentorum Mathematicorum, pro construendis horologiis, ponderibus elevandis, metallis fundendis, & specillis construendis, rudi manu delineatæ, absque nomine Authoris; præmissis observationibus Cabbalisticis in nonnullas voces Biblicas ex *R. Jacobi filii Ascer, fil. Jechielis Germani*, Notulis marginalibus in Pentateuchum excerptis, quarum init. fol. 1: מפני מה לא נזכר בפרשת ויקרא שם אהרון אלא

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CCCXCVI.

CODEX bombycinus in 4. foliis constans 77. charactere Rabbinico exaratus; quo continetur,

ספר החשבון מאבו מחמד בן עבד אללה בן עבד אלחצר ABU MOCHAMMED FILII ABDALLA, BEN-ABD-ALCHATSED, Arabis Mahometani, SEPHER HACHESCBON, *Liber de Arithmetica*, ex Arabica lingua in Ebraicam conversus a R. BARUC FILIO SALOMONIS, FILII JOAB, Anno Christi 1451. ut hæc ostendit epigraphe, quæ fol. 76. a tergo in clausula ejusdem libri legitur: נשלם זה הספר תהלה לאל חי והוא ספר בחשבון לאבו מחמד בן עבד אלה בן אלחצר והשלמתיו אני ברוך הכ׳׳א׳ בר שלמה בר יואב ישרו׳ ונשלמה העתקתו יום ה׳ כ׳ה יום לחדש שבט שנת ר׳׳א׳ לפרט קטן והשלמתיו פה הר הקדש הראלצידה לטובתי ולטובת כל עמו ישראל אמן *Absolutus est hic liber de Arithmetica Abu Mochammedis filii Abdalla filii Abd-Alchatsed: Laus Deo vivo, Et ego Baruc filius Salomonis, filii Joab, Israelita complevi ejus versionem feria quinta, die 25. mensis Scevat*, Januarii, *anno ab Orbe condito 5211, heic in civitate Sancta Hareletsia*, forte Arelate, Galliæ Narbonensis Metropoli, *in bonum mei, & omnium Israelitarum, Amen*. Consequuntur nonnulla Præcepta de partitione Numerorum, alia manu exarata. Init. f. 1. אמר המלמד אבו מחמד בן עבד

Is Codex authographus est, & nullibi, quod sciam, aliud ejusdem exemplar reperitur.

CCCXCVII.

CODEX antiquus, in 4. bombycinus, foliorum 133. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; ubi continentur,

1. ספר התשבורת מר׳ אברהם בן מאיר אבן עזרא R. ABRAHAMI FILII MEIR ABEN-EZRÆ, SEPHER HATTHASCBORETH, *Liber de Algebra*, nec dum editus, cujus initio præfixa sunt quædam carmina loco præfationis; in fine vero, fol. 49. hæc a librario Arabice, literis tamen Ebraico-Rabbinicis adnotantur: וכאן אלפראג מנה יום אלתלאתה סבעה יום מן שהר כיסלו סנה כמסה אלאף ומאיה

וחמסה וארבעין ללכליקה במרסיליה וכתבה דוד בר סלמה ס׳ט׳ אבן עקוש לנפסה : *Et fuit complementum exſcriptionis hujus Libri feria tertia, die 7. menſis Chiſleu*, Novembris, *Anno Creationis Mundi* 5145. Chriſti 1385. *Maſſiliæ. Deſcripſit autem illum in ſui uſum David filii Salomonis Aben-Akuſc ſcriptor bonus*. Init. fol. 2. בעבור כי השם הנשגב לבדו ברא עולמו העליון תשע עגולות גדולות

2. ספר המספר מר׳ יוסף בר משה צרפתי R. JOSEPHI FILII MOSIS TSARPHATHI, ideſt, Galli, SEPHER HAMMISPAR, *Liber de Numero*, ſeu *Arithmetica*, alia a ſuperiori manu exaratus, necdum itidem vulgatus. Initium fol. 51. אמר יוסף בר משה הצרפתי איש הי מאשר ראיתי כי הכמת החשבון .

3. אגרת עלים בן עליב ALIM FILII ALIB, Arabis, IGGHERETH, *Epiſtola*, a nemine, quod ſciam, memorata; in qua author Mahometanus varia portentoſa deſcribit, ſibi ab Archangelo Gabriele in ſomnis oſtenſa in omnibus Mundi regionibus, ac præcipuis Civitatibus, quas eodem Archangelo duce, ſe luſtraviſſe fabulatur. In ejus fine, fol. 125. hæc a Librario adnotata reperias: אני יעקב ברגלוני כתבתי זה ספר המספר שחבר ר׳ יוסף צרפתי נ׳ע׳ ואגרת עלים בן עליב להחבר ר׳ דוד בר שלמה בן עקוש ס׳ט׳ והשלמתי אותו יום שלישי ארבעה עשר יום לחרש כסליו שנת חמשת אלפים ומאה וארבעים וחמשה לבריאת עולם במרינת מרסיליה *Ego Jacob Bargelinus deſcripſi hunc librum de Arithmetica, quem compoſuit R. Joſeph Gallus, una cum Epiſtola Alim filii Alib, ad uſum R. David filii Salomonis, filii Akuſc, ſcriptoris boni*, calligraphi præcedentis Maimonidæ Tractatus de Algebra, *& abſolvi illum feria tertia, die* 14. *Menſis Chisleu*, Novembris, *Anno Creationis Mundi* 5145. Chriſti 1385. *in civitate Maſſilia*. Init. fol. 110. אמר המעתיק רצוני להעתיק האגרת הזאת

4. אגרת על יצירת האדם IGGHERETH AL JETSIRATH HAADAM, *Epiſtola*, ſive *Diſſertatio de formatione Hominis*, Philoſophica, Arabice, literis tamen Ebraico-Rabbinicis deſcripta, Authore Anonymo Arabe Mahometano; ut liquet ex formula exordii ejuſdem Diſſertationis, Arabico charactere expreſſa, quæ nonniſi a Mahometanis adhiberi ſolet, nempe بسم الله الرحمن الرحيم وبه وحده نستعين *Beſm Allah alrochman alrachim, ubehi vachdoh neſtbain*, In nomine Dei miſerantis, miſericordis, & in eo uno confidimus. Init. f. 126. אלכלאם פי כלקה אלאנסאן ותרכיבה : קאל סמערת בעץ

5. קצידה ר׳ יוסף פי דלאלה אלהאירין R. JOSEPHI, forte *filii Moſis Galli*, de quo mox ſupra, KATSIDAH FI DALALIEL ALCHAIDIN, *Carmen de recta via errantibus commonſtranda*, morale, vel Bartoloccio ignotum; partim Arabice, partim Ebraice, verum literis Rabbinicis deſcriptum. Initium fol. 121. a terg. עיני לכבי כנשרים דמו : למצוא בחבל תם ולא מצאוך

Is Codex tineis adeo atque atramento corroſus eſt, & abſumtus, ut pluribus in locis legi nequeat.

CCCXCVIII.

Codex antiquus, in 4. bombycinus, foliis conſtans 127. charactere Rabbinico exaratus; ubi continentur,

1. ספר התשבורת מר׳ אברהם בן מאיר אבן עזרא R. ABRAHAMI FILII MEIR ABEN-

ABEN-EZRÆ, SEPHER HATTHASCBORETH, *Liber de Algebra*, principio mutilus, qui cum ejuſdem libro, quem Bartoloccius המספר HAMMISPAR, *de Numero*, ſeu *Arithmetica* inſcribit, adamuſſim concordat; atque adeo corrigendus eſt ipſe Bartoloccius, qui ex uno eodemque libro duos fecit. Initium fol. 1. ולמעלה ח׳ והוה המנדה ס״נ׳ נחסר ממנו י״ו׳ שהוא השביעית ותשעית.

2. פירוש על מאמר הא׳ מאלמניסטי של פטולמי מר׳ שמואל מרשילי בר יהודה PERUSC AL MAAMAR HARISCION MEALMAGHISTI, *Commentarius in Librum* I. *Almageſti* PTOLEMÆI, principio mancus; authore R. SAMUELE MARSCILI, ſeu Maſſilienſis, FILIO JUDÆ, qui illum ad umbilicum perduxit Anno Chriſti 1331. ut hæc docent ejuſdem verba, quæ fol. *76.* a tergo leguntur: נשלם המאמר הראשון מספר בטלימיום הידוע באלמנסטי ופרושו ביותר קצר מה שיכול ויותר מבואר והיה שלמות שנת צ״א׳ במגדל מרשקו חברתיה אני שמואל מרשילי בר יהודה בן משלם בן יצחק בן שלמה ישתבח העוזר ויתעלה לנצח אמן וכו׳ *Explicit Liber* 1. *Almageſti Ptolemæi cum brevi & luculento Commentario, quem compoſui & perfeci anno Mundi 5091. in Arce Marſciko*, ſeu Marſica, *Ego Samuel Marſcili, filius Judæ, filii Meſciullam fil. Iſaaci, fil. Salomonis. Laus illi, qui mibi tulit opem*, &c. Init. fol. 30. a terg. שאלה אדם היו לו יור מרות מתירוש ורצה

3. Ejuſdem פירוש על מאמר הב׳ וה״ג׳ מאלמניסטי PERUSC AL MAAMAR HASCENI VEHASCELISCI MEALMAGHISTI, *Commentarius in librum II. & III. Almageſti* PTOLEMÆI, cum figuris Mathematicis & Tabulis Aſtronomicis; eodem anno Chriſti 1331. conſcriptus, ut in epigraphe, fol. 115. ad calcem, author profitetur, in hæc verba: נשלם המאמר הג׳ מאלמנסטי עם פרושו כפי שנזרה אותו העת הזאת עלי ונשלמה פרישת שלשה המאמרים הא׳ לספר המנסטי שחבר בטלמיוש וחברתיה אני שמואל מרשילי בן יהודה בן משלם בן יצחק בן שלמה במגדל מרשקו והשם עד הנה עזרני להשלים פרישת המאמרים האחרים ולשוב עוד מחדש אל זה הספר לפרשו בהאריכות וביותר שלם והיה שלמות זה י״ט׳ סיון צ״א׳ לפרט ישתבח בעל היכלת העליונה וכו׳ *Explicit Liber tertius Almageſti Ptolemæi cum Commentariis, quos in tres ejuſdem libros compoſui ego Samuel Marſcili filius Judæ, fil. Meſciullam, fil. Iſaaci, fil. Salomonis, in Arce Marſciko. Deus, qui me adjuvit ad perficiendos hoſce Commentarios, ipſe mibi vires ſuppeditet, ut expoſitiones uberiores, & perfectiores in reliquos ejuſdem Almageſti libros conſcribam. Complementum autem eorum fuit die 19. menſis Sivan*, Maji, *Anno Creationis Mundi 5091. Laus eſto Authori ſuperioris potentiæ*, &c. Initium fol. *76.* a terg. פרישת המאמר השני מספר מנסטי והמאמר הזה יתחלק לינ׳ מינים

4. Fragmentum ספר המספר מר׳ אברהם אבן עזרא SEPHER HAMMISPAR, *Libri* R. ABRAHAMI ABEN-EZRÆ *de Arithmetica*, ſeu *Algebra*. Init. fol. 118. אלפים עליו ו׳ פעמים יהיו כד׳ אלף.

5. Fragmentum Tractatus על התבונה AL HATTHECUNA, de Aſtronomia, cum figuris, quod quidam בן ר׳ מאיר *Filius R. Meir* in margine cujuſdam Libri ſine authoris nomine exaratum, ſe inveniſſe, indeque deſcripſiſſe teſtatur. Init. fol. 124. וזהו ממך מופלא אין כמוהו מאד קשה להוציאו להבר

CCCXCIX.

Codex chartaceus in 4. foliorum 156. Rabbinicis literis eleganter exaratus; quo continentur,

1. ספר המספר מרלב"ג RALBAG, i. e. R. Levi filii Gersonis, SEPHER HAMMISPAR, *Liber de Numero*, seu *Arithmetica*, in novem מאמרים *Maamarim*, Tractatus distributus, necdum editus; sine tamen mancus. Init. fol. 1. אמר לוי בן גרשום בעבור שההשנה השלמה בעשית המלאכה הוא שנדע.

2. Ejusdem קצור התכונה KITSUR HATTHECUNA, *Compendium Astronomicum*, cum Figuris, & Tabulis, itidem ineditum. Init. f. 25. מפני אורך הגלות

3. ספר מהתכונה לאבו עלי בן אלחסין אבן אלהיתם ABU-ALI FILII ALCHASIN, FILII ALHAITHAM, non vero *Albeitam*, ut scribit Wolfius, SEPHER MEHATTHECUNA, *Liber de Astronomia*, cum figuris, ex Arabica lingua in Ebraicam a ר' שלמה הרופא *R. Salomone Medico* conversus, quem laudat Lambecius Tom. I. pag. 177. ubi & monet authorem nostrum ab Averroe in Epitome Almagesti citari; a quo non puto esse distinguendum *Abu-Ali Abulchasin Aben Ragel*, cujus libri VII. Astrologiæ a R. Salomone Ebraice conversi exstant Ms. in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, teste B. Spizelio in Arcanis Bibl. Sacris retectis p. 76. ut utriusque operis argumentum, & Authoris atque Interpretis nomina conferenti perspicuum est. Initium fol. 50. מהאוכל יצא מאכלו מיערת הדבש כל מיני מתיקה ומשך החכמה.

4. ספר צורת הארץ מר' אברהם בר חייא R. ABRAHAMI FILII CHIJA, Hispani, SEPHER TSURATH HAARETS, *Liber de Figura Terræ*, Astronomicus; ubi de Terrestri ac Cælesti Sphæra, de Cælorum ordinibus, & Planetarum cursu, decem Portis, seu Capitibus disseritur, quorum seriem in superiori Codice CCCLXXXV. num. 3. exhibuimus. Init. fol. 91. בשם האל אלהי עולם פתח

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CCCC.

Codex antiquus, in 4. bombycinus, foliis constans 75. charactere Rabbinico exaratus; ubi continentur,

1. ספר חלוף המבטים לאוקלידס SEPHER CHILUPH HAMMEBATIM LEUKLIDOS, *Liber de varietate aspectuum* EUCLIDIS, cum figuris Geometricis, ex Arabico idiomate in Ebraicum ab Anonymo conversus. In limine laudatur Almagestum Ptolemæi, Euclide longe posterioris; quare mendosam hujus libri inscriptionem esse putamus, quem excerptum potius ex consequenti Euclidis Optica, & ex Almagesto Ptolemæi dixeris. Init. f. 1. אמר המחבר גם זה

2. Ejusdem Euclidis ספר המראים לאוקלידס SEPHER HAMMERAIM, *Optica*, cum figuris, ex Arabica itidem lingua in Ebraicam ab Anonymo reddita, quam frustra in aliis Bibliothecis Ebraicis requiras. Init. f. 12. ורצה לבאר איך

3. מאמר טלוקוש בכדור המתנונעע תקון תאבת בן קרא אלחראני TOLOKOS, seu *Autolyci*, MAAMAR BECHIDUR HAMITHNONEAA THIKUN THABETH BEN KOR-

KORRA ALCHARANI, *Tractatus de Sphæra, quæ movetur*, in Arabicam linguam ex Græca conversus, atque in ordinem redactus a THABETH BEN-KORRA, ALCHARANO, inde vero Ebraice ab Anonymo Judæo redditus. Cujus quidem operis, uti & præcedentium duorum Euclidis librorum, nec Bartoloccius, nec Wolfius, aut ceteri Hebraicarum rerum Scriptores meminerunt. Imo vero Bartoloccius in Indice Ms. Vaticano, pag. 691. forte ex charactere, lectu quidem perdifficili, recensitorum hucusque opusculorum titulos, & argumenta minime adsequutus, eadem, veluti unum Tractatum, sic delineat: *Euclidis Mathematicorum Principis, Nonnullæ Demonstrationes, & Tractatulus de Sphæra*. Arabicum Autholyci libri de Sphæra apographum, a Thabeth ben-Korra concinnatum, exstat in Codd. Bibliothecæ Palatinæ Mediceæ CCLXXI. & CCLXXXVI. ut videre est in Catalogo ejusdem Bibliothecæ, a nobis edito, pag. 382. & 392. ubi hæc de eodem Thabeth, qui obiit Anno Christi 900. ætatis 67. deque Autolyco ex Chronico Arabico Gregorii Bar-Ebræi Abulpharagii, Par. IX. protulimus: *Porro in ædibus Mahometis, filii Mosis, literis operam dedit Thabeth filius Korra, filii Meruani, persuasione Sabæus, civitate Charanensis, Bagdadi advena. Illi ergo benefacere studens Mahometes, ipsum ad Moatadedum Billa*, decimumsextum e stirpe Abbasidarum Calipham, *perduxit, & in Astrologorum numerum retulit. Thabeth iste summum apud Moatadedum dignitatis gradum, maximosque honores consequutus est; adeo ut coram ipso adsidue sederet, diuque cum eodem colloqueretur, unaque rideret, magisque ad eum accederet, quam ejusdem consiliarii, aut amicorum præcipui. Multa scripsit in Disciplinis Mathematicis, Medicina, & Logica. Sunt & illi libri lingua Syriaca exarati de iis, quæ ad Sabæorum religionem spectant, nempe de eorum constitutionibus, præceptis, & ritibus; de mortuis involvendis, & sepeliendis: de munditie, & immunditie: quænam animalia sacrificiis idonea, quæ inepta: de temporibus Divino cultui destinatis: de ordinanda lectione inter orandum*, &c. Autolyci vero idem Bar-Ebræus ibidem Par. IV. hisce meminit verbis: *Reperi in Libro quodam pervetusto, Syriace absque authoris nomine conscripto, claruisse Autolycum Geometram Græcum tempore Nabuchodonosoris Regis Chaldæorum. Fuit ille, dum viveret, celeberrimus. Exstant e libris ejus nunc temporis Liber de Sphæra mobili, quem adornavit Al-Kindus, & Liber de Ortibus, & occasibus Syderum, tribus constans Tractatibus*, &c. Init. fol. 14. a terg. אמר הנקרה התנועע תנועה

4. ס' התשבורת מר' אברהם בר חייא R. ABRAHAMI FILII CHIJA Hispani, SEPHER HATTHASCBORETH, *Liber de Algebra, & Geometria*, necdum editus. Init. fol. 19. יתברך וישתבח השם הגדול והנורא אשר הורה עמו ישראל דרך

5. Ejusdem שאלות במשולש מתחלף הצלעות ועל מוסיקי SCEELOTH BIMSCIULASC MITHCHALEPH HATSELAOTH VEAL MUSIKI, *Propositiones de Triangulis Sphæricis, conversione Angulorum, & Circulis, deque Musica*; nondum itidem vulgatæ. Init. fol. 61. משלש מתחלף הצלעות ומחדד הזויות תשברתו פ'ד'

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

Co-

CCCCI.

CОdex antiquus, in fol. membraneus, foliorum 77. Rabbinicis literis descriptus, olim Palatinus; quo continetur,

ספר הדקדוק SEPHER HADDIKDUK, *Liber de Grammatica* Ebraicæ linguæ, authore quodam *Judæo Germano*; ut ex loquutione adparet. In fine notata sunt nomina accentuum Musicorum, juxta ritum Judæorum Germanorum. Init. fol. 1. לשון הקודש נחלק בג׳ חלקים בפעולות ובשמות ובמלות

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

CCCCII.

COdex antiquus, in fol. membraneus, foliis constans 121. charactere Rabbinico exaratus; ubi continentur,

1. פירוש המלות זרות שהם במקרא מר׳ יעקב PERUSC HAMILLOTH ZAROTH SCEHEM BAMIKRA, *Expositio difficiliorum Sacræ Scripturæ dictionum*, duabus columnis disposita, verum principio manca; adjecto ad calcem epigrammate in funus cujusdam *R. Judæ*; authore R. JACOBO, cujus agnomen ætas & patria latent. Init. fol. 1. הסמוכים יחד בטוב צדקים תעלוץ קריה בברכת

2. תשובות דונש מהדקדוק ר׳ מנחם בן סרוק R. DONASC, quem Bartoloccius & Wolfius cum אינפירופיה דוראן *Enperophija Duran*, seu פריפוט דוראן *Peripoto Durante*, Neophyto, tum Christianæ Fidei desertore, qui circa finem seculi XIV. vivebat, atque adeo tribus ad minimum seculis Donascio nostro, quem ut jam defunctum laudat Kimchius anno Christi 1190. clarus, posterior fuit, perperam confundunt; THESCIUVOTH MEHADDIKDUK, *Animadversiones in Grammaticam R. Menachem filii Saruk*, qui & *Filius Jacobi* ex Sabbathæo in Catalogo Bibliothecæ Lugduno-Batavæ pag. 276. num. 4. adpellatur, ubi idem opus exhibetur sub titulo: *Critica sive detectio errorum in Libro Menachem filii Jacobi*; nondum typis consignatæ. Init. fol. 19. a t. אמר מנחם בשתי אותיות אלו בשרשות עם אותיות השרש וחכים.

3. תשובות ר׳ מנחם בן סרוק לדונש R. MENACHEM FILII SARUK, de quo infra in Codice CCCCXIII. THESCIUVOTH, *Responsiones* ad præfatas animadversiones & quæstiones Grammaticas, sibi a *R. Donasc* objectas, itidem ineditæ. Init. fol. 40. ועתה אחל במחברת מנחם מאשר לו השיבו עליו ואסדר תשובתי

4. ספר הוריית הקורא SEPHER HORAIIATH HAKKORE, *Demonstratio Lectoris*. Liber Grammaticus de recta ratione legendi, & pronunciandi Ebraicam linguam, ceterisque rebus Grammaticis, ac in primis de punctis & accentibus in Sacra Scriptura obviis, quorum originem a Deo repetit; ex Arabico exemplari Hierosolymis a ר׳ יוסף בן חייא *R. Josepho filio Chija scriba Moguntino* adlato, cujus author ignoratur, in Ebraicam linguam a ר׳ מנחם בן נתנאל בעיר מגונצה *R. Menachem filio Nathanaelis in civitate Moguntia* conversus, ut in limine adnotatur; necdum editus, & in sola Vaticana Bibliotheca adservatus; verum a *R. Juda ben Bileam* in suo libro de *accentibus S. Scri-*

S. Scripturæ, edit. Parif. 1623. & a *R. Elia Levita* in Præfat. tertia ad librum *Massoreth Hammasoreth*, pag. 44. Verf. Lat. Munfteri laudatus. Init. fol. 75. זה ספר הוריית הקורא אשר הובא מירושלם נבחר בדרך קצרת

5. ספר שום שכל מר' משולם בן שמואל R. MESCIULLAM FILII SAMUELIS, Liber infcriptus SCIUM SCECHEL, *Pone intellectum*, ideft, *diligenter attende*, Grammaticus, nondum typis vulgatus, & ex fola Bibliotheca Vaticana notus; ubi de punctis, vocalibus, accentibus, & literis בגד־כפת *Begad-chephath* conjunctis literis אהוי *Abevi*, five diphtongis Ebraicis. Accedunt ad calcem *Precationes* quædam metricæ ad Deum, una cum Næniis in memoriam Templi Hierofolymitani everfi. Authoris nomen, principio præfixum, fugit oculos Bartoloccii, qui proinde Librum hunc inter Anonymos recenfuit, idemque peragendi occafionem Wolfio præbuit, qui præterea Ebraicum ejus titulum ex Commate 8. Cap. VIII. Nehemiæ defumtum fcribit, & *Afferendo intelligentiam* Latine reddit. Initium fol. 86. a terg. ספר הנקרא שום שכל : יכחוה בינה וינהוג תבל : ספר הובא.

Is Codex decimoquinto Chrifti feculo videtur confcriptus; pluribus autem in locis, forte ex longo & frequenti ufu, fic detritus eft atque deletus, ut vix legi poffit.

CCCCIII.

CODex antiquus in 4. membraneus, foliorum 69. Rabbinicis literis exaratus; quo continentur.

1. ספר צחות ומאזני הלשון מר' אברהם בן מאיר אבן עזרא R. ABRAHAMI FILII MEIR, ABEN-EZRÆ, SEPHER TSACHUTH VEMOZNE HALLASCION, *Liber elegantiæ & bilancis linguæ*, five Grammatica Ebræa abfolutiffima, *menfe Tifcri*, Septembri, *Anno Creationis Mundi* 4096. Chrifti 1146. ab authore confcripta; ut ex ejufdem metrica epigraphe, quæ folio 39. ad calcem adpofita eft, liquet. Titulus mendofus eft; nam quæ *Tfachuth*, feu *elegantia linguæ* infcribitur Grammatica, quam heic habemus, alia eft ab ea, cujus titulus *Moznaim*, quæ in hoc Codice defideratur. Utraque autem prodiit Venetiis Anno Mundi 306. fecundum minorem fupputationem, ideft Chrifti 1546. non vero 1646. ut ex vitio typographi in Bartoloccii Bibliotheca obrepfit, in 8. apud Danielem Bombergium. Init. fol. 1. בראשית כל רעיון : ואחרית כל

2. ספר מהלך שבילי הדעת מר' משה בן יוסף קמחי R. MOSIS, FILII JOSEPHI, KIMCHI, Anno Chrifti 1190. clari, SEPHER MEHALEC SCEVILE HADAATH, *Liber inceffus Semitarum Scientiæ*, five Grammatica Ebraicæ linguæ, quæ cum R. Salman Pofnanenfis, & R. Eliæ Germani notis prodiit Pifauri 1508. & Venetiis 1624. atque alibi, & recufa eft cum Sebaftiani Munfteri verfione Latina Bafilææ 1531. in 8. Init. fol. 41. a terg. מהלך שבילי הדעת קרבת

3. ספר רחש כל למוד מר' שמואל בן יעקב R. SAMUELIS FILII JACOBI, forte *Levitæ*, quem laudant Ganzius ad Annum Mundi 4787. Chrifti 1027. & Joh. Morinus in Exercit. Biblicis pag. 527. SEPHER RACHASC COL LIMUD, *Liber Eructavit omnem Doctrinam* ex Pf. XLIV. 1. five Grammatica Ebræa,

ſecundum methodum Grammaticæ Latinæ *Ælii Donati* concinnata, nondum, quod ſciam, vulgata. Init. fol. 51. a terg. : אני ראשית לכל לקח ומבוא

4. ספר ערוגת המזימה ופרדס חכמה מר' אברהם בן מאיר אבן עזרא R. ABRAHAMI FILII MEIR ABEN-EZRÆ, SEPHER ARUGATH HAMEZIMA VEPARDES CHOCMA, *Area Cogitationis & Paradiſus Sapientiæ*. Tractatulus Philoſophicus duobus conſtans foliis, elegantiſſimus, nec dum editus; ubi de Deo, ut creatore hominis, & mundi; deque cognitione ſui ipſius. In fine vero, fol. 69. iſta leguntur : תם ערונת המזימה ופרדס החכמה לאברהם בנו עזרא שבח ותהילה לשוכן רומה *Explicit Area Cogitationis, & Paradiſus Sapientiæ Abrahami Aben-Ezræ: Laus ei, qui habitat in excelſis*. Atque heic corrigendus Bartoloccius, qui in Indice Ms. Vatic. pag. 754. & in Bibliotheca magna Rabbinica ſub nomine *R. Abraham Aben-Ezræ* Tractatulum hunc in duos libros dividit, quorum 1. vocat ערמת המזימה ORMATH HAMEZIMA, *Calliditatem Cogitationis, in quo præcipue de pronunciatione literarum, & aliis hujuſmodi affectionibus* agi adfirmat, alterum פרדס החכמה PARDES HACHOCMA, *Paradiſum Sapientiæ* inſcribit, quem Grammaticalem itidem eſſe monet. Unde & errandi auſam nactus eſt Wolfius, qui eadem prorſus ex Bartoloccio repetit; ſuſpicaturque proinde, translationem Tractatus de cogitatione hominis, cum noſtro de cogitationis Area concordantis, a Petro Patavino elaboratam, quæ Ms. recenſetur in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ num. 1762. ad præfatos duos ſuppoſitos Grammaticos libros pertinere. Initium fol. 68. על דרכי תושיה עמדתי ולנתיבות עולם

Is Codex ad decimumquartum Chriſti ſeculum videtur referendus.

CCCCIV.

Codex antiquus in 4. membraneus, foliis conſtans 40. charactere quadrato exaratus; quo continetur,

ספר מהלך שבילי הדעת מר' משה בן יוסף קמחי R. MOSIS, FILII R. JOSEPHI, KIMCHI, SEPHER MEHALEC SCEV LE HADDAATH, *Liber inceſſus ſemitarum Scientiæ*, ſive Grammatica Ebræa abſolutiſſima, vocalibus punctis animata, de qua in præcedenti Codice num. 2. Init. fol. 1. מהלך שבילי הדעת קרבת

Is Codex decimotertio Chriſti ſeculo videtur deſcriptus.

CCCCV.

Codex antiquus in 4. bombycinus, foliorum 104. Rabbinicis literis eleganter ſcriptus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. ספר יסוד מורא מר' אברהם בן מאיר אבן עזרא R. ABRAHAMI FILII MEIR, ABEN-EZRÆ, Liber inſcriptus, JESOD MORA, *Fundamentum timoris*, Theologicus, in duodecim Capita diſtinctus; ubi de præceptis omnibus, quæ in Sacris Bibliis Judæis tradita ſunt, deque differentiis, quæ inter eadem eſſe videntur, exponitur, jam Conſtantinopoli A. C. 1530. & Venetiis 1566. in 12. excuſus. Vide ſuperius Cod XLIX. num. 8. ubi de hocce opuſculo fuſius

fusius egimus, & Bartoloccii de eodem hallucinationes memoravimus. Initium fol. 1. ... כלי ראשית הכל מלא כבודו אך הוא מרומם על פי איש להגידו

2. ספר כתר שם טוב מר׳ אבראם בר אכשלדר מקולוניה R. ABRAHAMI FILII ACSCILDAR, COLONIENSIS, SEPHER CHETHER SCEM TOU, *Liber Coronæ boni nominis*, Cabbalisticus, sistens expositionem Nominis Dei tetragrammati, & decem Sephiroth, seu numerationum; in cujus fine fol. 34. hæc leguntur: נשלם ספר פי השם ב׳ע׳ה׳ אשר ברא את עולמו בימים שש וזה אחר הנקרא עטרה מלכות *Ope Dei, explicit Liber expositionis Nominis Dei, qui creavit mundum sex diebus. Hunc vero, qui consequitur, Librum Coronam Regni inscribemus.* Latinam hujus Libri versionem a Flavio Mithridate curatam in superiori Codice CXC. num. 6. invenies. Aliud vero ejusdem exemplar Ebraicum exstat in Codice CCCXLIX. num. 2. Quare animadversione quidem dignus est Bartoloccius, qui in Indice Ms. Vaticano illum simpliciter Anonymi *Tractatum de re Cabbalistica*, inscribit. Init. fol. 22. a terg. בזאת יבוא אל הקודש

3. Ejusdem ספר עטרה מלכות SEPHER ATARA MALCUTH, *Liber Coronæ Regni*, titulo desumto ex com. 3. Cap. LXII. Isaiæ, sive Commentarius Cabbalisticus in tria priora nomina eorum, quæ Cabbalistis *Sephiroth*, i. e. numerationes dicuntur, nondum vulgatus, quem Wolfius Tom. II. p. 1318. perperam confundit cum alio *Corona Regis* inscripto, quem de Synonymis agere secundum Alphabeti seriem ex Catalogo Bibliothecæ Leidensis pag. 276. num. 2. adfirmat. Init. fol. 34. a t. עטרה אמר הנביא והיית עטרת תפארת ביד

4. Anonymi ספר היראה SEPHER HAJIRA, *Liber de Timore*, Moralis; ubi agitur de timore Dei, & quomodo homo erga Deum, & proximum gerere se debeat. Forte hic Liber, ut monet Wolfius Tom. II. pag. 1310. non est diversus ab eo, qui in Libro R. Eliezeris Methensis ספר היראים inscripto, primo loco exstat, nisi cum illo potius comparandum censeas, qui in R. Jonæ Gerundensis libro שערי התשובה Venet. 1544. edito, quem nobis videre haud licuit, sub finem legitur. Initium fol. 36. טוב לגבר כי ישא עול בנועריו טוב לאדם לשאת ולסבול.

5. קצור מורה נבוכים KITSUR MORE NEVUCHIM, *Epitome Libri R. Mosis Maimonidæ*, qui *Director perplexorum* inscribitur. Init. f. 42. מי כהחכם יודע פשר

6. Anonymi משׁשה ימים עליונים MISCESCIA JAMIM ELIONIM, *De sex diebus superioribus*, sive de opere Geneseos. Tractatus Cabbalisticus, cum ejusdem expositione; ubi & de Mysteriis Legis Mosaicæ, & de ratione ejusdem Præceptorum atque Rituum Cabbalistice itidem differitur. Bartoloccius in Indice Ms. Vaticano hocce opus, a nemine, quod sciam, memoratum, perperam *Librum R. Abrahami Aben Ezræ de fundamento timoris & de fundamento Legis* adpellat. Init. fol. 56. a terg. כשברא ה׳ק׳ב׳ה׳ את עולמו בששת ימים

7. סוד התמונה האותיות מר׳ אברהם בן מאיר אבן עזרא R. ABRAHAMI FILII MEIR ABEN-EZRÆ, SOD HATTHEMUNA HAOTHJOTH, *Mysterium formæ Literarum*, sive Tractatus Cabbalisticus de literis Alphabeti Ebraici, necdum editus. Initium fol. 83. a terg. בכל עת יהיו לבנים בגדיך ושמן וגו׳ הם בגדי כהן לשרת

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CCCCVI.

CODex antiquus in 4. membraneus, foliis constans 204. charactere Rabbinico exaratus; ubi continetur,

ס' קרית ספר מר' משה בן צלי R. MOSIS FILII TSELI, quem Wolfius Tom. I. pag. 889. potius בן צבי *Filium Zevi* vocandum existimat, quum ejus gentis nomen alibi non observes inter Judæos, ac præterea obvia sit צבי cum צלי confusio; *Liber* inscriptus KIRIATH SEPHER, ex Judic. I. 11. sive Grammatica Ebræa, in quatuor partes distributa, unde & קרית ארבע KIRIATH ARBAA, i. e. *Civitas Quadrangula*, seu *quadripartita*, ex citato Judicium Capite I. com. 10. inscribitur. Pars I. vocatur מוסד מוסד MUSAD MUSSAD, *Fundamentum fundatum*, ex Is. XXVIII. 16. quia nimirum in ea agitur de primis elementis, sive de Literis & Punctis vocalibus. Secunda Pars גזרה ובנייה GHEZARA UBENIJA, *Decisio*, & *Ædificium*; ubi de Definitionibus, & Conjugationibus. Tertia Pars גדר התכונה GHEDER HATTHECUNA, *Spes ordinata*, seu *firma*; tractat de diversis nominum formis. Quarta denique Pars חותם תבנית CHOTHEM THAUNITH, *Sigillum similitudinis*; ubi de accentibus, qui veluti sigilla sunt similitudinis punctorum vocalium. Opus absolutissimum, circa medium tamen sexdecim foliis mancum, necdum typis commissum, a quo Ebraicam Bibliothecæ suæ magnæ Rabbinicæ inscriptionem mutuatus est Julius Bartoloccius; qui tamen perperam illud in duos Libros dividit. Qui enim Primus ab eo, & Wolfio adpellatur, Liber non est nisi generalis Præfatio, quæ ad folium usque undecimum protenditur. Initium fol. 1. a terg. יתברך האל אשר ברא עולמו ובחר בישראל עמו ונתן להם תורה

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

CCCCVII.

CODex antiquus in 8. membraneus, foliorum 40. Rabbinicis literis exaratus; ubi continetur,

ספר מהלך שבילי הדעת מר' משה בן יוסף קמחי SEPHER MEHALEC SCEVILE HADDAATH, *Liber incessus semitarum scientiæ*, sive Grammatica Ebraicæ linguæ, principio mutila; authore R. MOSE FILIO JOSEPHI KIMCHI, de quo superius. Init. fol. 1. אשר אתו אך רק על בעבור זולתי לא כך וכיוצא

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

CCCCVIII.

CODex in 4. membraneus, foliis constans 157. Rabbinico charactere exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

דברי הימים וקרבות היהודים מיוסף בן גוריון JOSEPHI FILII GORIONIS, quem Judæi plerique cum *Flavio Josepho Matathiæ*, seu *Matthiæ filio*, celebri Historico, perperam confundunt, DIVRE HAJAMIM VEKARAYOTH HA-

JE-

JEHUDIM , *Verba dierum & Bella Judæorum* , ſive commentarius Hiſtoricus de antiquitatibus , & bello Judaico inde ab Adamo , & Judæorum ingreſſu in terram Promiſſionis uſque ad poſtremam Templi & Hieroſolymæ vaſtationem ſub Tito Veſpaſiani filio Romanorum Imperatore , ex Apocryphis potiſſimum ſcriptis Danielis , Eſther , Eſdræ , Machabæorum libris , & præfato Flavio Joſepho , nec non ex D. Hieronymi Chronico Euſebiano compilatus , & in ſex libros diſtributus ; Ebraice , & Latine , atque Germanice jam excuſus . In noſtro Codice , fol. 38. & 81. laudatur præfatus *Flavius Joſephus* , & paſſim regiones Italiæ , & Galliæ hodiernis nominibus nuncupantur , uti *Lombardia* , *Apulia* , *Francia* , &c. Unde authorem Flavio Joſepho Hiſtorico longe recentiorem eſſe colligitur , & Munſteri de antiquitate hujus operis opinio adprime refellitur . Vide Groddeckium in Pſeudonymorum Ebraicorum Hexecontade num. XXI. & Wolfium Tom. I. pag. 508. ubi de hujuſce operis authore , ætate , editionibus , atque in alias linguas verſionibus fuſius agitur . Init. fol. 1. ארם הוליד את שת ושת הוליד את אנוש

Is Codex ſcriptus eſt Anno Chriſti 1444. ut hæc oſtendunt Librarii verba , quæ fol. 153. leguntur : ותשלם מלאכת הקדש בחמישי בשבת בעשרים ושמנה בכסליו בשנת מאתים וארבעה לפרט האלף הששי ליצירה על ידי אליה המלמד ב׳כ׳מ׳ר׳ משה זל וכתבתי אותו הנה בפאנו עבור נוצרי אחד שמו יאנוינו מניטי מפיורינצא שבא הנה עבור משדרי מפיורינטיני לאדון קונטי פרנציסקו שיחיה וקבלתי שכירותי משלם ע׳י׳ אר׳ אנטראה דאנטיניאו דלילניבי וכו *Prefectum eſt opus ſanctitatis , feria quinta , die 28. Menſis Chisleu* , Novembris , *Anno Creationis Mundi* 5204. *per magiſtrum Eliam filium Moſis , cujus memoria in benedictionem . Exaravi autem hunc librum heic Fani , in uſum Joannotii Manetti Nazaræi* , i. e. Chriſtiani , *Florentini , qui huc advenit cum captivis Florentinis , a Domino Comite Franciſco ductis . Deus illum cuſtodiat , Accepique integram operis mei mercedem ab Andrea Antonii de Nebi* &c.

CCCCIX.

COdex chartaceus in 4. foliorum 64. Rabbinicis literis exaratus ; quo continetur .

ספר ערמת חטים SEPHER AREMATH CHITTIM , *Liber Acervi tritici* , ex Ruth III. 7. ubi ſtricta oratione laudantur omnes literæ Alphabeti Ebraici ; ac præterea de Verſuum conſcribendorum ratione agitur . Authoris nomen cum prooemio hujus libri deſideratur . Init. fol. 1. אמיך ביואב את נחון יעקב

Is Codex decimoquinto Chriſti ſeculo videtur conſcriptus .

CCCCX.

COdex chartaceus in 8. foliis conſtans 43. charactere Rabbinico exaratus ; ubi continentur ,

סליחות ופיוטים SELICHOTH , VEPIJUTIM , i. e. *Deprecationes , & Cantica* , in diebus Jejunii , Circumciſionis , & Sabbathi , atque ad menſam recitanda ,

da, una cum Hymno exitus Sabbathi, quem הבדלה *Haudala*, hoc est, *Divisionem temporis sacri a profano* vocant; adjectis ad calcem nonnullis formulis Epistolarum gratulatoriarum, quæ ligata oratione conscriptæ sunt, absque nomine Authoris. Init. fol. 1. יגדל שמו יהוה חי וישתבח נמצא ואין עת

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

CCCCXI.

Codex chartaceus in 8. foliorum 31. Rabbinicis literis exaratus; quo continentur,

1. שירים בלשון ערבי מר' שלמה בן אהרון, SCIRIM BILSCION ARABI, *Cantica Arabica*, verum charactere Ebraico conscripta, moralia, & amatoria; Authore R. SALOMONE FILIO AARONIS, cujus ætas & patria latent. Init. fol. 1. מיסתערבא מליתא פי גרדי אנא לכם ללא אפהמהו

2. Anonymi ברכות ופיוטים לשבח המילה BERACOTH VEPIJUTIM LESCEBACH HAMILLA, *Benedictiones & Cantiones in laudem Circumcisionis*, Ebraicæ. Init. fol. 22. ימינך אל נטה ופרוש עלי ילד להעינמו עשות לו שם בישראל

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur descriptus.

CCCCXII.

Codex in 4. chartaceus, foliis constans 1036. partim Rabbinicis, partim Latinis literis & sermone conscriptus; ubi continetur,

R. JOSEPHI FILII CASPI, Barcinonensis, decimotertio Christi seculo clari, *Thesaurus Linguæ Sanctæ*, Ebraice שרשרות כסף SCIARESCEROTH CHESEPH, i. e. *Catenulæ Argenteæ*, ex com. 14. Cap. XXVIII. Exodi inscriptus. Est Dictionarium omnium radicum Ebræarum, quibus unica significatio, eaque primaria, sive formalis tribuitur, in Latinam linguam ab Anonymo conversum, necdum vulgatum. Desinit in literam ת מ *Tau Mem*; atque adeo septem ad minimum paginæ desiderantur. Init. fol. 1. *Dicit Joseph Aben Caspi: Videntes vidimus quod fuit nomen S. Dei* 1. *Deus nobiscum*.

Is Codex ad decimumsextum Christi seculum videtur referendus.

CCCCXIII.

Codex antiquus in 4. partim bombycinus, partim membraneus, foliorum 128. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

ספר השרשים מר' מנחם בן סרוק R. MENACHEM FILII SARUK, Hispani, cujus R. Salomon Isaacides, Aben-Ezra, & Kimchius frequenter meminerunt, quique Bartoloccio *ben-Sarug*, Nesselio *ben-Semeck* mendose dicitur, ex antiquioribus Judæorum Grammaticis; quod vel Catalogus Grammaticorum, a Wolfio Par. II. exhibitus, manifestum facit: ubi Menachem noster quartum a R. Saadia Gaon, seculi noni scriptore, locum tenet; SEPHER HASCERA-

SCIM,

SCIM, *Liber Radicum*, ſive Lexicon, Alphabetico ordine diſpoſitum, quo omnes Ebraicæ voces in Sacris Bibliis exſtantes, cum earum derivatis cognatiſque explicantur; nec dum editum. Deficit tamen a media litera ת *Thau*, ad finem. Init. fol. 1. אבא יש בו ו׳ פנים האחד לשון רשא וחציר כמו עודנו

Is Codex, quem haud immerito ad decimumtertium Chriſti ſeculum referas, pertinuit olim ad מנחם בן נחמיה *Menachem filium Nehemiæ*, qui tribus nummis aureis, vulgo *Florinis*, illum a שבתי בן שמואל *Sabbathæo Samuelis filio* ſibi comparaſſe, teſtatur ad calcem.

CCCCXIV.

CODEX antiquus in 4. membraneus, foliis conſtans 283. charactere Rabbinico admodum eleganti deſcriptus; quo continetur,

ספר שרשים מר׳ דוד בן יוסף קמחי R. DAVIDIS FILII JOSEPHI KIMICHI, fratris R. Moſis, duodecimo Chriſti ſeculo clari, contracte רד״ק, *Radak*, dicti, SEPHER SCERASCIM, *Liber Radicum*, ſive altera Pars notiſſimi ejuſdem Authoris Operis מכלל MICLOL, i. e. *Perfectio*, inſcripti, ſiſtens dictionarium Alphabetico ordine diſpoſitum, quo omnes voces cum Ebraicæ, tum Chaldaicæ, in Sacris Bibliis obviæ, explicantur; additis ad marginem citationibus locorum, unde eædem deſumtæ. Prodiit jam ſæpius, & conjunctim cum Prima Parte præfati Operis *Miclol*, quæ דקדוק *Dikduk*, ſeu Grammatica ſpeciatim nuncupatur, & ſeorſim; ut videre eſt apud Wolfium Tom. I. pag. 305. & Lelongium Bibl. Sac. Tom. II. pag. 1172. ubi ſingulæ ejus editiones, & Latinæ verſiones, atque compendia recenſentur. Init. fol. 1. אמר דוד בן יוסף קמחי ספרדי כבר כתבתי בפתיפת ספר מכלל הזה בפתיחת חלק ראשון.

Is Codex decimoquarto Chriſti ſeculo videtur exaratus; pertinuitque olim ad *Lælium Ruinum Epiſcopum Balneoregienſem*, de cujus hæredibus emtus fuit, & in Vaticanam Bibliothecam inlatus Anno Domini MDCXXII. ut in fine adnotatur.

CCCCXV.

CODEX antiquus, in fol. membraneus, foliorum 214. quadrato charactere nitidiſſimo exaratus, olim Palatinus. Ibi continetur,

ספר שרשים מר׳ דוד בן ר׳ יוסף קמחי R. DAVIDIS, FILII R. JOSEPH KIMCHI, de quo modo ſupra, SEPHER SCERASCIM, *Liber Radicum*, ſive Lexicon Ebraicum, punctis vocalibus animatum; ubi omnes Biblicæ voces Ebraicæ, & Chaldaicæ, ſeu Syriacæ, ſecundum Alphabeti ſeriem exponuntur; additis ad marginem notis locorum, unde eæ erutæ ſunt. Initium fol. 1. אמר דוד בן יוסף בן קמחי הספרדי כבר כתבתי בפתיחת ספר מכלל בתחילת חלק.

Is Codex ad præcedentis exemplaris ætatem, nempe ad ſeculum XIV. videtur referendus.

Co-

CCCCXVI.

Codex antiquus in 4. membraneus, foliis constans 280. charactere Rabbinico satis eleganti, atque polito, descriptus; quo continetur,

ספר שרשים מר׳ דוד בן ר׳ יוסף קמחי R. DAVIDIS FILII R. JOSEPHI KIMCHI, SEPHER SCERASCIM, *Liber Radicum*, sive Lexicon Biblicum Ebraicum & Chaldaicum, Alphabetico ordine digestum, de quo in præcedentibus Codicibus. Init. fol. 1. אמר יוסף בן קמחי ספרדי כבר כתבתי בפתיחת ספר מכלל

Is Codex ante Annum Creationis Mundi 5115. Christi 1355. exaratus est; utpote qui eo anno, *die* 14. *mensis Adar*, Februarii, comparatus, in fine dicitur, a אנדוראן אשתרוק *Durante Istruk*. In fronte vero hæc legitur epigraphe: *Ego Andreas Masius comparavi hunc librum pro Bibliotheca Julii Papæ III.* nempe Vaticana, *Anno ab Adventu Messiæ nostri* 1552. *jussu Domini mei Marcelli Cervini Cardinalis Bibliothecarii*

CCCCXVII.

Codex antiquus in 4. partim bombycinus, partim membraneus, foliorum 208. Rabbinicis literis descriptus; quo continentur,

1. Anonymi ספר שרשים SEPHER SCERASCIM, *Liber Radicum*, sive Dictionarium Ebraicum, Alphabetico ordine dispositum; verum a litera א *Aleph*, ad ג *Ghimal*, & a ז *Zain*, ad ע *Ain* mancum, & ex inscitia bibliopæi luxatum, atque perperam compactum. Init. fol. 1. a terg. אל שפתה סביב כלו

2. LEXICON aliud Ebraicum, a litera ז *Zain* ad finem usque mutilum. Init. fol. 115. וואלט לשון רצה כמו אבי יבחן ופי׳ רשי׳ לא יאבה

3. Fragmentum *Lexici Arabico-Latini*, charactere tamen Rabbinico Hispanico conscripti, a litera ס *Sin*, ad ר *Re*. Init. f. 153. סטרפיון הוא כרפס

4. Fragmentum דקדוק DIKDUK, *Grammaticæ Ebrææ* ignoti authoris, ubi quædam exempla conjugationum verborum exhibentur. Init. fol. 160. בנין הפעלים יבנה בשמונה טורים הטור האחד נקרא בנין הקל·

5. *Nomina Accentuum Musicorum*, secundum ritum Judæorum Germanorum, literis quadratis expressa. Initium fol. 207. a t. זרקא מקף שופר הולך

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

CCCCXVIII.

Codex antiquus in folio, membraneus, foliis constans 234. Rabbinico charactere longe elegantissimo exaratus, olim Palatinus, quo continetur,

ספר ערוך מר׳ נתן בן יחיאל בן גד בן אברהם מרומי R. NATHAN, FILII JECHIELIS GAD, FIL. ABRAHAMI ROMANI, Præsidis Synagogæ Romanæ, Anno Mundi 4866. Christi 1106. defuncti, testibus Juchasin pag. 131. & Tsemach David ad eundem annum, SEPHER ARUC, *Liber Dispositus*, sive Lexicon amplissi-

plissimum, quo singulæ voces Chaldaicæ & Rabbinicæ in utroque Talmude, Hierosolymitano, nimirum, & Babylonico obviæ, secundum Alphabeti seriem explicantur: unde tituli ratio. Ejus in clausula duo leguntur carmina ab eodem R. Nathan, qui & ab hoc libro suo בעל ערוך BAAL ARUC, *Author Dispositi* nuncupari solet, composita, quorum altero testatur, se librum Aruc absolvisse Anno Creationis Mundi 4865. Christi 1005. uno scilicet ante ejus obitum anno. Opus magni apud Lexicographos pretii, sæpius typis vulgatum: de quo videbis Bartolocciunı, Wolfium, & Leiongium, singulas ejusdem operis editiones recensentes. Ejus autem fronti hæc præfixa est inscriptio: זה ספר הערוך שחבר הרב המובהק פטיש החזק תנא דאוריתא בוצינא דנהורא הגאון ר' נתן הצדיק ז'ל' בן כבור גדולת קדושת מרנא ורבנא רבי' יחיאל הרב הגרול בן גד בן אברהם ז'ל' מן רומי שקבץ ורבץ וקבץ כל מלה קשה שבתלמוד וסררו בסדר האלפא ביתא למען ירוץ קורא בו *Hic est Liber Dispositus, quem elucubravit magister clarissimus, mons fortis, professor Legis, fax perspicuitatis, magnificus Rabbinus noster Nathan Justus: memoria Justi in benedictionem: filius gloriosi & magnifici sancti Domini nostri R. Jechielis magni b. m. filii Gad, filii Abrahami b. m. Romanus; qui in eo collegit & congessit omnes dictiones difficiles, in Talmude exstantes, quas ordine Alphabetico disposuit, ut liber ipse properanter a lectoribus perlegeretur* &c. Init. fol. 1. אא בר'נ' הכונה כפדק בשבת א'א'

Is Codex scriptus est Anno Christi 1334. ut liquet ex hisce librarii verbis, quæ fol. 234. a tergo leguntur; נשלם ערך אות התו והוא ערך עשרים ושנים תהלה לרוכב שמים: בשנת חמשת אלפים ותשעים וארבע לבריאת עולם בששי בשבת בחמשה ימים לחדש אב בטליטולה ישע יקרב *Explicit dispositio literæ Thau, quæ est Alphabeti vigesima secunda & ultima. Laus illi, qui Cælis insidet, Anno Creationis Mundi 5094. feria sexta, die 5. mensis Ab, Julii, Toleti. Adpropinquet salus,*

CCCCXIX.

Codex antiquus in 4. bombycinus, foliorum 89. Rabbinicis literis exaratus; ubi continentur,

1. Anonymi שמות העשבים והסמים לרפואה SCEMOTH HAASSAVIM, VEHASAMIM LEREPHVA, *Nomina Herbarum & Aromatum ad Medicinam spectantium*, Arabica, Latine exposita, verum charactere Rabbinico descripta, & secundum Alphabeti Ebraici seriem disposita; a litera tamen נ *Nun*, ad finem usque manca. Init. fol. 1. אסארון: לט' אסרו: לע' אסרא באקרא לע' נארדי

2. חרושים על הס'מ'ג' CHIDDUSCIM AL HASAMAG, *Novellæ observationes in librum Præceptorum magnum*; ubi de ritibus & institutis Paschatis, Capitis anni, diei Expiationis peccatorum, Dedicationis & Purificationis Templi, festi Sortium, & Jejunii diei noni mensis quinti, sive Julii, exponitur; authore Anonymo. Init. fol. 19. לבקשת המעתרים כתבתי את הנהאה לפי קוצר

3. ביאור על ס' יסוד מורא להראבע" מר' מרדכי בן ר' אליעזר כומטנו R. MARDOCHÆI FILII R. ELIEZERIS COMTINO, seu *Comtiano*, Constantinopolitani, seculo XIV. clari, BIJUR AL SEPHER JESOD MORA LEHARABAA, *Commen-*

tarius in R. Abrahami Aben-Ezræ Librum, qui *Fundamentum Timoris* inscribitur; Hadrianopoli compositus, ut author ipse in limine profitetur. Ibi de cultu & reverentia Deo exhibendis, & quid Deus ab homine postulet, & qui illius finis. Quumque hæc omnia in implenda Lege posita sint, adcurate exponuntur Præcepta ejusdem, & in singulorum naturam diligenter inquiritur. Unde constat, hallucinatum omnino fuisse Bartoloccium, & qui eum sequutus est, Jacobum Basnagium Tom. V. Hist. Jud. pag. 38. quando ait Par. I. Bibl. Rabb. p. 38. יסוד מורא *Jesod Mora*, *Fundamentum Timoris esse librum Grammaticum*. Verum, ut recte monet cl. Pasinus in Catalogo Bibl. Taurinensis, Tom. I. pag. 35. erroris ansam præbuerunt fortasse Bartoloccio Codices nonnulli Mss. in quibus præmittuntur huic Tractatui Elementa Linguæ Sanctæ ejusdem R. Abrahami Aben-Ezræ. Ejusmodi porro est Codex MMXX I. Regio-Parisiensis. Vide superius Cod. XLIX. ubi aliam Bartoloccio, circa argumentum hujus operis errandi occasionem a Buxtorfio exhibitam, memoravimus. Init. f. 44. אמר מרדכי בר אליעזר כומשית·· חזקה מני חכמת בנועץ רא

4. ספר מלות ההגיון מר׳ משה בר מימון R. MOSIS FILII MAIMON, Ægyptii, SEPHER MILLOTH HAHIGAJON, *Liber Dictionum Logices*, quatuordecim שערים *Sciaarim*, seu Portis absolutus, a ר׳ משה בן שמואל אבן תבון *R. Mose filio Samuelis Aben Tibbon* in Ebraicam linguam ex Arabica conversus; ut in limine adnotatur. Concordat adamussim cum ספר ההגיון *Sepher Habigajon*, Libro Logices, seu Logica ejusdem Maimonidæ, quam in superiori Codice CCCXLIX. num 1. laudavimus. Quare jure quidem ac merito de fide Bartoloccii suspicatur sagacissimus Wolfius, quum is Par. IV, Bibl. magnæ Rabbinicæ, pag. 106. num. 13. Maimonidæ librum de Dictionibus Logices, veluti ejusdem Libri de Logica Compendium, & ab eo distinctum commemorat. Adcedit ad calcem Fragmentum ס׳ יסוד מורא *Libri Fundamenti Timoris*, ejusdem R. ABRAHAMI ABEN-EZRÆ; de quo modo supra. Init. fol. 74. שאל שר אחר מבעלי החכמה התוריות ומאנשי הצחות והמליצה

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

CCCCXX.

Codex antiquus, in 4, partim membraneus, partim chartaceus, foliis constans 92. charactere Rabbinico exaratus; quo continetur,

Anonymi ספר שרשים בלשון הקדש וערבי SEPHER SCIRASCIM BILSCION HAKKODESC, VEARABI, *Liber Radicum*, sive *Lexicon Arabico-Ebraicum*, charactere tamen Rabbinico descriptum. Init. fol. 1. אבא : ויםאן אב אב אוב מקום

Is Codex, si quidem posteriora octodecim folia, nova manu suppleta, excipias, ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

CCCCXXI.

Codex in 4. chartaceus, foliorum 80. Rabbinicis literis exaratus; quo continentur,

R.SA-

1. פירוש מלות הזרות מר׳ שמואל בן יהודה אבן תבון R. SAMUELIS FILII JUDÆ ABEN-TIBBON, Granatensis Hispani, PERUSC MILLOTH HAZAROTH, *Expositio vocum difficiliorum*, quas in versione sua libri Maimonidæ, qui מורה נבוכים MORE NEVUCHIM, i. e. *Director*, seu *Doctor perplexorum* inscribitur, vel ex philosophia, vel aliunde idem Samuel Tibbonides usurpavit; secundum literarum seriem disposita, quæ in eodem libro Directore perplexorum edit. Venet. 1551. apud Bragadinum post Indicem Capitum a R. Juda Charizio factum, legitur. Init. fol. 1. אמר שמואל בן תבון הנה הורעתי בפתיחת

2. ספר הספוסטא לאבו נצר אלפרבי ABU-NATSAR ALPHARABI, Philosophi Arabis Mahometani, de quo superius, SEPHER HASPOSTA, *Liber de Elenchis Sophisticis*, ex interpretatione Anonymi, necdum editus. Dividitur in tres פרקים *Perakim*, seu Sectiones, quarum,

I. sistit Introductionem in artem Sophisticam. Init. f. 53. אמר אבונצר וכיון

II. de Fallaciis in dictione exponit. Init. f. 54. הפ׳ב׳ במנות המקומות המטעים

III. fallacias extra dictionem tradit. Init. f. 58. a t. הפ׳נ׳ במנות המקומות

Is Codex exaratus est Anno Christi 1449. Sic enim in fine Expositionis vocum difficiliorum Libri Directoris perplexorum, fol. 52. a tergo, habetur: נשלם השער מפירוש המלות הזרות אשר בחבור הרב הגדול מורה צדק להעתקת ההכם הרופא אני יהודה אבן תבון זל ביום ו׳ כ׳ב׳ לירח אייר שנת ה׳ר׳ט׳ ליצירה ברוך נותן ליעף כח וכו׳ *Explicit Porta Expositionis vocum difficiliorum, quæ in Directore perplexorum Rabbini Magni, Magistri Justitiæ*, i. e. Mosis Maimonidæ, *occurrunt, ex versione sapientis Medici Samuelis filii Judæ Aben-Tibbon, cujus memoria in benedictionem. Completa autem fuit ejus exscriptio feria sexta, die 22. mensis Ijar*, Aprilis, *Anno Creationis Mundi* 5209. *Benedictus, qui dat lasso fortitudinem, &c.*

CCCCXXII.

Codex in 4. partim membraneus, partim chartaceus, foliis constans 42. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; ubi continetur,

Anonymi פירוש מלות זרות שבמחזור כמנהג האשכנזים PERUSC MILLOTH ZAROTH SCEBAMACHAZOR CHEMENHAG ASCHENAZIM, *Expositio Dictionum difficiliorum, quæ in Cyclo, seu Libro Precum, secundum ritum Judæorum Germanorum obviæ sunt*. Init. fol. 1. a terg. אין מי יקרא בצדק כיתיב הנביא אין קורא

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

CCCCXXIII.

Codex in 8. chartaceus, foliorum 111. charactere Rabbinico descriptus; quo continentur,

1. ביאור המלות בג׳ לשונות עברי ארמי ויוני BIJUR HAMILLOTH BESCILOSC LESCIONOTH EBRI, ARAMI, VEJAVANI, *Dictionarium trilingue, Ebraicum, Chaldaicum, & Græcum*, secundum Alphabeti ordinem, literis Rabbinico-Ebraicis exaratum, fine tamen mancum; authore Anonymo. Init. f. 1. אב : אב פטיר

2. בואור המלות קשות מס׳ המדע להרמבם״ BIJUR HAMILLOTH KASCIOTH MISEPHER HAMADAA LEHARAMBAM, *Expositio difficiliorum vocum*, quæ in *R Mosis Maimonidæ libro de Scientia*, primo Operis notissimi, cujus titulus יד חזקה JAD, CHAZAKA, *Manus Fortis*, seu משנה תורה MISCNE THORA, *Repetitio Legis* occurrunt; Ebraico-Italica, verum literis Rabbinicis, absque Authoris, aut Calligraphi nomine. Init. fol. 9. קופת שקאטולה : פרק י׳ט אנפים נאמאלי

3. Anonymi סדר המחזור לכל חשנים SEDER HAMMACHAZOR LECOL HASCIANIM, *Ordo Cycli per singulos annos*, sive de ratione ordinandorum Festorum mobilium secundum Cyclum Lunarem, & Kalendarii Judaici conficiendi. Init. fol. 27. a terg. מי שאינו יורע בכמה שנים למחזור י׳ט׳ אתה עומר

4. פירוש המלות זרות שבתורה בלשון ספרדי PERUSC HAMILLOTH ZAROTH SCEBATTHORA BILSCION SEPHARADI, *Expositio difficiliorum vocabulorum, quæ in Lege*, ac præcipue in Genesi, Exodo, & Levitico, usque ad Sectionem *Emor*, seu Cap. XXI. obvia sunt; *Hispanica lingua*, charactere tamen Rabbinico expressa. Init. fol. 38. בראשית וצרו רל׳ שממה וכלע׳ דיסולאמינטו נקרשו

5. ביאור על כמה מלות מפירוש רשי״ על פרשת וארא BIJUR AL CAMA MILLOTH MIPERUSC RASCI AL PARASCIATH VAJERA, *Expositio in nonnullas dictiones Commentariorum R. Salomonis filii Isaacii Jarchi, in Sectionem Et apparuit*, &c. sive a com. 3. Cap. VI. Exodi usque ad finem, literalis, incerti authoris. Init. fol. 79. באלוני ממרא פי״ רשי הוא שנתן לו עצה למילה שימול

Is Codex ad decimum quintum Christi seculum videtur referendus.

CCCCXXIV.

Codex in 8. chartaceus, folis constans 96. charactere Rabbinico exaratus; ubi continentur,

1. Anonymi ספר שרשים SEPHER SCERASCIM, *Liber Radicum*, sive Lexicon Ebraicum, Italice, verum literis Rabbinicis expositum. Non servat Alphabeticam seriem; sed sparsim, & inordinate aliquas tantum radices Ebræas exhibet. Init. fol. 1. ישן · דומיאו : לבש · ויסטיאו : ויסטיאו · לבש

2. ספר האולם וההיכל SEPHER HAULAM VEHAHECAL, *Liber Atrii & Templi*, titulo desumto ex 1. Reg. Cap. VIII. com. 21. partim soluta, partim stricta oratione ab Anonymo compositus, necdum vulgatus. Dividitur in tres Partes, quarum

I. de Omnipotentia Dei, & origine Philosophiæ. Initium fol. 53. המאמר הא׳ כולל התפילה על הפועל המיוחד וההנצלות ·

II. de ritu psallendi, & peccata confitendi, ex bibliopæi inscitia perperam compacta. Init. f. 74. המאמר הב׳ כולל רברים חייב טבע החכור להקדימם

III. de Scientiis, earum numero, & utilitatibus inde provenientibus; ubi passim citantur Averroes, Abu-Natsar Alpharabius, & Maimonides. Init. fol. 68. המאמר הג׳ במספר החכמות והם הענינים לחלקיהם

Is Codex XV. Christi seculo videtur descriptus.

CCCCXXV.

Codex chartaceus in octavo oblongo, foliorum 86. Rabbinicis literis exaratus, olim Palatinus; quo continetur,

Liber Rationum quotidianarum, ſive expenſi & accepti a quodam Judæo mercatore Germano; in quem & varia pignora Anno Creationis Mundi 5235. Chriſti 1475. relata ſunt. Init. fol. 1. זהו החבוש מהנות הפרה אשר עשינו אותו בחדש.

CCCCXXVI.

Codex antiquus, in fol. bombycinus, foliis conſtans 176. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus; quo continentur,

1. פרקי אבוקראת PIRKE ABUKRAT, *Capitula*, ſive *Aphoriſmi* HIPPOCRATIS *cum Commentariis* GALENI, in ſeptem Tractatus diſtributa, quorum Index initio præfigitur; Arabice, literis tamen Rabbinicis deſcripta; interprete *Chonain fil. Iſaaci* Chriſtiano Neſtoriano, de quo ſuperius, non vero *Chanen fil. Aſſak Iſraelita*, ut perperam habet cl. Paſinus in Catalogo Bibl. Regii Taurinenſis Athenæi Par. I. Cod. LIV. pag. 19. Deeſt Tractatus ſeptimus. Initium fol. 1. אלמקאלה ארוליפי וצעאלצנעה ותוציה אלוביב.

2. Anonymi כתאב אלקיאם CHETAB ALKJAM, *Liber de eſſentia & ſubſiſtentia*, metaphyſicus; Arabice itidem, literis tamen Rabbinicis deſcriptus, principio mutilus. Ejus Author forte *Abu-Achmet Algazalius*: de quo alibi. Init. f. 102. אנא ניד דאתי תם אן כאן ירתפע ונודה סריעא כאל קיאם קעוד אלל.

Is Codex ſcriptus eſt Anno Chriſti 1411. ut hæc oſtendunt librarii verba, quæ fol. 176. ad calcem leguntur: כמל אלכתאב בחמד אללה אסחק בן אלמסעוד אנתסכה בן כט אלמסלמין לכט אליהו דלדון בן בנישת וכו׳ וכאן אלפראג מנה יום אלארבעה עשרין יום מן שהר סיואן סנה כמסה אלאף ומאיה ותלאתין וואחד ללכליקה וכו׳ *Explicit hic Liber, Laus Deo. Tranſtulit autem illum ex charactere Moslemanorum*, ſeu Arabico, *in Judaicum Iſaac Almaſudi, in uſum Don Ben-Beniſte. Et quidem completus fuit feria quarta, die* 20. *menſis Sivan*, Maii, *Anno ab Orbe condito* 5171. Forte calligraphus idem eſt cum R. Iſaaco Maſod, cujus ספר הבלוי, *Librum Veterum*, laudat R. Jacob Berau in Reſponſis ſuis pag. 24.

CCCCXXVII.

Codex antiquus, in fol. chartaceus, foliorum 47. Rabbinicis literis exaratus; quo continetur,

Anonymi ספר אורים ותומים SEPHER URIM VETHUMIM, *Liber Lucis & Perfectionis*, titulo deſumto ex com. 30. Cap. XXVIII. Exodi, Theologicus, in duas Partes diſtinctus, quarum prima quatuor ſermonibus exponit de regulis Theologiæ Judaicæ, deque fundamentis Scripturæ Divinæ, & Legis Moſaicæ. Altera vero deſideratur. Varii hujus tituli Libri in Bibliothecis Ebraicis occurrunt, tum Anonymis, tum certis Authoribus adſcripti, qui tamen a noſtro

pror-

prorsus discrepant. Init. f. 1. הפא" בהסתרת הספירות וחלקיו ראשיות כל אחד ההקדמות

Is Codex scriptus est Anno Christi 1410. ut ex hisce librarii verbis constat, quæ fol. 47. ad calcem leguntur: והיתה ההשלמת בחדש זיו שנת ק'ע' ליצירת לפרט האלף הששי בסרקוסטה אשר במלכות אראגון והתהלה לאל לבדו *Explicit sermo quartus libri Lucis, & Perfectionis. Et quidem absolutus fuit mense Ziu*, Majo, *Anno Creationis Mundi* 5170. *Cæsaraugustæ in Regno Aragoniæ. Laus Deo &c.*

CCCCXXVIII.

Codex antiquus, in 4. bombycinus, foliis constans 282. charactere Rabbinico exaratus, olim Palatinus. Ibi continentur,

1. Fragmentum ספר הזוהר מר' שמעון בן יוחאי SEPHER HAZOHAR, *Libri Splendoris*, in Sectionem *Berescith*, seu in priora quinque Geneseos Capita, qui *R. Simeoni filio Jochai* tributur. Init. fol. 1. בראשית ברא אלהים ר' אליעזר פתח

2. Anonymi ביאור הדינים BIJUR HADDINIM, *Expositio Institutorum, & Rituum* Judaicorum, principio manca; ubi de Pœnitentia, Fimbriis, Philacteriis, lectione *Audi Israel*, Paschate Azymorum, & Festo Pentecostes: item de Benedictione Calicis, & inspectione Unghium in exitu Sabbathi, & de Festo Tabernaculorum speciatim differitur. Init. fol. 19. יורשו ארץ עם החיים הגנוזים

3. פי' על ספר יצירה מר' חמאי גאון R. CHAMAI GAON, quem Plantavitius n. 508. mendose vocat עמאי *Amai*, PERUSC AL SEPHER JETSIRA, *Expositio in librum de Creatione*, & in XXXII. *Semitas Sapientiæ*; uti & in *decem Sephiroth*, seu numerationes Cabbalistarum. Init. fol. 64. a t. עשר ספירות בלי מה ספירה ראשונה כתר

4. ביאור על ספר הבהיר מהרמבן RAMBAN, i. e. R. Mosis Nachmanidæ, BIJUR AL SEPHER HABBAHIR, *Expositio in Librum Illustrem*, cujus author, R. NECHONIA FIL. KANA; ubi de Cabbala, & Divinis Nominibus profundissime agitur. Init. fol. 68. מאי דכתיב גם זה לעומת זה עשה האלהים ברא בוקו

5. Fragmentum *Libri Zohar*, seu *Splendoris*, in primam Sectionem Geneseos, ex bibliopæi oscitantia a priori hujus Codicis Tractatu sejunctum. Init. fol. 96. דההיא שעתא הוה ק'ב'ה' מסתכל בעדן ממש דנגיזא

6. Ejusdem R. Simeonis filii Jochai זוהר רות ZOHAR, *Splendor*, sive *Elucidarium in librum* RUTH. Init. fol. 128. תור משניא בקל~ מכל שאר קלין אם כנסת

7. Fragmentum אותיות מר' עקיבא AOTHJOTH, sive *Alphabeti* R. Akibæ, fil. Josephi; ubi singulæ literæ Ebraicæ variis exornatæ apicibus, secundum Cabbalistarum placita exponuntur. Init. fol. 131. אמר ר' עקיבא אלו כ'ב' תאותיו שבהם

8. Fragmentum ספר השם SEPHER HASCEM; *Libri de Nomine tetragrammato*, aliisque Divinis Nominibus, quem Sabbathæus in Labiis Dormientium *R. Abrahamo Aben-Ezræ* attribuit. Init. fol. 134. בשם אחר יסוד כל האחדים : קרא סודות

9. Fragmentum מדרש החכמה מר' יהודה כהן בן שלמה MIDRASC HACHOCMA, *Expositionis Sapientiæ*, sive Philosophiæ *R. Judæ Sacerdotis filii Salomonis Toletani*, quæ integra memoratur in Catalogo Bibliothecæ Leidensis pag. 282. Initium fol. 135. שוכן תמים קדוש וישראל נקראו בנים שמות

10. Anonymi ביאור על גוזמות רבה בר בר חנה BIJUR AL GHUZMOTH, *Expositio Portentosorum dictorum* RABBA BAR BAR CHANNA, quæ in Ghemara leguntur.

Hunc

Hunc Juchasin pag. 101. observat per א *Aleph* scriptum, discipulum esse R. *Jochanan*, de quo doctores in Tractatu Talmudico *Bava Bathra*, seu de Porta postrema, Cap. 5. quod a prioribus duabus vocibus המוכר את הספינה *qui vendit navem*, inscribitur, dixerint: כל אבא חמרא וכל בר בר חנה סיכסא *Omnis Abba vinosus, & omnis Bar Bar Channa stultus est*. Quod respicit ad hyp bolicas ejus & futiles narrratiunculas, quæ ibidem habentur. Scriptio autem ejus nominis per א non est perpetua; nam in Tractatu Kidduscin cap. 4. etiam per ה *He* occurrit רבה בר בר חנה. Init. fol. 137. a t. אמר רבה בר בר חנה אשתעו לי נחותי

11. שאלות ר' עזריה R. AZARIÆ, *Quæsita de decem Sephiroth*, seu numerationibus Cabbalisticis, cum responsis *R. Mosis Nachmanide Gerundensis*. Initium fol. 157. מי יכרחנו להאמין שיש לעולם מנהיג: תשובה

12. ס' המשקל החכמה מר' משה בן שם טוב R. MOSIS FILII SCEM TOU, Legionensis, XIII. Christi seculo exeunte clari, SEPHER MISCKAL HACHOCMA, *Liber Trutinæ Sapientiæ*, qui etiam נפש חכמה NEPHESC CHOCMA, *Anima Sapientiæ* inscribi solet, jam typis vulgatus; ubi de Anima Hominis, ejusque post hanc vitam statu; de Mysteriis Paradisi, Gehennæ, vitæ futuræ, Resurrectionis mortuorum, variorumque Rituum sacrorum interiori ratione; præterea vero de cognitione Dei, & sui ipsius; itemque de Divinis Nominibus exponitur. Init. fol. 160. אמר משה בר שם טוב זל מעיר ליאון בראותי ידידי תאות נפשך ליכנס

13. Anonymi פירוש על התורה בדרך קצרה *Expositio brevis in Legem*, seu Pentateuchum Mosis, a Capite II. Deuteronomii, usque ad finem. Initium fol. 167. עד היום הזה א'כ' מאזהרות הע'ז' שלא תפרד מחשבתו מן ה'ש'ית'.

14. ספר כד הקמח מר' בחיי בן אשר R. BECHAI F. ASCER, Cæsaraugustani, *Liber* inscriptus CAD HAKEMACH, *Cadus Farinæ*, ex com. 14. Capitis XVII. I. Regum; in sexaginta Conciones distributus, quibus varia Scripturæ Sacræ loca de capitibus Fidei, & moralibus præceptis agentia exponuntur. De eo fusius supra in Codice CCLXXIV. Init. fol. 178. a t. אקרא לכלצמא וישתה מבאר זה ספר דור

15. פירוש על ספר יצירה *Expositio in librum de Formatione*, seu Creatione, ignoti Authoris. Init. fol. 198. את עולמו בלי מאומה בכחו הגדול ובגבורתו וראייה

16. Ejusdem פי' על התורה בדרך הרמז והפילוסופיה *Commentarius in Legem*, seu *Pentateuchum*, *allegoricus*, & *Philosophicus*. Init. f. 207. ויאמר אלהים לנח בא אתה

17. Ejusdem מאמר על ד' יסודות *Tractatus de quatuor Elementis*, Philosophicus. Init. f. 218. חלקים וקיימים מצר שהם בעלי חיים ובעלי צורה ולמה שהיתה הצמיחה

18. Ejusdem על העצם והמקרה *De Substantia, & Accidente*; ubi passim laudatur *Galenus*. Init. fol. 232. יחלק אלו זה שהוא מאוחר ההכרלה כמו השחרות

19. Ejusdem פי' על ספר המליצה PERUSC AL SEPHER HAMMELITSA, *Commentarius in Librum Interpretationis*, seu *Peribermenias*, Aristotelis. Init. fol. 236. המקום הנ' שנספר מה שאפשר שיתחייב אם יותר זה העון.

20. Fragmentum Tractatus Anonymi על לקות חמה ולבנה *De Eclypsi Solis & Lunæ*. Init. fol. 242. הלקות הס'ט' אכרועות וי'ב' דקי אצבעות ותמצא חצי שעור זמן

21. אלכתאב אלראבע מן קאנון אבו עלי בן סינה פי אלאמראץ ABU-ALI BEN-SINA, vulgo Avicennæ, Canonis Medicinalis Liber IV. FI ALAMRADH *de morbis*, qui non in unum aliquod corporis membrum cadunt, sed plura adficiunt; Arabice, literis tamen Rabbinicis descriptus, fine mancus. Init. f. 244. אלפן אלאול פי אלאמראץ

Is

Is Codex ante annum Creationis Mundi 5180. Christi 1420. exaratus est; utpote qui eo anno, die 29. mensis Chisleu, Novembris, ab Isaaco Medico venditus fuit R. Eliakimo, decem numis aureis; ut fol. 135. a tergo adnotatur.

CCCCXXIX.

Codex in 4. partim chartaceus, partim membraneus, foliorum 170. Rabbinicis literis exaratus, quo continentur,

1. ספר המצות מר שמואל בן שלמה R. SAMUELIS FIL. SALOMONIS, cujus ætas & patria latent, SEPHER HAMITSUOTH, *Liber Præceptorum*, necdum editus; ubi omnia Mosaicæ Legis Præcepta tam adfirmantia, quam negantia, quæ apud Judæos vigent, recensentur, brevibusque scholiis illustrantur. Initium fol. 1. בתוך ה' אלהי אשר לו יר · · אחת ענין האחד האמת הקדמון במציאות המתמיד ·

2. הלכות שחיטות ובדיקות *Constitutiones de ritu mactandorum animalium*, eorumque viscerum inspiciendorum, ut licite comedi possint; principio mutilæ. Init. fol. 9. שהוא רגיל במים כגון אווזים והאנטרי שלנו מאי תשיבה

3. פירוש על חגי מר'ד'ק' RADAK, i. e. R. Davidis filii Josephi Kimchi, *Expositio in Haggæum Prophetam*, quæ prodiit cum in Bibliis Rabbinicis Bombergianis, tum seorsim Paris. 1557. in 4. ex Latina versione Thomæ Noli Angli, qui & breves observationes adjecit. Init. fol. 13. a t. בשבת שתים לדריוש המלך הוא.

4. פירוש על חגי מהראע HARABAA, i. e. R. Abrahami Aben-Ezræ, *Expositio in Haggæum*, in laudatis Bibliis Bombergianis, & seorsim Latine ex versione Georgii Abichtii in Selectis Rabbinico-Philologicis, Lipsiæ 1705. in 4. & ex alia Danielis Lundii versione Latina notis illustrata, Upsal. 1706. in 8. edita, Init. fol. 14. ובשנת אחת לכורש מלך פרס : זה כורש בן אחשורוש בן אכתר

5. Fragmentum membraneum *Expositionis literalis in Leviticum*, ignoti Authoris. Init. fol. 20. מלאת ידם כ ל מילאוי ידים לשון חינוך כשהוא נכנס להנות מוחזק

6. Fragmentum Anonymi *Tractatus de rebus Astronomicis*. Initium fol. 22. יהיה בכאן מספר שני בערך בקע קשת ר'ל' המבוקש לידע והוא יהיה בכאן

7. הגהות HAGAHOTH, *Observationes* in nonnullas dictiones Biblicas, Grammaticæ, incerti authoris. Init. fol. 23. דנקוננה בעבור ואו החסירה · · · ואם כן

8. Ejusdem de *Longævitate antediluviana*. Init. f. 29. ולדעת השם יתברך ולמעלת

9. Fragmentum *Expositionis* literalis in quædam loca *Levitici* & *Paralipomenon*, absque authoris nomine. Init. fol. 30. עשית העגל זבחו במזבח לפני העגל על

10. Anonymi פירוש על פרשות האזינו וזאת הברכה *Expositio in Sectiones Audite Cæli quæ loquor*, & *Hæc est benedictio*; nempe a Cap. XXXII. usque ad finem Deuteronomii. Init. fol. 39. כמי שאינו רואה בצדרין · · והכעים וגו' וכל לשון

11. ספר חשבון הנפש SEPHER CHESCBON HANNEPHESC, *Liber Ratiocinii Animæ*, moralis, principio mutilus; ubi de virtutibus & vitiis potissimum differitur, sine Authoris nomine. Init. fol. 47. מהם עשרים תנאים ובכל נדר ונדר מנדרי

12. Fragmentum Tractatus incerti Authoris על מנהג התפלה *De Ritu precandi*. Init. fol. 57. שוהים הסידים הראשונים שעה אחת קודם התפילה

13. אגרות ר' יצחק בר ששת מאלגיירי לר' קולון אשכנזי R. ISAACI F. SCESCIATH DE ALGERIO, Anno Mundi 5134. Christi 1374. clari, IGGHEROTH, *Epistolæ* ad R. Ko-

R. Kolon Germanum, necdum editæ, principio tamen mutilæ; ubi de rebus Judicialibus Ebræorum, ſpeciatimque de contractibus, & libello repudii diſſeritur. Init. fol. 58. ומערער אבל בנדון שלפנינו שלא טעה הסופר באלו הדקדוקים

14. לקוטים ממדרשי על פרשת תולדות יצחק *Collectanea ex commentariis allegoricis* veterum Rabbinorum *in Sectionem, Generationes Iſaaci*, quæ a com. 19. Cap. XXV. Geneſ. ad com. 10. Cap. XXVIII. ejuſdem libri extenditur. Init. f. 62. מלביש ומכסה

15. פירוש בריתא בסוף פרקי אבות PERUSC BARAITHA BESOPH PIRKE AVOTH, *Expoſitio in extravagantem*, ſive *additionem*, *Tractatui de Capitulis Patrum ſubjectam*, ignoti Authoris. Init. fol. 70. בן חמש שנים למקרא קרא קא דריש דכתיב

16. Fragmentum *Tractatus de longævitate hominum antediluvianorum*, deque adventu Meſſiæ, fruſtra Judæis exſpectando. Pertinet ad opuſculum num. 8. ſignatum. Init. fol. 73. ויתכן לפרש ויתהלך חנוך שהשתדל

17. ספר האחד מר' אברהם אבן עזרא SEPHER HAECHAD, *Liber Unius*, ſive de virtute numerorum ab uno ad decem, authore *R. Abrahamo f. Ezræ*, ineditus, quem Sabbathæus in Labiis Dormientium cum ejuſdem Aben-Ezræ libro המספר *Hamiſpar*, de Arithmetica confundit; principio mancus. Init. f. 75. השנים תחלת

18. Fragmentum ejuſdem R. Abrahami Aben-Ezræ ספר סוד השם SEPHER SOD HASCEM, *Libri de myſterio Nominis Tetragrammati*. Init. fol. 77. a terg. בשם אחד יסוד כל האחדים ... נאם אברהם בר מאיר הספרדי זל' זה הספר חלקתיו ·

19. Fragmentum דקדוק *Grammaticæ* Ebraicæ, ignoti authoris. Init. fol. 81. ואם אניע הוא קמץ כנון אשנה

20. Fragmentum ספר המצות מהרמבם" SEPHER HAMITSUOTH, MEHARAMBAM, *Libri Præceptorum R. Moſis Maimonidæ*. Init. f. 88. a t. הלכות דעות יש בכללן אחת

21. Anonymi ביאור על מדרש איכה *Expoſitio Commentarii Allegorici* veterum Rabbinorum *in Threnos*, imperfecta. Init. fol. 89. זבין נוריי ובין קנקניה ועבר

22. Ejuſdem ביאור על הגדה של פסח *Expoſitio in narrationem myſticam de Paſchate*, de qua ſuperius. Init. f. 90. ויסדתיך בספר ם או נשמע ובקול מפי הגבורה

23. ספר דרכי התלמוד SEPHER DARCHE HATTHALMUD, *Liber viarum Talmudis*, ſive introductio in Doctrinam Talmudicam; quomodo ſcilicet intelligenda ſint argumenta & quæſtiones, quæ ibidem tractantur. Authoris nomen latet. Ejuſdem tamen inſcriptionis & argumenti librum a *R. Iſaaco Kanpanton Hiſpano*, A.C. 1463. ætatis 103. defuncto, compoſitum, memorat Wolfius Tom. I. num. 1264. ubi & ejus editiones recenſet. Init. f. 104. הבא ליטהר מסייעין לו ושב

24. פשטים על כמה פסוקי מהחומש ומתהלים *Expoſitiones literales nonnullorum commatum, ex Pentateucho, & Pſalmis* excerptorum, ignoti Authoris. Init. f. 108. נע כה ויעש נוצה בו הנע דברך אליהם ·

25. משלים MESCIALIM, *Sententiæ morales*, ex libro Proverbiorum Salomonis, & Talmude excerptæ, & Alphabetico ordine diſpoſitæ. Init. fol. 118. גדולה המלאכה שמתחממת בעליה : גרמא דנפיל לחלקך ·

26. Fragmentum Tractatus Anonymi, *de Anima*, a corpore ſejuncta. Initium fol. 120. ולא תמצא ספור ימעשה ודבר ועניין בתורה שאינו דבר שכל העולם

27. *Expoſitio Commatis* 9. Capitis I. Geneſeos; ubi de aquis in unum locum a Deo congregatis. Init. fol. 121. רבי אליעזר אומר מן אוקיאנוס שנאמר

28. Fragmentum Anonymi Tractatus *de Feſto Capitis Anni, & die Expiationis*

nis peccatorum. Init. fol. 122. וביום ההוא יתקע בשופר ארז״ל ובאו האובדים וישתחוו

29. Fragmentum Lexici R. Josephi Aben Caspi, cujus titulus שרשרות כסף SCIARESCEROTH CHESEPH, i.e. *Catenulæ Argenteæ*, ex Exod. XXVIII. 14. Init. f. 123. אמר ר׳ משה ז״ל׳ שאל שר אחר זכו׳ או מלה או כלל.

30. Anonymi Tractatus לעשות כלי ההכמה LAASCIOTH CHELI HAHABATA, *De constructione Instrumenti* cujusdam Mathematici, ad declinationes venandas, & alia hujusmodi cognoscenda; quod tamen ab usitato Astrolabio aliquantulum differt. Init. fol. 124. מעשה כלי ההכמה הנקרא נפטור בארוץ

31. Fragmentum מעשיות התלמוד *Historiarum Talmudicarum*, sive potius fabulosarum narrationum de variis casibus, qui in eversione Templi Hierosolymitani contigisse dicuntur. Init. fol. 125. שלאילו עושה להם כך הן נהונים עליו

32. אגרת הפטירה לאבו בכר בן יחיי אלצאיג ABU-BACR, sive ut Judæi plerumque legunt, *Abu-Becher fil. Jachiæ Altsajeg*, i. e. Aurificis, Arabis, IGGHERETH HAPPETIRA, *Epistola de discessu*, seu abductione Animæ a rebus mundanis ad Deum, Fratri inscripta, nondum edita; quam ex Arabica lingua in Ebraicam transtulit ר׳ חיים בן יהודה בן ביבאש R. *Chajim filius Judæ ben-Vivasc*, Hispanus, de quo alibi. Init. fol. 128. אמר אבובכר בן יחיי אל צאיג באגרת כתב אותה לאחד

33. Fragmentum Anonymi Tractatus de *Arithmetica*. Init. f. 130. ראשונים שהוא

34. Fragmentum ביאור על ס׳ מורה נבוכים *Expositionis in librum More Nevuchim*, Directorem Perplexorum *R. Mosis Maimonidæ*; cujus author ignoratur. Init. fol. 131. שאמרתי והוא מארטו ר״ל שמלביש לו צורה

35. Fragmentum פירוש על ס׳ משלי *Commentarii in librum Proverbiorum Salomonis*, literalis, ignoti Authoris. Init. fol. 144. לחם ר״ל ישאר לו מהונו כי אם

36. Fragmentum Tractatus Anonymi de גיטין *Ghittin*, seu libello Repudii. Init. fol. 152. כשרי ונימא ליא דה״ק׳ הא כיון דפריש בהדייא בסופא פסולה

37. Fragmentum *Expositionis* Anonymi Arabis in *Librum Job*; Arabice, verum literis Rabbinicis. Init. fol. 153. נזקק אותם אבן יצוק נחושה

38. Ejusdem ביאור על ספר דניאל *Commentarius in Librum Danielis*; Arabice itidem, charactere tamen Rabbinico descriptus. Init. f. 157. a t. ולמדם ספר ולשון

39. Fragmentum Tractatus *Mahometis Alphragani* de יסודות התכונה *Jessodoth Hatthecuna*, seu *Fundamentis Astronomicis*, & *Motu Cælorum*, quem ex Arabico in Ebraicum idioma vertit ר׳ יעקב בן שמשון אנטולי *R. Jacob, filius Samsonis Antoli*, Anno Mundi 5040. Christi 1280; ut superius in Codd. CCCLXXXV. n. 4. & CCCLXXXIX. n. 1. monuimus. Init. fol. 159. בין עגולת האופק ובין עגולה גדולה

Is Codex, quem haud immerito ad decimumquintum Christi seculum referas, pertinuit olim ad *R. Judam filium Isaaci Germanum*; ut in ejus calce adnotatur.

CCCCXXX.

Codex antiquus in 4. bombycinus, foliis constans 105. charactere Rabbinico eleganti exaratus; quo continetur,

Anonymi ס׳ מסגולות עשבים ואבנים טובות ומרפואות SEPHER MISEGULLOTH HASSAVIM VEHABANIM TOBOTH, *Liber de proprietatibus*, seu *virtutibus herba-*

barum, & *lapidum pretiosorum*, deque rebus ad medicinam pertinentibus, Arabicus, verum Ebraicis literis descriptus, & Alphabetico ordine dispositus. Init. fol. 1. חרף אלאלף תפסירה באכת לאף אללנאת

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

CCCCXXXI.

Codex antiquus, in 4. partim bombycinus, partim membraneus, foliorum 110. Rabbinicis literis descriptus, olim Palatinus; quo continentur, Symmicta Cabbalistica; videlicet,

1. Anonymi ביאור על ספר הבהיר BIJUR AL SEPHER HABBAHIR, *Expositio in Librum Illustrem*, seu Elucidarium Cabbalisticum *R. Nechoniæ filii Kanna*; ubi de Cabbala, & Divinis Nominibus ingeniose differitur; fine manca. Init. f.1. הכונה במאמר הזה לעיין בו כספר המדרשמי הנקרא ספר הבהיר׃

2. Ejusdem ספר החיים SEPHER HACHAIIM, *Liber Vitæ*; in quo, de tetragrammato Dei nomine, per alia nomina exposito, quæ 12. 42. & 72. literis constant, Cabbalistice agitur. Init. fol. 27. זה ספר הנקרא ספר החיים כי חיים הוא

3. ספר מסורת החכמה מר׳ אברהם לוי R. ABRAHAMI LEVITAE, forte *Senioris*, discipuli R. Mosis Corduero, seculo XVI. Hierosolymis clari, ut arbitratur Wolfius; SEPHER MASSORETH HACHOCMA, *Liber Traditionis Sapientiæ*, sive Commentarius in decem *Sephiroth*, i. e. numerationes Cabbalistarum, recentiori manu exaratus. Init. f. 42. שאלת ממני האיש החשוב בעיני אלהים ואדם להגיד אליך

4. Anonymi פירוש שיר השירים *Expositio in Canticum Canticorum*, *Cabbalistica*. Init. fol. 49. בשם חונן הדעת ויתן לאדם עין רואה ואוזן שומעת

5. ספר התמונה SEPHER HATTHEMUNA, *Liber Similitudinis*, ejusque arcanorum; ubi de forma & mysteriis literarum Ebraicarum, secundum placita Cabbalistarum, exponitur. Tribuitur hujusmodi Liber *R. Ismaeli filio Eliæ*, *Sacerdoti Magno*, & *R. Nechoniæ filio Kanna*, de quibus superius. Initium fol. 63. a terg. בכל עת יהיו בגדיך לבנים ושמן על ראשך הם בגדי כהן׃

6. סוד שם המפורש SOD SCEM HAMMEPHORASC, *De Mysterio Nominis tetragrammati expositi*, per alia scilicet Divina Nomina, constantia 12. 42. & 72. literis. Commentarius Cabbalisticus ignoti Authoris. Init. f. 73. a t. סוד שם המפורש

7. Ejusdem הגהות על כב״ אותיות *Observationes in viginti duas Alphabeti Ebraici literas*, & in מנצפך״, i. e. quinque literas finales, quæ aliter ac in principio aut medio scribi solent, Cabbalisticæ. Init. fol. 75. a t. זה לנמול חסר וזה לנמול

8. Fragmentum Tractatus Anonymi *de decem* ספירות *Sephiroth*, seu nominibus, quæ Deo a Cabbalistis tribuuntur. Init. fol. 77. אלו הם עשר כחות נבוהים

9. סוד שם היחוד SOD SCEM HAJECHUD, *Secretum Nominis Unitatis*; ubi de simplicissima Dei unitate Cabbalistice agitur. Authoris nomen latet. Attamen Andreas Masius in Catalogo Mss. Orient. Biblioth. Vindobon. ejusdem tituli, & argumenti opusculum *R. Menachem Recinensi* adscribit. Initium fol. 89. a t. דע והבן סוד הייחוד איך הוא מתיחד בעיקר אצילותו ביחוד עצמותו מ כה הפסוק׃

10. שמוש שם המפורש SCIMMUSC SCEM HAMMEPHORASC, *De usu nominis Dei expositi*, ejusque virtute, ad mira perpetranda, Tractatus Cabbalistico-practi-

ejus limine hæc leguntur: אמר המתרגם חנניה בן יצחק היוצרי *dixit Interpres Channania filius Isaaci Hajotseri*. Quæ quidem in nostrum librum minime quadrant; utpote qui octo Capitibus absolvitur, incipitque fol. 96. a tergo hisce verbis: אמר הישמעאלי המעתיק השם יצליח מלך המאמינים ויאמצהו לחזק הדת.

6. ספר התפוח לארסטו SEPHER HATTHAPUACH LEARISTO, *Liber de Pomo Aristotelis*, supposititius, ex variis Græcorum Philosophicis scriptis Arabice compilatus, & a ר' אברהם בן חסדאי בן שמואל הלוי *R. Abrahamo f. Chasdai, f. Samuelis, Levita*, Archirabbino Barcinonensi, in Ebraicam linguam conversus. Vide supra Cod. CCXCII. num. 17. ubi hujus libri synopsim, & tituli rationem exhibuimus. Init. fol. 156. אמר אברהם הלוי בר חסדאי כאשר עיינינתי בספר הזה

7. ספר מהלך שבילי הדעת מר' משה בן יוסף קמחי R. MOSIS KIMCHI, f. R. Josephi, & fratris R. Davidis, A.M. 4950. Ch. 1190. clari, SEPHER MEHALEC SCEVILE HADDAATH, *Liber Incessus semitarum Scientiæ*, sive Grammatica Ebræa, satis nota, quæ tum seorsim, tum una cum variorum Commentariis sæpius lucem publicam aspexit. Init. fol. 161. מהלך שבילי הדעת קרבת מליצת חכמה יתרון

8. Anonymi פתרון המלות *Conjugationes Nominum & Verborum* Ebraicorum, cum eorundem interpretatione Italica, literis tamen Rabbinicis descripta. Initium fol. 171. a terg. פעל עבר שלא לנוכח לזכר פעל ארופיאו לנקבה פעלה ארופידאו

9. חמשים משלים מחמשים התלמידים *Quinquaginta Proverbia totidem Discipulorum*, sive apophtegmata, & sententiæ morales Philosophorum, stricta oratione ab Anonymo exposita; de quibus supra in Codice CCXCII. num. 11. Initium fol. 176. חכם אחד רצה לנסות חכמת חמשים התלמידים משכלים והם יושבים

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

CCCCXXXVI.

Codex antiquus in fol. membraneus, foliis constans 412. charactere quadrato longe elegantissimo descriptus; ubi continentur,

נבאים ראשונים ואחרונים NEVIIM RESCIONIM VEACHARONIM, *Prophetæ Priores & Posteriores*, una cum punctis vocalibus, & notis *Masorethicis*, ad marginem recentius additis, quæ tamen a Capite XVI. Judicum ad finem usque intermittuntur; nec non cum Indice *Haphtaroth*, sive lectionum Propheticarum, singulis Pentateuchi Sectionibus adjungendarum, qui lectionibus ipsis præfigitur.

Prophetæ Priores incipiunt fol. 1. a t. ויהי אחרי מות משה עבד יהוה ויאמר

Prophetæ Posteriores, f. 202. a t. חזון ישעיהו בן אמוץ אשר חזה על יהודה

Is Codex ante annum Creationis Mundi 5155. Christi 1395. descriptus est, quum eo anno *feria secunda, die* 11. *mensis Sivan*, Maii, comparatus dicitur in Civitate *Firmo a Menachem filio Samuelis Altarino*, solutis *Emmanueli Salomonis filio*, ad quem pertinuerat, triginta ducatis aureis; ut liquet ex instrumento hujusce contractus, a *Josepho filio Mardochæi Gallo*, *Samuele de Rovigo*, seu Rhodigio Venetorum oppido, & *Salomone Gallo*, ceu testibus recognito, quod initio præfigitur.

Co-

CCCCXXXVII.

Codex antiquus, in 4. membraneus, constans foliis 293. charactere quadrato satis eleganti exaratus, olim Regio-Alexandrinus, sive ad insignem *Alexandræ Christinæ Svecorum Vandalorumque Reginæ* Bibliothecam spectans, quam sibi ab eadem Regina testamento relictam, ALEXANDER VIII. Vaticanæ Bibliothecæ addixit. Ibi continentur,

1. ספר תורה וחמש מגלות SEPHER THORA, VECHAMESC MEGHILLOTH, *Liber Legis*, seu *Pentateuchus Mosis*, & *Quinque parva Volumina*, punctis vocalibus & accentibus animata, notisque Masorethicis ad marginem illustrata, quæ tamen nova manu adjecta videntur. Init. f. 1. בראשית ברא אלהים את השמים

2. *Formula facultatis exercendi lanioniam*, quæ a Rabbinis concedi solet; adjectis Psalmis CXXXVI. & LXXVIII. secundum recensionem vulgatæ editionis. Init. fol. 290. חכם לב יקח מצות ואויל שפתים ילבט

3. שיר על יג׳ עקרים *Canticum in tredecim Articulos Fidei Judaicæ*, juxta doctrinam *R. Mosis Maimonidæ*, qui eos in præfatum numerum primus redegit. Init. fol. 291. a terg. יגדל אלהים חי וישתבח אחד ואין יחיד כייחודו

5 סגולות *Secreta medicinalia*, superstitiosa; quorum 1. de mulieribus utero gravibus, ut nimirum ad parturiendum faciles reddantur. Init. ibid. לאשה המקשה

Quæ omnia, si Psalmos excipias, majusculo charactere quadrato exaratos, recentioribus Rabbinicis literis addita sunt.

Is Codex ad decimumtertium Christi seculum videtur referendus; pertinuitque olim ad *Mardochæum filium Davidis*, qui illum a *Juda Salomonis filio*, Anno Creationis Mundi 5224. Christi 1364. se emisse, testatur fol. 289. a tergo.

CCCCXXXVIII.

Codex in fol. membraneus, foliorum 339. quadratis majusculis literis nitidissime exaratus, olim Regio-Alexandrinus; ubi continetur,

מחזור MACHAZOR, *Cyclus*, sive *Breviarium* complectens Preces, & Cantiones, plerasque rhythmicas, accentibus, & punctis vocalibus insignitas, quibus Judæi Germani pro solemnioribus mensis Septembris diebus uti consueverunt. Init. fol. 1. המלך היושב על כסא רם ונישא שוכן עד מרום

Adcedunt *Preces* aliæ pro ceteris præcipuis Solemnitatibus, charactere tamen Rabbinico ad marginem, & ad calcem a ר׳ שמואל בן אלעזר *R. Samuele fil. Eleazari* recentius additæ, qui in earum clausula, fol. 339. testatur, Parisiis se comparasse hunc librum quinque nummis aureis, qui vulgo *Luigi* adpellantur. Singularum autem Precum & Cantionum initiales voces aureis literis distinctæ sunt. In fine vero exstat stemma minio fucatum, forte *R. Alexandri fil. Kalonimi*, in cujus usum hic Codex fuit descriptus, exhibens duos Leones obversis frontibus stantes. Is vero Codex scriptus est Anno Christi 1446. ut hæc ostendunt librarii verba, quæ fol. 337. leguntur: אני שמואל בר קלונימוס הסופר כתבתי זה המחזור לרבי אלכסנדר בר קלונימוס הבחור וסיימתיו ביום ד׳ כ׳ב׳ מרחשון שנת המשת

חמשת אלפים וק״ו לפרט : חזק ונתחזק וכו׳ *Ego Samuel f. Kalonymi scriba exaravi hunc Cyclum, ad usum R. Alexandri f. Kalonymi Junioris, absolvique illum feria quarta, die 22. mensis Marchescuan*, Octobris, *Anno Creationis Mundi* 5106. *Confortare, & esto robustus*, &c.

CCCCXXXIX.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliis constans 171. charactere quadrato longe elegantissimo scriptus, olim Regio-Alexandrinus; quo continetur,

Veteris Testamenti Pars I. sistens tres priores Pentateuchi Mosis libros, videlicet *Genesim*, *Exodum*, & *Leviticum*, una cum *Targum*, seu Paraphrasi Chaldaica *Onkelosi*, singulis versibus subjecta, tribus columnis dispositos, punctisque vocalibus & accentibus animatos. Adcedit utraque *Masora*, inter columnas, & ad oram minuscula charactere descripta, cum summa commatum in sacris libris contentorum, quæ ad singulorum calcem adposita est, ut in Bibliis magnis vulgatis. Init. fol. 1. בראשית ברא אלהים את השמים

Is Codex ad decimumtertium Christi seculum videtur referendus.

CCCCXL.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliorum 227. quadratis literis nitidissime exaratus, olim Regio-Alexandrinus. Ibi continentur,

1. Veteris Testamenti Pars II. hosce sacros libros complectens, tribus columnis dispositos, & punctis vocalibus, atque accentibus animatos, videlicet *Numeros*, cum *Thargum*, seu Paraphrasi Chaldaica singulis versibus, subjecta, *Deuteronomium* cum eadem Paraphrasi, & *Quinque parva Volumina* absque Paraphrasi Chaldaica, sed cum notis Masorethicis ad marginem tantum; nempe *Ruth*, *Canticum Canticorum*, *Ecclesiasten*, *Threnos*, *Esther* cum *Haphtaroth*, seu *Capitulis e Prophetarum libris*, post singulas Pentateuchi Sectiones in Synagogis legendis, *Job*, & *Jeremiam*. Init. fol. 1. וידבר יהוה אלמשה במדבר סיני

2. תרגום THARGUM, seu *Paraphrasis Chaldaica in Pentateuchum*, quam *Hierosolymitanam* vocant, & cujus author incertus, Onkeloso tamen recentior; ut scite demonstrat Wolfius Tom. II. pag. 1168. ubi & ejus Latinas versiones, atque editiones recenset; in quinquaginta quatuor Sectiones, quot scilicet, per anni circulum in Synagogis ex Pentateucho legi solent, distributa.

Genesis incipit fol. 198. בחכמה ברא יהוה ית שמיא וית ארעא
Exodus, fol. 207. a t. ואלה שמות : ויקם מלך חדש : וקם מלך בשירוי על מצרים
Leviticus, fol. 213. ויקרא והוה כד כיון דאשלים משה למקמה ית משכנא
Numeri, fol. 215. במדבר סיני : פקדיהם סממיהון את הקערת
Deuteronomium, f. 220. a t. אילן פיתגמיא די מליל משה עם כל ישראל

Is Codex eadem, qua præcedens, manu descriptus est; atque adeo ad decimum tertium Christi seculum videtur referendus. Pertinuit olim ad *Chanoc filium Baruc* Wailliel; ut in fine adnotatur.

Co-

CCCCXLI.

Codex chartaceus in 4. foliis constans 277. charactere Rabbinico exaratus, olim Regio Alexandrinus; ubi continentur,

Symmicta Cabbalistica, pleraque absque nomine Authoris; videlicet,

1. הנהות על אותיות *Observationes in Alphabetum* Cabbalisticæ; ubi agitur de ratione constituendi ex literis Ebraicis numerum mysticum 60. & 72. juxta Cantic. VI. 7. *Sexaginta sunt Reginæ*, & secundum septuaginta duo Nomina Divina, quæ ex Cap. XIV. Exodi eruuntur. Init. fol. 1. אלף בית גימל דלת הא ואו זין חירת

2. לקוטים מהתלמוד *Collectanea ex Talmude*, cum observationibus Cabbalisticis ignoti Authoris. Opus necdum editum, verum imperfectum, teste calligrapho, qui fol. 83. scribit, *se non invenisse amplius de hoc opere in authographo, unde illud descripsit*. Init. fol. 1. a terg. ברכות פ'ק' מאימתי קורין את שמע בערבית

3. הנהות מר' מנחם רקאנתי *Observationes Cabbalisticæ*, ex scriptis *R. Menachem Rekanati*, seu de Recineto Marchiæ Anconitanæ oppido, erutæ, adjecto Indice, parum tamen adcurato, opusculorum, quæ in hoc Codice exhibentur. Init. fol. 88. ויכל יעקב לצוות אל בניו עיין בפרשת בא אל פרעה

4. צורת הכסא של שלמה *Figura*, seu *descriptio Throni Salomonis* Regis, juxta placita Cabbalistarum. Init. fol. 90. צורת הכסא של שלמה המלך ע'ה' דרשו ר'ז'ל'

5. תרגום יונתן בן עוזיאל *Thargum*, seu *Paraphrasis Chaldaica Jonathanis fil. Uzielis*, in comma 21. Cap. IV. Threnorum, *Gaude & lætare Filia Edom*, &c. cum varia lectione ejusdem commatis apud Cabbalistas. Init. f. 91. חריאי וכדיחי

6. הנהות על נ' עולמים *De tribus Mundis Observationes* ex variis Cabbalistarum libris depromtæ. Init. ibid. בספרי הקבלה כי ה'נ' עולמות שברא ה'ב'ה' הראשון

7. *De Genealogia* quorundam *Rabbinorum*, qui תוספות *Thosaphoth*, seu *Additiones Talmudicas* conscripserunt; videlicet *Rasci*, *R. Tham*, *R. Isaaci filii Meir*, ejusque discipulorum; de quibus videsis Wolfium Tom. II. pag. 1450. Initium fol. 91. a terg. תלמידי רי' בעל התוספות ר' יהודה מפריש ר' משה מאיברא

8. חרוזים על הקבלה *Carmina in Cabbalam*, ex Libro *R. Abrahami Kenath*, qui שער השמים *Sciaar Hasciamaim*, Porta Cælorum inscribitur, desumta. Initium fol. 92. בר לב סורה ועמוד לראות : מחזות שדי הצבאות

9 מחלוקות אביי ורבא *Disputationes* Talmudicæ inter *Abaje*, & *Rabba*, doctores Amorreitas, seculo Christi quarto ineunte claros, quæ secundum doctrinam Abaje resolvuntur, exceptis sex casibus, qui in Censuris Talmudicis memorantur. Init. Ibid. אביי ורבא הלכתא כרבא בר ל'י'ע'ל' ק'נ'ם' והם ששה הלכות

10. על האותיות *De Literis* Alphabeti, & notis vocalibus Ebræorum, earumque divisione, & pronunciatione, secundum doctrinam Cabbalisticam. Init. ibid. מאותיות הנרון כ' קלות וכ' בברות

11. מספר סתרי תורה מר' משה בר נחמן Excerpta ex Libro *R. Mosis filii Nachman*, cujus titulus *Sithre Thora*, Arcana Legis; ubi de Mysteriis Mosaicæ Legis, deque Prophetia, & modo, quo Prophetæ illustrabantur; item de decem *Sephiroth*, seu adtributis Divinis, aliisque hujusmodi Cabbalistice disseritur. Init. fol. 93. אמר הרב הקדוש ר' משה בר נחמן ז'ל' יתברך הבורא שהוא חי וקיים

12. שאלות ותשובות לר׳ האיי גאון R. HAI GAON, decimo Christi seculo clari, *Quæstiones & Responsiones* in Librum *Jetsira*, de Creatione; ubi & de traditione veterum Rabbinorum circa numerum & figuram Divinorum nominum, & speciatim nominis tetragrammaton, Cabbalistice exponitur. Initium fol. 95. נשאלה שאלה למאור הגדול אדון החכמה רבי׳ האיי גאון.

13. הנהות על צורת שם יהוה *Observationes in figuram Nominis Dei tetragrammaton*, in vetusto Codice inventam, atque heic delineatam; de qua fuse Bartoloccius agit. Init. fol. 97. תדעו המשכילים כי כל נקודה ונקודה עולם עליון בפני עצמו

14. הנהות על צורות הספירות *Observationes in figuras decem Numerationum*, sive Nominum, quæ Deo a Cabbalistis tribuuntur. Init. f. 98. המלאכים של מעלה

15. סוד גן עדן SOD GAN EDEN, *Mysterium Horti Voluptatis*, seu Paradisi; ubi de figura decem *Sephiroth*, quam אילן החכמה *Ilan Hachocma*, Arborem Sapientiæ vocant, & de aliis adtributis Divinis Cabbalistice differitur. Initium fol. 110. אילן החכמה סוד גן עדן בעולם הרוחני כעולם הספירות

16. ספר יצירה *Liber de Formatione*, seu *Creatione*, Abrahamo Patriarchæ falso adscriptus, qui Librorum Cabbalisticorum veluti basis, & fundamentum est, complectiturque, teste Lambecio pag. 52. Prodromi Historiæ Literariæ, majori ex parte Pythagoricam philosophandi rationem ex literis & numeris; unde ejus argumentum est maxime Cabbalisticum, & obscurissimum. Initium fol. 118. בשלשים ושתים נתיבות פלאות חכמה הקק יה יהוה

17. צורות הספירות *Figuræ decem Numerationum*, sub quarum unaquaque subjicitur unum, aut plura ex Divinis nominibus & adtributis. Init. f. 122. a terg. כתר׳ אהיה : חכמה יה בינה יה יהוה.

18. פי׳ על פס׳ וילכו שלשת ימים *Adnotatio Cabbalistica* in illud Numerorum VIII. 33. *Et ambulaverunt viam trium dierum in deserto*. Init. f. 123. וילכו שלשת

19. תפלה *Oratio*, ad varia præter naturæ ordinem obtinenda, ac in primis ut memoria retineas quidquid legeris, superstitiosa. Init. f. 123. a t. צריך אתה

20. Fragmentum מעשה בראשית *Operis in principio*, sive *historiæ Creationis*; ubi scilicet de opere sex dierum allegorice agitur. Init. f. 124. מעשה בראשיר חכמת

21. פי׳ על ס׳ יצירה מר׳ משה בוטריל R. MOSIS BOTRIL, quem per initia dictionum הרמב״ *Haramab* vocant, *Commentarius in Librum de Creatione*, qui cum ipso textu & quatuor aliorum Rabbinorum, nempe *Abrahami ben David*, sive *Dior*, *Mosis Nachmanidæ*, *R. Saadiæ Gaon*, & *R. Eliezer Garmiseni*, Commentariis prodiit Mantuæ 1562. in 4. sub tit. ספר יצירה המיוחס לאברהם אבינו ע״ה עם הביאורים *Liber Jetsira, qui adscribitur Abrahamo Patriarchæ p. m. cum quinque Commentariis*. Init. fol. 126. אמר משה בוטריל רצוני להפיק את רצון ההכם שהוא אוצר׳

22. סוד דרכי האותיות והנקודות *De Mysteriis Literarum*, & *Punctorum vocalium*, secundum doctrinam רב׳ גאונים *Rabbinorum Gaonim*, sive Gaonitarum, quorum Schola ab Anno Christi 689. ad 1038. perstitit. Id vero nomen sortiti sunt a præstantia Doctrinæ, quam vel ipsi sibi tribuebant, vel cujus opinione apud alios florebant. Vide Maimonidem in Præfatione ad Jad Chazaka. Init. fol. 183. סוד דרכי האותיות והנקודות וסוד הפעולות ותכונתם ותבניתם

23. שמוש התורה SCIMMUSC HATTHORA, *Usus Legis*, seu *Pentateuchi*, Libellus Cabbalistico-practicus, futilis & superstitiosissimus, qui fingitur Mosi Pro-

Prophetæ in Cælos ascendenti ab Angelis *Jephiphia Principe Legis*, & *Metatron Principe Hapanim*, i. e. Facierum, traditus. Ibi de conscribendis, invocandisque Dei Nominibus, & Amuletis conficiendis, ad mira quæque patranda, exponitur. Init. fol. 209. a terg. בראשית ברא נפיק מניה שדי בניהו ראה כ׳ש׳

25. הנהות על שם עב״ *Observationes in septuaginta duo Dei nomina*, ex tribus Commatibus Cap. IV. Exodi composita, quæ heic quadruplici ordinatione disponuntur in circulis, in qualibet pagina quaternis. Init. f. 218. a t. השמוה כהענולים

26. סודות שם המפורש *De Mysteriis Nominis Dei expositi*, per alia nomina, de quibus modo supra; præmissa figura decem *Sephiroth*, de quibus hæc Reuclinus Lib. 3. Cabbalæ: *Hæ Sephiroth Cabbalæ sunt decem Divina Nomina, quæ nos mortales de Deo concipimus, vel essentialia, vel notionalia, vel personalia, vel communia. Nominantur autem sic*, 1. *Chether*, Corona. 2. *Chocmah*, Sapientia. 3. *Binah*, Intelligentia. 4. *Ghevurah*, Potentia. 5. *Thipheroth*, Ornatus. 6. *Netsach*, Æternitas. 7. *Hod*, Majestas. 8. *Jesod*, Fundamentum. 9. *Malcuth*, Regnum. 10. *Ensoph*, Infinitas. Incipit autem Tractatus ille fol. 238. a terg. א׳ אהיה כתר עליון עלת העלות האור המתעלם

27. פירוש סוד התמונה העליונה *Expositio Mysterii Similitudinis excelsæ*; ubi de figura, & mystica formatione literarum Ebraicarum agitur, fine manca. Init. fol. 269. רגלי עמדה במישור ונו׳ נר לרגלי ואור לנתיבתי כי נר מצוה

Is Codex decimosexto Christi seculo videtur exaratus.

CCCCXLII.

Codex in fol. chartaceus, foliorum 238. Rabbinicis literis descriptus, olim Regio-Alexandrinus; quo continetur,

טור חושן המשפט מר׳ יעקב בן אשר R. JACOBI FILII ASCER, filii Jechielis Germani, de quo superius, TUR CHOSCEN HAMMISCPAT, *Ordo Pectoralis Judicii*, ex Exod. XXVIII. 15. sive Pars IV. ejusdem Authoris libri, qui ארבע טורים *Arbaa Turim*, Quatuor Ordines, inscribitur, duabus columnis dispositus, & in triginta octo constitutiones, quæ iterum in varia Capita abeunt distributus, ubi de officiis, & ritibus Judaicis, ad forum, sive judicia & Judices relatis; ut de jurejurando, commerciis & similibus agitur; præmissa Præfatione cum Indice Constitutionum & Capitum, quibus totus liber absolvitur. Init. fol. 1. ברוך אשר בחר בנו מכל העמים ונתן לנו תורת אמת·

Is Codex ante Annum Christi 1467. exaratus fuit; ut adparet ex epigraphe nova manu ad calcem adposita, ubi adnotatur annus emortualis cujusdam *Josue*, forte possessoris ejusdem Codicis, qui fuisse dicitur annus Creationis Mundi 5227.

CCCCXLIII.

Codex antiquus in 8. foliis constans 130. charactere quadrato minusculo, verum longe elegantissimo, atque nitidissimo exaratus; ubi continetur,

ספר תורה SEPHER THORA, *Liber Legis*, sive *Pentateuchus Mosis*, unacum accentibus, & punctis vocalibus, duabus columnis dispositus, variisque figuris

avium, & florum auro & minio fucatis, in fronte, & calce singulorum sacrorum librorum exornatus.

Genesis incipit fol. 1. בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ

Exodus, fol. 33. ואלה שמות בני ישראל הבאים מצרימה את יעקב

Leviticus, fol. 60. ויקרא אל משה וידבר יהוה אליו באהל מועד

Numeri, fol. 79. וידבר יהוה אל משה במדבר סיני באהל מועד

Deuteronomium, f. 104. אלה הדברים אשר דבר משה אל כל ישראל

Adcedit ad calcem Fragmentum libri Geneseos, duobus foliis comprehensum, quorum primum cum notis vocalibus, alterum sine ipsis, diversa a superiori manu conscriptum. Is vero Codex, cujus ætas ad decimumquartum Christi seculum videtur referenda, pertinuit olim ad *Mosem Davidis filium*, cujus stemma, coloribus aqua dilutis effictum, initio præfigitur.

CCCCXLIV.

Codex antiquus in 8. membraneus, foliorum 143. Rabbinicis literis elegantissime scriptus, olim Regio-Alexandrinus; quo continetur,

ספר תהלים SEPHER THEHILLIM, *Psalterium Davidis*, accentibus, & notis vocalibus, recentius additis, animatum; variis tamen in locis mancum. Init. fol. 1. לכו חזו מפעלות אלהים אשר שם

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

CCCCXLV.

Codex in fol. chartaceus, foliis constans 145. charactere Rabbinico descriptus; ubi continentur,

לקוטי מדרשים על התורה *Collectanea Expositionum Allegoricarum in Legem*, seu Pentateuchum Mosis, ex diversis Rabbinorum scriptis; ubi & nonnulla aliorum sacrorum librorum commata allegorice item declarantur, absque nomine Collectoris. Init. f. 1. הנסה דבר אליך וכו' הנה לרעת המפרשים שפרשו שאמר אליכז

Is Codex ante annos centum descriptus fuit ex superiori Cod. LXV. qui quum ob nimiam vetustatem multis in locis vix legi, & in aliquibus nec legi posset, adeo ut in hoc apographo necesse fuerit ea præterire, optime consultum fuit illum transcribere.

CCCCXLVI.

Codex antiquus in fol. constans foliis 340. charactere Rabbinico elegantissimo conscriptus, olim Regio-Alexandrinus. Ibi continetur,

ספר השרשים מר' דוד בן יוסף קמחי R. DAVIDIS KIMCHI, de quo superius, SEPHER HASCERASCIM, *Liber Radicum*, sive Lexicon Ebraicum Biblicum, Alphabetico ordine dispositum, principio tamen mancum; præfixo Indice omnium vocum Chaldaicarum, quæ in Sacris Bibliis occurrunt. Initium fol. 5. על אזניך מהשורש הזה והנכון שהאלף נוסף.

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

Co-

CCCCXLVII

Codex antiquus, in 4. membraneus, foliorum 358. quadratis literis nitidissime scriptus, ex Mesopotamia in Bibliothecam Vaticanam anno Christi 1721. ab Andrea Scandar Archipresbytero Maronita inlatus; ubi continentur,

1. ספר תורה SEPHER THORA, *Liber Legis*, seu Pentateuchus Mosis, duabus columnis dispositus, punctisque vocalibus, recens tamen additis, & notis Masorethicis ad marginem in varias figuras adfabre redactis, ut & ceteri, qui in hoc Codice exhibentur, sacri libri, illustratus. Init. f. 1. a t. בראשית ברא

2. כתובים *Hagiographa*, sive *Scriptores Sacri*, videlicet, *Psalmi*, *Proverbia*, *Job*, *Ruth*, *Canticum Canticorum*, *Threni*, *Esther*, *Ecclesiastes*, *Daniel*, *Esdra*, & *Nehemias*; præmissis *Haphtaroth*, seu Capitulis e Prophetarum libris, quæ per anni circulum, singulis sectionum Pentateuchi lectionibus adjungi solent. Init. fol. 192. כה אמר האל יהוה בורא השמים

Is Codex, quem non immerito ad decimumtertium Christi seculum referas, pertinuit olim ad *Jacobum Lermam*; ut ad calcem adnotatur.

CCCCXLVIII.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliis constans 341. charactere quadrato elegantissimo exaratus, olim Otthobonianus, sive ex Mss. Codicibus Bibliothecæ DD. Otthobonorum de Urbe, quos, BENEDICTUS XIV. Pontifex Maximus quinque aureorum millibus comparatos, Vaticanæ Bibliothecæ nuper addixit. Ibi continetur,

ספר תורה SEPHER THORA, *Liber Legis*, sive Pentateuchus Mosis, cum תרגום *Thargum*, seu Paraphrasi Chaldaica *Onkelosi*, singulis versibus subjecta, tribus columnis dispositus; nova manu additis accentibus, & punctis vocalibus, nec non Masorethicis notis, quæ ad marginem & inter columnas, characteribus minusculis in varias figuras ductis, descriptæ sunt.

Genesis, a com. 16. Cap. II. usque ad com. 12. Cap. VII. mancus, incipit fol. 1. בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ

Exodus, fol. 76. a t. ואלה שמות בני ישראל הבאים מצרימה את

Leviticus, fol. 153. a t. ויקרא אל משה וידבר יהוה אליו מאהל מועד

Numeri, fol. 198. a t. וידבר יהוה אל משה במדבר סיני באהל מועד

Deuteronomium, fol. 273. a t. אלה הדברים אשר דבר משה אל כל ישראל בעבר

Is Codex cujus pleraque folia ex inscitia bibliopæi perperam compacta, scriptus est שנת אלפים ויב׳ לבריאת העולם *Anno Creationis Mundi* 5012. Christi 1252. uti ad calcem adnotatur.

CCCCXLIX.

Codex antiquus, in fol. membraneus; foliorum 297. charactere quadrato nitidissimo exaratus; quo continetur,

KIT-

קצור פסקי הרא״ש KITSUR PISKE HARROSC, i. e. *Compendium decisionum R. Ascer f. Jechielis*, Germani, Præsidis Synagogæ Rotenburgensis, qui inde, ex metu Imperatoris Astaulphi, non vero Rodulphi, ut in superiori Codice CXLIX. ex Bartoloccio incauti scripsimus, Toletum fugit A. M. 5066. Ch. 1306. ubi tandem e vita abiit die 9. mensis Octobris A. M. 5081. C. 1321. teste Menachem f. R. Jacobi, Asceris nostri discipulo, in præfatione ad Librum צדה לדרך. *Viatici in via*. Adcedunt ad marginem Anonymi adnotationes, charactere Rabbinico, & quidem elegantissimo exaratæ. Porro Decisiones illæ, quarum initiales voces auro & minio distinctæ sunt, quæque summatim ea exhibent, quæ in ipsa *Ghemara*, *Rasci*, & *Tosephoth* susius tractantur, incipiunt f.4. ומן ק׳ש׳ של ערבית מצארת

In prioribus tribus foliis, & postremis duobus exstat Fragmentum anonymum Expositionis in Tractatus Talmudicos de *Porta postrema*, & de *Prophanis*, diversa tamen manu exaratum. Is autem Codex scriptus est Anno Christi 1381. ut hæc docet metrica epigraphe, charactere majusculo exarata, quæ fol. 288. a tergo legitur: סליקא מסכת נדרים : בעזרת עוטה אורים : שפתי רננות אהלל לצורי לו מעטה טפטופי ושירי : מלמד אצבעותי ועיני האירי : הטריפני הקי ויבוש הורפי יצרי : בסיומי סמני אשרי : בשנת על א׳ד׳ו׳ם יתן נקמתו : במהרה יחיש לנו גאולתו : וכתבתיו לר׳ משה בן מ׳ה׳ר׳ תנחום זכרונו לברכה השם יזכהו להגות בו וכו *Explicit Tractatus de Votis, ope ejus, qui operit lumine; & labiis cantionum laudabo Creatorem meum, qui continuo distillari facit meum canticum, & qui docet digitos meos, & oculos meos illuminavit. Suppedita mihi quæ necessaria sunt. Et erubescant, qui probris me adficiunt, & mihi adversantur, qui absolvi librum Decisionum Asceris Anno: Et supra Edom dabit ultionem suam.* i. e. Creationis Mundi 141. juxta minorem supputationem. Tot enim efficiunt literæ *Veal Edom*, lineolis distinctæ. *Celeriter maturet nobis redemtionem suam. Scripsi autem hunc librum ad usum R. Mosis filii R. Thanchumæ, cujus memoria in benedictionem. Deus illum reddat dignum, qui legat in eo* &c. pertinuit olim ad *Chaiim filium Aaronis Issacar*; ut sub initium adnotatur.

CCCCL

Codex antiquus, in 4. membraneus, foliis constans 213. charactere Rabbinico exaratus; quo continetur,

פירוש ר׳ד׳ק׳ על ספר תהלים RADAK, i. e. R. Davidis f. R. Josephi Kimchi, PERUSC AL SEPHER THEHILLIM, *Commentarius in librum Psalmorum*, cum Anonymi notis marginalibus, qui cum edito in Magnis Bibliis Rabbinicis adamussim concordat, si quidem objectiones aliquot in Christianos, ex ipsis Psalmis inepte petitas, excipias, quæ in laudatis Bibliis expunctæ sunt, quasque confutavit Genebrardus in peculiari Dissertatione edita Paris. 1566. in 8. Initium fol. 1. אמר דוד בן יוסף בן קמחי הספרדי אמרו ר׳ז׳ל כי דוד מלך ישראל.

Is Codex, quem haud immerito ad decimumquartum Christi seculum referas, pertinuit olim ad *Josephum Corcyrensem*; ut in fronte adnotatur.

Co-

CCCCLI.

Codex antiquus in fol. membraneus, foliorum 286. Rabbinicis literis nitidissime exaratus; ubi continetur,

פירוש על התורה על חמש מגלות מהראבע״ HARABAA, i. e. R. Abrahami f. Meir Aben-Ezræ, PERUSC AL HATTHORA, VEAL CHAMESC MEGHILLOTH, *Commentarii in Legem*, seu Pentateuchum, & in *Quinque parva Volumina*, Grammatici, Literales, Cabbalistici, & Philosophici, qui sæpius lucem publicam aspexerunt. Initium fol. 1. נאם אברהם בר מאיר אבן עזרא הספרדי הנזכר מפרשי התורה

Genesis, incipit fol. 3. a t. בראשית חכמנו אמרו שהבית נוסף כבית

Exodus, quem anno Creationis Mundi ת׳ת׳ק׳י׳נ׳ 913. juxta minorem supputationem, i. e. 4913. Christi 1153. se absolvisse, idem Aben-Ezra fol. 139. ad calcem testatur, incipit f. 43. a t. ברוך השם אלהי תעצומות : ואלה טעם הוו׳ בעבור

Leviticus, fol. 139. יש במועד עצרת דבר לתמוה שהוא כולל

Numeri, fol. 178. a t. וידבר יהוה אל משה במדבר להודיע כי לא גילה

Deuteronomium, fol. 208. a t. אלה הדברים יש אומר׳ כי טעם אחד עשר יום

Ecclesiastes, fol. 242. שמע אמרי שפר ··· כי כאשר יתאוה האורח שנשבה

Ruth, fol. 263. בשם אל מחזיק ידי·· נאם אברהם ספרדי בעבור

Canticum Canticorum, fol. 265. a t. זה הספר נכבד וכולו מחמדים ואין בכל שיר

Esther, fol. 274. a t. בשם אל יאתה כל גדולה ·· נאם אברהם ספרדי

Threni, fol. 280. a t. אנשי אמת יבינו מדרשי קדמוננו הצדקים שהם

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

CCCCLII.

Codex in fol. chartaceus, foliis constans 114. partim Latinis, partim Ebraicis, quadratis literis longe elegantissimis exaratus; ubi continentur,

דרושי DARUSCE, *Homiliæ* SS. D. N. CLEMENTIS XI. P. M. *habitæ ad Populum Romanum, a Petro Johanne de Petit, Clerico Romano, in Vaticana Bibliotheca Linguæ Sanctæ Scriptore, Ebraice redditæ*, punctisquæ vocalibus animatæ; adjunctis e Regione Latino textu, jam vulgato, & citationibus locorum S. Scripturæ, & Patrum ad marginem, ab eodem Interprete summa cura & elegantia descriptis, cum ornatibus Arabicis circum paginas, variisque in fronte Codicis, & singularum Homiliarum figuris monochromateis, prælaudatum Pontificem prædicantem, & benedicentem, ejusque insignia gentilitia, nec non mysteria Dominica, & Sanctos, de quibus Homiliæ tractant, adfabre repræsentantibus; præeunte Dedicatione operis Latina ad eundem Pontificem Maximum, cum Præfatione Latino-Ebraica. Porro Homiliæ illæ vigintiseptem recensentur; quarum I. habita in Vaticana Basilica inter Missarum solemnia in Festo SS. Apostolorum Petri & Pauli Anno Domini 1701. II. ibid. in die Natali Christi Domini 1701. III. ibid. in Dominica Resurrectionis 1702. IV. ibid. in Festo SS. Apostolorum Petri & Pauli 1702. V. ibid. in die Natali Christi Domini 1702. VI. ibid. in Dominica Resurrectionis 1703. VII. ibid. in Festo SS.Pe-

SS. Petri & Pauli Apoſtolorum 1703. VIII. ibid. in die Natali Chriſti Domini 1703. IX. ibid. in Dominica Reſurrectionis 1704. X. ibid. in Feſto BB. Apoſtolorum Petri & Pauli 1704. XI. in Baſilica Liberiana in die Natali Chriſti Domini 1704. XII. in Vaticana Baſilica in Dominica Reſurrectionis 1705. XIII. ibid. in Feſto SS. Petri & Pauli 1705. XIV. in Liberiana Baſilica in die Natali Chriſti Domini 1705. XV. in Vaticana Baſilica in Dominica Reſurrectionis 1706. XVI. Ibid. in Feſto SS. Apoſtolorum Petri & Pauli 1706. XVII. Ibid. in die Natali Chriſti Domini 1706. XVIII. ibid. in Dominica Reſurrectionis 1707. XIX. ibid. in Feſto SS. Apoſtolorum Petri & Pauli 1707. XX. ibid. in die Natali Chriſti Domini 1707. XXI. ibid. in Dominica Reſurrectionis 1708. XXII. ibid. in Feſto SS. Apoſtolorum Petri & Pauli 1708. XXIII. ibid. in die Natali Chriſti Domini 1708. XXIV. ibid. in Dominica Reſurrectionis 1709. XXV. ibid. in Feſto SS. Petri & Pauli 1709. XXVI. ibid. in Dominica Reſurrectionis 1711. XXVII. ibid. in Feſto SS. Trinitatis inter Miſſarum ſolemnia, die 22. Maii 1712. poſt Canonizationem SS. Pii V. Andreæ Avellini, Felicis a Cantalicio, & Catharinæ de Bononia. In fine vero exſtat Index recenſitarum hucuſque Homiliarum Latino-Ebraicus, ab eodem Petro Johanne de Petit concinnatus, qui ſumma cum laude Scriptoris Ebraici in Bibliotheca Vaticana munere per annos 35. functus, vitæ finem implevit anno 1740. octogenarius. Dedicatio incipit fol. 1. *Quod plaudente orbe terrarum*, Præfatio fol. 2. *Quæ per annos fere novem* קורא נעים משיחי תדע כי מה שחברתי Homiliæ vero fol. 2. *Glorioſa nobis ac ſane univerſo venerabilis mundo*, היום הזה המקודש כרם השלוחים הקדושים

CCCCLIII.

ROtulus, ſeu Volumen antiquiſſimum, CLEMENTI XI. Pont. Max. a Lotphalla Græco-Melchita Damaſceno oblatum, & Vaticanæ Bibliothecæ ab eo addictum, longum pedes ducentos & ſeptendecim, latum pedes duos & pollices novem. Conſtat coriis ſexaginta ſex una conſutis, volutiſque juxta Ebræorum morem ſuper duobus baculis, quæ *Ligna vitæ* adpellant. Ibi continetur,

ס' תורה SEPHER THORA, *Liber Legis*, ſive Pentateuchus Moyſis, literis quadratis majuſculis longe elegantiſſimis exaratus, & quidem tanta cura ac fide, ut nec puncto defectum ſit, vel abundet; qui proinde כשר *Caſcer*, ideſt Sacer, Judæis nuncupatur, & nonniſi in Synagogis adſervari ſolet. Initium: בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ.

Hunc Rotulum, qui, ut nobis prælaudatus Lotphalla adfirmabat, ad Synagogam Damaſcenam pertinuerat, ante decimum Chriſti ſeculum deſcriptum eſſe, plane demonſtrant tum literarum, & apicum forma, tum coriorum ſpecies, quæ ex nimia vetuſtate, & longo uſu atrorem contraxerunt,

CO-

CODICES EBRAICI
MANUSCRIPTI
URBINATES-VATICANI

CODEX I.


Odex ingentis molis, membraneus, in folio maximo, foliis constans *979.* quadrato charactere elegantissimo exaratus, olim Urbinas, sive ex Mss. Codicibus celeberrimæ Urbinatis Bibliothecæ, quam ALEXANDER VII. repenso cedentibus præmio, Vaticanæ Bibliothecæ adjunxit Anno Domini 1658. Ibi continentur,

עשרים וארבע ESSERIM VEARBAA, *Viginti quatuor*, sive Testamenti Veteris libri omnes, tribus columnis dispositi, punctisque vocalibus, & accentibus animati, unacum תרגום *Thargum*, seu Paraphrasi Chaldaica singulis versibus subjecta, cujus varias ab editis in Bibliis Regiis, & Basileensibus Lectiones, quæ plurimæ quidem sunt, a *Johanne Baptista Jona Galilæo*, & *Julio Morosino*, ex Judæis Vaticanæ Bibliothecæ Scriptoribus, adnotatas, habes infra in Codicibus LVIII. & LIX. necnon cum מסרה גדולה וקטנה *Massora magna & parva*, sive criticis veterum Rabbinorum in dictiones ac sententias Sacræ Scripturæ observationibus; de quibus videbis Jo. Christophorum Wolfium Bibl. Ebr. Tom. II. pag. 460. & seqq. Et parva quidem Massora inter columnas, magna vero in fronte, & calce paginarum minusculis characteribus, in Arabicorum ornatuum, florum atque animalium figuras adfabre ductis, notantur; adpositis ad calcem singulorum librorum epigraphis, numerum Commatum, & Sectiones, quibus iidem constant, uti & medium designantibus, prout in Bibliis magnis Rabbinicis. Adcedit ad marginem Pentateuchi "פירוש רשי' *Commentarius Rasci*, sive R. Salomonis f. Isaacii Jarchi, charactere Ebræo-cursivo, seu Rabbinico descriptus, & sæpenumero editus, ut superius monuimus; cujus init. fol. 1. אמר ר' יצחק לא היה צריך להתחיל את התורה אלא מהחדש הזה

Porro in hunc ordinem Biblia Sacra digesta sunt,

Genesis, incipit f. 1. בראשית ברא אלהים את השמים
Exodus, f. 63. a t. ואלה שמות בני ישראל הבאים מצרימה את יעקב
Leviticus, f. 112. ויקרא אל משה וידבר יהוה אליו מאהל מועד
Numeri, f. 146. וידבר יהוה אל משה במדבר סיני באהל מועד
Deuteronomium, f. 197. אלה הדברים אשר דבר משה אל כל ישראל בעבר הירדן
Josue, f. 240. ויהי אחרי מות משה עבד יהוה ויאמר יהוה אל יהושע
Judices, f. 269. ויהי אחרי מות יהושע וישאלו בני ישראל ביהוה מי יעלה
Samuel, sive Regum. I. f. 298. ויהי איש אחד מן הרמתים צופים מהר אפרים

Samuel, ſive Regum II. f. 334. ויהי אחרי מות שאול ודוד שב מהכות את העמלק
Regum I. Græcis, Latiniſque tertius, f. 366. והמלך דוד זקן בא בימים ויכסהו
Regum II. ſive *IV.* f. 403. ויפשע מואב בישראל אחרי מות אחאב
Jeremias, f. 438. דברי ירמיהו בן חלקיהו מן הכהנים אשר בענתות
Ezechiel, f. 505. ויהי בשלשים שנה ברביעי בחמשה לחדש
Iſaias, f. 561. חזון ישעיהו בן אמוץ אשר חזה על יהודה
Oſeas, f. 617. דבר יהוה אשר היה אל הושע בן בארי בימי עוזיה
Joel, f. 625. a t. דבר יהוה אשר היה אל יואל בן פתואל
Amos, f. 628. a t. דברי עמוס אשר היה בנקדים מתקוע אשר חזה
Abdias, f. 634. חזון עובדיה כהאמר אדני יהוה לאדום שמועה
Jonas, f. 635. a t. ויהי דבר יהוה אל יונה בן אמתי לאמר
Micheas, f. 637. דבר יהוה אשר היה אל מיכה המורשתי בימי יותם
Nahum, f. 641. a t. משא נינוה ספר חזון נחום האלקושי
Habacuc, f. 643. a t. המשא אשר חזה חבקוק הנביא
Sophonias, f. 646. דבר יהוה אשר היה אל צפניה בן כושי
Haggæus, f. 648. a t. בשנת שתים לדריוש המלך בחדש
Zacharias, f. 650. a t. בחדש השמיני בשנת שתים לדריוש
Malachias, f. 660. משא דבר יהה אל ישראל ביד מלאכי
Ruth, f. 663. ויהי בימי שפט השפטים ויהי רעב בארץ
Pſalmi, f. 669. אשרי האיש אשר לא הלך בעצת רשעים
Job, f. 744. איש היה בארץ עוץ איוב שמו והיה האיש ההוא תם
Proverbia, f. 776. משלי שלמה בן דוד מלך ישראל
Eccleſiaſtes, f. 802. דברי קהלת בן דוד מלך בירושלם
Canticum Canticorum, f. 818. שיר השירים אשר לשלמה
Threni, f. 830. איכה ישבה בדד העיר רבתי עם היתה כאלמנה

Eſther, cum *Thargum*, ſeu Paraphraſi Chaldaica non ſolum in novem priora Capita, quæ a תרגום שני *Thargum ſceni*, ſeu Paraphraſi ſecunda, jam typis edita, haud parum diſcrepat, verum etiam in ſex poſteriora ejuſdem Libri Eſther Capita, quæ nonniſi in Bibliis Sacris vulgatæ editionis habentur. Quam quidem ſecundam Paraphraſin fruſtra in aliis vel manu exaratis, vel impreſſis Sacris Codicibus requiras; nullibi enim de ea mentionem fieri legimus. Quare eandem, Latina verſione illuſtratam, una cum narratione de cæde Iſaiæ, quæ in clauſula Prophetiæ ejuſdem occurrit, ad calcem Codicis LIX. in quem iſthic Ebraicorum Mss. Codicum Catalogus deſinit, adponendam curabimus, ne quid deſit Eruditorum votis. Incipit autem Eſther f. 838. Ebr. ויהי בימי אחשורוש Chaldaice. חמשא כתיב בהון ויהי בימי לישנא ווי ואלין אנון הוא אחשורוש המלך

Daniel, abſque Paraphraſi, f. 868. a t. בשנת שלש למלכות יהויקים מלך יהודה
Eſdræ I. abſque Paraphraſi, f. 879. ובשנת אחת לכורש מלך פרס לכלות דבר יהוה
Eſdræ II. ſive Nehemias itidem ſine Paraphraſi, f. 885. a t. דברי נחמיה בן
Paralipomenon I. f. 895. Ebr. אדם שת אנוש קינן מהללאל ירד : חנוך מתושלח למך : נח שם חם ויפת Chald. דין ספר יחוסיא פתגמי יומיא דמן יומי עלמא אדם שת אנוש
Paralipomenon II. fol. 932. Ebr. ויתחזק שלמה בן דוד על מלכותו Chald. ואתוקף שלמה בר דוד על מלכותיה ומימרא דיהוה אלהיה הוה בסעדיה

Porro Paraphraſis hæc Chaldaica duorum Paralipomenon Librorum, quam ve-

veluti deperditam eruditi plerique lugebant, longe emendatior eſt ea, quam ex Codice antiquo Ms. Bibliothecæ Erfordienſis exſcriptam, Latineque redditam cum notis primus edidit Matthias Fridericus Beckius, Auguſtæ Vindelicorum 1680. in 4. tum David wilkins ex Codice Ms. Cantabrigienſi, Amſtelodami 1715. in 4. addita nova ſua verſione Latina, & præfatione prolixiore, ſub titulo: *Paraphraſis Chaldaica in Librum primum & poſteriorem Chronicorum, auctore R. Joſepho Rectore Academiæ in Syria, nunc demum e Ms. Cantabrigienſi deſcripta, ac cum verſione Latina miſſa*. Quæ editio Beckianæ videtur præferenda, etſi vel in ipſo titulo conſcribendo editor minus cautum ſe præſtiterit; incertus enim eſt hujus Paraphraſis author, ac prætere R. Joſeph Cæcus, quem Ebræi per ἀντίφρασιν סגי נהור *Saghi Nahor*, i.e. lumine plenum adpellant, Academiæ Soranæ in Babylonia, non vero Academiæ in Syria, Rector fuit, ut alibi monuimus. Quare æterna quidem laude dignus eſſet, & de Literaria Republica, noſtro judicio, optime meritus, qui novam ex noſtro Codice hujus Paraphraſis, uti & illius in Eſther, editionem curaret. Et mirum ſane eſt, Bartoloccium, alioſque doctos viros, qui hunc ipſum Codicem hucuſque verſaverunt, eaſdem Paraphraſes ſilentio præteriiſſe, & ne verbum quidem de illarum raritate, aut pretio habuiſſe.

Is Codex, quocum, ſi characterum elegantiam, adcuratam ſcribendi rationem, & foliorum membraneorum magnitudinem atque nitorem ſpectes, pauci comparandi ſunt, exaratus eſt Anno Chriſti 1295, ut hæc oſtendit epigraphe, quæ f. 976. a tergo legitur: אני יצחק ברביש שמעון הלוי מסרתי חצי הספר להנריב ר' אליעזר בר שמואל השם יזכהו להגות בו הואו בניו ובני בניו עד סוף כל הדורות אמן סלה וסיימתי בשנת חמשת אלפים חמישים וחמשה לפרט בחמשה עשר בכסליו · *Ego Iſaac Barbis Simeon Levita tradidi dimidiam partem hujus Libri nobili R. Eleazaro, filio Samuelis, quem Deus reddat dignum, ut legat in eo cum filiis ſuis, & filiis filiorum ſuorum, in ſecula omnium ſeculorum, Amen, Sela, Abſolvi autem illum die* 15. *menſis Chisleu*, Novembris, *Anno ab Orbe condito* 5055.

I I.

Codex antiquiſſimus in fol. max. membraneus, foliorum 384. quadratis literis ſumma cura & elegantia ſcriptus, olim Urbinas; ubi continentur, עשרים וארבע ESSERIM VEARBAA, *Viginti quatuor*, ſive Teſtamenti Veteris libri omnes, tribus columnis diſpoſiti, punctiſque vocalibus, & notis quibuſdam Maſſorethicis inter columnas & ad oram recentius additis, muniti.

Geneſis incipit f. 1. a t. בראשית ברא אלהים את
Exodus, f. 28. ואלה שמות בני ישראל הבאים
Leviticus, f. 49. a t. ויקרא אל משה וידבר יהוה
Numeri, fol. 63. a t. וידבר יהוה אל משה במדבר סיני
Deuteronomium, fol. 83. a t. אלה הדברים אשר דבר משה
Joſue, f. 102. a t. ויהי אחרי מות משה עבד יהוה
Judices, f. 113. a t. ויהי אחרי מות יהושע וישאלו
I. Samuelis, f. 126. ויהי איש אחד מן הרמתים

II. Samuelis, f. 140. ויהי אחרי מות שאול
Regum I. Græcis, Latiniſque III. f. 154. a t. והמלך דוד זקן בא בימים
Regum II. ſive IV. fol. 169. ויפשע מואב בישראל
Iſaias, f. 184. חזון ישעיהו בן אמוץ אשר
Jeremias, f. 204. דברי ירמיהו בן חלקיהו מן
Ezechiel, f. 231. a t. ויהי בשלשים שנה ברביעי
Oſeas, f. 258. דבר יהוה אשר היה אל הושע
Joel, f. 261. a t. דבר יהוה אשר היה אל יואל בן
Amos, f. 263. דברי עמוס אשר היה בנקדים
Abdias, f. 266. חזון עבדיה כה אמר אדני יהוה
Jonas, f. 266. a t. ויהי דבר יהוה אל יונה בן
Micheas, f. 267. a t. דבר יהוה אשר היה אל מיכה
Nahum, f. 270. משא נינוה ספר חזון נחום
Habacuc, f. 270. a t. המשא אשר חזה חבקוק הנביא
Sophonias, f. 271. a t. דבר יהוה אשר היה אל צפניה
Haggæus, f. 277. a t. בשנת שתים לדריוש המלך
Zacharias, f. 273. à t. בחדש השמיני בשנת שתים
Malachias, f. 277. a t. משא דבר יהוה אל ישראל
I. Paralipomenon, f. 279. אדם שת אנוש קינן
II. Paralipomenon, f. 294. ויתחזק שלמה בן דויד
Pſalmi, f. 310. a t. אשרי האיש אשר לא הלך
Job, f. 335. איש היה בארץ עוץ איוב
Proverbia, f. 345. a t. משלי שלמה בן דוד מלך
Ruth, f. 354. ויהי בימי שפט השפטים
Canticum Canticorum, f. 355. a t. שיר השירים אשר לשלמה ישקני מנשיקות
Eccleſiaſtes, f. 357. דברי קהלת בן דוד מלך
Threni, f. 360. a t. איכה ישבה בדר העיר
Daniel, f. 366. a t. בשנת שלוש למלכות יהויקים
I. Eſdræ, f. 373. a t. ובשנת אחת לכרש מלך פרס
II. Eſdræ, f. 378. דברי נהמיה בן חכליה

Is Codex, omnium Teſtamenti Veteris Mss. Codicum Ebraicorum æram adſcriptam habentium, qui adhuc ſuperſunt, vetuſtiſſimus cenſendus eſt; utpote qui ſcriptus dicitur, Anno Chriſti 976. ſi tamen hiſce Librarii verbis, quæ fol. 384. ad calcem leguntur, fides habenda: אני שבתאי בר שמואל כתבתי המקרא הזה בשנת ארבעת אלפים ושבע מאות ושלשים ותשע לבריאת עולם *Ego Sabbathæus filius Samuelis exaravi hanc S. Scripturam, eamque abſolvi Anno Creationis Mundi* 4739. Ejus characterum ſpecimen æri inciſum exhibet cl. Joſeph Blanchinus Evang. quadrup. Tom. II. Tab. 3. Unde de ejuſdem antiquitate judicare poteris. Pertinuit olim ad *Samuelem fil. Jechielis de Urbetello*, tum vero ad *R. Aaronem fil. R. Menachem Volaterranum*, qui illum a Jechiele, filio præfati Samuelis, ſibi comparaſſe adfirmat, die 4. Auguſti, Anno ab Orbe condito 5229. Chriſti 1469. uti ad calcem legitur.

Co-

III.

Codex antiquus in fol. membraneus, foliis constans 427. charactere quadrato nitidissimo exaratus, olim Urbinas; quo continentur,

1. ספר תורה SEPHER THORA, *Liber Legis*, sive Pentateuchus Mosis, unacum תרגום *Thargum*, seu Paraphrasi Chaldaica Onkelosi singulis versibus subjecta, necnon cum punctis vocalibus, & utraque Massora inter columnas, & ad oram Rabbinicis literis recentius addita, tribus columnis, uti & ceteri, qui consequuntur Sacri Libri, dispositus. Initium f. 1. a t. Ebr. בראשית ברא אלהים את השמים Chal. בקדמין ברא יהוה ית שמיא וית ארעא

2. בראכות להפטרות *Benedictiones*, seu Precatiunculæ Lectionibus Propheticis præmittendæ. Init. fol. 342. ברוך את יהוה אלהינו מלך העולם אשר

3. חמש מגלות *Quinque parva Volumina*; videlicet, *Ruth*, *Canticum Canticorum*, *Ecclesiastes*, *Threni*, *Esther*. Init. f. 343. ויהי בימי שפט השפטים

4. הפטרות לכל השנה *Lectiones* ex Prophetarum libris; per anni circulum singulis Pentateuchi Sectionibus adjungendæ. Init. f. 365. כה אמר האל יהוה בורא

Is Codex ante annum Christi 1302. fuit exaratus; ut liquet ex instrumento emtionis ejusdem a *Basilio Justino* factæ, solutis octodecim libris æris signati; quod יום י'ז' לחדש שיון שנת ה'ס'ב' לבריאת העולם *die 17. mensis Sivan*, Maii, *anno Creationis Mundi* 5062. a *Caiimo Salomonis filio*, & *Elia filio Caiim*, ad quos idem Codex pertinuerat, subscriptum, fol. 402. ad calcem reperias.

IV.

Codex in fol. membraneus, foliorum 202. quadratis literis eleganter exaratus, olim Urbinas; ubi continentur,

נביאים ראשונים NEVIIM RESCIONIM, *Prophetæ Priores*, nempe *Josue*, *Judices*, & *quatuor Regum libri*, tribus columnis dispositi, unacum punctis vocalibus, & Massora magna ac parva. Et magna quidem ab ea haud parum discrepans, quam *R. Jacob filius Chaiim* ex variis Mss. Codicibus collectam Rabbinicis Bibliis inseruit, in prioribus octo foliis exhibetur in varias florum, atque animantium figuras adfabre redacta, cum Psalmo CXVIII. qui per earum circuitum majusculis literis descriptus est. Parva vero inter columnas, & ad utramque oram, characteribus Rabbinicis in similes ornatus, & figuras ductis adposita est. Init. fol. 9. a terg. ויהי אחרי מות משה עבד יהוה ויאמר יהוה

Is Codex, quem non immerito ad decimumtertium Christi seculum referas, pertinuit olim ad *R. Menachem filium Aaronis Volaterranum*, qui illum ab hæredibus *Josephi Tyburtini* se emisse, testatur sub initium.

V.

Codex antiquus in 4 membraneus, foliis constans 188. quadrato charactere exaratus, olim Urbinas. Ibi continentur,

1. Pro-

1. נבואת ישעיה *Prophetia Isaiæ*, cum notis quibusdam Massorethicis ad utramque oram charactere Rabbinico minutissimo adpositis, & cum Benedictionibus ante Lectiones Propheticas recitandis. Init. fol. 1. a t. חזון ישעיהו בן אמוץ

2. נבואת ירמיה *Prophetia Jeremiæ*, cum notis Massorethicis ad utramque oram, ut supra. Init. fol. 85. דברי ירמיהו בן חלקיהו מן הכהנים אשר

Is Codex ante annum Creationis Mundi 5178. Christi 1418. est descriptus; utpote qui eo anno dicitur sorte obtigisse cuidam *Mosi Medico*, quum aliquot hic libros cum fratre partiretur; ceu ipse sub initium testatur.

VI.

Codex antiquus in 4. membraneus, foliorum 223. Rabbinicis literis exaratus, olim Urbinas; ubi continentur,

1. כתובים CHETHUVIM, *Hagiographa*, vocalibus punctis & accentibus munita, adjectis notis numeralibus commatum & dictionum, quæ in singulis libris reperiuntur. Init. fol. 1. a t. אדם שת אנוש קינן מהללאל

2. סימני הפטרות *Signa*, sive *Index Lectionum* ex Prophetis, Hagiographis, & Capitulis Patrum, quæ in Sabbatho ad vesperas, & Festis diebus, per anni circulum, in Synagogis legi solent; nova manu additus. Init. f. 223. כך סדר מנהגוה

Is Codex scriptus est Anno Christi 1293. ut hæc ostendunt librarii verba, quæ in clausula libri II. Esdræ f. 220. leguntur: חזק יהודה בר יצחק נ'ע' הסופר והמנקד ואמיץ כל הקורא בו ונשלם בשנת ה' אלפים ונ'ג' לבריאת העולם *Conroboretur Judas fil. Isaaci, qui scripsit, & puncta adpinxit, conroboreturque quisquis legerit. Completus est hic liber Anno Creationis Mundi* 5053. Pertinuit olim ad *Abrahamum fil. Isaaci*, qui illum sibi comparavit a *Sabbathæo fil. Avigadoris*, solutis eidem florenis, seu numis aureis decem, tum vero ad *Menachem filium Aaronis Volaterranum*; ut fol. 224. a tergo adnotatur.

VII.

Codex antiquus in 8. membraneus, foliis constans 122. quadrato charactere elegantissimo exaratus, olim Urbinas; quo continetur,

ספר תהלים SEPHER THEHILLIM, *Liber Psalmorum Davidis*, vocalibus punctis animatus, & in quinque Partes distributus; quarum I. complectitur Psalmos Triginta, a primo scilicet, ad trigesimum. II. Triginta unum, a trigesimo primo ad septuagesimum secundum. III. Septendecim, a septuagesimo tertio ad octogesimum nonum. IV. item Septendecim, a nonagesimo ad centesimum sextum. V. Quadraginta quatuor, a centesimo septimo usque ad finem. Singulorum autem Psalmorum initiales voces aureis majusculis literis interstinctæ sunt. Initium fol. 1. אשרי האיש אשר לא הלך בעצה רשעים

Is Codex descriptus est Anno Christi 1469. Sic enim f. 122. in calce habetur: אני יצחק בן החכם ר' משה ן' אלארגיל ספרדי כתבתי זה התהלים ליקר הנכבד ר' שבתאי איש נשמר השם יזכהו להגות בו הוא וזרעו וזרע זרעו עד עולם כבתוב לא ימוש ספר התורה הזה מפיך ומפי זרע זרעך אמר ה' מעתה ועד עולם והיתה השלמתו יום שלישי שבנה ימים

ימים לחדש אדר שנת ר׳כ׳ט׳ לפרט האלף הששי בעיר נאפולי *Ego Isaac f. Sapientis R. Mosis ben Alragel Hispanus, exaravi hunc librum Psalmorum, ad usum honorandi R. Sabbathæi, quem Deus custodiat, dignumque efficiat, qui legat in eo, cum semine suo, & semine seminis sui, in æternum; prout scriptum est: Non recedat Volumen Legis hujus ab ore tuo, & ab ore seminis tui, dicit Dominus, amodo & usque in sempiternum. Absolvi autem illum feria tertia, die* 8. *Mensis Adar*, Februarii, *Anno Creationis Mundi 5229. in urbe Neapoli*.

VIII.

CODex antiquus in 4. membraneus, foliorum 269. Rabbinicis literis perquam elegantibus & nitidis exaratus, olim Urbinas; ubi continetur,

פירוש רשי על חומש PERUSC RASCI AL CHOMASC, *Commentarius R. Salomonis fil. Isaaci Jarchi in Pentateuchum* Mosis, ab editis nonnihil discrepans. Ibi inter cetera, que in vulgatis desiderantur, *R. Beniamini* expositio in Legem passim adlegatur, quæ nusquam lucem vidit. Adcedunt Notulæ marginales *R. Jacobi fil. R. Ascer fil. Jechielis, Germani*, a libro, quem composuit, בעל טורים idest *Authoris Ordinum* cognominati, de quo superius. Init. f. 1. בראשית ברא אמר ר׳ יצחק

Is Codex scriptus est A. Chr. 1371. ut constat ex hisce librarii verbis, quæ fol. 369. ad calcem leguntur: נשלם פי׳ חומש אשר פירש המאיר המאור הגדול רבינו שלמה ז׳צ׳ל ונגמר בשלישי בשבת בשבעה עשר לירח טבת שנת ה׳ אלפים ומאה ושלשים ואחד לבריאת עולם וכתבתיו למ׳ר׳ אהרן אחי השם יזכהו להגות בו הוא וזרעו וזרע זרעו עד סוף כל הדורות ויקיים עליו ועלינו מקרא שכתוב לא ימוש ספר התורה מפיך ומפי זרעך ומפי זרע זרעך אמר ה׳ מעתה ועד עולם אמן אמן כן יאמן ושכר טרחי קבלתי מידו משלם *Explicit Commentarius in Pentateuchum, quem composuit lumen magnum, magister noster R. Salomon, cujus memoria in benedictionem. Et quidem absolutus fuit manu Salomonis fil. Eliæ Israelitæ, feria tertia, die* 17. *mensis Teveth*, Decembris, *Anno Creationis Mundi* 5131. *in usum R. Aaronis fratris sui, quem Deus dignum reddat, qui legat in eo, cum semine suo, & semine seminis sui, in æternum; & confirmetur in ipso & in nobis quod scriptum est: Non recedat Volumen Legis hujus ab ore tuo, & ab ore seminis tui, dicit Dominus, amodo, & usque in sempiternum, Amen, Amen, sic verificetur. Accepi autem ab eo integram operis mei mercedem.*

IX.

CODex antiquus in 4. foliis constans 97. charactere Rabbinico admodum eleganti & perpolito descriptus, olim Urbinas; quo continetur,

פירוש רמבן על התורה PERUSC RAMBAN AL HATTHORA, *R. Mosis fil. Nachman, Gerundensis, Commentarius in Legem*, seu Pentateuchum, duabus columnis dispositus, notisque ad marginem passim illustratus, ab edito Venetiis 1590. atque alibi haud parum discrepans; unde videtur potius ejus esse compendium. Init. fol. 3. בשם האל הגדול הגדור והנורא אתחיל לכתוב

Præit ejusdem R. Mosis Nachmanidæ Epistola in præfatum suum commentarium, metrica, centum constans versibus; in cujus clausula, f. 2. hæc legas;

והנה.

הנה מאה בתים שעשה הרב ר' משה בר נחמן ז'צ'ק'ל' שיהיה לשלחם למורי הרב ר' יונה קרובו *En versus centum, quos pepigit R. Moses fil. Nachman, inscripsitque R. Jonæ consanguineo suo: memoria Justi in benedictionem*. Init. f. 1. לי יזעקו רעי ולי ישאלו

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

X.

Codex chartaceus in 4. foliorum 163. Rabbinicis literis exaratus, olim Urbinas; ubi continetur,

ביאור רלבג" על ס' בראשית BIJUR RALBAG AL SEPHER BERESCITH, *R. Levi fil. Ghersciom*, seu *Gersonis*, Hispani, sive, ut aliis placet, Provincialis de oppido Bagnolo, Perpiniani A. Chr. 1370. defuncti, *Commentarius in librum Geneseos*, qui unacum ejusdem Authoris in reliquos Testamenti Veteris libros commentariis prodiit Pisauri 1514. & Venetiis 1547. apud Danielem Bombergium. Init. fol. 1. אמר לוי בן גרשום יתברך ויתעלה הצור הממציא בתבונתו

In ejus fine, f. 163. hæc ab Authore adnotata reperias, ex quibus tempus conscripti ab eo Commentarii dignoscitur: והנה היתה השלמת ביאור זה הספר כשבעה עשר יום לירח מרחשון משנת תשעים לפרט האלף הששי יתברך וכו' *Et ecce completus est hic Commentarius die 17. mensis Marchescuan*, Octobris, *anno nonagesimo sexti millenarii*, idest 5090. *ab Orbe condito*. *Benedictus* &c.

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur exaratus, pertinuitque olim ad *Menachem filium Aaronis Volaterranum*; ut in fronte adnotatur.

XI.

Codex in 4. partim bombycinus, partim membraneus, foliis constans 234. charactere Rabbinico exaratus, olim Urbinas. Ibi continetur,

ביאור רדק" על נביאים ראשונים BIJUR RADAK AL NEVIIM RESCIONIM, *R Davidis Kimchi fil. Josephi*, de quo superius, *Commentarius in Prophetas Priores*, jam typis vulgatus. Init. fol. 1. ראשית חכמה יראת יהוה שכל טוב לכל עושיהם

Libri Regum III.& IV. qui heic desiderantur, exstant infra in Codice XIII. qui huic erat adnectendus. Is vero Codex exaratus est A. Chr. 1304. ut patet ex hisce librarii verbis, quæ in clausula Judicum, fol. 80. a tergo, leguntur: אני שלמה בר דניאל כתבתי זה הספר לר' אנטוליו מלפאנתא שנת ס'ד' לפרט ליל של ששי המקום יזכהו להגות וכו' *Ego Salomon fil. Danielis scripsi hunc librum ad usum Domini mei Antoli de Lepanto*, sive Naupactæi, *quem Deus dignum reddat* &c. *Absolvi autem illum nocte feriæ sextæ, die 12. mensis Chisleu*, Novembris, *Anno 64. minoris supputationis*, idest Creationis Mundi 5064. Pertinuit olim ad *Menachem fil. Aaronis Volaterranum*, ut in fronte adnotatur.

XII.

Codex chartaceus in 4. foliorum 249. charactere Rabbinico descriptus olim Urbinas; quo continetur,

RAL

ביאור על נביאים ראשונים מהרלבג״ RALBAG, i. e. *R. Levi fil. Gersonis*, qui & *Magister Leo de Bagnolo*, BIJUR AL NEVIIM RESCIONIM, *Commentarius in Prophetas Priores*, cum editis in Bibliis magnis Rabbinicis concordans. Init. fol. 1. אמר לוי בן גרשום התהלה לאל והשאלה ממנו להיישר לפני דרכי

Porro in clausula libri Samuelis, sive Regum II. fol. 142. a tergo hanc epigraphen legas: נשלם ביאור ספר שמואל למחבר בראש אדר ראשון של שנת צח״ לפרט האלף הששי *Absolutus est Commentarius in librum Samuelis ab Authore die 1. mensis Adar prioris*, Februarii, *anno 98. sexti millenarii*, idest *Creationis Mundi* 5098. Christi 1338. Is vero Codex decimosexto Christi seculo videtur descriptus.

XIII.

CODex antiquus in 4. membraneus, foliis constans 286. charactere Rabbinico exaratus, olim Urbinas; quo continentur,

1. פירוש על ספר מלכים מר׳ דוד בן יוסף קמחי R. DAVIDIS KIMCHI *fil. Josephi*, PERUSC AL SEPHER MELACHIM, *Commentarius in librum Regum*, qui Græcis Latinisque tertius & quartus Regum dicitur. Init. f. 1. a t. והמלך דוד זקן בן שבעים

2. *Loca Prophetarum Priorum*, a Josue scilicet ad II. sive IV. Regum, quæ inter se contraria videntur. Init. fol. 109. יהושע כל מקום לכם נתתיו משנה תורה

3. מספר השנים של ספרים *Chronologia Bibliorum*, sive summa annorum, quibus inceperunt, ac perdurarunt materiæ in singulis sacris libris contentæ, a Creatione Mundi ad Cyrum Regem. Init. fol. 125. a t. ספר בראשית והוא ראשון

4. Ejusdem פ׳ על ישעיה *Commentarius in Isaiam*, qui una cum ejusdem authoris commentariis in Prophetas omnes tam Priores, quam Posteriores, uti & in Psalmos, exstat in Bibliis magnis Rabbinicis, seorsim vero junctus Jeremiæ prodiit Neapoli, Ulyssipone, & Constantinopoli A. Ch. 1497. & 1513. in fol. Init. f. 130. אמר דוד בן יוסף בן קמחי הספרדי ארבעה ספרים אלו שהם ישעיהו וירמיהו

Is Codex scriptus est An. Ch. 1294. ut fol. 286. ad calcem testatur librarius, cujus nomen abrasum est, in hæc verba: ... כתבתי זה הפי׳ מר׳ דוד קמחי וסיימתי בשלישי בשבת בחמשה ימים לירח סיון שנת ה׳ אלפים וחמשים וארבע לפרט *Ego ... Scripsi hunc Commentarium R. Davidis Kimchi, perfecique illum feria tertia, die 5. mensis Sivan*, Maji, *Anno Creationis Mundi* 5054. Pertinuit olim ad sæpe laudatum *Menachem filium Aaronis Volaterranum*; ut sub initium adnotatur.

XIV.

CODex in fol. partim membraneus, partim chartaceus, foliorum 157. Rabbinicis literis exaratus, olim Urbinas; quo continentur,

1. פירוש על תרי עשר מר׳ דוד בן יוסף קמחי R. DAVIDIS KIMCHI *fil. Josephi*, abbreviate רדק״ RADAK dicti, qui claruit A. M. 4952. Ch. 1192. ut secundum communem Scriptorum Ebraicarum rerum sententiam, scite ostendit B. Cornelius Dietericus Koch in stricturis suis ad opera Jo. Harduini Selecta pag. 24. qui in elucidatione Ps. LXVIII. ætatem nostri Davidis Kimchi ad A. C. 1500. referendam censuit; PERUSC AL THERE ASSAR, *Commentarius in duodecim Prophetas* mi-

minores, ab editis nonnihil discrepans. Init. fol. 1. אמר דוד בן קמחי הספרדי זה

2. Eiusdem פ׳ על ישעיה וירמיה *Commentarius in Isaiam & Jeremiam*, cum vulgatis concordans. Init. fol. 57. a t. אמר דוד בר יוסף קמחי הספרדי ז׳ל׳ ארבעה

Is Codex exaratus est A. Ch. 1317. ut hæc docet metrica librarii epigraphe, quæ ad calcem Prophetiæ Amos, fol. 25. adposita est: בניסן עת גאלה שנת יתן ע׳ז׳ למלכו סיימתי ספר עמוס : ירום קרן משיחו ויגלה הקץ החתום והכמוס : וישקה אויביו יין חמת תנינים וכוס תרעלות : תחת אשר שפך דם נקי כצבאות או כאילות : ואתחיל ספר נבואת עובדיה : נצא באבדת אדום בשלהבת יה *Mense Nisan*, Martio, *tempore Redemptionis: Dabit Deus fortitudinem Regi suo*, i. e. anno 77. minoris supputationis, sive 5077. ab Orbe condito, totidem enim efficiunt literæ vocis *Ooz* lineolis notatæ; *absolvi librum Amos. Et exaltabit cornu Christi sui, detegetque finem obsignatum, & potandum dabit inimicis suis venenum aspidum, & calicem soporis; quoniam effuderunt sanguinem innocentium, ceu caprearum, aut cervorum. Incipiam librum Prophetiæ Abdiæ. Et exibimus cum flamma Dei ad perditionem Edom*; quo nomine Romanos Christianos Judæi indigetant. Pertinuit olim ad *Menachem filium Aaronis Volaterranum*.

XV.

Codex antiquus in 4. partim membraneus, partim chartaceus, foliis constans 188. charactere Rabbinico satis eleganti descriptus, olim Urbinas. Ibi continetur,

פ׳ על יחזקאל מרדק״ RADAK, i. e. R. Davidis fil. Josephi Kimchi, *Commentarius in Ezechielem* Prophetam, quem in Bibliis magnis Rabbinicis edit. Venet. 1549. & seqq. legas. Init. fol. 1. אמר דוד בן יוסף בן קמחי הספרדי זאת המראה

Is Codex, cujus ætas ad XIV. Christi seculum videtur referenda, pertinuit olim ad *Samuelem Cohen*, seu Sacerdotem Judæum, qui illum sex denariis & octo solidis monetæ Barcinonensis, a *Davide filio Machir* sibi comparasse testatur ad calcem.

XVI.

Codex chartaceus in 4. foliorum 308. Rabbinicis literis exaratus, olim Urbinas; quo continetur,

פ׳ על ספר תהלים מר׳ דוד בן יוסף קמחי R. DAVIDIS FIL. JOSEPHI KIMCHI, *Commentarius in librum Psalmorum*, sæpenumero editus, principio tamen mancus. Init. fol. 1. a t. זה הספר חברו דוד וכתב עם דבריו דברי אלה המשוררים

Is Codex decimoquinto Christi seculo videtur conscriptus.

XVII.

Codex antiq. in 4. membraneus, foliis constans 273. charactere Rabbinico admodum eleganti & perpolito scriptus, olim Urbinas; quo continentur,

1. פ׳ על ס׳ משלי מר׳ לו. בן גרשום R. LEVI FIL. GHERSCIOM, seu Gersonis, con-

contracte רלבג״ RALBAG nuncupati, *Commentarius in librum Proverbiorum*, cum utilitatibus, seu porismatibus moralibus, quæ inde deduci possunt, Grammaticus & Philosophicus, quem unacum aliis ejusdem authoris Commentariis, qui Ebraice in Bibliis Rabbinicis prodierunt, Latine versum reliquit Conr. Pellicanus, ut liquet ex vita ejusdem a Melch. Adamo conscripta. Exstat & alia Antonii Giggæi versio Latina, cum expositione Rasci edita Mediolani 1620. in 4. qui tamen in Præfatione monet, se nonnulla in contextu Ebraico obvia omisisse, quæ scilicet, ad rem sibi non facere visa sunt. Vide Wolfium Tom. I. p. 727. ubi & censuras Didaci Lopez de Messa Hispani e Societate Jesu in hunc Commentarium ex Imbonato pag. 35. Bibl. Lat. Ebr. commemorat, & hunc nostrum Codicem ex Bartoloccio laudat. Init. fol. 1. אמר לוי בן גרשום בעבור

In ejus clausula, fol. 102. hæc authoris epigraphe habetur; נשלם זה הביאור והיתה השלמתו בשלושי לירח אייר של שנת צ״ח׳ לפרט האלף הששי ית׳ ויתעלה וכו׳ *Atque heic explicit iste Commentarius. Et quidem absolutus fuit die 3. mensis Ijar*, Aprilis, *Anno Creationis Mundi 98. sexti millenarii*, idest Christi 1338. *Laus Deo &c.*

2. Ejusdem ביאור על מגלת רות *Commentarius in Volumen Ruth*, cum sexdecim תועליות *Thoalioth*, sive utilitatibus inde provenientibus; cui author extremam manum imposuit A. Chr. 1329. ut hæc ostendunt ejusdem verba, quæ fol. 108. a tergo leguntur: ובכאן נשלם באור זאת המגילה והיתה השלמתו בראש חדש תמוז של שנת שמנים ותשע לפרט האלף הששי ליצירה ית׳ וית׳ וכו׳ *Atque heic explicit iste Commentarius in Volumen Ruth. Et quidem completus fuit die 1. mensis Thammuz*, Junii, *Anno 89. sexti millenarii, Laus Deo &c.* Initium f. 103. a t. אמר שזה הספור היה

3. Ejusdem ביאור מגלת אסתר *Commentarius in Volumen Esther*, cum sexdecim utilitatibus, quæ inde colligi possunt. Init. fol. 108. a t. ראוי שתדע שכבר אמר

4. Ejusdem ביור קהלת *Commentarius in Ecclesiastea*. Init. fol. 124. אמר לוי בן

5. פ׳ רשי׳ על מגלת אסתר RASCI, sive R. Salomonis Jarchi f. Isaaci, *Commentarius in Volumen Esther*. Init. f. 154. a t. אחשורוש מלך פרס היה תחת כורש בסוף שבעים

6. Ejusdem פ׳ מגלת רות *Commentarius in Volumen Ruth*. Init. f. 158. ויהי בימי

7. פי׳ על שיר השירים מר׳ אברהם הלוי בר יצחק תמח *R. Abrahami Levitæ, fil. Isaaci Thamach*, incertæ ætatis, *Commentarius in Canticum Canticorum*, literalis & mysticus, omnia referens ad captivitatem Judæorum Ægyptiacam, Babylonicam, & præsentem, atque ad binas illorum libertates præteritas, & ad futuram redemtionem, quam per adventum Messiæ adhuc somniant. Init. f. 160. אמר החכם אל תתהד לפני מלך ובמקום גדולים.

8. פ׳ על איכה מר׳ יוסף בן כספי R. JOSEPH FIL. CASPI, Barcinonensis, *Commentarius in Threnos Jeremiæ*, nondum, quod sciam, typis vulgatus, qui in Codice Ms. Bibliothecæ Oppenheimerianæ, commentarios etiam ejusdem authoris in Ecclesiasten, Esther, Esdram & Paralipomena exhibente, חצוצרות כסף *Chatsotseroth cheseph*, Tubæ Argenteæ inscribitur, teste Wolfio Tom. III. p. 855. Init. fol. 193. איכה ישבה ברר מבוארת כוונת זאת המגילה שחבר ירמיהו

9. ספר צפוני מר׳ אברהם SEPHER TSEPHUNE, *Liber Reconditorum*, sive *Commentarius in Canticum Canticorum*, R. ABRAHAMO, cujus cognomen & patria latent, adscriptus, jam Sabjonetæ 1558. & Pragæ 1611. in 8. editus; in cujus clausula, fol. 235. a tergo hæc adnotata reperias: נשלמו צפוני שיר השירים : שבח לאל

 משפיל

משפיל ומרים עלידי אליה בכר יוסף ז'ל' פה בעיר צביטה דוקט ברוך הנותן ל'כ'ו'א *Expliciunt Recondita Cantici Canticorum : Laus Deo , qui exaltat & humiliat : per Eliam f. Josephi in civitate Sabioneta Ducali. Benedictus, qui dat lasso fortitudinem* . Init. fol. 204. a terg. שיר השירים אמנם שלמה המלך עה היה חכם

10. פ' רלבג על שיר השירים RALBAG , sive R. Levi filii Gersonis , *Commentarius in Canticum Canticorum* , Philosophicus , Anno Christi 1325. compositus , ut ex epigraphe f. 273. ad calcem adposita liquet ; ubi hæc : נשלם זה הבאור והיתה השלמתו בסוף תמוז שנת פ'ה' לפרט האלף הששי' *Explicit commentarius iste , exeunte mense Thammuz* , Junio , *Anno Creationis Mundi* 85. *sexti millenarii* . Porro hujusce Commentarii , qui junctus commentariis ejusdem Authoris in Ecclesiasten & Ruth Ebraice prodiit Rivæ Tridenti 1560. interpretationem Latinam a Flavio Mithridate elaboratam in Codice Ms. Latino Vaticano MMMMCCI XXIII. reperias . Init. fol. 245. a t. אמר לוי בן גרשום ראינו לבאר המגילה הזאת והיא מגילת

Is Codex , quem non immerito ad finem Seculi XIV. referas , pertinuit olim ad *Josephum fil. Abrahami Tyburtinum* , tum vero ad *Menachem fil. Aaronis Volaterranum* ; ut ad marginem frontis ejusdem adnotatur .

XVIII.

Codex antiquus in fol. membraneus , foliis constans 108. charactere Rabbinico satis eleganti exaratus , olim Urbinas ; quo continetur ,

פירוש על איוב להר"לבג RALBAG , sive R. Levi filii Gersonis , vulgo *Magistri Leonis de Bagnolo, Commentarius in librum Jobi* , grammaticus , literalis , & non raro Philosophicus ; in cujus fine fol. 108. hæc ab authore adnotata legas : והיתה השלמת זה הביאור בשיני בכג' ימים לירח טבת של שנת ה' אלפים וכו' . *Et completus fuit hic Commentarius feria* 2. *die* 23. *mensis Teveth* , Decembris , *Anno Creationis Mundi* 5086. Christi 1326. Init. f. 1. אחר לוי בן גרשום ראינו לבאר הספר הזה ר'ל'

Is Codex scriptus est A. C. 1416. ut hæc docent librarii verba , quæ fol. 108. a t. occurrunt : ותכל מלאכרת עבודת הקדש כ'כ'ז' לחדש שבט שנת ק'נ'ו' על ידי זרחיה בר יהודה י'צ'ו' וכתבתיו אל האדיר השר מר' שלמה בכר מתתיה זל וקבלתי שכורותו ממנו האל ישמרהו ויזכה וכו' *Perfectum est opus ministerii Sanctuarii , die* 27. *mensis Scevat* , Januarii , *anno* 156. *minoris supputationis* , idest ab Orbe condito 5156. *manu Zerachiæ fil. Judæ , quem Deus custodiat . Descripsi autem illud ad usum potentis Principis R. Salomonis , fil. Mathathiæ : memoria justi in benedictionem . Accepique ab eo mercedem laboris . Deus benedictus reddat illum dignum , ut legat in eo* , &c. Pertinuit olim ad *Menachem filium Aaronis Volaterranum* ; ut sub initium adnotatur .

XIX.

Codex antiq. in 4. partim chartaceus , partim membraneus , foliorum 146. charactere Rabbinico exaratus , olim Urbinas ; quo continetur ,

פ' על איוב ודניאל מר' לוי בן גרשום מאישטרו ליאון די באניולו R. LEVI F. GHERSCIOM, seu Gersonis, vulgo *Magistri Leonis de Bagnolo*, PERUSC, sive *Commentarius in*

in Jobum, & *Danielem*, cum utilitatibus inde provenientibus, ab authore completus באדר ב' שנת ה'צ'ח' *mense Adar posteriore*, Februario, *Anno Creationis Mundi* 5098. C. 1338. ut f. 145. a t. adnotatur. אמר לוי בן גרשום רצוננו לבאר הספר הזה

Porro ab initio Prophetiæ Danielis usque ad Balthassaris convivium triginta tres utilitates recenset, quæ inde erui possunt, ab eo convivio ad annum primum Balthassaris, quo Daniel somnium vidit, novem utilitates. Exhinc vero usque ad finem libri octo tantum utilitates colligit. Is vero Codex scriptus est a פינחס בר שלמיה מלונל *Pinchas*, seu *Phinees fil. Scelamiæ de Lunelio* ante annum Mundi 5162. Christi 1402. eo quippe anno comparatus dicitur fol. 146. ad calcem, Patavii a ר' וידאל נושיל *R. Vitale Nosel*, solutis duobus ducatis. Pertinuit dein ad *R. Menachem fil. Aaronis Volaterranum*; ut ibidem adnotatur.

X X.

Codex antiquus in fol. membraneus, foliis constans 41. charactere Rabbinico descriptus, olim Urbinas; ubi continetur,

פירוש ר'ש'י' על חמש מגלות RASCI, i. e. R. Salomonis f. Isaacii Jarchi, PERUSC AL CHAMESC MEGHILLOTH, *Commentarius in quinque parva Volumina*; nempe *Ruth*, *Canticum Canticorum*, *Ecclesiasten*, *Threnos*, & *Esther*. Init. fol. 1. a tergo:

ויהי בימישפט השפטים ויהי רעב זה הרעב היה אחר מעשרה

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

X X I.

Codex antiquus in 4. membraneus, constans foliis 159. charactere Rabbinico satis eleganti atque polito exaratus, olim Urbinas. Ibi continetur,

ספר מנחת יהודה מר' יהודה בן אלעזר הכהן אשכנזי R. JUDÆ F. ELEAZARI, Sacerdotis Germani, Liber inscriptus MINCHATH JEHUDA, *Oblatio*, seu *Munus Judæ*, ex com. 4. Cap. III. Malachiæ, sæpenumero typis vulgatus, sistens expositionem Commentariorum *Rasci*, sive R. Salomonis Isaacidis in Pentateuchum, quam, quum Judas noster adhuc discipulus esset R. Eljakimi fil. Menachem, Anno Christi 1283. conscripsit, ceu ipse in epigraphe, ad calcem Deuteronomii, fol. 159. a tergo adposita, profitetur hisce verbis: ואני יהודה בן אלעזר יסדתיו מ'ג' לפרט האלף הששי לפני מורי ה'ר' אליקים בן ה'ר' מנחם ז'צ'ל' וכתבתיו בן דבריו ודברי חזקוני גם דבקתי מן התלמוד ומהתוספות ומדברי תנחומא ומב'ר' רבה ומפשטי ה'ר'ס' מקוצי ומעקרי מדרשים אחרים וכתבתי בו דבר בשם אומרו באותות במקומו הראוי לו ובשמי קראתיו מנחת יהודה עלשם מה שכתוב וערבה לה' מנחת יהודה וירושלם כימי עולם וכשנים קדמוניות וי'ר'א' *Ego Judas fil. Eleazari composui hunc librum Anno Creationis Mundi* 43. *sexti millenarii*, Christi 1313. *præsente atque dirigente præceptore meo R. Eljakimo fil. R. Menachem: memoria justi in benedictionem. Retulique in illum ipsius dicta, quæ confirmavi ex libro Confortate me. Adjeci quoque verba Thalmudis, Thosaphoth, R. Thanchumæ, Berescith Rabba, & R. Mosis Kotsensis, cum aliis Fundamentis Allegoricis. Quæ omnia, indicato singulorum Authorum nomine & loco, adlegavi. Ex meo autem nomine titulum illi Munus Judæ impo-*

posui; prout scriptum est: Placebit Domino Munus Judæ, & Hierusalem, secundum dies seculi, & secundum annos antiquos, ex Malach. III. 4. Hactenus R. Judas; de quo superius egimus. Incipit autem liber ille f. 1. בראשית פי׳ ר׳ש׳י׳ אמר

Is Codex scriptus est A. Ch. 1345. ut hæc ostendunt librarii verba, quæ fol. 159. a tergo laudatam Authoris epigraphen consequuntur: ואני יוסף בר זרחיה בן החסיד ז׳ל׳ה׳ה׳ אבן גנאח כתבתיו לכמהר משה בן החבר ר׳ יוסף ראשפירא ז׳צ׳ר׳ וסיימתיו בירח ניסן בשנת והיית ל׳ק׳ה׳ל׳ עמים השם וכו׳ *Et ego Joseph fil. Zachariæ filii religiosissimi R. Josephi Aben Gannach, cujus memoria in benedictionem, exaravi hunc librum in usum honorandi R. Mosis fil. R. Josephi de Spira, absolvique illum mense Nisan*, Martio, *Anno Creationis Mundi* 5105. cujus signum: *Sisque in cœtum populorum*; Genes. XXVIII. 3. *Deus illum reddat dignum, qui legat in eo*, &c. Pertinuit olim ad *Menachem fil. Aaronis Volaterranum*; ut in fronte adnotatur.

XXII.

Codex antiquus in 4. partim membraneus, partim chartaceus, foliorum 67, Rabbinicis literis exaratus, olim Urbinas; quo continentur,

1. ביאור על פ׳ רשי״ על התורה מר׳ יעקב בר שבתי המכונה חזקוני R. JACOBI FIL. SABBATHÆI, cognomento CHIZKUNI, i. e. *Confortate me*. Forte hic est ex familia Ezechiæ illius, qui librum eo titulo insignitum elaboravit, quem superius laudavimus. BIJUR AL PERUSC RASCI AL HATTHORA, *Expositio Commentariorum R. Salomonis Isaacidis* in *Legem*, necdum edita, & in sola Vaticana Bibliotheca adservata. Init. fol. 1. בראשית פ׳ ר׳ש׳י׳ לא היה צריך להתחיל

Hanc author composuit Anno Christi 1433. ut hæc ostendit epigraphe, quæ ad calcem Deuteronomii fol. 64. adposita est: תם ביאור מפירוש רבי׳ שלמה מכל התורה כלה חברו החכם ר׳ יעקב בר שבתאי זל׳ נשלם כ׳ט׳ באייר שנת ה׳ אלפים וק׳צ׳ג׳ לבריאת עולם השם וכו׳ *Explicit Expositio Commentariorum Rasci in Legem, quam composuit R. Jacob fil. Sabbathæi, & absolvit die 29. mensis Ijar*, Aprilis, *Anno Creationis Mundi* 5193. *Deus dignum me reddat*, &c.

2. אגרת המוסר מר׳ אליעזר הכהן צדק R. ELIEZERIS, *Sacerdotis Justitiæ*, fratris R. Avigadoris, IGGHERETH HAMMUSAR, *Epistola didascalica moralis*, nondum, quod sciam, edita. Init. fol. 65. יהבה נתחכמה לתור לנשמה מנוחה שלמה

3. שערים על דרך הפילוסופיה מר׳ יהודה בר משה בר דניאל מרומה R. JUDÆ FIL. MOSIS f. Danielis Romani, *Portæ*, seu *Tractatus Philosophici*, ex Sacra Scriptura, præcipueque rebus gestis Prophetarum compilati; ex quibus tamen nonnisi fragmentum, tribus paginis comprehensum, in hoc Codice reperias. Init. f. 66. a t. שאר א׳ אמר יהודה בר משה בר דניאל המחבר כל ידוע.

Is Codex autographus videtur, si quidem posteriores duos Tractatus excipias, qui diversa manu sunt descripti. Pertinuit olim ad *Menachem fil. Aaronis Volaterranum*; ut in fronte adnotatur.

XXIII.

Codex antiquus, in fol. membraneus, foliis constans 361. Rabbinico charactere admodum eleganti descriptus, olim Urbinas. Ibi continentur,

1. RAM-

1. ספר מורה נבוכים מהרמבם RAMBAM, sive R. Mosis Maimonidis, SEPHER MORE NEVUCHIM, *Liber Director Perplexorum*, titulo desumto ex Exod. XIV. 3. duabus columnis dispositus, quem *R. Samuel fil. Judæ Aben Tibbon* Granatensis Hispanus ex Arabica lingua, qua ab authore fuerat conscriptus, in Ebraicam convertit, ut idem Interpres in Præfatione sua, fol. 5. testatur. Dividitur in tres Partes, quarum unaquæque certis capitibus absolvitur, quorum Index principio præfigitur. Porro Pars I. constat Capitibus 76. quibus præmittitur duplex Præfatio Interpretis nempe, & Authoris. Ibi de Nominibus æquivocis & analogis, in Scriptura Sacra obviis, deque Prophetia, Cælo, Mundo, & Angelis disseritur. Pars II. Capp. 48. de Deo Creatore, intelligentiis Cælos moventibus, Sphæris, influxu Stellarum, & Legis Mosaicæ præstantia exponit. Pars III. Capp. 54. De operibus Hexæmeri, & Visione Ezechielis, Providentia Dei, Legis Mosaicæ præceptis ac ceremoniis. Init. fol. 4. a t. לא מהיותי חכם

2. Ejusdem פי' על פרשת בראשית *Expositio in Sectionem In principio*, sive in priora quinque Capita Geneseos. Init. fol. 296. עתה אשוב לפרש הנסתר אשר

3. Ejusdem ביאור פרק חלק *Expositio Capitis* X. Tractatus IV. Talmudici, de Damnis; ubi de Israelitis partem in seculo futuro habituris agitur; additis *tredecim Articulis Fidei Judaicæ*, quos primus Maimonides constituit, ut alibi monuimus. Init. fol. 305. a t. כל ישראל יש להם חלק וכו' ואלו שאין להם חלק לעולם

4. Ejusdem אגרת על תחיית המתים *Epistola de Resurrectione Mortuorum ad Viros terræ Australis*, Ebraice ex Arabico textu reddita a ר' שמואל בן יהודה אבן תבון *R. Samuele fil. Judæ Aben Tibbon*, non vero a *R. Juda Tibbonide*, ut perperam habent Buxtorfius, & Hottingerus. Init. fol. 318. a t. אמר שמואל בן יהודה אבן

5. פירוש מלות זרות מס' מורה נבוכים *Explicatio vocum difficiliorum, & extranearum, quæ in R. Mosis Maimonidæ libro Directore perplexorum* occurrunt, quæque in ejus versione vel ex Philosophia, vel aliunde usurpatæ sunt, secundum literarum seriem, a præmemorato *R. Samuele fil. Judæ Aben Tibbon* elucubrata, qui in limine monet, simile quid compositum esse a *R. Juda Charizi*, seu Poeta, qui post se novam præfati libri *More Nevuchim* Ebraicam versionem curaverit. Initium fol. 332. כהשלמי העתקת המאמר הנכבר מאדר מ'ה' וראיתי שלא יכולתי

Is Codex scriptus est A. Ch. 1347. ut liquet ex hisce calligraphi verbis, quæ f. 296. ad calcem libri Directoris Perplexorum leguntur: נשלם שבח לאלהי עולם ביום ראשון בעשרה ימים לירח סיון שנת חמשת אלפים ומאה ושבעה לאלף הששי *Absolutus est hic liber, feria prima, die* 10. *mensis Sivan*, Maji, *Anno ab Orbe condito* 5107. *Laus Deo Mundi*. Pertinuit olim ad *Abrahamum de Foro Cornelii*, qui illum novem ducatis sibi comparavit a *R. Beniamino Israele Ulyssiponensi, incola Urbis Saphethæ, feria sexta, die* 28. *mensis Ijar*, Aprilis, *Anno Mundi* 5144. Christi 1384. tum vero ad *Menachem filium Aaronis Volaterranum*; ut in fronte adnotatur.

XXIV.

Codex chartaceus in 4. foliorum 76. Rabbinicis literis eleganter exaratus, olim Urbinas; quo continetur,

R. Jo-

ס' עמודי כסף מר' יוסף אבן כספי R. JOSEPHI ABEN-CASPI, Barcinonensis, XIII. Christi seculo clari, SEPHER AMUDE CHESEPH, *Liber Columnarum Argenti*, titulo desumto ex com. 10. Cap III. Cantici Canticorum, necdum editus. Sistit Commentarium in R. Mosis Maimonidis librum, qui מורה נבוכים *More Nevuchim*, seu Director perplexorum inscribitur. Porro etsi Moses Maimonides in eorum caput, qui præfatum librum suum exponere, aut observationibus illustrare auderent, iram Dei fuerit detestatus; Aben-Caspi nihilominus diras ejusmodi deprecationes flocci fecit, caussamque suscepti Commentarii adsignat in alio suo libro, quem מנורת כסף *Menorath Chesepb*, ex I. Paralipomenon XXVIII. 15. nuncupavit. Heic vero subdit, hunc a se Commentarium fuisse elaboratum in usum filii sui *Abba*. Init. fol. 1. אמר יוסף אבן כספי לי הכסף משה נפשי לעמוד

Is Codex ad decimumsextum Christi seculum videtur referendus.

X X V.

COdex antiquus in 4. membraneus, foliis constans 151. Rabbinico charactere perpolito exaratus, olim Urbinas. Ibi continentur,

ס' המדע וס' האהבה מהרמבם" RAMBAM, i. e. R. Mosis Maimonidis, SEPHER HAMADAA, VESEPHER HAHAVA, *Liber de Scientia*, & *Liber de Amore*, sive priores duo libri ex XIV. quibus constat notissima ejusdem Maimonidis Summa Talmudica, cujus titulus duplex, nempe יד חזקה *Jad Chazaka*, Manus fortis, & משנה תורה *Miscne Thora*, Repetitio Legis. Præit Præfatio generalis unacum Indice, sive serie Præceptorum omnium Mosaicæ Legis tam adfirmantium, quam negantium, de quibus in toto opere exponitur. Init. f. 1. כל המצות שניתנו

I. *Liber de Scientia* habet הלכות *Halacoth*, sive Constitutiones quinque, quæ iterum in certa פרקים *Perakim*, seu Capita abeunt, quorum, uti & Præceptorum, quæ ibidem declarantur, Indicem singularum Constitutionum initio præfixum reperias; incipit fol. 16. פ'א' יסוד הסודות ועמוד החכמות לידע שיש שם מצוי

In fine vero, fol. 62. a tergo hæc legitur adnotatio: נגמר ספר ה'א' ומניין פרקיו ארבעים וששה הלכות יסודי התורה עשרה פרקים : הלכות דעות ז' פרקים הלכות הלמוד תורה שבעה פרקים הלכות עז' וחוקות הגוים י'ב' פרקים הלכות תשובה עשרה פרקים *Explicit Liber Primus, cujus capita quadraginta sex numerantur, e quibus Constitutiones de Fundamentis Legis habent* X. *Constitutiones de Cognitionibus* VII. *Constitutiones de Studio Legis* VII. *Constitutiones de Idololatria* XII. *& Constitutiones de Pœnitentia* X.

II. *Liber de Amore* in sex Constitutiones variis capitibus constantes divisus, quorum Indicem cum Præceptis ibidem expositis principio præmittitur; incipit fol. 73. a terg. פ'א' פעמיים בכל יום קורין קרית שמע בערב ובבקר שנ' ובשכבך

Adnectitur fol. 145. a terg. hæc adnotatio: נגמר ספר שיני ומניין פרקיו של ספר זה ששה וארבעים הלכות קריתשמע ר' פרקים הלכות תפילה וברכת כהנים טו' פרקים הלכות תפילין ומזוזה וספר תורה יוד פרקים : הלכות ציצית שלשה פרקים הלכות ברכות י'א' פרקים : הלכות מילה ג' פרקים *Explicit Liber secundus, cujus Capita sunt in universum quadraginta sex; Constitutiones nempe de Lectione Audi Israel complectuntur* IV. *capita, Constitutiones de Precibus & Benedictione Sacerdotali* XV. *Constitutio-*

tiones de Philacteriis, Schedis & Libro Legis X. *Constitutiones de Fimbriis* III. *Constitutiones de Benedictionibus* XI. & *Constitutiones de Circumcisione* III. Inde vero usque ad finem Codicis, quem haud immerito ad XIV. Christi seculum referas, describitur *Ordo*, sive modus disponendi Preces per anni circulum, cum formulis Benedictionum, & Confessionis, necnon cum initiis *Haphtaroth*, seu Lectionum Propheticarum, indicatis Sectionibus Pentateuchi, quæ singulis Lectionibus respondent. Subduntur præterea Psalmi duo Davidis priores, qui tamen diversa a superiori manu conscripti videntur.

XXVI.

CODex antiquus in 4. partim membraneus, partim chartaceus, foliorum 243. Rabbinicis literis satis elegantibus exaratus, olim Urbinas; ubi continetur,

פי׳ על ס׳ מורה נבוכים מר׳ משה בר יהושע בר דוד הנרבוני R. MOSIS FIL. JOSUE *fil. Davidis Narbonensis*, decimoquarto Christi seculo medio clari, PERUSC AL SEPHER MORE NEVUCHIM. *Commentarius in R. Mosis Maimonidis librum Directorem Perplexorum*, tres in partes, quot nempe Liber ipse constat, distributus. Initium fol. 1. אמר משה בר יהושע הנרבוני ז׳ש׳ע׳ ע׳מ׳ה׳ן בן מר דוד ז׳ל׳ה׳ה׳ למה

In clausula Partis I. fol. 67. a tergo hæc ab Authore adnotata reperias: נשלם פירוש החלק הא׳ מהמורה והשלמתיו בבורגוש בעשור לחדש אדר שנת ק׳כ׳ט׳ *Explicit Commentarius in Primam Partem libri Directoris Perplexorum; cui extremam manum imposui Burgis, die* 10. *mensis Adar*, Februarii, *Anno Creationis Mundi* 5129. Christi 1369. ad calcem vero III. Partis, fol. 242. hæc legas: נשלם פירושנו זה יום שלישי לחדש אייר שנת חמשת אלפים ומאה ועשרים ושנים ליצירה פה שוריה *Explicit hic noster Commentarius die* 3. *mensis Ijar*, Aprilis, *Anno Creationis Mundi* 5122. Christi 1362. *in Soria* Hispaniæ urbe. Septem itaque annis ante primam tertia hæc & ultima pars fuit conscripta; si numeralibus hisce notis fides adhibenda. Hocce autem opus nondum lucem publicam vidit. De ejus authore superius egimus; ubi & Bartoloccium confutavimus, qui Tom. IV. p. 73. & 224. ex uno eodemque Mose Narbonensi duos fecit. Is vero Codex autographus videtur, si quidem Secretum, sive modum conficiendi argenti, fol. 243. a tergo recentius additum, excipias. Pertinuit olim ad *Menachem fil. Aaronis Volaterranum*; ut in fronte adnotatur.

XXVII.

CODex in fol. membraneus, foliis constans 183. charactere Rabbinico elegantissimo scriptus, olim Urbinas; quo continetur,

ספר׳ ז׳ עמודי גולה מר׳ יצחק בן יוסף מקורביל R. ISAACI F. JOSEPHI DE KORBIL, sive Corbelio, oppido Galliæ ad Sequanam fluvium; SEPHER SCEBAA AMUDE GOLA, *Liber septem columnarum captivitatis*, duabus columnis dispositus, alias ספר מצות קטון *Sepher Mitsuoth Katon*, & per compendium literarum ס׳מ׳ק׳ *Samak*, i. e. Liber Præceptorum parvus, inscriptus; utpote qui ex ס׳מ׳ג׳ *Samag*, seu

ſeu libro Præceptorum magno, de quo ſuperius, excerptus, totus in exponendis adfirmantibus & negantibus Moſaicæ Legis præceptis verſatur. Prioris autem tituli ratio hæc eſt, quod opus ipſum, ſecundum ſeptem hebdomadæ dies diſpoſitum, & ſeptem columnis Mundi, quas ſtatuit author, ſuperſtructum eſt, atque hoc modo ritus omnes hodie receptos ſiſtit. Adcedunt ad marginem animadverſiones ר' פרץ בר אליה *R. Perets fil. Eliæ*, una cum concordantiis Biblicis, & Talmudicis, quæ cum eodem libro ſeptem columnarum prodierunt Conſtantinopoli, Cremonæ, & Cracoviæ 1557. & 1596. in 4. Porro columna I. agit de Unitate Dei, II. de Præceptis negantibus; III de Primogeniti ſanctificatione. IV. de periculis præcavendis. V. de Animalium jugulatione. VI. de Anno ſeptimo quietis, VII. de Sabbatho ejuſque obſervantia & cultu. Initium fol. 1. לידע שאותו שברא שמים וארץ הוא לבדו מושל למעלה

In clauſula operis, fol. 181. hanc Authoris epihraphen legas: זה ספר המצות הנוהגות בזמן הזה שיכתבו בשבעה עמודים וקראתי כפי עמודי גולה וכו' *Hic eſt Liber Præceptorum, quæ in præſentia vigent. Diſtribui autem illum in ſeptem columnas; quas captivitatis nuncupavi; ut ſcilicet omnes probe noſcerent quid ſibi ſervandum, quidve ſit effugiendum. Quiſquis propterea illum ad ſui uſum ſumma cum diligentia exſcribendum curet*. Hactenus R. Iſaac Corbelenſis, qui a magno naſo בעל חוטם *Baal Chotem*, communiter adpellatur, quique obiit A. M. 5000. Ch. 1240. teſte R. Gedalia in Catena Traditionis pag. 58. vel, ut ſcribit author Libri Juchaſin pag. 133. A. M. 5030. Ch. 1270. Conſequitur uſque ad finem Series, ſive Index Præceptorum omnium negantium, quæ Judæis 365. numerantur. Is vero Codex exaratus eſt ante Annum Mundi 5189. Chr. 1429. quo quidem anno, *die 19. menſis Ab*, Julii, *Judas filius Salomonis Minoricenſis*, illum ſibi comparaſſe ab *Iſaaco filio Eliæ Germano*, teſtatur ad calcem.

XXVIII.

CODEX antiquus in 4. bombycinus, foliorum 310. Rabbinicis literis eleganter exaratus, olim Urbinas. Ibi continetur,

ס' מלחמות יהוה מר' לוי בן גרשום R. LEVI FIL. GHERSCIOM, ſeu Gerſonis, XIII. Chriſti ſeculo clari, SEPHER MILCHAMOTH JEHOVA, *Liber Præliorum Dei*, titulo deſumto ex com. 28. Cap. XXV. libri I. Regum, jam typis vulgatum. Dividitur in ſex Partes, quæ iterum in certa Capita abeunt; ubi de variis argumentis Philoſophicis, ad ſacra tamen adcommodatis diſſeritur, præmiſſa Præfatione generali, ſynopſim totius operis exhibente; cujus init. f. 1. בדבר ה' שמים נעשו

Pars I. de immortalitate Animæ, conſtat Capitibus quatuordecim. Init. fol. 9. ה'פ'א' בעבור שהיה השכל היותר ראוי מחלקי הנפש

Pars II. de ſcientia futurorum, interpretatione ſomniorum, divinatione & Prophetia, quam ad cauſſas naturales temere refert, Capp. octo. Init. f. 62. ה'פ'א' בעבור שהיה זה הדרוש מהמדרשים היקרים.

Pars III. de Scientia Dei, quomodo ſcilicet Deus cognoſcat res omnes creatas univerſales, & particulares, Capp. ſex. Init. fol. 80. a t. ה'פ'א' וראוי

Pars IV. de Divina Providentia, & quomodo bona diſtribuat, & retribuat, Capp.

Capp. ſeptem. Init. fol. 101. ה'פ'א' וראוי שנחקור מענין השגחה האלהית אם היא

Pars V. de Corporibus Cæleſtibus, eorumque motu: item de natura & qualitatibus rerum ſublunarium, eorumque ſitu. In limine dicitur, quod Pars hæc reperiatur in magno volumine Aſtrologico ab ipſo R. Levi Gerſonide compoſito; quem laudat Wolfius Tom. I. p. 729. & quod eadem Pars in duas alias partes ſubdividatur, quarum primam ibidem invenies, de corporum Cæleſtium ordine & numero, de eorum motu recto, vel obliquo, celeri, aut tardo, de eorundem inclinatione ad meridiem, vel ſeptentrionem, & de iis omnibus, quæ corporibus Cæleſtibus adcidere ſolent, tractantem. Alteram vero habes heic in tres alias partes diſtinctam, quæ uſque ad fol. 194. protrahuntur; ubi hæc Authoris epigraphe legitur: יתברך האל אשר עזרנו ברחמיו וברוב חסדיו והיתה השלמת המאמר היה בשני מחדש טבת של שנת פ'ט' לפרט האלף הששי *Benedictus Deus, qui bonitate ſua, ac multitudine miſerationum ſuarum nobis præſto fuit. Abſoluta eſt hæc Pars die 2. menſis Teveth*, Decembris, *Anno Creationis Mundi* 89. *ſexti millenarii*, ideſt Æræ Chriſtianæ vulgaris 1329. Init. f. 125. a t. ה'פ'א' וקודם שנחקור

Pars VI. de Creatione Mundi, rerumque aliarum; de miraculis item & oſtentis; deque doctrina Legis, & quibus ex argumentis verus Propheta dignoſcatur. Subdividitur etiam hæc in duas Partes, quarum prima conſtans Capitibus trigintanovem, incipit fol. 19. ה'פ'א' וראוי שנגיד תחלה מה שבואת Altera Capp. XIII. incipit fol. 280. הפ'א' מבואר נגלה שלא יחויב מצד הפכות התוריות

In fine vero, fol. 310. notatur epocha, qua prædicta Pars fuit ad umbilicum perducta, hiſce verbis: והיתה השלמתו בשבעה ימים לירח שבט של שנת פ'ט' לפרט האלף וכו' *Et fuit complementum ejus die 7. menſis Scevat*, Januarii, *Anno Creationis Mundi* 89. *ſexti millenarii*, i. e. Chriſti 1329. Is vero Codex autographus videtur, pertinuitque olim ad ſæpe laudatum *Menachem fil. Aaronis Volaterranum*, ut in fronte adnotatur.

XXIX.

Codex chartaceus in 4. foliis conſtans 227. Rabbinico charactere deſcriptus, olim Urbinas; quo continetur,

ס' משיב נפש מר' מנחם בר שלמה R. MENACHEM FIL. SALOMONIS Perpinianenſis, XIV. Chriſti ſeculo ineunte clari, SEPHER MESCIU NEPHESC, *Liber Reducens Animam*, ſive de Pœnitentia, ab Authore abſolutus Anno Chriſti 1317. ceu ipſe f. 227. a tergo teſtatur, in hæc verba: נשלם זה הספר היום ד' נ' מרחשון ע'ז' לפרט במגדל פרפנאן *Completus eſt liber iſte in Arce Perpiniani feria quarta, die 3. menſis Marcheſcuan*, Octobris, *Anno 77. juxta minorem ſupputationem*, hoc eſt Creationis Mundi 5077. Opus haud contemnendum, nondum tamen editum. Dividitur in duas Partes, quarum altera heic deſideratur; Prima vero, ubi de cauſſis Pœnitentiæ, & quare peccator ſub pœna æterni ſupplicii teneatur de peccatis ſuis dolere, ſubdividitur in duos Tractatus, in certa Capita iterum abeuntes, quorum Primus Capitibus 12. agit de eſſentia Pœnitentiæ, ſive in quo vera Pœnitentia conſiſtat. Alter Capp. 13. de tempore magis apto ad Pœnitentiam, nempe capite anni, & die expiationis peccatorum. Init. f. 1. אחר התלמיד מנחם בר שלמה

In fine vero, f. 227. hæc legas: תם החלק הראשון הנק רא משיב נפש תהלה לאל יסור עניינו בדברים החיוב התשובה סבה למצואתם כמו שהתבאר ובא אחריו החלק השני שהם סבה למציאות התשובה כמו שהקדמהו בע״ה ובישועהו *Laus Deo. Explicit Pars Prima Reducens, seu Recreans Animam nuncupata, cujus proposita sunt de Pœnitentia, ut in proœmio diximus*. Is vero Codex ad XV. Christi seculum videtur referendus; pertinuitque olim ad *Menachem fil. Aaronis Volaterranum*; ut sub initium adnotatur.

XXX.

Codex antiquus in 4. bombycinus, foliorum 179. charactere Rabbinico exaratus, olim Urbinas; ubi continetur,

ס׳ המצות להר״מבם RAMBAM, sive R. Mosis Maimonidæ, SEPHER HAMMITSUOTH, *Liber Præceptorum*; in quo de omnibus Mosaicæ Legis præceptis tam adfirmantibus, quam negantibus, eorumque numero exponitur, quem Maimonides ipse ostendit congruenter fuisse a se adsignatum in Proæmio libri sui *Jad Chazaka*, seu *Manus fortis*, ubi eadem Præcepta in quatuordecim classes distincta, in universum 613. ex quibus 248. adfirmantia, & 365. negantia, recensentur. Tum vero respondet objectionibus, quæ in ejusmodi divisionem ac numerum fieri possunt. Opus Judæis probatissimum, ex Arabica lingua in Ebraicam conversum a *R. Salomone fil. Josephi Aben Job Hispano*, ut hæc ostendunt ejusdem verba, quæ fol. 179. ad calcem leguntur: נשלמת העתקת הספר הזה בחדש ניסן שנת חמשת אלפים ליצירה והעתקתיו אני שלמה בר יוסף בן איוב הספרדי זל׳ *Explicit versio hujus libri, quam ego Salomon fil. R. Josephi Aben Job, cujus memoria in benedictionem, Hispanus elaboravi in Provincia Bedersensi mense Nisan*, Martio, *Anno Creationis Mundi* 5000. Christi 1240. Quam quidem versionem adgressus fuerat *mense Tisri priore*, seu Septembri, præcedentis anni, ceu ipse in limine profitetur. Laudat hunc Interpretem Wolfius Tom. IV. pag. 14. eique ex Cod. Ms. Bibliothecæ Danielis Ernesti Jablonskii tribuit versionem Commentarii Averrois in Aristotelis Libros de Cælo & Mundo. Sed de hac versione Libri Præceptorum Maimonidæ, ab eodem R. Salomone curata, nullam facit mentionem; quæ haud parum discrepat ab ea, quam R. Moses fil. Samuelis Aben Tibbon concinnavit, & de qua in superiori Codice CLXX. egimus. Init. f. 1. אמר שלמה

Is Codex scriptus fuit ante annum Creationis Mundi 5165. quum eo anno, *die 2. mensis Sivan*, Maii, emtus dicatur sub initium a *Menachem filio Mosis*.

XXXI.

Codex antiquus in fol. partim membraneus, partim chartaceus, foliis constans 186. charactere Rabbinico admodum polito descriptus, olim Urbinas; quo continetur,

1. ספר שערי אורה מר׳ יוסף ניקטליה R JOSEPHI GIKATILIÆ, vel, ut alii legunt, ניקטילה *Gikatellæ*, Hispani, cognomento המקובל האלהי *Hammekubal Haelahi*, Cabbalistæ Divini, & per compendium literarum הרי״ג *Harrig*, XV. Christi seculo

feculo inclinante clari, liber inscriptus SCIAARE ORAH, *Portæ Lucis*, plane Cabbalisticus, sæpenumero excusus; quo universa ferme secretior Judæorum Theologia, speciatimque doctrina de nominibus & adtributis Divinis comprehenditur. Pars hujus libri Latine a Paulo Riccio reddita exstat inter Scriptores Cabbalisticos, cura Jo. Pistorii editos, Lib. IV. de Cælesti Agricultura pag. 138. & seqq. & antea seorsim lucem vidit Augustæ Vindelicorum 1516. in 4. Totus vero liber Latini juris factus legitur Tom. I. Cabbalæ denudatæ, in cujus Præfatione hæc ab editore monentur: *Schaare Ora a Riccio quondam carptim translatus, hic exhibetur, quantum fieri ob infinitas repetitiones potuit, integer & correctior, sed ordine Alphabetico ob commoditatem inquirendi*. Laudant hunc librum præ ceteris Andreas Masius, & Archangelus a Burgo novo; quorum tamen primus in Indice Scriptorum Ebraicorum, commentario in Josue addito, authorem corrupte *Nyctelo* vocat, litera נ *Nun*, quæ facile cum ג *Ghimel* confundi potest, deceptus; alter vero Librum ipsum *Sera Hora*, pro *Sciaare Orah* perperam inscribit. Init. fol. 1. שאלת ממני ידיר נפשי להאיר נתיב לפניך בעניין שמותיו

2. פירוש המרכבה *Expositio Currus*, sive Capitis I. Prophetiæ Ezechielis, Cabbalistica, absque authoris nomine. Præfati tamen R. Josephi Gikatiliæ foetum esse, liquet ex ipsius collatione cum edita Venetiis, sine anno, & typographi nomine, quæ eidem R. Josepho Gikatiliæ adscribitur. Initium fol. 100. ויהי בשלשים שנה ברביעי בחמשה·

3. תרגום יונתן בן עוזיאל על המרכבה R. JONATHANIS *fil. Uzielis*, *Thargum*, *Paraphrasis Chaldaica in Currum*, sive in Caput I. Prophetiæ Ezechielis; ubi nihil deprehendas, quod ab edita jam sæpius Paraphrasi discrepet. Legitur hæc in festo septem hebdomadarum, seu Pentecostes. Init. f. 130. a t. והוה בתלתין שנין

4. פרקי מרכבה *Capitula Currus*, sive Commentarius in quadrigam Ezechielis Prophetæ, Capitibus septem absolutus, quæ *R. Ismaeli filio Elisæi, Sacerdoti magno* tribuuntur. Init. f. 131. אמר ר' ישמעאל הקב"ה רם ונשא ואף כסאו רם ונשא

5. ס' שערי הרזים מר' טודרוס הלוי R. THEODORI LEVITÆ Toletani, liber inscriptus *Portæ Reconditorum*, sive expositio Cabbalistica in Psalmum XIX. *Cæli enarrant gloriam Dei*, præmissis nonnullis Carminibus loco Præfationis; Anno Mundi 5008. Christi 1248. composita, ut liquet ex epigraphe ad calcem Latinæ ejusdem libri interpretationis adposita, quam in superiori Codice CXCI. num. 10. exhibuimus. Init. fol. 134. ספר סופר: אמרי שפר: נאלמתי לא אפתח פי

6. Anonymi ס' שערי צדק *Liber Portarum Justitiæ*, titulo desumto ex com. 19. Psalmi CXVIII. Cabbalisticus, necdum editus, de licito usu matrimonii capitibus sex differens; cujus Latinam versionem a *Flavio Mithridate* curatam in laudato Codice Palat. Vatic. CXCI. num. 7. reperias. Init. f. 155. יברכך יהוה וישמרך

7. סוד האחדות השם מר' חמאי גאון R. CHAMMAI GAON, quem per excellentiam ראש המדברים *Rosc hammedabberim*, Principem eloquentium adpellant, *Mysterium unitatis Nominis*; ubi de Unitate Dei Cabbalistice exponitur. Init. f. 163. סוד יהוה ליראיו סוד גדול ומופלא ארני·

8. Ejusdem פי' שם של ארבע אותיות *Explicatio Nominis Tetragrammati*, adjectis exemplis omnium הצרופים *Hatscruphim*, sive combinationum literarum, ex quibus eruuntur nomina Deo a Cabbalistis adtributa. Init. f. 165. מי שהוא ירא ה'

9. R. HAI

9. שאלות ותשבות על ספר יצירה מר׳ האי גאון R. HAI GAON, ultimi Rabbinorum Gaonitarum, A. Ch. 1037. defuncti, *Quæstiones, & Responsiones in librum de Creatione*; ubi de decem *Sephiroth*, speciatimque de nomine Tetragrammato, quod Judæos olim in Urbe Hierusalem, cum tribus globulis in lineis singulorum elementorum formatis scribere consuevisse adfirmat. Idem opus, quod nondum lucem publicam aspexit, in superiori Codice CCCCLXI. num. 12. habetur; ubi primo occurrit Responsio præfati R. Hai Gaonis data ad quæstionem R. Paltui de X. Sephiroth, & XIII. Middoth. Init. f. 175. נשאלה שאלה למאור

10. Anonymi שער הסודות *Porta Mysteriorum homini oretenus accipiendorum*; ubi & de necessitate Legis Oralis, & Traditionis Doctrinæ. Ea autem in universum viginti quatuor numerantur, quorum primum de Homine, ultimum de Habitu Sacerdotali. Init. fol. 177. a terg. סוד האדם אם תבין סוד הנקראת אדמה למעלה

11. Ejusdem שער הכונה *Porta Intentionis*; ubi de intentionibus priorum Cabbalistarum, circa materiam Cabbalæ. Init. f. 186. כל הקובע דעתו דבר ברעתו

Is Codex scriptus est A. Ch. 1405, ut hæc ostendunt calligraphi verba, quæ fol. 186. ad calcem leguntur: אני שלמה בכר נתנאל זל כתבתי לכמ׳ר׳ יהושע בכר יואב זל׳ זה הספר אשר בו ספר האורה ופי׳ מרכבת יחזקאל הנביא ע׳ה׳ ותרגום ההפטרה של חג שבועות ופרקי מרכבה ושער הרזים לר׳ טודרוס הלוי זל ושערי הצדק ולקוטות ופי שם׳ של ד׳ אותיות ולקוטות אחרים והסודות שצריך אדם לקבל מפה אל אל פה ושער׳ הכונה וסיימתי הכל כחדש אדר שנת קס׳ה׳ לפרט האלף הששי וקבלתי שכרי מידו לידי המקום ברחמיו יזכהו להגות בו וכו *Ego Salomon fil. Nathanaelis, cujus memoria in benedictionem, exaravi ad usum gloriosi Domini mei R. Josue, fil. gloriosi R. Joab b. m. hunc Codicem, quo continentur, Liber Lucis; Expositio Currus Ezechielis Prophetæ, quocum pax; Paraphrasis in eundem Currum, in solemnitate septem hebdomadarum legenda; Capitula Currus; Portæ Reconditorum R. Theodori Levitæ, cujus memoria in benedictionem; Portæ Justitiæ; Explicatio nominis tetragrammati, cum aliis Collectaneis; item Mysteria oretenus tradenda, & Porta Intentionis. Et absolvi hæc omnia mense Adar*, Februario, *Anno Creationis Mundi 165. sexti millenarii; accepique mercedem mei operis a laudato R. Josue, quem Deus dignum reddat, qui legat in eo*, &c. Pertinuit olim ad *Isaacum Pelastrium*, tum ad *Menachem fil. Aaronis Volaterranum*; ut in fronte adnotatur.

XXXII.

CODEX in 4. membraneus, foliorum 108. Rabbinicis literis eleganter conscriptus, olim Urbinas; ubi continentur,

1. פסקי ר׳ יצחק מדורא R. ISAACI *Durensis*, PISKE, *Decisiones*, sive constitutiones judiciales & cæremoniales in sex Tractatus Talmudicos Ordinis II. מועד *Moed*, videlicet de Paschatibus, de Die expiationis, de Tabernaculis, de Die bono, de Capite anni, & de Volumine Esther, a ר׳ יהודה מרומה *R. Juda Romano*, variis etiam ad marginem adpositis notis, explanatæ. Init. f. 1. אור ליר׳ בודקין את

2. Ejusdem שערים האיסור והיתר *Portæ licitorum, atque illicitorum*, sive decisiones de cibis vetitis atque permissis. Init. fol. 70. בשר שנמלח ושהה כרי מליחה

3. הגהות ר׳ בנימין בן יצחק מנרני על שערי איסור והיתר מר׳ יצחק R. BENIAMINI

MINI FIL. ISAACI *de Narni*, non vero de *Nursia*, ut perperam ex Bartoloccio scribit Wolfius, *Observationes in Portas licitorum atque illicitorum*, sive in præfatas decisiones R. Isaaci Durensis de Cibis permissis atque vetitis. Init. fol. *96.* בשאר הב׳ מצאתי זאת הנהה אמר ב״ל׳ מעשה בחתיכת בשר׃

Porro ad calcem Decisionum R. Isaaci Durensis in tractatum Talmudicum de Volumine Esther, fol. *69.* a tergo hæc calligraphi adnotatio habetur: אני בנימין בכמה״ר׳ יצחק זלהה בכר בנימין כמר שלמה זלה״ה׳ כתבתי זה הפי׳ מפיסקי סדר מועד להר יהודה והשערים מאיסור והיתר להר׳ יצחק מדורא עם ההנהות שבסופו לחביבי ר׳ בנימין כמר יצחק מנרני חשם יזכהו וכו׳ *Ego Beniamin fil. Isaaci, fil. Beniamini, fil. Salomonis, cujus memoria in benedictionem, exaravi hunc Commentarium R. Judæ in Decisiones R. Isaaci Durensis super Ordinem de Sacris Festis; necnon ejusdem R. Isaaci Portas licitorum atque illicitorum, cum observationibus dilecti mei R. Beniamin fil. Isaaci Narnensis, quem Deus, &c.*

Is Codex, quem haud immerito ad decimumquintum Christi seculum referas, pertinuit olim ad *R. Beniaminum f. Joab*, qui illum a *Beniamino f. Isaaci Jekuthiel Ravennæ*, *feria prima*, *die 23. mensis Nisan*, Martii, *Anno Creationis Mundi 5339.* Christi 1579. se emisse, testatur fol. 108. a tergo.

XXXIII.

Codex chartaceus in 4. foliis constans 125. charactere Rabbinico descriptus, olim Urbinas. Ibi continentur,

פסקי דינים PISKE DINIM, *Compendium Judiciorum*, sive Decisionum Legalium & Cæremonialium, ex scriptis Rabbinorum *Alphesi*, *Tham*, *Baruc*, *Chananelis*, *Meir*, *Rambam*, seu Mosis Maimonidæ, *Rischa*, i. e. Salomonis fil. Abrahami ben-Addereth Barcinonensis, *Rasci*, seu Salomonis Jarchi fil. Isaaci, & *Riaz* i. e. R. Isaiæ Posterioris, cui Bartoloccius, & ex eo Wolfius totum hocce opus, quod nondum lucem vidit, perperam adscribunt. Init. fol. 15. שהזהיר הק״ב״ה׳ ארח

Præit Index omnium Judiciorum, seu Decisionum Legalium, & Cæremonialium, quæ in hoc opere exhibentur, quæque in universum DC. recensentur. Is vero Codex ante A. C. 1685. exaratus fuit; eo quippe anno, *feria tertia, die 10. mensis Ab*, Julii, *Judas fil. Baruc* illum sibi comparasse ab *Abrahamo f. Mosis*, solutis eidem triginta libris argenteis, fol. 117. a tergo testatur.

XXXIV.

Codex in 4. chartaceus, foliorum 180. charactere Rabbinico exaratus, olim Urbinas; quo continentur,

1. ספר המאור מר׳ זרחיה הלוי בן יצחק היצהרי R. ZERACHIÆ LEVITÆ *fil. Isaaci Haitshari*, Animadversiones in R. Isaaci Alphesii opus Talmudicum, quas author, ut ad nomen suum זרח יה *Zerach Jah*, i. e. ortus est Dominus, adluderet, SEPHER HAMMAOR, *Librum Luminarem*, sive שני המאורות SCENE HAMMEOROTH, *Duo luminaria*, nuncupavit; quæque cum ipso Alphesii opere prodierunt Sabionetæ 1554. atque alias. Eæ autem tredecim Tractatus Talmudicos comple-

plectuntur; quorum 1. *de Benedictionibus*. 2. *de Jejuniis*. 3. *de Volumine*, seu *Historia Esther*. 4. *de Festivitate*. 5. *de Die bono*, seu *Festo*. 6. *de Festo parvo*, seu *Interfesto*. 7. *de die Expiationis peccatorum*. 8. *de Prophanis*. 9. *de Sabbatho*, 10. *de Commixtionibus Domorum*. 11. *de Paschatis primi & secundi festo*. 12. *de Capite anni*. 13. *de Tabernaculis*. Init. f. 1. יורה יה לזרחיה ברוך ה' אלהי

2. Ejusdem ספר הצבה *Liber Exercitus*, nondum typis vulgatus; quo exponuntur tredecim modi ad legendum & intelligendum librum Talmudis necessarii, qui *R. Ismaeli socio R. Akibæ* tribuuntur, & quorum frequens est in libris ad Talmudicum studium manuducentibus mentio. Subnectitur ejusdem *R. Zerachiæ* Expositio in Lectionem Talmudicam de *Fenestra* inter duo atria posita; ex Tract. *Eruvin*, sive de Commixtionibus domorum in Sabbatho. Init. f. 172. מצאתי בתלמוד נדרש גם הוא בי"ג'.

Porro Zerachias ille, qui & שחוליה *Scechulia* cognominatur, in oppido Occitaniæ Lunelio natus, floruit A. M. 4910. Ch. 1150. Vide Wolfium Tom. I. num. 582. ubi merito arguit Bartoloccium, qui Par II. pag. 823. præfatum librum Exercitus alii R. Zerachiæ Levitæ Hispano tribuit, quem 236. annis Zerachia nostro posteriorem fuisse adfirmat.

Is Codex ad decimumquintum Christi seculum videtur referendus.

XXXV.

CODEX in 4. chartaceus, foliis constans 195. charactere Rabbinico exaratus, olim Urbinas; quo continentur,

1. ס' המבוא על הגיון לארסטו מאבן רשד ABEN RASCIAD, sive Averrois, SEPHER HAMMAVO AL HIGGAJON, *Isagoge*, sive *Introductio in Logicam Aristotelis*, cum expositione ר' לוי בן גרשון *R. Levi fil. Gersonis*. Init. f. 1. אמר לוי בן גרשום ז"ל

2. Ejusdem ביאור על ס' המאמרות *Commentarius in Librum Categoriarum*, sive in *decem Prædicamenta Aristotelis*, cum expositione *R. Levi fil. Gersonis*. Init. fol. 24. a terg. אמר לוי בן גרשום זל רל' שלא היה להם השם

3. Ejusdem ביאור על ס' הפתרון *Commentarius in Librum Aristotelis de Interpretatione*, qui dicitur etiam ספר המליצה *Liber eloquentiæ*, cum expositione *R. Levi fil. Gersonis*; additis ad calcem nonnullis adnotationibus Anonymi Authoris. Init. fol. 64. אמר וראוי שנאמר תחלה מה הוא השם

4. Ejusdem ביאור על ס' ההקש *Commentarius in Librum de Syllogismo*, sive *Priorum Analyticorum Aristotelis*, cum Expositione *R. Levi fil. Gersonis*. Init. fol. 110. a terg. אמר וראוי שנתחיל תחלה ונספר הדברים

Idem opus reperitur Ms. in Bibliotheca Regii Taurinensis Athenæi, teste cl. Pasino in ejus Catalogo Par. I. Cod. XL. pag. 10. ubi notatur annus, quo R. Levi fil. Gersonis Expositiones suas in præfatos Averrois Commentarios confecit, in hæc verba: נשלם זה הביאור בחדש אב של שנת שמנים ושלש לפרט אלף הששי *Completus est hic Commentarius mense Ab*, Julio, *Anno Creationis* 83. *sexti millenarii*, idest æræ vulgaris Christianæ 1323. Postea hæc sequuntur: והנה נשלם ספר ההקש והוא אנליטיקא הראשונה תהלה לאל לבדו *Et ecce completus est Liber de Syllogismo*, hoc est, *Analytica priora*, *Laus Deo soli*. Is vero Codex decimosexto Christi seculo videtur exaratus.

Co-

XXXVI.

Codex antiquus in 4. membraneus, foliorum 205. charactere Rabbinico admodum nitido, & perpolito conscriptus, olim Urbinas. Ibi continentur,

1. ביאור אבן רשד על ס׳ ההקש לארסטו ABEN RASCIAD, sive Averrois, qui pleno nomine *Abulvalid Mochammed fil. Achmed, fil. Mochammed, Cordubensis* adpellatur, & cujus pleraque scripta in Catalogo nostro Bibliothecæ Mediceæ & Palatinæ recensuimus, BIJUR AL SEPHER HAHEKESC, *Commentarius in librum de Syllogismo*, seu *Priora Analytica Aristotelis*, tripartitus, ex Arabica lingua in Ebraicam ab Anonymo conversus. Init. f.1. אמר וראוי שנתחיל ונספר בדבר אשר

2. Ejusdem ביאור על ס׳ המופת *Commentarius in librum de Demonstratione*, sive *Analytica posteriora Aristotelis*, ex præfati Anonymi interpretatione. Initium fol. 134. a terg. אמר כל למידה וכל למוד תכוני במאמר אמנם

Is Codex ad decimumquartum Christi seculum videtur referendus.

XXXVII.

Codex in 4. partim bombycinus, partim membraneus, foliis constans 148. Rabbinico charactere exaratus, olim Urbinas; quo continentur,

1. ביאור אבן רשד על ס׳ הפתרון לארסטו ABEN RASCIAD, vulgo Averrois, BIJUR AL SEPHER HAPPITARON, *Commentarius in librum de Interpretatione Aristotelis*, Ebraice ex Arabico per Anonymum redditus: Init. fol. 1. אמר וראוי שנאמר

2. Ejusdem ביאור על ס׳ ההקש *Commentarius in librum de Syllogismo*, sive in priora Analytica Aristotelis, ex ejusdem Anonymi versione, in tres Partes distributus, fine tamen mancus. Init. f. 4. אמר ראוי שנתחיל תחלה ונספר בדבר אשר

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur descriptus.

XXXVIII.

Codex antiquus in 4. membraneus, foliorum 278. Rabbinicis literis eleganter exaratus, olim Urbinas; quo continentur,

מאמרים על דרך הפילוסופיה מר׳ יהודה בר משה בר דניאל מרומי R. JUDÆ F. MOSIS, fil. Danielis Romani, de quo superius in Codd. XC. & CCLXXXIX. MAAMARIM AL DEREC HAPPILOSOPHIA, *Tractatus Philosophici* Tres, ex Sacra Scriptura, præcipueque rebus gestis Prophetarum compilati, necdum editi; quorum 1. Tractat de opere sex dierum, sive de historia Creationis. 2. Explicat varia commata ex Prophetarum libris selecta, ducto exordio a capite XIX. Libri I. Regum; ubi de fuga Eliæ a facie Jezabelis. 3. Agit de Prophetia & Prophetis, constatque sexaginta sex Capitibus, in quibus D. Thomas Aquinas sæpe laudatur. Init. fol. 1. כוכב החידוש יהל אור ··· בראשית ברא אמר יהודה המפרש

2. ס׳ פרקים מר׳ משה בן עבדאללה בן מימון R. MOSIS MAIMONIDÆ, qui *ben Abdalla*, seu *filius Theoduli* heic cognominatur, *Liber Capitulorum*, sive Commentarius in Aphorismos medicos *Hippocratis*, secundum doctrinam *Galeni*, in vi-

gintiquinque Tractatus distributus, qui una cum locorum sibimet ipsis contradicentium castigatione jam prodiit Bononiæ 1489. & Basileæ 1579. in 8. In fine vero f. 278. hæc legas: נשלם המאמר הכ״ה׳ תהלה לאל וכו׳ ובהשלמת נשלם ספר הפרקים לרב הגדול הפילוסוף אור הגולה מורינו ורבינו משה ז׳ל׳ בן החכם הגדול מימון הקרטבי נר המערבי זצקל׳ *Explicit Tractatus vigesimusquintus; Laus Deo &c. Et cum eo completus est liber Capitulorum Doctoris magni Philosophi luminis exilii, Domini nostri R. Mosis fil. sapientis Maimon, p. m. Cordubensis, luminis occidentis, cujus memoria in benedictionem*. Bartoloccius tam in Indice Ms. Vaticano, quam in Bibliotheca sua Rabbinica Par. IV. hocce opus, quod Latine juris factum fuisse a Hieronymo Mercuriali, testatur Emmanuel Aboab p. 275. Nomolog. simpliciter ספר על רפואה *Librum de Medicina* inscribit. Init. f. 110. הרבה בני אדם חיברו

Is Codex pertinuit olim ad *Salomonem fil. Josephi*, ut in fronte adnotatur; ejus autem ætas ad XIV. Christi seculum videtur referenda.

XXXIX.

Codex in fol. membraneus, foliis constans 159. charactere Rabbinico satis eleganti descriptus, olim Urbinas; ubi continentur,

1. ביאור אבן רשד על ס׳ השמע הטבע לארסטו ABEN RASCIAD, vulgo Averrois, BIJUR AL SEPHER HASCEMAA HATTEBAA, *Commentarius* in *Aristotelis Libros* VIII. *de Physica Auscultatione*, duabus columnis, uti & reliqui Tractatus, qui in hoc Codice exhibentur, dispositus, quem ex Arabica lingua in Ebraicam reddidit *R. Moses fil. Samuelis Aben Tibbon*, ut liquet ex hisce calligraphi verbis, quæ fol. 38. ad calcem leguntur: נשלם דברי ארסטו על השמע והטבע : שבח לאל : והעתיקו מלשון הגרי אל לשון עברי החכם הגדול ר׳ משה בן הה׳ הג׳ ר׳ שמואל בן יהודה אבן תבון מרמון ספרדי *Completa sunt verba Aristotelis de Physica auscultatione: Laus Deo. Et transtulit illa ex lingua Agarena*, seu Arabica, *in Ebraicam sapiens magnus R. Moses fil. sapientis magni R. Samuelis, fil. Judæ, Aben-Tibbon, Granatensis Hispanus*. Prodiit Commentarius iste Rivæ Tridenti Anno Mundi 5320. Christi 1560. in 8. testibus Bartoloccio & Wolfio; qui tamen Ebraicum ejus interpretem *R. Samuelem Aben-Tibbon*, Mosis nostri parentem, vocant. Init. fol. 1. אמר החכם הגדול אבו אלולת בן רשד אחר ההוראה

2. Ejusdem ביאור על ס׳ השמים והעולם *Commentarius in Librum Aristotelis de Cælo & Mundo*. Init. fol. 38. כונתו בספר הזה המכונה ספר השמים והעולם לדבר

3. Ejusdem ביאור על ספר ההויה וההפסד *Commentarius in Aristotelis Librum de Generatione, & Corruptione*. Init. fol. 61. a t. כונתו בספר הזה הדבור בשנויים

4. Ejusdem ביאור על ס׳ מאותות העליונות *Commentarius in Librum Meteorologicorum Aristotelis*. Init. f. 71. a t. אמר שמואל בן תבון אמר הפילוסוף בעבור שהקדמנו

5. Ejusdem ביאור על ס׳ הנפש *Commentarius in Aristotelis Librum de Anima*. Init. fol. 101. הכונה בכאן שנביא מדברי המפרשים בחכמת הנפש

6. Ejusdem ביאור על ס׳ החוש והמוחש *Commentarius in Librum Aristotelis de Sensu & Sensibili*. Init. fol. 126. בעבור שדבר ארסטו בספר בעלי חיים באברי חיים

7. Ejusdem ביאור על ס׳ השנה והקיצה *Commentarius in Aristotelis Librum de Somno & Vigilia*, Ebraice ex Arabico redditus a ר׳ שלמה בן משה מאלגירין *R. Sa-*

lo-

lomone filio Mosis de Algerio, ut in limine dicitur. Init. fol. 146. אמר ארסטוטלים
Is Codex scriptus est Anno Christi 1612. Sic enim f. 159. ad calcem habetur: והשלמת זו היתה בה' בשבת ב' לחדש כסלו ש'ע'ב' לפרט אלף ששי ובהשלמת ספר זה נשלמו ז' ספרי הטבע על ידי הכותב אהרן בר מרדכי הסופר ז'ל' *Et complementum hujus libri fuit feria quinta, die 2. mensis Chisleu*, Novembris, *anno ab Orbe condito 372. sexti millenarii. Et cum eo absoluti sunt septem libri de Physica, manu Aaronis filii Mardochæi, scribæ*. Pertinuit olim ad *Menachem fil. Aaronis Volaterranum*, ut in fronte adnotatur.

X L.

Codex in 4. partim chartaceus, partim membraneus, foliorum 151. Rabbinicis literis eleganter exaratus, olim Urbinas; quo continetur,
פי' אבן רשד על ס' השמים והעולם לארסטו ABEN RASCIAD, sive Averrois, PERUSC AL SEPHER HASCIAMAIM VEHAOLAM, *Commentarius in Aristotelis libros de Cælo, & Mundo*, ex interpretatione Anonymi. Init. f. 1. a t. אמר בן רשד כוונת
Is Codex ad XV. Christi seculum videtur referendus; pertinuitque olim ad *Menachem filium Aaronis Volaterranum*; uti sub initium adnotatur.

X L I.

Codex antiquus in fol. chartaceus, foliis constans 139. charactere Rabbinico eleganti descriptus, olim Urbinas; ubi continentur,

1. ביאור אבן רשד על ס' ההויה והפסד לארסטו ABEN RASCIAD, sive Averrois, BIJUR AL SEPHER HAHAVAJA VEHAPHESED, *Commentarius in Aristotelis librum de Generatione & Corruptione*, ex versione Anonymi. Init. f. 1. המאמר הא' מספר

2. Ejusdem ביאור על ס' מאותות העליונות *Commentarius in librum Meteorologicorum Aristotelis*, quadripartitus; in cujus fine, fol. 78. a terg. hanc interpretis epigraphen legas: נשלם ביאור בן רשד לספר אותות עליונות לארסטו והשלימו בה' באחד ועשרים לרביעי פ'א' לפרט האלף הששי במגדול טרשקון *Explicit Commentarius Ben-Rasciad in librum Meteorologicorum Aristotelis. Et quidem completus fuit feria quinta, die 21. mensis Thammuz*, Junii, *Anno 91. minoris computationis*, idest ab Orbe condito 5091. Christi 1331. *in Arce Terraconis*. Initium fol. 33. a terg. ה'מ'א' מספר: אמר למה שהקדמנו ודברנו.

3. פי' שם של ארבע אותיות מר' משה בן יהושע בר דוד הנרבוני R. MOSIS F. JOSUE fil. Davidis Narbonensis, *Explicatio Nominis Tetragrammati*, seu quatuor literarum, nempe Dei, Cabbalistica, Anno Christi 1343. absoluta; ut patet ex hisce authoris verbis, quæ in ejusdem clausula, f. 87. a tergo, leguntur: נשלמה ערב סוכות תמהכרה לשנת מאה ושלש לאלף הששי *Completa est* hæc explicatio *Vespere festivitatis Tabernaculorum Anno Creationis Mundi 103. sexti millenarii*, quo quidem anno Moses noster vivebat. Vide superius Codd. CCIX. & CCLX. ubi Bartoloccium castigavimus, qui vocem ישי *Isai* nomini R. Mosis Narbonensis adjunctam, quæ per compendium literarum denotat comma 2. Cap. LVII. Isaiæ: *Veniat pax, requiescat*, &c. quæque defunctis Judæis adtribui solet, veluti ip-

sius R. Mosis cognomentum profert, & ex uno eo demque Mose Narbonensi duos fecit. Init. fol. 83. כל הנקרא בשמי ולכבודי בראתיו יצרתיו

4. דברי ארסטו *Verba*, sive *Oratio Aristotelis*, quum primum in suggestum conscendit, habita. Init. fol. 87. a t. דברי ארסטו ביום הקהל כאשר עלה לבימה

5. Ejusdem אגרת לאלכסנדר *Epistola ad Alexandrum Magnum*, in qua de moribus Rege dignis, deque cavenda mulierum consuetudine disserit, ibid. תאמין כי

6. ס׳ הדרושים הטבעים מאבן רשד ABEN RASCIAD, sive Averrois, *Liber Perquisitionum Naturalium*, cum Commentariis ר׳ משה בן יהושע בר דוד הנרבוני *R. Mosis fil. Josue, f. Davidis Narbonensis*, de quo modo supra, ubi de materia prima, ceterisque rerum Naturalium principiis exponitur. In fine vero, fol. 136. hæc ab eodem R. Mose Narbonensi adnotata reperias: והשלמנו מפרשו בחדש אדר שני בחמישי בו שנת מאה ותשע לפרט האלף הששי *Explicit Tractatus de Perquisitionibus Naturalibus. Et complevimus expositionem illius die 5. mensis Adar posterioris*, Februarii, *Anno Creationis Mundi 109. sexti millenarii*, idest æræ vulgaris 1349. Bartoloccius perperam substituit Annum Mundi 5182. C. 1422. Initium fol. 88. אמר אבן רשד הפילוסוף כוונת החכם בפתיחת המאמר·

7. מאמר על יצירת האדם לדיין המולה אבו אלקאסם בן אדרים ABU-ALKASEM BEN ADRIS, Arabis Mahometani, Judicis, & Præsulis nomine inter suos clari, *Tractatus de Formatione Hominis*, recentiori manu consequenti libro Galeni præfixus, Physicus, ex Arabica lingua in Ebraicam, forte a ר׳ נתן מנטיאום *R. Nathan Mantuo* conversus, quem & ejusdem Abulkasemi librum ὀφθαλμοθεραπείων, sive de *curandis oculorum morbis*, sub titulo שתלים הנפרדים המועלים בעין h. e. *Plantæ specificæ, utiles oculis*, ex Arabico Ebraicum fecisse, testatur Hottingerus Bibl. Orient. pag. 40. Init. fol. 136. אמר מי שיאמר שבכאן צורות נבדלות

8. ס׳ אסור הקבורה לגאלינוס *Liber interdictionis Sepulturæ*, GALENO perperam adscriptus, ex Arabica lingua in Ebraicam translatus a ר׳ יהודה בן שלמה אלחריזי *R. Juda f. Salomonis Alcharizi*, seu Poeta, Hispano, ceu ipse in limine profitetur. Ibi de non humandis mortuis, nisi septuaginta duabus horis ab eorum obitu elapsis, speciatim disseritur. In clausula vero, fol. 139. hæc a librario adnotantur: כתבתיו וסיימתיו בניסן שנת כ׳ע׳נ׳נ׳ *scripsi & complevi hunc librum die 2. mensis Nisan*, Martii, *Anno In mea nube* i. e. 182. secundum minorem supputationem, sive ab Orbe condito 5182. C. 1422. Init. f. 136. קצור יושע האשורי

Is Codex pertinuit olim ad *Menachem f. Aaronis Volaterranum*, ut ad marginem frontis ejusdem adnotatur.

XLII.

CODEX antiquus in 4. membraneus, foliorum 168. Rabbinicis literis eleganter conscriptus, olim Urbinas; quo continetur,

ביאור על ס׳ בעלי חיים לארסטו מאבן רשד ABEN RASCIAD, vulgo Averrois, BIUR AL SEPHER BAALE CHAIIM, *Commentarius in Librum de Animalibus*, sive *in posteriores novem Aristotelis Libros de historia Animalium*; Ebraicus ex Arabico factus a *R. Jacobo fil. Machir*, non vero a *R. Mose fil. Salomonis Aben-Tibbon*, ut scribit Bartoloccius; concordat enim cum versione ejusdem Operis, quam in supe-

periori Codice CCCXLV. laudavimus, quæque R. Jacobi filii Machir, ceu Authoris nomen præfert. Dividitur in novem מאמרים *Sermones*, sive Tractatus, posteriora Aristotelis scripta de Historia Animalium, nempe de eorum partibus & generatione complectentes, quorum tamen primus inscribitur undecimus, postremus decimus nonus; non vero XVIII. ut scribit Lambecius in Catalogo Biblioth. Vindobonen. Tom. I. p. 178. Init. fol. 1. המאמר י'א' מס' בח' וזה שהסדרים

Is Codex scriptus est A. Ch. 1323. ut hæc ostendit epigraphe, quæ fol. 168. ad calcem adposita est: והיתה השלמתו בחדש שבט של שנת פ'ג' לפרט האלף הששי והתהלה לאל לבדו *Et completus est hic liber mense Scevat*, Januario, *Anno Creationis Mundi* 83. *sexti millenarii*, *Laus Deo soli*. Pertinuit olim ad *Menachem fil. Aaronis Volaterranum*; uti sub initium adnotatur.

XLIII.

Codex antiquus in fol. membraneus, foliis constans 200. charactere Rabbinico perpolito conscriptus, olim Urbinas. Ibi continentur,

1. ס' על הנפש מר' הלל בן שמואל בן אלעזר מווירונא R. HILLELIS FIL. SAMUELIS, *f. Eleazari de Verona*, XIII. Christi seculo inclinante clari, SEPHER AL HANNEPHESC, *Liber de Anima*, in duas Partes distributus, quæ iterum in certos ציונים *Titulos* abeunt, necdum typis commissus; in cujus clausula fol. 73. adnotatum reperias tempus, quo author illum absolvit, in hæc verba: תהלה לאל חי אשר הגיעני למחוז חפצי והשלמתיו בשנת נ'א' לאלף הששי ואני בעיר פורלין *Laus Deo vivo, qui me perduxit ad exitum hujus libri, juxta votum meum*, &c. *Complevi autem illum anno Creationis Mundi* 51. *sexti millenarii*, i. e. Christi 1291. non vero 1245. ut perperam habent Bartoloccius & Wolfius, *in civitate Phorli*, seu Forolivii.

Pars I. *De essentia Animæ, ejusque potentiis*, constat Titulis septem. Init. fol. 1. אמר המחבר הלל בן החסיד הרב ר' שמואל

Pars II. *de præmio & pœna Animæ*, Paradiso scilicet, & Inferno, *& quid de his senserint antiqui*. Tituli ejus tres. Init. f. 44. הציון הרא' אחרי שהראיתי כביאור

2. ספר עצם השמים לאבן רשד ABEN RASCIAD, sive Averrois, *Liber de substantia Cælorum*, sive orbis Cælestis, ex Latino idiomate in Ebraicum a *R. Juda fil. Mosis, f. Danielis*, de quo alibi, conversus; ut hæc ostendit epigraphe, quæ fol. 111. ad calcem adposita est: נשלם ספר עצם השמים לאבן רשד הפילוסוף העתקת הח' ר' יהודה בכר משה בר דניאל מלשון נצרית ללשון עברית *Explicit liber Aben-Rasciad Philosophi de substantia Cælorum, quem Sapiens R. Judas fil. Mosis fil. Danielis e Nazarena lingua*; sic Latinam Christianis propriam Judæi adpellant; *in Ebraicam transtulit*. Latina autem interpretatio ex Arabico textu a quodam Elia Ebræo curata, exstat in Codice Ms. Vaticano MMMMDLIII. Initium fol. 80. a terg. אמר יהודה המעתיק אמר אבן רשד המחבר כונתינו

3. ס' בתי הנפש והלחשים מר' לוי בר אברהם בר חיים R. LEVI, FIL. ABRAHAMI, F. CHAIIM, decimotertio Christi seculo clari, *Liber* inscriptus *Bucculæ & Amuleta*, sive *Olfactoriola & Inaures*, ex com. 20. Cap. III. Isaiæ, alias פרדס החכמה *Paradisus Sapientiæ*. Sunt Carmina varia de omni ferme disciplinarum genere, præcipueque de fundamentis Fidei Judaicæ, tot numero, quot efficiunt literæ, qui-

quibus prior titulus componitur, nempe 1246. In fine vero, fol. 200. a terg. hæc legas: נשלם פרדס החכמה ובתמו תמו כתי הנפש והלחשים שבח לאל הנדרש לדורשים *Explicit Paradiſus Sapientiæ, quocum abſoluta ſunt Olfactoriola & Inaures: Laus Deo, qui præſto eſt quærentibus ipſum*. Opus haud contemnendum, necdum tamen vulgatum; cui Author extremam manum impoſuit Anno Creationis Mundi 5036. Chriſti 1276. ceu ipſe in ejus limine profitetur. Initium fol. 118. a t. אמ׳ לוי בר אברהם בר חיים בר אברהם בר ראובן ז׳ק׳ל׳

Is Codex, quem non immerito ad XIV. Chriſti ſeculum referas, pertinuit olim ad *Menachem fil. Aaronis Volaterranum*, ut in fronte adnotatur.

XLIV.

CODEX antiquus in 4. partim chartaceus, partim membraneus, foliorum 108. Rabbinicis literis exaratus, olim Urbinas; quo continentur,

1. ספר בעלי הנפש מר׳ אברהם בן דוד מקרית יערים R. ABRAHAMI FIL. DAVIDIS de *Kiriath Jearim*, oppido Terræ Sanctæ in Tribu Juda, SEPHER BAALE HANNEPHESC, *Liber* inſcriptus *Poſſeſſores animi*, ſeu *Viri animoſi*; ubi de matrimonio & ejus uſu, deque ritibus variis ad feminas, ſpeciatimque menſtruatas, pertinentibus diſſeritur. In ejus clauſula fol. 72. a terg. hæc legas: ונשלם ספר בעלי הנפש חברו החכם הגדול הרב המובהק מאור הגולה ר׳ אברהם בר דוד ז׳ק׳ל׳ בקרית יערים עיר מושבו *Explicit liber Virorum animoſorum, quem compoſuit Sapiens magnus illuſtris, lumen exilii, R. Abraham filius Davidis de oppido Jearim*. Ejuſdem tituli & argumenti liber ר׳ אברהם בן דאור הלוי שני *R. Abrahamo ben Dior*, ſeu, ut alii ſcribunt, *ben David Levitæ poſteriori*, A. M. 4958. C. 1198. defuncto, adſcriptus, prodiit Venet. A. M. 5362. C. 1602. in 4. unacum libro עבודת הקודש, *Cultus Sanctus*, teſte Sabbathæo in Labiis Dormientium. Quare Wolfius haud immerito reprehendit Bartoloccium, qui librum noſtrum tamquam diſtinctum a præfato libro Abrahami ben Dior, & diverſi quoque argumenti, recenſet; quum unus idemque R. Abraham ben David cum R. Abrahamo ben Dior cenſendus ſit, qui etſi in Urbe Piſquera natus ac mortuus, ceu ſcribit Juchaſin pag. 132. in hoc tamen Codice, *de Kiriath Jearim* cognominatur, quia inde fortaſſe originem traxit. Init. fol. 1. אמ׳ אברהם בר דוד זל׳ המחבר העיר השם הנכבד

2. השגות על הראבד״ מר׳ זרחיה הלוי R. ZERACHIÆ LEVITÆ, de quo ſupra in Cod. XXXIV. *Animadverſiones* in præfatum Librum R. Abrahami fil. Davidis, *Poſſeſſores Animi* inſcriptum; ubi pleraſque ejus ſententias de ritibus ad matrimonium, & menſtruatas feminas pertinentibus, falſas eſſe, & veteribus Rabbinis adverſari, ex Talmude oſtendit. Bartoloccius authorem perperam vocat *R. Zerachiam Levitam Hiſpanum juniorem*, qui obiit A. C. 1386. ut recte advertit Wolfius Tom. I. num. 583. Init. fol. 74. תורה ותהלה לאשר לו הגדולה ועלה כל

3. משפט החרם *Judicium Anathematis*, ſive ritus ferendi ſententiam excommunicationis, illamque relaxandi. Init. f. 92. a t. בקיעי עירנו ראיתי כי רבו במה

4. תשובות מר׳ נסים בן ראובן מגירונדה R. NISSIM FIL. RUBEN GERUNDENDIS, contracte הר״ן *Haran* nuncupati, qui floruit A. M. 5026. C. 1268. *Reſponſiones ad Quæſita ſibi a Sapientibus Barcinonenſibus propoſita circa ſententiam Excommunicationis*,

nis, & speciatim ad quæsitum *R. Abrahami Barcinonensis: An aliquis possit excommunicare seipsum*. Hujusce autem Quæstionis instituendæ occasionem præbuit Judæus quidam Perpinianensis, qui tametsi anathemate seipsum perculserat, in insulis tamen Balearibus mandatarii Synagogalis, sive Præcentoris munere fungebatur. Init. fol. 100. כתכת ראובן הדר כפרפניאן עם אשתו ובניו

Is Codex decimoquarto Christi seculo videtur exaratus.

X L V.

Codex in 4. chartaceus, foliis constans 252. charactere Rabbinico exaratus, olim Urbinas; ubi continetur.

ביאור אבן רשד על ס' מה שאחר הטבע לארסטו ABEN RASCIAD, sive Averrois, BIJUR AL SEPHER MAH SCEACHER HATTEVAA, *Commentarius in librum Metaphysicorum Aristotelis*, ab Authore Arabice compositus anno Christi 1174. Inde vero in Ebraicam linguam a R. Kalonymo fil. Kalonymi translatus A. 1311. ut ex adnotationibus mox infra proferendis adparet. Dividitur in tredecim מאמרים *Sermones*, seu Tractatus, qui juxta priorum tredecim Alphabeti Ebraici literarum seriem dispositi sunt. Init. f. 1. בביאור האמת קשה מצר וקלה מצד זהראיה·

Porro in clausula Tractatus XI. fol. 206. hæc ab Averroe Authore adnotata reperias: והשלמתיו לחברו יום ט' מחרש צפר משנת שבעים וחמש מאות לחשבון הישמעאלים *Et complevi compositionem ejus feria secunda, die 9. mensis Saphar; anno quingentesimo septuagesimo secundum computationem Ismaelitarum*, sive Hegiræ Mahometis, qui respondet Anno Christi 1174. non vero 1192. ut perperam scribit cl. Pasinus in Catalogo Bibl. Reg. Taurinensis Par. I. pag. 14. Cod. XL. ubi exemplar hujusce Commentarii habetur. Ad calcem vero, f. 252. hæc epigraphe adposita est: נשלמה העתקת ביאור בן רשד לכל מאמרי מה שאחר הטבע לארסטו והשלים להעתיקו הח' הפילוסוף ר' קלונימוס בר קלונימוס בג' סיון ע'א' ל'פ'ר'ט' *Completa est translatio Commentarii Aben Rasciad in omnes libros Metaphysicorum Aristotelis, & perfecit illam Sapiens Philosophus R. Kalonymus fil. Kalonymi, die 3. mensis Sivan*, Maji, *anno Creationis* 71. secundum minorem computationem, idest 5071. Christi 1311. Pasinus loc. cit. habet: 13. *Sivan, idest Lunæ Maji, Anno Creationis* 77. *secundum minorem computationem, idest Æræ Vulgaris* 1317. Verum in calce libri אבן בוחן *Lapidis probationis*, sive *Lydii*, idem Kalonymus testatur, se eum scripsisse mense Teveth, anno ab Orbe condito 5000. Christi 1240. quum esset annorum octoginta trium. Alterutra itaque temporis nota depravata videtur; nisi ætati ejus amplissimus statuendus sit terminus. Quod quidem credi vix potest.

Is Codex ad XV. Christi seculum videtur referendus, pertinuitque olim ad *Nathanem fil. Salomonis*, qui illum sex Florenis sibi comparasse a *Matathia fil. Isaaci* Durante, testatur sub initium.

X L V I.

Codex antiquus in 4. chartaceus, foliorum 281. Rabbinicis literis nitidissimis conscriptus, olim Urbinas; quo continentur,

1. ALE-

1. פי' על ס' מה שאחר הטבע לארסטו מאלכסנדר הישמעאלי ALEXANDRI ISMAELITÆ, vel potius *Aphrodisæi*, insignis Aristotelis interpretis, de quo videndus Fabricius Tom. VII. Bibl. Græcæ pag. 148. PERUSC AL SEPHER MAH SCEACHER HATTEVAA, *Commentarius in librum Metaphysicorum Aristotelis*, ex Arabico sermone in Ebraicum conversus a *R. Mose fil. Salomonis, ex Sapientibus Solon*; ut hæc ostendunt calligraphi verba, quæ fol. 280. ad calcem leguntur; נשלמה העתקת זה הספר והתהלה לאל והעתיקו הח' הגדול האלהי הנכבד ר' משה בר שלמה מחכמי שלון תהי משכורתו שלימה מעם ה' אלהי ישראל תחת כנפיו יחסה נכתב פה בולוניה שבט שנת הקן' *Explicit translatio hujus libri, Laus Deo; quam curavit sapiens magnus Divinus, & gloriosus R. Moses fil. Salomonis ex Sapientibus Solon*, forte Sicaloniæ, vulgo la Sologne, provinciæ Galliæ sub Aurelianensi Præfectura: *Plenam mercedem recipias a Domino Deo Israelis, ad quem venisti, & sub cujus alas confugisti. Scriptus autem fuit Liber iste Bononiæ Anno Creationis Mundi* 5150. Christi 1390. Dividitur in quinque מאמרים *Sermones*, seu Tractatus, qui Aristotelis libros Metaphysicorum a VII. ad XI. complectuntur. Init. fol. 1. a t, זה המאמר הוא מאמר ראשון שיחקור

2. Anonymi Tractatulus לעשות סמים *de conficiendo Veneno* mortifero, tam tactu, quam odoratu, ex metallis, lapidibus & herbis, e scriptis Medicis Philonis potissimum depromtus, nova tamen manu additus. Init. fol. 280. a t. זה ספר יש בו בעניני סמה' לפולוס הרופא

XLVII.

CODEX antiquus in fol. partim membraneus, partim chartaceus, foliorum 84. Rabbinicis literis exaratus, olim Urbinas; quo continentur,

1. ס' חקות השמים מר' אברהם בן מאיר אבן עזרא R. ABRAHAMI F. MEIR, ABEN-EZRÆ, liber inscriptus CHUKOTH HASCIAMAIM, *Decreta Cælorum*, ex com. 33. Cap. XXXVIII. Jobi, sive ספר מאצטגננות *Sepher Meatsttaganuth*, Tractatus Astronomicus, Anno Mundi 4921. Alexandri Magni 1472. Ismaelitarum, sive Hegiræ Mahometis 557. Christi 1161. ab authore conscriptus; ut ex Genitura, fol. 34. a tergo adposita liquet. Dividitur in septem libros; quorum

I. Nuncupatur ראשית חכמה *Rescith Chocma*, Initium Sapientiæ, ex Proverb. IV. 7. Constat Capitibus decem, & adparatum ad ipsum opus complectitur, Init. fol. 1. ראשית הכמה יראת השם כי היא המוסר כי כאשר

II. ס' הטעמים *Sepher Hattaamim*, seu הענינים *Hainianim*, Liber Rationum, sive Occasionum, Capita ejus decem. Init. f. 24. a t. השער הא' חלקו הגלגל לשם'

III. ס' מהחורים *Sepher Mehachurim*, Liber de libertatibus, in Capita duodecim distributus; ubi de eo, An Astra vim inferant libero Hominis aribitrio. Init fol. 35. ראשית דברי ותחלת אמרי שבח והודאה לאחד מכל פנים

IV. ס' מהחורים שניים *Sepher Mehachurim Sceniim*, Liber secundarum libertatum, de eodem ferme argumento. Capita ejus duodecim. Init. fol. 40. a t. חכמי התורה מודים שיש יכולת בארם.

V. ס' הטעמים אחרים *Sepher hattaamim acherim*, sive *Liber de rationibus aliis & Judiciis Stellarum*; in cujus clausula, fol. 53, descriptum reperias calligra-

graphi nomen, hisce verbis: כתב פנחס בר שלמה מלוניל *Scripsit Pinchas*, seu *Phinees fil. Salomonis de Lunel*, seu Lunelio, Galliæ in Occitania oppido. Initium fol. 44. הנה נא הואלתי לשום מוסד לספר ראשית חכמה

VI. ספר המאורות *Sepher Hammeoroth*, Liber de Luminaribus, eorumque aspectibus. Init. fol. 53. a t. מפיל אני תפלתי לפני אלהי אבי כל עוד נבורתי בי

VII. ספר המולדות *Sepher Hammoledoth*, Liber de Nativitatibus, & conjunctionibus Planetarum, deque diebus criticis. Init. f. 57. אני אברהם הספרדי

VIII. ספר השאלות *Sepher Hasceeloth*, Liber de Interrogationibus, quæ alteram Astrologiæ Judiciariæ partem constituunt. Init. f. 69. a t. חכמי המזלות

Aliud hujusce operis exemplar exstat superius in Cod. Palatino-Vaticano CCCXC. & in Bibliotheca Vindobonensi num. XCVI. teste Nesselio. Quare fallitur Hvetius, qui in libro de claris Interpretibus pag. 223. illud nonnisi ex versione Latina Petri Aponensis superesse existimavit:

2. אגרת על מחברות המאורות ועל לקות השמש והירח לאבי יוסף בן יצחק מאלכסנדריאה ABI-JOSEPH *fil. Isaaci*, *Alexandrini* Ægyptii, *Epistola de conjunctionibus Luminarium*, & *Eclypsibus*, necdum edita, in Capita undecim distributa, quam ר׳ קלונימוס R. Kalonymus Anno Creationis Mundi 5076. Christi 1316. ex Arabica in Ebraicam linguam transtulit, ceu ipse fol. 78. a tergo profitetur. Initium fol. 76. דע האח שזה קשה המציאות אלא למי שמעלתו

3. Ejusdem *Epistola de Intelligentiis Cælos moventibus*, ex interpretatione præfati R. Kalonymi. Sic enim in fine, fol. 81. a tergo habetur: תמה האגרת העתיקה ר׳ קלונימוס כ״א אלול ע״ד לפרט *Transtulit R. Kalonymus, die* 21. *mensis Elul*, Augusti, *Anno* 74. *minoris computationis*, idest ab Orbe condito 5074. Christi 1314. Is est Kalonymus filius Kalonymi Mantuanus, Averrois interpres, quem in superiori Codice XLV. atque alibi laudavimus. Porro heic castigandus Bartoloccius, qui Genituram in Tractatu Astrologico Aben-Ezræ, fol. 34. a tergo descriptam, ex qua tempus quidem, quo tractatus ille fuit compositus, colligitur, ad ætatem hujus Codicis perperam refert; & Epistolarum Astronomicarum Abi-Josephi Alexandrini, quæ recentiori manu sunt additæ, calligraphum vocat Phinees filium Salomonis, de quo modo supra. Init. f. 78. a t. ידריכך הא׳ אחי בהשגת האמת מעמירך

4. Ejusdem Quæstiones Astrologicæ על משפטי הככבים ועל לקות השמש והירח *De Judiciis Astrorum*, & *de Eclypsibus Solis & Lunæ* ex scriptis *R. Abrahami Aben-Ezræ* excerptæ; interprete eodem *R. Kalonymo*. Init. f. 81. a t. ועתה בשם האל

Is Codex ad XV. Christi seculum videtur referendus; pertinuitque olim, ad *Isaacium fil. Aaronis Bononiensem*; uti sub initium adnotatur.

XLVIII.

CODex antiquus in fol. membraneus, foliis constans 77. Rabbinico charactere exaratus, olim Urbinas, quo continentur,

ספר על חשבון העיבור מר׳ אברהם בר חייא SEPHER AL CHESBON HAIBBUR, *Liber de Supputatione Embolismorum*, sive de computo Astrologico, & Kalendarii conficiendi ratione, variis figuris & tabulis Astronomicis illustratus, nondum ty-

pis commissus, Authore R. ABRAHAMO FIL. CHIJA, Hispano, qui vita excessit Anno Mundi 4865. Christi 1105. ut alibi monuimus. Totum opus in tres abit Partes; quarum

I. De Arithmetica, incipit f. 1. כתוב ה׳ בחכמה יסד ארץ כונן שמים בתבונה

II. De Mensibus, gradibus, & annis Lunaribus, deque Noviluniis, & eorum numero, fol. 14. a terg. המאמר ופי׳ שם החדש ושם המולד ונדרהין

III. De Anno Solari, solstitiis, æquinoctiis, septimo anno quietis, Jubilæo, & Kalendariis ceterarum gentium. Ibi fol. 55. circa medium Christus natus dicitur anno ab Orbe condito 3761. *feria quinta, die 9. mensis Teveth*, Decembris, secundum Christianorum vero sententiam, uno anno minus, nempe 3760. *Sabbatho, die 25.* ejusdem mensis. Init. fol. 35. a t. השער הא׳ בפתחון

2. ספר השמר הטבלה העגולה *Liber Corruptionis Tabulæ rotundæ*, ex *Barbara* lingua, quam Germanicam puto, in Ebraicam ab Anonymo conversus, & in epitomen redactus, anno Creationis Mundi 5039. Christi 1279. ut in ejus limine legitur. Est fabulosa narratio de heroicis facinoribus Regis *Artus*, quæ sub titulo Germanico-Rabbinico ארטוס הוב i. e. *Aula Regis Artus* sæpius lucem publicam aspexit; ut videre est apud Wolfium Tom. I. num. 351. Atque heic corrigendus Bartoloccius, qui præter quam quod hujus libelli argumentum minime est adsequutus, tempus quidem prælaudato operi Astronomico R. Abrahami ben-Chija adscriptum, ad ipsius Libri Corruptionis Tabulæ rotundæ ætatem perperam refert, & linguam Barbaram, seu Germanicam, ex qua in Ebraicam dicitur conversus, Hispanicam vocat, uti & ipsum Artus Hispaniarum Regem fuisse opinatur. Init. fol. 75. זה ספר השמר הטבלה העגולה של המלך ארטוס

Is Codex, si quidem librum Corruptionis Tabulæ rotundæ excipias, quem nova manu additum esse jam diximus, scriptus est Anno Creationis Mundi 4883. Christi 1123. octodecim scilicet, annis ab authoris interitu; ut fol. 23. ad calcem adnotatur.

XLIX.

Codex antiquus in fol. partim chartaceus, partim membraneus, foliorum 119. Rabbinicis literis exaratus, olim Urbinas; quo continetur,

פירוש על ס׳ הא׳ לאבו עלי אבן סנא מר׳ בן יעש הרופא R. BEN-JAESC Medici, incertæ ætatis, PERUSC AL SEPHER HARISCION, *Commentarius in Librum Primum Canonis Medicinalis Abu-Ali Aben Sina*, vulgo Avicennæ, *de Aphorismis Medicis & Anatomicis*; necdum editus, & in sola Vaticana Bibliotheca adservatus. Init. fol. 1. אמר המפרש זה נדר הרפואה וקורם שנבארהו יאות לנו.

Subnectitur ejusdem *Libri* I. *Canonis Avicennæ compendium*, a præfato *R. Ben-Jaesc* elaboratum, & in Capita undecim distinctum. Init. f. 95. ביאור הא׳ מהח׳

Is Codex, quem non immerito ad decimumquartum Christi seculum referas, pertinuit olim ad *Samuelem Valentinum*; ut in ejusdem Codicis fronte adnotatur,

Co-

L.

Codex antiquus in fol. partim chartaceus, partim membraneus, foliis constans 163. charactere Rabbinico exaratus, olim Urbinas. Ibi continetur, ספר אלמנצורי *Liber Almantsuri*, sive Opus Medicum ab AL-RAZI insigni medico Mahometano Arabice compositum, in gratiam *Almantsur*, vulgo *Almansoris Caliphæ*, seu Mahometanorum Imperatoris, cujus archiater fuerat; unde tituli ratio; & a *R. Scem Tou fil. Isaaci Hispano*, cognomento *Hattarisci*, Anno Ch. 1264. Ebraice redditum, cujus nomen in limine occurrit. In fine vero fol. 163. ista leguntur: נשלמה העתקת ספר אלמנצור בכלשעריו ומאמריו הנזכרים בתחלת הספר בחדש ניסן שנת חמשת אלפים ועשרים וארבע תהלה לאל *Explicit translatio libri Almantsuri cum omnibus suis Portis, & Tractatibus, qui sub initium recensentur. Et quidem absoluta fuit mense Nisan*, Martio, *Anno Creationis Mundi* 5024. *Laus Deo*. &c. Dividitur in decem Tractatus, qui iterum in certas abeunt Portas, seu Capita, quorum seriem exhibet Præfatio generalis, Tractatui primo præfixa; cujus initium fol. 1. אמר שם טוב בר יצחק ז'ל המכונה

Tractatus I. de Forma, & ratione membrorum hominis, sive de Anatomia, constat Capitibus XXVI. Init. f. 4. המאמר ה'א' בתבנית האברים ותכונתם

Tractatus II. de Hominis temperatione, morbisque Corporis, & Metoposcopia, Capp. LVIII. Init. f. 18. המאמו הב' מס' אלמנצור העתקת הח' ר' שם טוב בר

Tractatus III. de Cibis, & Aromatibus, eorumque virtute, Capp. XXV. Init. fol. 26. a terg. מאמר מחובר יעזר בו על ידיעת בחות המזונות

Tractatus IV. de Sanitate tuenda, Capp. XXX. Init. f. 48. a t. אמר שמירת

Tractatus V. de Concilianda corpori forma & amoliendis a facie vitiis, Capp. LXXVII. Init. fol. 65. המאמר הה' מס' אלמנצור במיני העדי אשר העתיק

Tractatus VI. de Remediis ab iter agentibus adhibendis adversus solem, & alia viæ incommoda, Capp. XIX. Init. fol 80. המאמר הו' מספר אלמנציר בהנהגת

Tractatus VII. de Regimine & cura infirmorum, deque unguentis ad vulnera idoneis, Capp. LIX. Init. fol. 86. המאמר הז' כללים וקבוצים ממלאכת התחבשה

Tractatus VIII. de Reptilium, serpentumque morsibus, & de variorum venenorum Alexipharmacis, Capp. LIII. Init. f. 98. a t. המאמר הח' כללים וקבוצים

Tractatus IX. de Morbis, qui humanum corpus a vertice ad pedis plantam adfligere solent, Capp. XCIII. Init. fol. 111. a t. המאמר הט' מס' אלמנצור במיחוש

Tractatus X. de Febribus, constat Capitibus XXXIII. Initium fol. 139. השער הא' כי הקדחות וכל שכן החדות יצטרכו בעליהן.

Aliud hujusce Operis exemplar, quod nondum Arabice, aut Ebraice lucem publicam vidit, habetur superius in Codice Palatino-Vaticano CCCLXXIV. n. 4. Is vero Codex ad XIII. Christi seculum videtur referendus; pertinuitque olim ad *Samuelem Valentinum*; ut in fronte ejusdem adnotatur.

L I.

CODEX antiquus in 4. bombycinus; foliorum 158. Rabbinicis literis exaratus, olim Urbinas, quo continentur,

1. פי׳ על פרקי אפוקראט מר׳ משה בר מימון R. MOSIS F. MAIMON, Ægyptii, PERUSC AL PIRKE APUKRAT, *Commentarius in Aphorismos Hippocratis*, secundum doctrinam *Galeni*, שר של רופאים *Medicorum antesignani*, in vigintiquinque capita distributus, quorum Index, imperfectus tamen, principio præfigitur. Illum Bartoloccius simpliciter ספר על רפואה *Librum de Medicina* adpellat. Init. fol. 1. העצב אשר יבא משל כבר החוש והתנועה

2. Ejusdem השנות על נאלינו *Animadversiones in Galenum*, fine mutilæ; ubi loca quædam apud Galenum sibimet contradicentia castigantur. Init. fol. 142. a terg. אמר משה אלו הספקות לא אבען ברפאות הראוי

Utrumque opus prodiit jam Bononiæ 1489. & Basileæ apud Sebastianum Henricum Petri 1579. teste Wolfio. Is autem Codex decimoquarto Christi seculo videtur conscriptus.

L I I.

CODEX chartaceus in 4. foliis constans 186. charactere Rabbinico exaratus, ubi continetur,

ס׳ על דברי הימים וקרבות היהודים מיוסף בן נוריון SEPHER AL DIVRE HAJAMIM VEKERAVOTH HAJEHUDIM, i. e. *Liber de Rebus gestis, & Bellis Judaicis*, historiam scilicet Gentis Ebrææ complectens ab Adami Genealogia, usque ad eversionem Hierosolymorum sub Tito, principio tamen & fine mancus; Authore JOSEPHO F. GORIONIS, qui perperam a plerisque Judæis cum *Flavio Josepho Matathiæ filio*, celebri Historico, confunditur; ut superius in Codice Palatino-Vaticano CCCCVIII. ubi idem opus exhibetur, ostendimus. Initium fol. 1. עיר על הים ויקראו שמה פרטו ויבנו עיר אחרת ויקראו.

Is Codex ad XVI Christi seculum videtur referendus; pertinuitque olim ad *Menachem fil Aaronis Volaterranum*; ut in fronte adnotatur.

L I I I.

CODEX antiquus in 4. chartaceus, foliorum 92. Rabbinicis literis satis elegantibus descriptus, olim Urbinas; ubi continentur,

1. ס׳ הנהגת המלכות אשר כתב ארסטו אל מלך אלכסנדר ARISTOTELIS Stagiritæ, SEPHER HANNEHAGATH HAMALCUTH, *Liber de Administratione Regni ad Alexandrum Regem*, ex idiomate רומי *Romæo*, seu Græco; non vero Latino, ut perperam reddit Bartoloccius, Græci enim Orientalibus Romæi nuncupantur; in Arabicum a יחיא בן אלבטריק *Jachia, Ben-Albatrik*, seu *Johanne Patricii filio* Christiano, quem inter præclaros interpretes, Medicos, & Philosophos, qui regnante Mamone filio Aaronis Al-Rascidi septimo Abbassidarum Calipha, floruerunt, primum recenset Gregorius Abulpharagius in Historia Dynastiarum; inde

inde vero in Ebraicum conversus a ר' יהודה בן שלמה בן אלחפני אלחריזי *R. Juda fil. Salomonis ben-Alcophni*, cognomento *Alcharizi*, seu Poeta Hispano, qui vixit XII. Christi seculo, ut in limine legitur; nondum editus, nec Græce, aut Latine hactenus inventus, quem proinde Wolfius Aristoteli suppositum existimat. Constat מאמרים, *Sermonibus*, seu Tractatibus octo; quorum

I. *De Generibus & varietate Regnorum*, incipit f. 1. אמר הישמעאלי המעתיק

II. *De Varia compositione Regnorum*, f. 4. ראוי אל המלך שייתיחד בשם חכמה

III. *De Forma, & administratione Justitiæ*, fol. 7. דע כי הצדק תואר נכבד

IV. *De Pro-Regibus, Locum-tenentibus, Scribis, & aliis Justitiæ administris*, fol. 10. ראוי אליך שתבחר לך לכתוב אינמתיך והותמיך

V. *De Legatis, & Oratoribus Regum*, f. 10. a t. דעכי השליח יורה על שכל

VI. *De Principibus, Equitibus, & Servis*, f. 11. הפרשים הם ערי המלכים

— VII. *De Bello, & acie instruenda*, f. 12. תסכן עצמך במלחמה והידבק בגדולי

VIII. *De Jurisprudentia, & Legibus*; ubi etiam agitur de lapidibus pretiosis & eorum virtutibus; incipit f. 14. אלכסנדר דע לך כי לפי שחוכמת הכרת הפרצוף

2. ס' מוסרי הפילוסופים *Liber institutionum*, sive *Apophtegmata, & Ænigmata Didascalica Philosophorum*, ex Arabica lingua in Ebraicam a prælaudato *R. Juda filio Salomonis Alcophni Alcharizi* translata; quæ Wolfius Tom. I. n. 642. & 777. eadem esse adfirmat, ac Institutiones, sive Sententias ex Poetis, & Philosophis Græcis æque ac Romanis collectas, & Arabice expressas, quæ Ebraice ex versione *R. Chanania fil. Isaaci Hajotseri*, in collectione quadam a R. Jacobo Marcaria curata, cujus titulus גורן נכון *Area purgata* ex 2. Regum VI. 6. Rivæ Tridenti A. M. 5322. C. 1562. in 4. prodierunt. Verum etsi levis discrepantia inter utrumque Opus intercedat, in nostro quidem libro præter R. Judam filium Salomonis Charizium, nullus alius interpres memoratur. Initium fol. 20. a t. הט אזנך ושמע דברי חכמים וקשר מהם.

3. אגרת ארסטו אל המלך אלכסנדר *Epistola Aristotelis ab Alexandrum Regem*, de moribus Rege dignis, quæ cum quatuor consequentibus opusculis, in præfata collectione R. Jacobi Marcariæ, Partem secundam, & tertiam Institutionum Philosophorum efficit. Init. fol. 39. כתב אליו כאשר אין המוסר להסתפק מן הממון

4. מוסרי אלכסנדר בעל הקרנים *Apophtegmata, & dicta memorabilia Alexandri Magni Macedonis*, cognomento *Baal hakarnaim*, Habentis duo cornua, sive Bicornis, ex Imperio, quod in orientem & occidentem, tamquam in duo cornua mundi protulit, ut alibi adnotavimus. Init. fol. 40. a t. ואולם קראו שמו בעל

5. אגרת שכתב המלך אלכסנדר לאמו קדם מותו *Epistola, quam Alexander Rex morti proximus ad Matrem consolandi caussa scripsit*, una cum Matris responsione. Alia est ab ea, Alexandro itidem adscripta, quam in superiori Codice Palatino-Vaticano CCLXXXVII. laudavimus. Init. fol. 42. a terg. אולם אחרי שבח האל

6. קיבוץ הפילוסופים *Dicta memorabilia Philosophorum coram feretro Alexandri Magni*, ubi & de ejus morte ac funere; & quid mater quum filii Cadaver pompa funebri ad se delatum vidisset, quid uxor ejus, aliique dixerint. Initium fol. 44. a terg. קיבוץ קהל הפילוסופים וחכמי האומות לפני ארון אלכסדר

7. מליצות המוזהבות *Apophtegmata*, seu *dicta moralia Diogenis* & *Pythagoræ*, quæ Galeno *Aurea* nuncupantur; itemque *Hippocratis*, *Ptolemæi*, *Sapientum Roma-*

manorum, *Homeri*, *Solonis*, & *Euclidis*, una cum interrogationibus & responsis aliorum Philosophorum. Init. fol. 50. a t. אמר תחילת מה שמצוה אתכם כו לרומם

8. פילוסופיה מהשדים *Philosophia Cacodæmonum*, quam a Salomone Rege traditam dicunt. Libellus superstitiosus nullius pretii, parum discrepans ab eo, qui vulgo מפתח שלמה *Clavis Salomonis* inscribitur, quique ad evocandos & adjurandos malos genios spectat. Init. fol. 61. a terg. הוכירו לפני שלמה בן דוד ע'ה'

9. ספר היסודות לר' יצחק בר שלמה הישראלי R. ISAACI F. SALOMONIS ISRAELITÆ, *Liber de Elementis*, Philosophico-medicus, secundum mentem *Aristotelis*, *Galeni*, & *Hippocratis*; necdum editus, quem Latine ab Anonymo conversum habemus in Codice Ms. Latino Vaticano membraneo MMMMDLXXIV. cujus initium: *Isaac filius Salomonis Israelita segregavit sibi de dictis antiquorum de Elementis sententiam, eam sibi præcipuam & veram affirmans, quam ex Aristotelis, Hyppocratis, Galeni auctoritatibus ratam probavit*, &c. quemque sub titulo *Fundamenta Isaaci filii Salomonis Israelitæ*, ex Arabico idiomate in Ebraicum ab *Abrahamo Levita*, *filio Samuelis f. Chasdai*, translatum, exstare inter Codd. Mss. Bibliothecæ Leidensis, monet Wolfius Tom. I. & III. num 1214. ubi ex Catena Traditionis scribit, Authorem nostrum, doctorem in jure Ebræorum, & medicum insignem, cælibem vixisse centum annos & amplius, & Anno Ch. 940. obiisse, adversus Justum, & Henricum Mauroy, quorum primus in Chronologia Medic. eum vixisse ait A. Ch. 1158. alter in Apologia pro Judæis Christianis Par. I. p. 222. ejusdem R. Isaaci ætatem ad Annum Christi 1170. differt; ut alibi observavimus. Dividitur liber ille in tres Tractatus, quorum

Primus incipit fol. 63. a terg. אמר יצחק הישראלי כי הפילוסוף נבל היסודות

Secundus, fol. 77. אמ' יצחק אחר שהיגענו לזה המקום

Tertius, fol. 86. אמר יצחק נתחלפו הראשונים בכמות

Is Codex decimo quarto Christi seculo videtur exaratus.

LIV.

Codex antiquus in fol. membraneus, foliis constas 312. charactere quadrato pereleganti exaratus, olim Urbinas; quo continetur,

ס' השרשים מר' יונה בן גנאח R. JONÆ, F. GANNACH Medici Hispani Cordubensis, A. M. 4881. Ch. 1121. clari, quem plenius אבו וואליד מרון בן גנאחי *Abuwalid Marun*, *ben-Gannachi*, adpellandum esse, monet Eduardus Pocockius in Præfatione ad commentarium in Joelem, quamvis a Kimchio sub nomine *R. Jonæ*, & ab Aben-Ezra sub nomine *R. Marini* citetur; SEPHER HASCHRASCIM, *Liber Radicum*, sive Dictionarium Ebraicum absolutissimum, magni apud Judæos pretii, necdum tamen editum. Est altera Pars Operis Grammatici, a nostro R. Jona Arabice Cæsaraugustæ compositi, & a R. Juda Tipponide Ebraice conversi in arce Lunelii A. M. 4931. C. 1171. ut in limine Præfationis monetur. Primæ autem Partis, quam heic desideramus, titulus est ספר הרקמה SEPHER HARAKMA, *Opus Phrygionicum*, ubi de nomine, dictione, & verbo exponitur. Ea usus est Joh. Morinus in exercitationibus Biblicis, ceu ipse Pag. 527. testatur, sed Ebraicum interpretem non nominat. Exstat totum Opus Ara-

Arabice exaratum in Bibliotheca Bodlejana num. 5377. inter Pocockianos num. 50. Ebraice vero ab Anonymo conversum in Bibliotheca Regia Parisiensi Cod. CCCCXC. Vidê Wolfium Tom. I. & II. num. 836. ubi varia ex Ebræis & Christianis Scriptoribus in laudem hujusce operis profert, & reliqua R. Jonæ nostri de re Grammatica scripta recenset. Init. fol. 1. החלק הב׳ ממחברת הדקדוק

In fine vero, f. 312. Hocce anonymi calligraphi de versione Tibbonidæ monitum legas, in quo & tempus descripti ab eo Codicis adnotatur: ראתי מזה הספר שלש עתקות · עתקת ר׳ יהודה ברצילוני ועתקת ר׳ יצחק הלוי ועתקת ר׳ שלמה בן פרחון ומכלאלו העתקות לא יש עתקת ויתר ושרה מזו שהיא מלה במלה כדבר המחבר ולא שינה דבר כתברי זה הס׳ השרשים לח׳ המשכיל ··· וסמתיו בח׳ איור של שנת ת׳ת׳ק ע׳ר׳ ליצירה המקום ייכהו להנות וכו׳ „ Vidi tres alias hujusce libri interpretatio- „ nes, nempe R. Judæ Barcinonensis; *Bartoloccius substituit R. Isaacum ben* „ *Judæ*; R. Isaaci Levitæ, & R. Salomonis ben-Parchom. Omnibus autem „ præstantiorem longe atque meliorem inveni hanc R. Judæ fil. Saulis versio- „ nem, utpote de verbo ad verbum juxta mentem Authoris Ebraice fideliter „ expressam. Complevi autem hunc librum, mense Ijar, *Aprili*, Anno Crea- „ tionis Mundi 4974. *Christi* 1214. Deus dignum me reddat, &c.

L V.

CODEX antiquus in 4. partim membraneus, partim chartaceus, foliorum 212. Rabbinicis literis exaratus, olim Urbinas; quo continetur,

ספר מכלול מר׳ דוד בן יוסף קמחי R. DAVIDIS FIL. JOSEPHI KIMCHI, per compendium literarum ר׳ד׳ק *Radak* nuncupati, qui vixit duodecimo Christi seculo, SEPHER MICLOL, *Liber Perfectionis*, forte ex com. 12. Cap. XXIII. Ezechielis inscriptus, sive Pars Prima Operis Grammatici, exhibens absolutissimam Grammaticam linguæ Ebraicæ, quæ tum seorsim, tum conjunctim cum altera Parte, ספר שרשים *Sepher Scerascim*, Liber Radicum, sive Lexicon inscripta, sæpenumero lucem publicam vidit; ut alibi monuimus. Init. fol. 1. נאם דוד בן יוסף בן

Is Codex XIV. Christi seculo videtur exaratus; pertinuitque olim ad *Menachem fil. Aaronis Volaterranum*; ut in fronte adnotatur.

L V I.

CODEX antiquus in 4. membraneus, foliis constans 49. charactere Rabbinico descriptus, olim Urbinas: ubi continetur,

Anonymi Grammatica Ebraicæ linguæ, a duabus prioribus vocibus פתח דברי PETACH DEVARAI, *Janua*, sive *Initium verborum meorum*, inscripta, quæ in epigraphe Italica, ad frontem Codicis nostri ab imperito quodam scriptore adposita, *R. Abrahamo Aben-Ezræ* perperam adscribitur; nam alia est omnino ab ea, quam Aben-Ezra sub titulo מאזני הלשון *Mozne ballascion*, Statera, seu Bilances linguæ, composuit, ut utramque conferenti perspicuum est. Concordat autem adamussim cum ejusdem tituli Grammatica, in collectione Grammaticorum Ebræorum Venetiis apud Danielem Bombergium A. M. 5306. Ch. 1546. in 8. edi-

edita, authore אחר מחכמי הספרדים הקדמונים *Quodam Sapientum Hispanorum Veterum*, cujus meminit author Catalogi Grammaticorum Veterum, quem ex Codice Ms. Bibliothecæ Oratorii Parisiensis depromtum Bibl. suæ Ebr. Tom. I. pag. 330. & seqq. inseruit Wolfius, in hæc verba: „ Sapiens quidam, cujus „ nomen ignoramus, scripsit librum, qui vocatur Janua verborum, Anno „ Creationis Mundi 5100. „ Christi 1340. Eandem Grammaticam Anonymo tribuunt Buxtorfius, Plantavitius, & Bartoloccius; verum Sabbathæus in 'שׂ seu Labiis Dormientium illam R. Mosis Kimchi foetum esse existimat. Quod unde hauserit, nobis plane incompertum est; nusquam enim legimus, hujusce tituli librum ab eo fuisse conscriptum. Init. fol. 1. a terg. פתח דברי ובלבלי מסלה

Is Codex decimoquarto Christi seculo inclinante videtur exaratus; pertinuitque olim ad sæpe laudatum *Menachem fil. Aaronis Volaterranum*; ut sub initium adnotatur.

LVII.

CODEX antiquus in 8. membraneus, foliorum 69. charactere Rabbinico perquam nitido, & polito descriptus, olim Urbinas; quo continetur, מחזור MACHAZOR, *Cyclus*, sive Liber Precum, & Cantionum pro diebus Ferialibus, Sabbathis, & Festis aliis per annum, juxta Ritum Judæorum Italorum, & Gallorum, fine mancus. Init. fol. 14. אלומאה ברכות שחייב אדם לומר

Præmittuntur *Tria Commata* Capitis XIV. Exodi nempe 19. 20. & 21. una cum serie septuaginta duorum Dei Nominum, quæ ex ipsis commatibus eliciuntur, secundum artem Cabbalisticam a R. Nechonia filio Kana traditam, de qua videndus Bartoloccius Tom. IV. pag. 232. ubi ea nomina exhibentur. Item *Figura Candelabri*, ex Psalmo LXVIII. descripta, cujus commata ita sunt disposita, ut Candelabrum illud cum septem suis calamis & lucernis repræsentare videantur. Hujusmodi autem figuram, qua Judæi superstitiose abuti solent, & de qua fuse agit Bartoloccius Tom. cit. pag. 328. sic delineatam fuisse ajunt, in vexillo Davidis Regis, quum scilicet ille in aciem procederet, ejusdemque virtute fuisse ab eo hostes superatos. Adnectuntur variæ *Precatiunculæ* cum *Invocationibus Angelorum* & *adjurationibus Dæmonum*, quas Judæi nimis creduli, & superstitiosi magni faciunt. Init. fol. 1. אלו הם שבעים ושתים פסוק יט וככל פסוק

Is Codex ad XIV. Christi seculum videtur referendus; pertinuitque olim ad *Menachem fil. Aaronis Volaterranum*, ut in ejusdem fronte adnotatur.

LVIII.

CODEX in fol. chartaceus, foliis constans 134. charactere Rabbinico, lectu perdifficili, exaratus; ubi continentur,

חלופין שבין שלשה תרגומים וכו VARIANTES LECTIONES TRIUM THARGUMIM, seu Paraphrasum Chaldaicarum," quæ in tribus Bibliis magnis, pretiosis, ac „ celebratissimis, Romæ in Bibliotheca Vaticana adservatis, inveniuntur; „ quorum 1. Manuscripta in folio maximo membranaceo, ex civitate Urbini „ adla-

„ adlata, 2. impressa Antuerpiæ Anno Christi nostri 1569. Regia nuncupata, „ 3. impressa Basileæ Anno 1619. curante Buxtorfio; collectæ a JOHANNE BAP- „ TISTA, antea, *in Judaismo scilicet*, Rabbi Juda Jona ex Saphetha *Galilææ su-* „ *perioris oppido*, Scriptore Ebraicæ linguæ in Vaticana Bibliotheca, Anno „ Creationis Mundi 5410. Christi 1650. qui tamen morte præventus eas absol- „ vere non potuit. Obiit autem die 26. Martii Anno Christi 1668. ætatis 80. „ ut in fronte hujus Codicis Ebraice, & Latine adnotatur. Totum Opus tribus columnis dispositum est, quarum 1. sistit Lectiones Bibliorum Regiorum. 2. Bibliorum Basileensium Buxtorfii. 3. Bibliorum Mss. quæ in præstantissimo Codice I. Urbinate-Vaticano continentur. Sacri autem libri, ex quorum Paraphrasibus Chaldaicis variantes Lectiones heic exhibentur, sunt qui sequuntur. " Ge- „ nesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judices, „ Samuel I. Samuel II. Regum I. Regum II. Jeremias, Ezechiel, Isaias, Oseas, „ Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nehemias, Habacuc, Sophonias, „ Haggæus, *Zacharias*, Malachias, Ruth, Threni, Psalmi, Job, Prover- „ bia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, & Esther. „ Initium fol. 1. רינ'י בראשית פ'א' 2. והשוכא על אפי תהומא ורוחא די יהוה מנשכא על·

L I X.

Codex in fol. chartaceus, foliorum 331. Rabbinicis literis eleganter exaratus; quo continetur,

Variantium Lectionum trium Thargumim, seu Paraphrasum Chaldaicarum Sacrorum Bibliorum a prælaudato Johanne Baptista Jona Galilæo collectarum, aliud exemplar, a JULIO MOROSINO ex præcedenti Codice diligentius descriptum, atque ex parte recognitum; cui duplex epigraphe, Latina scilicet, & Ebraica præfigitur; ubi tamen nulla de Johanne Baptista authore, nec de præcedente ejus Codice, unde hocce exemplar desumtum est, fit mentio. Prior epigraphe est hujusmodi: " Trium Thargumim, seu Paraphrasum variarum Le- „ ctionum collatio, ex tribus Codicibus Vaticanis; videlicet, ex Codice ma- „ ximo Hebraico & Chaldaico Urbinate Ms. & ex aliis duobus excusis, nempe „ ex Bibliis Regiis, & Basileensibus Buxtorfianis collectarum per Julium Mo- „ rosinum, antea in Judaismo vocatum Samuelem Ben Davidis Nachmias, Ve- „ netum, Scriptorem librorum Hebraicorum in Bibliotheca Vaticana. Abso- „ lutum est Opus tempore Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri D. Innocentii „ Papæ XI. Bibliothecario Apostolico Eminentissimo ac Reverendissimo D. D. „ Flavio Chisio, Custodibus, altero Reverendissimo P. Laurentio Brancato de „ Laurea Ord. Min. Convent. Magistro, &c. Altero Reverendissimo D. Ste- „ phano Abbate Gradio de Ragusio, Anno Domini MDCLXXVII. „ Consequitur altera epigraphe Ebraica, in hæc verba: ספר השנויים הנמצאים בתרגום משלשה מקראות גדולות מאוד יפות וחמודות שהן בגנזי ספרי ואטיקאנו : הראשונה נקראת מקרא ריגייאה נדפס על הקלף באנוירשה שנת א'ת'ק'ס'ט' : השנית נקראת מקרא בושטורפי נדפס בבאשיליאה שנת א'ת'ר'ט' : והשלישית נקראת מקרא שהובא מאורבינו בתיבת יד על הקלף שנת ה'נ'ה' לבריאת עולם ובאת משחינו א'ר'צ'ה' ובעיון

ובעיון רב נכתבו בו בשלשת עמודים כל שנויים המכתב וטעיורת הדפוס ובאמצע הג
עמורים נכתבו כל פסוק ופסוק גם בלשון הקדש : ותשלם המלאכה בשנת הראשון
לשבת על כסא מלכותו הכהן הגדול אינוצינצא יא״ ובזמן החשמן הנביר ומעולה
פלאביו קיגיי ביבילוטיקאריו ומהרב אלוף מורה חכם נכון ותחכמון הכהן אבא ורבי
לורנצו בראנקאטי מלאוריאה שומר ראשון והגביר וותיק וזריז אבאטי שטיפאנו גראדי
מראגושא והיה היום יום א״ יום ראשון לחדש פיבראר שנת א׳ת׳ר׳ע׳ז׳ על ידי ממני הצעיר
וזעיר גוליו מורושיני שהיה מלפנים בעברים היה שמואל בר דוד ממשפחת ברת נחמיאש
מעיר ביניצייאה וכשם שזכיתי לעשות זאת יזכני ישוע הנוצרי לכתוב ספרים אחרים
לקדושת שמו אב בן ורוח הקדש א׳כ׳י׳ר " Liber discrepantiarum, quæ reperiuntur in
„ Thargum, seu Paraphrasi Chaldaica Trium Bibliorum magnorum, maxi-
„ meque elegantium ac pretiosorum, quæ in Vaticana Bibliotheca adservan-
„ tur; quorum 1. nuncupantur Biblia Regia, excusa in membrana Antuerpiæ
„ anno 1569. 2. Biblia Buxtorfii impressa Basileæ anno 1619. 3. Biblia manus-
„ cripta in membrana anno a Creatione Mundi 5055. ab Adventu Christi no-
„ stri 1295. Urbino in Vaticanam Bibliothecam inlata. Et magna quidem cura
„ atque studio descriptæ sunt omnes variæ Lectiones Scripturæ, cum mendis
„ typographicis in tribus columnis, inter quas & Capita, & Commata Biblica
„ numeralibus notis Ebraicis designantur. Et perfectum est opus, sedente su-
„ per Thronum suum Pontifice Maximo Innocentio XI. Anno Pontificatus ejus
„ primo, ac tempore Domini Eminentissimi Flavii Chisii Bibliothecarii, & exi-
„ mii Doctoris intelligentis, ac sapientissimi Sacerdotis, Magistri P. Laurentii
„ Brancati de Laurea, Primarii Custodis, & Domini eruditi ac recti Abbatis
„ Stephani Gradii de Ragusio alterius Custodis. Idque feria prima, Kalendis
„ mensis Februarii, anno 1677. per me minimum Julium Morosinum, olim Sa-
„ muelem filium Davidis e Familia Ben Nachmias, Venetum. Quemadmo-
„ dum autem dignus fui, qui hocce opus perficerem; ita quoque dignum me
„ reddat Jesus Nazarenus, ut alios libros conscribam, ad sanctificationem No-
„ minis sui, Patris, Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Ita sit voluntas. „
Is defuncto Johanne Baptista Jona Ebraicus in Vaticana Bibliotheca Scriptor a Clemente IX. constitutus, obiit post annos viginti, nempe anno Christi 1687. Utriusque Scriptoris opera in concinnanda Bibliotheca sua Rabbinica usus est Julius Bartoloccius, qui tamen Par. III. pag. 48. & 751. & Par. IV. pag. 404. ubi de eorum ad Christianam Fidem conversione commemorat, & scripta ab iisdem adversus Judæos præsertim edita recenset, nullam hujusce operis mentionem facit. Init. fol. 1. פסוק ב׳ וארעא הות צריא ורקניא וחשוכא על

Ad calcem vero, fol. 331. adposita est לוח הספרים שיש בהם שנויים *Tabula*, sive *Index Sacrorum Librorum, varias Lectiones habentium*, quæ in hoc Codice exhibentur, quosque in præcedenti Codice recensuimus. Subnectitur recensio librorum, in quibus nullas Lectiones varias reperiri, Julius Morosinus adfirmat, nempe *Danielis*, *Esdræ*, & *Paralipomenon*. Verum ejus oculos fugit Paraphrasis Chaldaica in libros Paralipomenon singulis versibus subjecta, quæ in Bibliis Regiis, & Basileensibus desideratur, quæque cura Matthiæ Friderici Beckii ex Codice Ms. membraneo Bibliothecæ Erfordiensi lucem primum vidit; ut superius monuimus.

Opus

Opus dignissimum, quod publici juris fiat, si tamen adcuratius recognoscatur, atque iterum ad tria laudata Sacra Biblia, uti & ad Beckianam Paraphrasim in Paralipomena, & ad *Thargum sceni*, seu posterius in Esther jam typis vulgatum, Latineque studio & opera Francisci Taileri redditum, conferatur; plurimis enim mendis scatet hocce apographum Julii Morosini, & plurimæ aliæ Lectiones ad editis discrepantes in nostro præstantissimo Codice Biblico Ms. Urbinate-Vaticano I. obviæ sunt, quas Johannes Baptista Jona, & Julius Morosinus incauti prætermiserunt. Hanc spartam adornandam, nobis suasoribus, nuperrime suscepit amicus noster, P. Franciscus Rizzonius Ord. Carmelitarum Cong. Mantuanæ, Ebraicæ linguæ in Vaticana Bibliotheca Scriptor eruditus.

Interim vero duo specimina Paraphrasum Chaldaicarum, ex prælaudato Codice Ms. Urbinate-Vaticano I. addita Latina interpretatione, in gratiam eorum, qui Chaldaicam linguam minus callent, heic subjicienda duximus, quæ nemini hactenus cognita fuerunt, quæque in nullo alio Sacrorum Bibliorum, aut manuscripto, aut impresso exemplari, quod sciam, inveniuntur. Eorum Primum f. 616. a t. ad calcem Prophetiæ Isaiæ adpositum, sistit narrationem de novo mortis genere, quo, jubente Manasse Rege, idem Propheta Isaias mulctatus est, serraque dissectus, a traditione Talmudica, quæ exstat in Tractatu *Jevammoth* f. 49. & in Tractatu *Sanhedrin* fol. 103. nonnihil diversam. Ea autem est hujusmodi.

נבואת ישעיה דאתנבי בסוף נבואתו ביומי מנשה בר יחזקיה מלך שבטא דבית יהודה
בשבעא עשר בתמוז בשעתא דקאים מנשה צלמא בהיכלא ואתנבי לעמא ישראל כדנן אמר
ייי' שמיא כורסי יקרי ולמא אתון מתגאין קדמי בביתא דאתבני לשמי הלא עלאין ותתאין
לא מצו לסוברא שכינת יקרי בדאמיר על ידי שלמה מלכא: ארי מאן סבר ומאן דמי
דבקושטא אתרעי ייי' לאשראה שכינתיה בגו בני אינש דדירין על ארעא הא שמיא ושמי
שמיא לא יכלין לסוברא שכינת יקרך אף אילהן ביתא הדין דבניתי: השתא לית רעות
ביה בדיל דאתון מרגזין קדמי ובכין הא גזירתא נפקת מן קדמי הא אנא מייתי ית נבוכדנצר
ויחרביניה ויגלי יתהון מקרתא דירושלם וכד שמע מנשה פתגמי נבואת תוכחתיה אתמלי
חמתיה עלוהי תפסוהי רהיטו בתריה למתפסיה וערק מן קדמיהון ופתח אילן חרובא פומיה
ובלעיה אייתי נגרין ונסרו ית אילנא והוה דמיה דישעיה נגיד הא דא דכתיב: אף דם זכאי
אשר מנשה סני לחדא עד דמלא ית ירושלם סיפא בסיפא בר מחובוהי דחייב
ית דבית יהודה למעבד דבית קדם ייי על דקטיל ישעיה דהוה מוכח להון
ואמר לא ההון סבירין דבזבותכון יהבני ביתא הדין אף אילהן בזכון אבהתכון
צדיקיא אשרי קדשא בריך הוא שכינתיה ב'ג'ו'יה וכרם השתא אמר ייי' שמיא
כרסי יקרי וארעא כביש קדמי אידין ביתא דאתבני לשמי ואידין אתר בית שכינתי:

i. e. Prophetia Isaiæ, quam prophetavit in fine prophetiæ suæ in diebus Manassis filii Ezekiæ Regis tribus Domus Judæ, decimaseptima *die Mensis* Thammuz, in hora qua erexit Manasses Idolum in Templo: & prophetavit ad populum Israel. Sic dicit Dominus, Cœli sunt solium gloriæ meæ, & quare extollitis vos coram me in Domo, quæ ædificata est nomini meo; nonne superiores & inferiores non potuerunt sustinere majestatem gloriæ meæ, sicuti dictum est per Salomonem Regem? *Nam quis opinabitur, & quis existimabit, quod in veritate volet Dominus ponere majestatem suam inter filios hominis, qui habitant super terram? Ecce Cœli & Cœli Cœlorum non possunt sustinere majestatem gloriæ tuæ, nedum etiam domum hanc, quam ædificavi.* Nunc autem nulla est voluntas *mea* in ea, propterea quod vos irritastis me. Idcircò ecce decretum quod egressum est a me: Ecce ego adducam Nabuchodnosor, & desolabit eam, & transmigrare faciet vos de Urbe Hierusalem. Et quum audisset Manasses verba prophetiæ reprehensionis suę, ira in eum impletus est. Satellites cucurrerunt post eum, ut comprehenderent illum, & fugit a conspectu eorum, & aperuit ar-

bor Siliqua os ſuum , & deglutivit eum . Adduxerunt fabros . & diſſecuerunt arborem , & ſanguis Iſaiæ fluxit . Hoc eſt , quod ſcriptum eſt : *Etiam ſanguis innocens , quem effudit Manaſſes, fuit multus valdè, adeò ut impleret Hieruſalem undequaque, præter peccata ejus, quibus peccare fecit populum Domus Judæ, faciendo quod malum erat ante Dominum*; eo quod occidit Iſaiam , quia arguebat eos, & dicebat : Nolite exiſtimare , quod propter merita veſtra ædificata ſit hæc domus , neque etiam propter merita Patrum veſtrorum Juſtorum , ſed ille Sanctus benedictus collocavit Majeſtatem ſuam in ea . Verumtamen nunc dicit Dominus : *Cœli ſunt ſolium gloriæ meæ , & terra ſcabellum coram me : quæ eſt iſta Domus , quam ædificabitis mihi , & quis eſt iſte locus domus manſionis majeſtatis meæ ?*

Alterum ſpecimen habetur in fine libri Eſther , fol.867. reſpicitque ſomnium Mardochæi , & reliqua , quæ in poſterioribus ſex Capitibus ejuſdem libri Eſther leguntur , quæque in Vulgata tantum editione ſuperſunt , in hæc verba :

בשנת תרתין למלכות אחשורוש ומרדכי יהודאה חלם חלמא והא זייעא רבא ואבליותא וקל בהולתא על אנפי כל ארעא ודחלא ורתיתא אחדו ית יתבהא ואהבהילו כל דיירי עלמא להדא באדין אחחזיו הרין תניניא רברביא ובנו דין כל קבל דין לקרבא והוו כל עממי ארעא לקל אתרגושיהון והוה בין הרין תניניא האנון עם חד זעיר וקמו כל עממיא דארעא עלויה לסלעמותיה ולהובדא דוכרניה מעלוי ארעא והוה עננא והשוכא וקבלא על אפי כל ארעא ועקת לעמא זעירא ההוא לחדא וקבילו וצלו קדם יי״ בכל לבא ותניניא מניחן באכזריותא דרונזיהון ולית מפריש ביני תרויהון ואסתכל מרדכי והא מבועא דמאין חיין עביר מגיד ביני תרין תניניא דמניחן ואפריש בין תרויהון ופסקו מן קרבא והוה מבועא לנהרא רבא ופתי תחומין היך ימא רבא אזיל ושטיף בארעא ודנחת שמשא ונגהי נינהא דנהורא על אנפי כל ארעא ורבא עמא זעירא ואהרונם להדא ועממיא רמיא ונוותניא מאכו ושדוכת כל ארעא ארום רבת הימנותא והויא שלמא ליהבי ארעא ומן יומא ההוא ולהלן נטר מרדכי ית חלמא בלבביה ולא אשתעי לנברא אילהן לאסהר בלהודה והוה כד עק ליה המן ואעיקיה ואמר מרדכי לאסתר מלכתא בת אביחיל אח אבוהי למימר הא אתי פתגמי חלמא דאשתעתי ליך ביומי טליותיך והא מעיקתא דאמרית ליך וכדון קומי כען וצליאי קדם יי״ אלהא דאבהתנא ואקדימי יתיה בבעותא למחן ליך להוראא ולרחמין בלבא דמלכא אחשורוש ובכן תיעולי קדמוהי למקדם אפוהי בשופריך למקום מטול עמיך ומטול יהוסיך וצלי מרדכי יהודאה קדם יי״ אלהיה ואמר בבעו רבון כל עלמיא יי״ לא אתכסא לבבי מן קדמך ולא מן נובהא דרוחי ורומא דלבבי עבדית דא בנין דלא למסגיד להמן עמלקאה הדין אילהן מרהלתיך עברית ואתנריתי בידה מטול דלא למנחן ליה ארום דחלית מן קדמך אלהא עלמיא דלא למתן יקרך לבר נשא בשרא ודמא בנין כן סריבית למנחן לערלאה מסאבא הדין אילהן לשמך רבא וקדישא דאתקרי עלנא ארום מן אנא וביתי דאיכא דלא אסגוד לאנשא על פורקנא דישראל וסיועהון ולמלחך ית עפר רגלוהי דהמן באתר די תדריך פרסת רגלוהי דהמן ברם במימרך סברת נפשן ארום עלך תליין עינינן ארום אנת בלהודך לנא ולאבהתנא לאלהא וכדון אלהנא שיזבנא כען מידיה ויפול בשיחא דכרא ויתאחד באצדתיה דטמע וכמן לרגלי חסידך מטול דינדעון כל עממיא דלא אתנשיתא ית קיימא דקיימתא לאבהתנא עבדך ולא מסרתנא בגלותנא ביומא הדין מחלשות ידא אילהן כחובינגא אזדבננא ובסורחננא גלינן ארום חבנא לך וכדון אלהנא רב למפרוק פרוקינן כען מן ידיה ושיזבנן מבישות רעיוניה ארום בדעיק לן קדמך נגלי ולוותך נערוק למתרס אמטילנן אנת בלהודך למקום לימונא דחשיביך ולמפרקונן מן דקיימין עלנא ואדכר כדון ארום חולקך אנחנא ארום מן לקדמין ומבכין כאהגנורך עבכא ובאפרשותך בני נשא אפרושהנא למהוי בערבך ולאפרשותנא מן עממיא למהוי לך לחביבא וקדשתנא לשמך אפרשותא מן כל עממיא וכדון אלהנא למא ימרון מעיקנא ארום לית להון אלהא למפרוקהון ויתפתחון פומהון לסלעמותא הולקך ולשבחא ית פסילוהון והיבליהון למימר כען אסתיענא למכבש ית עמא הדין בבעו אלהנא פרוקינן כדון מן ודיהון ובההין

ויבהתון עממיא מפסילוחון והיכליהון וטעוותהון וישוון ידא לפומא במחזיהון ית פורקנך יי״
וחוס כדון על עמך ועל אחסנתך ולא יסתתמון פומיא משבחתא דמייחדן ית שמך רמשא
וצפרא תדירא והפך אבלינן לבדחא וחדוא וניחי ונשבחנך על פורקנא טבתא דתפרקינן :
וכל ישראל ויהודא קביל כחדא קדם יי״ אלההון על עיסק עקתא דאעיק להון בזמן
דאעיקנון המן בר המדתא עמלקאה דמזרעית אגג ולחוד אסתר מלכתא זעקת ואפכת עד
יי״ לאקדמותיה בצלו ארום דהלרת מן קדם בישתא די צמחת מן מחשבתא דהמן בישא
ואשלחת ית לבושי מלבותא וית תקון תושבחתא ולבשת שקא ופרעת רישה ומלאתנון עפר
וקטם ועניאת בצומא ואטמרת בטומרא ונפלת על אפהא וצליאת ואמרה בבעו יי״ אלהא
דישראל מלכא על כל מלכיא ובארי כולא דקנייניה שמיא וארעא ושליט ברום מרומי שמיא
ושליט על ארעית ארעא ובימיא ובתהומיא ובכל תניניהון בבעו מנך טייע כדון לאמתך דיתבא
בלהודה דלית לה סעיד בר מנך ארום בלהודיי יתבית הלכא ובלחודיי אנא יתבא בבית מלכא
הדין בלא אבא ואמא ולחוד כיתמתא ענייתא דשאלא מזונא בחסדא מן ביתא לביתא הכדין
שאלית רחמך וחסדך מן כוותא לכוותא בבית מלכא אחשורוש הדין למן יומא דאתברית הלכא
ועד יומא הדין וכדון אלהנא הא נפשי כד על נב ידי לאתקטלא סב יתה מידי אין שפיר קדמך
ואין לא הצבי לנסבה שזיב כדין יתעאן רעיותך מן פום אריוותא האלין דפתחו ית פומהון
למכיל יתהון ארום שמעית מאבהתיי ולחוד אשרעא לי ארום אנה דברה אבהתנא מביני
עממיא ואפקתנון ממצרים וקטלתא כל בוכריא דמצראי בגינון וית עמך דברתא מביניהון
וית ידך תקיפתא ואדרעך מרמם אחזיתא למצראי מטול עמך ואעברתנון ביבשתא היך
סוסא במדברא והיך בעירא בבקעתא ויהבתא לחמא מן שמיא לכפנהון ולצחותהון אפיקתא
להון מיא מן שמיר טנרא ולחוד מזונא דבשרא וצפרי שמיא לשבע אנרתא להון מן ימא רבא
לאשלמא רעותהון וזנתנהון ארבעין שנין במדברא בארעא דלא יהבא ומחיתא קדם הון
מלכין רברבין וניותנין ואחסנתנון ית ארעהון ויהבתא להון ארעא משבחתא אחסנתך טבתא
בסוגי טובך וכד חבו אבהתנא לשמך רבא מסרתנון ביד שביהון והא אנון בגלותא יומא
הדין ולחוד אנא אשתעא לי למימר דמלילתא בידא דמשה עבדך ולחוד ברם דא במהויהון
בארע בעלי דבביהון לא ארחיקנון במלכותא דבבל ולא אשבקנון במלכותא דמדי ופרס
לשיציותהון במלכותא דיון לאשנאה קיימי עמהון במלכותא דאדום ארום אנה הוה יי׳
אלההון ביומי דגוג ומגוג וכדון לא סני לנא גלותנא דהנון מפלחין יתנא בקשיו אלהן הנון
אמרין ארום לא מסרתנא אנרת בידיהון אלהן ירת פרכילהון יודון ולהון יסגדון וישבחון
למימר ארום אתון מסרתון ית עמא דיהודאי בידינן בגין כן עקת נפשא דאמהך לרחקא
ית עמא הדין ולמסני יתהון היך ריחוק בזעא דלבוש אתתא דוותא הכדין סניתינון וברם
אסני וארחיק ית כל לבושי תושבחתי וית כל מאני תקוני שבחורי וית כלילא דמלכותא
דברישי ולא הדיתי מן יומא דאיתיוני הלכא עד הכא אלהן במימרך בלחודך מלכי
ואלהי ואנא אלהא אבוהון דיתמי קום כדון לימינא דאמתך יתימתא יומא דין די
סבירת במימרך בטובך וברחמך יהב לי רחמין קדם אחשורוש מלכא ארום דחילא
אמתך יתירה היכמה דדחיל גדיא מן קדם אריוא בבעו אלהא אמאיך יתירה עם
כל יעטוהי למהוי כניע ובתכביש קדם אמתך בחינא ובחסדא ובשבהורא ובשופרא די תתן
לאמהתך אלהי והב בלבביה למסני ית בעלי דבביהון ולמרחם ית עבדך ארום לבהון דמלכיא
בידך אלהנא משבחא ודחילא ותקיפא ושיזבני כדון מדחלתיה דדחלית ואכתפיתי ועלית
קדמוהי בשום מימרך יהב דחלתך עלוהי ומתברך דתעיל בלבביה למדחל מן קדמך מן בגלל
דאפיק מן קדמוהי בשלם :

Anno ſecundo Regni Aſſueri Mardochæus Judæus ſomniavit ſomnium. Et ecce tremor ingens, & triſtitia, atque perturbationis vox ſuper faciem univerſæ terræ; & terror, atque timor occupaverunt incolas ejus; conſternatique ſunt vehementer omnes mundi habitatores. Eodemque tempore viſi ſunt duo immanes Dracones, ſecum invicem pugnantes; & obſtupuerunt omnes populi terræ ad clamorem tumultus eorum. Erat autem inter hoſce duos Dracones Populus unus exiguus, adverſus quem inſurrexerunt cunctæ nationes terræ, ut illum devorarent, delerentque memoriam ipſius ſuper terram. Et nubes, & obſcuritas, ac tenebræ erant ſuper faciem univerſæ terræ. Populus autem ille exiguus quam maxime angebatur,

tur, clamabatque ad Deum, & orabat ex toto corde. Interim Dracones in crudelitate & furore secum invicem pugnabant, & nemo poterat eos separare. Ut hæc intellexit Mardochæus, ecce fons aquarum vivarum rapide inter utrumque Draconem profluens, eos separavit, & ii a pugnando cessarunt. Ipseque fons in flumen ingens vastis liminibus factus, veluti mare magnum præterfluebat, & in terra dilatabatur. Et ortus est Sol & lux, illuminavitque universam faciem terræ: & crevit Populus exiguus, magnificatusque est valde; populi vero excelsi ac superbi depressi sunt: & quievit universa terra; & aucta est fides, & pax contigit habitatoribus terræ. Ex illa die in posterum servavit Mardochæus somnium in corde suo, nemini illud patefaciens, nisi soli Esther. Quum autem eum adfligeret Aman, & angustiis adficeret, loquutus est Mardochæus Esther Reginæ filiæ Abichail fratris sui, dicens: Ecce evenerunt verba somnii, quod narravi tibi in diebus juventutis tuæ, & ecce tribulatio, quam dixi tibi. Nunc igitur surge, & ora coram Domino Deo patrum nostrorum, & præveni eum precibus, ut det tibi gratiam & misericordiam in corde Regis Assueri: atque ita ingredere ad eum, & siste te in conspectu ejus cum pulchritudine tua, ut erigas populum tuum, & familiam tuam. Oravit igitur Mardochæus Judæus ad Dominum Deum suum, dicens: Quæso, Creator omnium seculorum Domine, non est occultatum cor meum coram te, neque pro superbia spiritus mei, & cordis mei elatione feci hoc, ut non adorarem Aman Amalecitam; verum propter timorem tuum concitatus sum in eum, ne ipsi me inclinarem; veritus enim sum faciem tuam, Deus seculorum, ne tribuerem gloriam tuam filio hominis, carni, & sanguini. Ideo renui adorare incircumcisum abominandum, excepto nomine tuo magno, & sancto, quod invocatum est super nos. Et nunc, quis ego sum, & quæ domus mea, ut me non submittam homini propter redemtionem Israel, & auxilium eorum, & delambam pulverem pedum Aman, ubi incesserit planta pedum ejus! Verum in verbo tuo confidit anima nostra, & in te suspiciunt oculi nostri. Tu quippe solus es noster, patrumque nostrorum Deus. Quapropter, Deus noster, libera nos de manu ejus, & incidat in foveam, quam fodit, & capiatur in rete, quod abscondit, & tetendit pedibus Sanctorum tuorum; ut intelligant, te non oblitum esse fœderis, quod cum patribus nostris statuisti, neque nos in captivitatem adduxisse propter impotentiam dexteræ tuæ; sed solummodo propter debita nostra venditos nos esse, & propter iniquitates nostras captivos factos: quia in te peccavimus. Et nunc, Deus noster, magne in redimendo, redime nos, quæso, de manu ejus, & libera nos a pravitate cogitationis ejus. Dum adfligimur, clypeo nos protege. Tu solus potes oppressos dextera erigere, & nos ab insurgentibus in nos eripere. Recordare, quod pars tua sumus, a seculo vocasti nos populum hæreditatis tuæ, & nos a gentibus segregasti, velut oves pascuæ tuæ, ut tibi essemus dilecti, tuaque statuta observaremus; a ceteris populis segregati. Nunc vero, Deus noster, quare dicunt qui nos adfligunt: non habent Deum, qui solvet eos; & os suum aperiunt ad devorandum partem tuam, & ad laudandum idola sua ac templa, dicentes: Hæc nobis opitulantur, ut hunc populum subjiciamus. Te igitur rogamus, Deus noster, erue nos de manibus eorum, & confundantur populi cum idolis suis, templisque, atque erroribus; & manum ori suo imponant, videntes redemtionem tuam, Domine. Miserere nunc populi tui, & hæreditatis tuæ, & non claudantur ora laudantium, & confitentium nomini tuo vespere, ac mane. Converte luctum nostrum in gaudium & lætitiam: & vivemus, & laudabimus te propter bonam redemtionem, qua nos redemisti.

Omnis quoque Israel & Juda simul clamaverunt ad Dominum Deum suum propter durissimam adflictionem, qua eos tunc adflixit Aman filius Hamadath Amalecita de semine Agag.

Seorsim quoque Esther Regina clamavit, & confugit precibus, timens malum ne e cogitatione prodiret: induitque se sacco, dispersitque capillos capitis sui, eos replens pulvere ac cinere, & adflixit se jejunio, & in abscondito humi procubuit, & in faciem se prostravit, oravitque, dicens: Quæso, Domine Deus Israel, Rex super omnes Reges, creator omnium, qui cœlum, terramque fecisti, & dominaris in excelsis cœlorum: Moderator ac Dominus terræ, marium, abyssi, omniumque cete eorum. Rogo te, adjuva nunc ancillam tuam, quæ sola sedet, nullumque præter te habet adjutorem. Sola profecto heic fui, & sola nunc sum in domo Regis absque patre & matre; & sicut misera orphana, quæ victum ostiatim quæritat, ita ego e fenestra in fenestram peto misericordiam & pietatem tuam in domo Regis Assueri, ex quo huc adducta sum usque in præsentem diem. Nunc vero, Deus noster, ecce animam meam posui in manibus meis, ut interficiar. Aufer eam de ma-

manibus meis, si tibi placet; sin autem eam accipere recusas, libera modo oves gregis tui de ore horum Leonum, qui aperuerunt os suum ad devorandum eas. Audivi a patribus meis, & narratum est mihi, quod tu tulisti patres nostros de manibus gentium, & eduxisti eos ex Ægypto, & interfecisti omnes primogenitos Ægyptiorum propter illos, & populum tuum eduxisti e medio eorum, & manum tuam fortem, brachiumque tuum robustum ostendisti Ægyptiis propter populum tuum, & transire fecisti eos per aridam, tamquam equum in deserto, & tamquam jumentum in valle, & dedisti eis panem de cœlo ad famem, & ad sitim: eduxisti eis aquam de duro silice, & escam carnis, volucrumque cœli ad eos saturandos collegisti e mari, ut desiderium eorum expleres; & cibasti eos spatio quadraginta annorum in deserto in terra inculta: & percussisti coram eis Reges magnos, eorumque exercitus: & hæreditare fecisti eos terram eorum, & dedisti eis terram laudabilem, hæreditatem bonam, felicitatis tuæ abundantia. Quando autem peccaverunt patres nostri in nomen tuum magnum, tradidisti eos in manum eorum, qui captivos eos duxere. Et ecce nunc hodie in captivitate versantur. Mihi autem narratum fuit, quod tu loquutus es per Mosen servum tuum, etiam quum essent in terra inimicorum suorum, dicens: Non recedam ab eis in Regno Babylonis, neque derelinquam eos in Regno Mediæ, & Persidis, non eos destruam in Regno Javan, neque irritum faciam fœdus meum cum eis in Regno Edom: Ego sum enim Dominus Deus eorum in diebus Gog, & Magog. Et nunc non satis est nobis captivitas nostra, quod durissima nos opprimunt servitute; sed dicunt, quod non tu tradidisti nos in manus eorum, sed idola sua laudant, eaque adorant & glorificant, dicentes: Vos tradidistis populum Judæorum in manus nostras. Idcirco contristata est anima ancillæ tuæ, ut recedam ab hoc populo, & odio illos habeam, tamquam vestem scissam mulieris menstruatæ, ita eos odi, & abominata sum, & velut immunda rejeci omnia mea vestimenta pretiosa, & omnia instrumenta, & ornamenta magnificentiæ meæ, & coronam regiam capitis mei. neque lætata sum, ex quo huc translata fui, usque in præsentem diem, nisi in solo verbo tuo, Rex meus, & Deus meus. Et tu Deus pater orphanorum, sta nunc a dextris ancillæ tuæ orphanæ hodie, quæ confidit in verbo tuo, in bonitate tua, & in misericordia tua, & da mihi gratiam tuam coram Rege Assuero, quia ancilla tua sic eum formidat, sicut hœdus timet coram leone. Rogo te, Deus, mansuescere fac eum cum omnibus suis consiliariis, ut mansuetus sit & mitis coram ancilla tua, propter venustatem, gratiam, splendorem, & pulchritudinem, quam dedisti ancillæ tuæ, Deus meus: & inspira cordi ejus, ut odio habeat inimicos nostros, & misereatur servorum tuorum: quoniam corda Regum in manu tua sunt, Deus noster gloriosus, & terribilis, & potens: & libera me nunc a timore ejus, quem timui; & ingrediar ad eum in nomine verbi tui: & pone timorem tuum super eum, & inclina cor ejus, ut timeat te; & ingrediar ad eum cum fiducia, & egrediar e conspectu ejus in pace.

Hactenus Ebraici Codices: quibus jure meritoque adjungendus esset insignis ille ac præstantissimus Pentateuchus Ebræo-Persicus, a Joanne Baptista Vecchietto Florentino Anno Dom. 1606. in Sar Persarum oppido comparatus, quem BENEDICTUS XIV. P. O. M. die 12. Septembris An. 1741. Bibliothecæ Vaticanæ dono dedit. Verum, quum singulis Ebraici textus versibus totidem in illo Versionis Persicæ commata subjiciantur; hinc rectius existimavimus, eundem Pentateuchum, ad Catalogum Persicorum Codicum esse rejiciendum; ubi multa de eodem Codice, deque discrimine, quod inter ipsum, & inter Persicam Jacobi Tavusi Versionem, a Waltono in Bibliis Polyglottis Londinensibus editam, intercedit, nobis erunt differenda.

CO-

CODICES SAMARITANI
MANUSCRIPTI

CODEX I.

Codex in folio, membraneus, foliis constans 285. numero Vaticano unico signatus: ubi continetur,

Pentateuchus Mosis Ebræo-Samaritanus, sive Ebræus literis Samaritanis exaratus, ab Ebræo-Judaico non solum characteribus, verum etiam nonnullis identidem defectibus, aut adcessionibus discrepans.

Genesis, prioris folii dimidia parte, atque adeo commatibus quinque Capitis I. a commate scilicet 9. ad 13. inclusive mutilus, incipit fol. 1. a tergo ࠁࠓࠀࠔࠉࠕ ࠁࠓࠀ

Exodus, fol. 75. a tergo ࠅࠀࠋࠄ ࠔࠌࠅࠕ

Leviticus, fol. 138. a terg ࠅࠉࠒࠓࠀ ࠀࠋ ࠌࠔࠄ

Numeri, fol. 178. a tergo ࠅࠉࠃࠁࠓ ࠉࠄࠅࠄ

Deuteronomium, fol. 237. a terg. ࠀࠋࠄ ࠄࠃࠁࠓࠉࠌ

Jacobus Lelongius hunc Codicem cum Pentateucho Samaritanis literis & sermone exarato, de quo mox sermo erit, perperam confundit. Sic enim in sua Bibliotheca Sacra Tom. I. p. 83. scribit: *Pentateuchum Hebræo-Samaritanum, seu Hebræum literis Samaritanis exaratum hic referre placuit; discrepat enim ab Hebræo-Judaico non solum characteribus, verum etiam multis identidem accessionibus, juxta quas facta est Samaritana Interpretatio. An ille ante versionem LXX. Interpretum adornatam exstiterit, an fuerit ex Hebræis, Græcisque codicibus conflatus, certi nihil ferme statui potest, cum utrinque firmissimas pro sua opinione rationes videantur afferre, qui diversam ea de re sententiam amplectuntur; dicam tamen Codicem hunc quibusdam in locis ad versionem Græcam LXX. Interpretum propius accedere, quam ad ipsum textum Hebræum.* Hęc Lelongius: quæ tamen non ad Pentateuchum Ebræo-Samaritanum, seu Ebræum literis Samaritanis exaratum, sed ad alterum Samaritana lingua & characteribus scriptum referenda esse, perspicuum est.

Nec minus a vero aberrat cl. Joseph Blanchinus in Evangelio Quadruplici Par. 2. p 630. dum nostrum hunc Codicem cum Codice Bibliothecę Oratorianę Nominis Jesu Parisiensi num. 60. signato confundit: quem quidem Oratorianum Codicem Johannes Morinus Exercit in Pentateuchum pag. 6. laudat hisce verbis: *Codex iste* (Pentateuchus nempe Ebręo-Samaritanus) *pulcherrime & literis majoribus olim descriptus fuit. Primum pertinuit ad Phinæam quemdam filium Ithamar, Damasci Samaritanorum Sacerdotem magnum, ut adscriptum est in fine Geneseos literis jam usu & vetustate attritis, & nonnunquam obliteratis. Antea enim quidam Abraham filius Jacob eum descripserat, ut ipse eodem atramento & charactere, nulla addita temporis æra, in fine libri adnotavit. Postea Raban Joseph illum sibi comparavit quadringentis argenteis per manus servi sui anno Ismaelitarum 782. qui est Christianorum 1404.* (vel potius 1380. juxta Ulug-Beigum) *ut ad finem Exodi in spatio vacuo adscripsit servus ille, scriptura longe minus exacta, quam præcedens, & multo recentiore.*

Idem Morinus Epist. 38. Antiq. Eccl. Orient. ad Thomam Cromberum pag. 198. de eodem Codice Ebręo-Samaritano ita scribit: *Sunt mihi quatuor exemplaria Mss. Codicis Hebræo-Samaritani. Primum integerrimum in Vitulina pelle, majoribus & elegantissimis characteribus descriptum. In fine Exodi scriptum est:* Quadringentis argenteis Damasci emptum esse Anno Arabum 782. *In fine Geneseos, literis maxime attritis & alia Exodi adscriptione longe antiquioribus scribitur:* Ad summum Damasci Sacerdotem pertinuisse. *Sacerdos*

dos ille istum Codicem aut retractavit & emendavit ipse, aut id fieri curavit ante annos quadringentos existimo. Hæc Morinus (verba sunt Jacobi Lelongii Biblioth. Sacr. Tom. 1. pag. 84. a laudato Blanchino usurpata) *scribebat anno 1663. proinde initio seculi* XIII. *non serius exaratum existimo. Obtinuit illum Damasci Petrus a Valle nobilis Romanus ac insignis viator mense Majo anni 1616. pro Domino de Sancy Gallorum Regis in Aulam Ottomanicam Legato, jamque illi miserat, ut ipse testatur in Epist. 13. Tom. 1. pag. 176. Itinerarii sui Gallice versi, scripta Aleppi 15. Julii ejusdem anni. Idem in Epistola ad Tengnagelium, quæ extat Tom. 1. Comment. Lambecii de Biblioth. Cæsariensi* (imo Cęsarea) *pag. 185. loquens de Pentateucho Hebræo-Samaritano, ait,* Hoc exemplar ex Syria Domino de Sancy se dono misisse.

Hunc Codicem (inquit Johannes Morinus in Pręfatione de Pentateucho Samaritano, quę Bibliis Polyglottis Parisiensibus pręfixa est) *Curavit Congregationis Oratorii Presbyter* (a Petro a Valle nobili Romano anno 1627.) *emi sibi Damasci doctissimus & Illustrissimus Episcopus Maclovienfis Achilles Harlæus,* Dominus de Sancy, *quum, antequam Ecclesiæ nomen daret, Constantinopoli apud Turcarum Imperatorem legatione pro Rege Christianissimo fungeretur. Hunc Codicem cum permultis omnis generis Rabbinicis libris cusis & manuscriptis Oratorianæ Bibliothecæ* (in qua religiose adservatur Cod. 60.) *donavit Illustrissimus ille Præsul, quo nobilissimo sodali & symmysta gloriatur nostra Congregatio. Hic est ille Codex, quem in Editione nostra* Bibliorum Polyglottorum *fideliter & adamussim expressimus, quemque Latinitate donavimus.*

Hactenus Johannes Morinus de suo Pentateucho Hebręo Samaritano. Pergit ibidem: *Editione Parisiensi peracta, tres Pentateuchi Samaritici Codices nobis supervenerunt ab amplissimo viro Peirescio . . . ad nos missi; sed eorum nullus integer erat. Omnium antiquissimus, ut vel ex ipsis membranis, & detrito charactere non est difficile judicare, ceteris est minore forma; sed desunt ab initio Genesis priora* XVII. *capita, & a fine totum Deuteronomium, exceptis sex prioribus Capitibus, & septimi initio, una etiam, aut altera lacuna alibi, sed multo minus hiante.* De Codice isto ita scribit Isaacus Vossius Cap. XXIX. Differt. de LXX. Interpretibus circa finem pag. 96. *Codex Mazarini* (qui nunc est in Bibliotheca Regia Cod. 311. est autem Codex secundus in Catalogo Bibliothecę Regię anno 1739. impresso, Tom. 1. pag. 50.) *antiquior est, quam sit ullum exemplar Judaicum, quod quidem notum sit. Et tamen non desunt qui adfirment longe etiamnum vetustiores esse illos Codices, qui penes Samaritas in Oriente asservantur.* Quibus verbis designat Vossius Pentateuchum illum Ebręo-Samaritanum in modum Voluminis conscriptum, servatum Sichemi apud Samaritas, de quo videsis ipsorum Samaritarum ad Jobum Ludolphum Epistolam anno Christi 1685. pag. 4. 13. & 29. necnon Roberti Huntingtoni Epistolam ad eundem Jobum Ludolphum pag. 49. & 56.

Secundus Codex (pergit Morinus) *est trilinguis*: at charactere Samaritano exaratus; *in medio est Arabica versio, a lateribus Ebræus textus, & Samariticus. Sed ingentibus lacunis (seu multorum foliorum dilacerationibus) passim scatet; Textus, qui superest, magna cum diligentia & elegantia exaratus est. Ab initio pessime mutilatus est* XXXIV. *Capitibus, & alibi sæpissime duobus, tribus, aut pluribus... Æra scriptionis ad finem Exodi notatur, Annus Ismaëliticus sexcentesimus vigesimusquartus, mensis Rabie alter, hoc est, annus Christi 1227. . . . Eadem Æra rursus annotatur in fine libri Numerorum.* Emtus fuit hic Codex Damasci anno Christi 1631. pro Nicolao Fabri de Peiresc, ut ipse refert in Epist. ad Jo. Morinum pag. 187. Antiq. Eccl. Orient. exstat in Biblioth. Regia Cod. 310. In Catalogo autem ejusdem Bibliothecę anno 1739. impresso, Tom. 1. pag. 50. Cod. 1. dicitur emtus jussu Nicolai Peirescii anno Christi 1628.

Tertius Codex (circa annum Christi 1560. exaratus juxta Peirescium) *in amplo folio descriptus recens est* (verba hęc sunt Jo. Morini) *In fine Exodi varia sunt notarice scripta, in quorum fine luculenter satis docetur scriptus fuisse Damasci anno Gentium 967. post Trilinguem annis Arabicis trecentis quadraginta duobus integris* (hoc est circa annum Christi 1559.) *Prope integer est ille Codex, una pagina ab initio male multatus, quæ tamen alterius substitutione non ineleganter descriptæ resarcitur: alibi est una aut altera non ingens lacuna.* Idem Morinus anno 1633. in Epist. ad Thomam Cromberum Antiq. Eccl. Orient. pag. 198. *Hic Codex* (inquit) *recenter scriptus est ante annos circiter 70. eleganti & magno charactere.* Lelongius Biblioth. Sac. Tom. 1. de Pentateucho Ebr æo-Samaritano cap. 2. pag. 85.

pag. 85. de hoc eodem Codice ita scribit: *Fuit testamento legatus Cardinali Barberino ab ipso Nicolao Peirescio* (juxta Gassendum in ejus Vita, pag. 286. editionis Hagiensis.) *Missus fuerat Gabrieli Sionitæ a Joanne Galaup de Castevil* (ut narrat Marchety author ipsius Vitæ) *& allatus ex Oriente a Theophilo Minuto ex Ordine Minimorum, qui hunc Codicem in his plagis acquisivit, illumque tradidit Peirescio.* Hęc Lelongius: qui tamen egregie fallitur, dum Codicem istum Ebręo-Samaritanum adserit ab ipso Peirescio fuisse testamento legatum Cardinali Barberino. Trilinguis enim est Pentateuchus ille Samaritanus, qui in Bibliotheca Barberina adhuc servatur, & ab initio XXXIV. Capitibus mutilatus, uti mox sermo erit, quum de illo agemus: ubi hic Tertius Codex, de quo Morinus, prope integer est, una tantum pagina ab initio mancus, idemque solum Ebręo-Samaritanum Pentateuchum complectitur.

Jacobus Usserius Archiepiscopus Armachanus (ut inquit Waltonus Prolegom. XI. §. 10.) *si non primus, certe inter primos erat, qui magnis sumptibus exemplaria Samaritica Pentateuchi in Europam intulit. Hic enim exemplaria varia manuscripta ex Palæstina comparavit ... Unum horum Pentateuchum integrum pulchre exaratum habet, aliud in quibusdam lacerum & imperfectum; utraque vero ita accurate scripta, ut vix per integrum folium unius literulæ differentiam observare licuerit. Tertium versionem habet Arabicam, una cum Textu Samaritano, ipsam quoque accurate factam.* De primo Pentateucho Usserii Samaritano, hęc habet Lelongius pag. 85. *Pentateuchus Ebræo-Samaritanus. Exemplar vetustum, quod fuit olim Jacobi Usserii, a quo Bibliothecæ Cottonianæ datum (ut refertur pag. 40. Catalogi editi) cujus inscriptionem donationis propria ipsius manu exaratam hic juvat apponere ex ejus vita exscriptam pag. 40. Pentateuchum Samaritanum a decem Tribuum reliquiis post Regni Israëlitici excidium primo acceptum a Dositheo Samaritanorum Pseudo-propheta, temporibus Apostolorum postea interpolatum, ab Ecclesiasticis Scriptoribus (Eusebio, Diodoro, Hieronymo, Cyrillo, Procopio, Anespero, Georgio* Syncello *chronographo) identidem citatum, atque a Cuthæis hodiernis demum redemptum, Bibliothecæ Cottonianæ (quæ amicissimi Domini summa humanitate semper mihi patuit) L. D. M. Jacobus Usserius Armachanus, Hiberniæ Primas.* Et mox. *Ex Librarii notatione ad calcem Geneseos colligimus, exemplar hoc sexcentis Siclis (hoc est, libris Anglicanis 75.) emptum fuisse mense Rabie anni 792. Regni Ismaëlis) circa Martium mensem anni æræ nostræ Christianæ* 1390. At Usserio refragatur Waltonus Prolegom. XI. §. 11. & seqq. demonstrans, *Pentateuchum Samaritanorum olim eundem fuisse cum illo Judæorum; Dositheum vero non omnia exemplaria corrupisse; Codices proinde hodiernos & cum Judaico convenire, & eos, qui lingua Samaritana conscripti sunt, cum iis, quos Hieronymus aliique veterum citant, eosdem esse.* Id quod, facta Pentateuchi, tum Ebræo-Samaritani, tum Samaritanę versionis, cum Ebraico textu collatione, perspicuum redditur. Extat autem primus hic Usserianus Pentateuchus in Biblioth. Bodlejana Cod. 3127. de quo Lelongius p. 86. ex Cromberi Epist. ad Morinum p. 195. Antiq. Eccl. Orient. sic scribit: *Pentateuchus Ebræo-Samaritanus. Codex sat pulcher, quem sibi in Oriente comparaverat Jacobus Usserius. Liber ipsa fere in forma folii, vel quarti majore ita fuit exaratus, ut non versibus usitatis, sed pericopis potius longioribus pars quædam comprehenderetur, & relicto spatio distinguerentur singulæ fere paginæ tribus ejusmodi vel pluribus pericopis. Hujus Codicis copia facta est Thomæ Crombero, qui differentias conferendo annotavit, quas cum Joanne Morino communicavit.*

Alter Usserii Pentateuchus Ebręo-Samaritanus, acephalus & valde lacerus, in folio minori exaratus, prostat in Biblioth. Bodlejana Cod. 3129. De priore Usseriano Codice deque altero Landi Archiep. Cantuariensis, hęc ait Joannes Seldenus ad calcem libri de Successionibus in bona defuncti ad Leges Ebręorum (apud Lelongium pag. 85.) *Codicibus Samaritanis usi sumus binis; altero e libraria supellectile Guillelmi Landi Archiepiscopi Cantuariensis, quo Academiam Oxoniensem nuperrime ditavit* (Cod. 624.) *Alter est* Κειμήλιον *Bibliothecæ Cottonianæ. Exemplar utrumque est quidem vetustum. Cottonianum autem descriptum est ante annos 270. aut circiter. Quantum ab initio Geneseos ad initium Capitis VI. Levitici intervenit, manu Ithamar Ben Aaron, Ben Ithamar, Sacerdotis primarii in Damasco; quæ sequuntur ad finem Deuteronomii, exaravit Abraham Ben Abi Nitzajon, nomine seu auspiciis Semoki Tobi Isaac Ben Semoki Selomoh Ben Jacob, ex familia Isburiana, summo in agro Damasceno principatu insignis* (ut refert Thomas Smith pag. 61. Vitæ Jacobi Usserii) *uti ipse annotavit ad extremum Numerorum ejusdem Codicis manuscripti:*

Et

Et absoluta est Lex Sancta [*totum Pentateuchum innuit*] anno septingentesimo sexagesimo quarto Regni Ismaëlis [*seu Hegiræ* .] *Incidit annus ille in vulgarem Christi* 1362. Ita Johannes Seldenus. Porro Thomas Smith pag. 15. de Vita Roberti Huntingtoni, de Codicibus Samaritanorum Sacris observat, quod, si ex Codicibus in Anglia obviis judicium ferre liceat, Cottoniano nempe, Bodlejano, & Huntingtoniano, nuperrime a se in Hiberniam ad Episcopum Armachanum transmisso, nullus eorum quadringentorum quingentorumve annorum ætatem supergrediatur. Cave, hinc colligas, nulla fuisse apud Samaritanos ante annos 400. vel 500. Pentateuchi Ebræo-Samaritani exemplaria. Nam etiam apud Judæos nulla exstare Codicis Biblici manuscripta exemplaria sexcentis aut septingentis annis antiquiora, adserit Rich. Simonius cap. VIII. Hist. Crit. Versionum novi Testamenti; neque in ulla, quod sciri possit, Asiæ, vel Europæ Bibliotheca ante annos nongentos scriptum Bibliorum Ebraicorum Codicem reperiri, compertum exploratumque est: non tamen judicium ferre licet, Biblia Ebraica aut antea periisse, aut tunc primum exorta fuisse. Sed ad Usserianum Pentateuchum est redeundum. Usserius in Epist. ad Ludovicum Capellum ad calcem Syntagmatis de LXX. Interpretibus pag. 215. de suo Codice sic ait: *Ad Samaritanam Pentateuchi editionem jam accedo, quam primus, vel certe inter primos nostris temporibus in Occidentem intuli. Quum enim Christianæ pietatis homines paulo hac in re negligentiores hactenus fuisse, ex libro septimo Scaligeri de Emendatione temporum didicissem; non prius destiti, quam ex Syria & Palæstina quinque vel sex exemplaria mihi comparavissem; quumque ab Eusebio Cæsariensi, Diodoro Tarsensi, Hieronymo Stridonensi, Cyrillo Alexandrino, Procopio Gazæo, & aliis citatum invenissem, apud Photium in Bibliotheca Cod.* 230. (col. 883. edit. Rothomagen.) *decreti Synodici Eulogii Patriarchæ Alexandrini in Samaritanos editi argumentum exponentem, tandem reperi Librorum Mosaicorum a Samaritis receptorum depravatorem fuisse Dositheum illum, cujus in lib* 1. *contra Celsum Origenes meminit*. Ita existimabat Usserius. Verum de hoc non conveniunt Viri eruditi, & ipsa Pentateuchi Samaritani exemplaria, quæ præ manibus Usserius habebat, contrarium omnino suadent: sunt enim Ebraico textui, saltem quoad substantiam, prorsus conformia, ut supra diximus.

Restant quinque alii Codices recensendi. Primus Pentateuchus Ebræo-Samaritanus: Codex membraneus, in folio magno. Exstabat Parisiis (teste Lelongio) in Museo clarissimi Domini Nolin, Viri sacrarum literarum amantissimi: nunc servatur in Bibliotheca Oratoriana.

Alter Pentateuchus Ebræo-Samaritanus, olim Edmundi Pocockii, in 12. Exstat in Bibliotheca Bodlejana Cod. 5328.

Tertius Pentateuchus Ebræo-Samaritanus. Codex antiquissimus, in 12. in Bibliotheca Ambrosiana, de quo Montfauconius pag. 11. Diarii Italici.

Quartus Pentateuchus Ebræo-Samaritanus. Codex Damasci in pergameno exaratus, quem Jacobus Golius ex Oriente advexit. Hunc opera Antonii Dorati mercatoris Veneti obtinuerat. Exemplar elegans, omnibus Καλλιγραφίας numeris absolutum, juxta Hottingerum Bibliothecarii Quadripartiti pag. 128. Prostat in Bibliotheca Leidensi Cod. 6. pag. 409. Catalogi, in folio.

Quintus denique Pentateuchus Ebræo-Samaritanus. Codex in 4. majori, membraneus antiquus, mutilus quidem variis in locis, sed charta papyracea in ipsis Orientis regionibus resarcitus. Plurima ad calcem cujusque libri occurrunt Samaritanorum testimonia, ad eorum ritus ac leges spectantia. Exstat Parisiis in Bibliotheca Sangenovefeana

Hujus Codicis (inquit, clarissimus Vir Joannes Christophorus Wolphius Bibliothecæ Ebrææ Volumine IV. & ultimo pag. 165.) *forsan meminit Catalogus librorum Jacobi Lescot, Episcopi Carnotensis p.* 19. *in qua legitur*: Pentateuchus Samaritanus Ms. 1378. in 4. *Ita Lelong. Atque is quidem recte ita conjecit, ut patet, ex ampliore Codicis hujus delineatione, ab ipso Lescoto Episcopo facta, quam ... Crusius ... Parisiis ad me misit. En tibi illam.*

Pentateuchon hoc Samaritanum non ab uno eodemque scriba fuit exaratum, neque eodem tempore. Nam GENESEOS liber descriptus est in Ægypto a quodam Jadcha, filio Cheleph, filii Itamar Sacerdotis, Anno Regni Ismaëlitarum, seu Mahomedicæ Hegiræ 180. *ut habetur in calce libri Geneseos.*

At liber EXODI descriptus est a quodam Abrahamo, filio Jadcha, Anno 987. *Regni Ismaëlitarum, ut annotatum est in fine Exodi ejusdem. De loco autem non constat.*

Utrum vero Jadcha, Geneseos libri descriptor, sit idem, ac Jadcha pater Abrahami, qui descripsit Exodum, non satis constat; attamen videtur haudquaquam id fieri posse, quia a Jadcha descriptore Geneseos ad annum, quo Abraham iste descripsit Exodum, interfluxerunt anni 207. nisi dicamus vocare se Jadcha filium, quod esset ex ejus progenie, ut Orientalibus in more positum est.

LEVITICUS descriptus est anno ejusdem computi 927. annis nempe 60. ante librum Exodi. De loco autem & auctore non satis patet, cum characteres omnino vetustate absorpti sint.

Reliqui duo libri nullam habent temporis aut loci notam, cum Deuteronomium careat fine; Numerorum vero liber nuper instauratus sit, ut luculenter ex scriptura conjicere licet.

Unde autem orta sit ista temporum scriptorumque varietas, facile novit, qui Orientalium non ignorat mores. Etenim posteri parentum venerantes memoriam, ea quæ ab illis sunt descripta, non servant dumtaxat, sed siquid desit, supplendum enixe curant; & sic fecisse arbitror Levitici auctorem, & Abraham istum Exodi descriptorem, qui Pentateucho, a Jadcha proavo incepto, ultimam imponere manum conati sunt.

Hoc Pentateuchum Hebræo-Samaritanum omnino congruere comprehendi cum illo, quod impressum est in magnis Bibliis Parisiensibus, sive characterem spectes, sive voces, quæ etiam sunt Ebraicæ, collatis præsertim locis iis, quæ notatu digna dignoscuntur in hujuscemodi textu.

Verum in illo desunt quædam, quæ temporis diuturnitate detrita sunt, nempe prima Capita Geneseos usque ad ea verba Cap. III. v. 5. Et aperientur oculi vestri. *A verbis illis Cap.* IV. v. 1. Et peperit Cain, *usque ad illa* v. 19. *ejusdem Cap.* Nomen unius Ada. *Item a* v. 3. *Cap.* VIII. *usque ad* v. 20. *Cap.* VIII. *Item a* v. 10. *Cap.* XIX. *usque ad* v. 3. *Cap.* XXV. *Post hæc interseritur Cap.* XXI. *versus etiam* 5 *Cap.* V. *repetitur. Atque hæc in genere, quæ in præsentiarum de hoc Pentateucho dici possunt.*

Ex annotatione ad calcem libri Geneseos apposita apparet, partem illam transcriptam fuisse Anno Regni Ismaëlis, sive Hegiræ Muhammedicæ DCCLXXX. *idest Æræ Christianæ* 1378. *sicut observavit Jac. Usserius Armachanus.*

Hactenus Lescotus. Nullum nobis dubium est, quin plures in hanc Adnotationem allucinationes obrepserint. Nam primum quidem stare nequit, librum Geneseos scriptum fuisse *anno Ismaëlitarum* 180. hoc est, Christi 796. quum idem ipse Lescotus, a descriptione Geneseos ad annum Ismaëlitarum 987. [*Chr.* 1579] quo librum Exodi exaratum adserit, interfluxisse dicat *annos* 207. quæ annorum summa non nisi ab anno Ismaëlitar. 780. Chr. 1378. derivare potest: uti idem Lescotus in fine adnotationis seipsum emendat. Deinde error est in nomine Librarii, quem Lescotus *Jadcham* vocat. *Jadcha* nil aliud est, quam Samaritana vox ידועה *Jeduha*, quæ *Intelligentem*, seu *Sapientem* sonat; referturque ad *Abrahamum*, Pentateuchi scriptorem: qui quidem Abraham quum anno Hegiræ 780. hunc librum exarasse dicatur, diversus proinde fuit ab eo, qui anno Hegiræ 927. (non 987. neque 967.) hoc est, Chr. 1520. eundem librum sibi comparasse dicitur, comprobante id suo testimonio Phinea filio Ithamari Sacerdotis, quemadmodum constat ex ea Adnotatione, quam mox proferemus.

Atque hi sunt Samaritani Codices, quorum notitiam ex Catalogis impressis haurire potuimus. Nam Pentateuchum illum Ebræo-Samaritanum, qui p. 188. Antiquit. Eccl. Orient. dicitur in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi servari, frustra se quæsivisse scribit cl. Lambecius pag. 114. lib. 1. Comment. de hac Bibliotheca. Ceterum nolumus cuiquam spondere, in nosque recipere, Codicibus omnibus, qui sunt hactenus recensiti, Ebraicum Textum Samaritanis literis exaratum repræsentari. Valde enim veremur, ut pro Ebraico-Samaritano, Pentateuchus Samaritana lingua & charactere scriptus, nonnunquam sit a laudatis authoribus acceptus: quemadmodum de cl. Lelongio superius observavimus: Atque in hanc suspicionem nos inducunt eadem ipsa Jacobi Usserii verba, quæ de ejus Pentateucho Ebræo-Samaritano sunt a nobis superius producta. Quum enim Usserius tam in Epistola ad Ludovicum Capellum, quam in Inscriptione propria ipsius manu exarata, Pentateuchum, quem Ebræo-Samaritanum vocat, adserat ab Ecclesiasticis Scriptoribus Hieronymo, Eusebio, Cyrillo, Procopio aliisque citatum, quumque isti Scriptores Ecclesiastici non Textum Ebraicum Samariticis literis exaratum, sed Samaritanam ipsius Ebraici textus versionem disertim indigetent, hinc aperte infertur, ab erudito Usserio Ebræo-Samaritanum Pentateuchum cum Samaritana versione misceri. In eundem scopulum impegisse videtur clarissimus Joannes

res Harduinus, Samaritanum cum Ebræo-Samaritano confundens. Sic enim pag. 6. Chronologiæ Veteris Testamenti editionis Parisiensis de Pentateucho Samaritanis literis & lingua exarato scribit: *In hoc Pentateucho ita temporum ratio digeritur, ut neque cum Ebræo congruat, neque cum Græco. A quibus autem inducti in fraudem hodierni Samaritæ fuerint (si tamen eodem illi in Samaria exemplari utuntur, ac non Ebræo potius puro ac sincero, sed suis Arabicisve characteribus) qui sint hujusmodi recentis Pentateuchi primi conditores, ariolari fortassis videbimur, si rem esse nobis exploratam dicamus. Illud interim in confesso est, vetustissimum exemplar Pentateuchi Samaritani, quod Morinus vidit, manu exaratum fuisse anno Christi* 1404. *Morino ipso teste, nec ullum aliud extare multo vetustius. Samaritanos Codices, qui nunc habentur, dum Grotius affirmat factos ex Græco Justiniani Imperatoris ævo; de re ipsa sat recte pronunciat, de tempore longe aberrat.* Atqui Harduinus dupliciter heic labitur: & primum quidem, dum laudatum a Morino Pentateuchum, qui certe non alius fuit ab Ebraico Samaritanis literis scripto, pro Samaritana versione, in qua temporum ratio ita digeritur, ut neque cum Ebræo congruat, neque cum Græco, perperam accipit. Deinde, dum Samaritanos & fraudis in concinnanda sua versione arguit, & suspicatur, illos alio in Samaria exemplari uti, ab iis, quæ in Bibliothecis Europæ servantur. Quare de memorata Harduini Censura liceat nobis hæc Lelongii verba usurpare. *Utinam* [inquit Lelongius] *hujus fraudis auctorem* Harduinus, *licet ariolando, nobis indicasset. Verum quod eodem Samaritani in patria exemplari utantur* [Nota, Lelongium non de Ebræo-Samaritano, sed de ipsa Ebraici textus Samaritana versione loqui:] *dubitare non sinit ipsorum Codicis inspectio, ut testatur Huntingtonus in Epistolis suis.* Samaritani de Samaritica sua versione Sichemi in Codice in modum Voluminis conscripto servata, in suis ad Jobum Ludolphum Epistolis anno Christi 1685. hæc scribebant: *Possidemus etiam Codicem Legis a temporibus Gratiæ* (idest, scriptum anno XIII. reversionis filiorum Israël ex Ægypto, uti Samaritani nugantur. Ar criticorum nonnulli Samaritanam versionem factam volunt circa tempora, quibus decem Tribus divisæ sunt a Regibus Juda: alii vero post Salmanassaris Regis Assyriæ ætatem, qui, abductis in Assyriam Samaritis, & in eorum coloniam Cuthæis introductis, unum ex Sacerdotibus captivis ad illos misit, qui ipsos legitima Dei doceret: alii demum, post Esdræ tempora, postquam nempe Codex Ebraicus literis Assyriis descriptus esset:) *Possidemus*, inquiunt, *Codicem Legis a temporibus Gratiæ, quem scripsit Abisa filius Pinchasi* (sive Phinees) *Scriptum in eo*: Ego Abisa filius Pinchasi, filii Eleazari, filii Aaronis Sacerdotis, scripsi in Atrio Tabernaculi convocationis in Monte Garizim, anno decimotertio, a reversione filiorum Israël in terram Chanaan, & in fines ejus circumcirca: Laudo Dominum &c. Hæc illi. Verum nugas esse & mera mendacia, quæ hac de re proferebant, Robertus Huntingtonus ex oculari inspectione deprehendit. Quum enim illius vetustissimi Codicis inspiciendi caussa, Sichimam Huntingtonus adiisset, librum decantatum in Synagoga ipso revolvente atque explicante, Samaritæ præcipui, qui tunc aderant, metuentes ne ad umbilicum usque illum evolveret, ultro fassi sunt, verba illa modo memorata, olim quidem fuisse inscripta, sed a male feriato lacerata nunc esse, & penitus excerpta. Unde illos vanæ hujus gloriationis abunde convicit Huntingtonus in Epistolis ad Ludolphum scriptis, quemadmodum Thomas Smith de Vita Huntingtoni pag. 14. narrat. Pergit porro Lelongius: *Major sane est dubitandi locus de æra exemplaris, quod Harduinus vetustissimum vocat, licet* anno Christi 1404. *putet* exaratum, teste ipso Morino. *Ipse tamen Morinus nullam additam esse temporis æram in fine libri adnotavit: refert tantum*, Josephum quemdam hunc codicem sibi comparasse anno Ismaëlitarum 782. qui est Christi 1404. *sed rectius juxta Ulug-Begum Anno Christi* 1380. Additque idem Lelongius: *Vetustior quoque illo servatur Codex Arabico-Samaritanus Pentateuchi in Bibliotheca Regia num.* 310. *qui anno Ismaëlitarum* 624. *Christi* 1227. *descriptus est.* Nos igitur cum Harduino quidem ultro adfirmamus, Grotium Samaritanos Codices Justiniani ævo factos adserentem, *de tempore longe aberrare*; eo nimirum quod Eusebius Cæsariensis, Hieronymus, Diodorus aliique, Justiniano antiquiores, Samaritanæ versionis mentionem faciunt, cum qua hodierni Codices consentiunt. Non tamen eidem Harduino adsentiri possumus scribenti, Grotium *de re ipsa sat recte pronunciare*, dum Samaritanam versionem ex Græco factam censet. Etsi enim cum Græcis in quibusdam convenit Codex Samaritanus, ubi Græca versio ab Ebraico textu discrepat, at in aliis non paucis cum Ebræo potius, quam cum Græco consentit, & in nonnullis etiam ab utroque recedit, quemadmodum

dum in collationibus a Waltono aliisque doctis viris factis observare quilibet potest. Concludimus autem, ex hactenus dictis constare, Samaritanum Pentateuchum, sermone & charactere Samaritico exaratum, tum ab Harduino, tum ab aliis cum Pentateucho Ebraico Samariticis literis scripto confundi.

Nunc ad Codicem nostrum Vaticanum redeundum est. Is Textum ipsum Ebraicum charactere Samaritano repræsentat, cujus characteris specimen cl. Joseph Blanchinus a nobis supra laudatus Tab. II. num. 2. exhibet, & cujus ætatem ad septimum seculum incaute refert, quum multo recentior sit, & ad summum seculo XIV. scriptus videatur, uti membranæ & literarum nitor, atque integra conservatio ostendunt; & quidem quadraginta annos, antequam in Morini manus Pentateuchus ille Ebræo-Samaritanus incidisset, ab Episcopo Maclovienſi per Petrum de Valle Damasci emtus, & Bibliothecæ Oratorianæ dono datus: nempe Anno Christi 1623. jam in Apostolica Vaticana Bibliotheca exstabat, trecentorum aureorum pretio comparatus, ceu scribit Hieronymus Aleander Johanni Morino Epist. 5. inter Antiq. Eccl. Orient pag. 143. *Ac scias, velim*, inquit, *esse hic quoque in Vaticana Bibliotheca aliud Pentateuchi exemplar, iisdem Samaritanis literis scriptum, quod quinque ab hinc annis* (anno nempe 1623.) *piæ memoriæ Scipio Cobellutius Cardinalis Sanctæ Susannæ, tunc Bibliothecarius, ccc. aureorum pretio comparavit; atque is quidem Codex, etsi characteres habeat Samaritanos, Ebraica tamen lingua, uti & vester, confectus est*. Quibus tamen verbis Blanchinus noster, sui immemor, alterum Vaticanum Pentateuchi exemplar bombycinum, Samaritanis literis & lingua descriptum, indigetari putat; quod tamen exemplar a Codice Oratoriensi Petrus de Valle ipse in laudata Epistola ad Tengnagelium apertis verbis distinguit; imo vero quadringentorum aureorum pretio illud Oratoriense comparatum adfirmat: nostrum autem bombycinum nonnisi nonagintaquinque post annos, scilicet anno 1718. Clemens XI. Pont. Max. Vaticanæ Bibliothecæ addixit, ut mox ostendemus.

In fronte Codicis nostri legitur hæc Samaritana Inscriptio, eadem, qua totus Codex, manu exarata; quam unacum reliquis Samaritanis vocibus, quas deinceps proferemus, Ebraicis literis consulto expressimus; quoniam Samaritani characteres, quos Typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide nobis suppeditavit, ad Latinos Catalogi hujus nostri typos minime quadrant; ut tam hujus, quam consequentis Codicis Initia inspicienti perspicuum est:

וכתב זארת התורה השלים אברהם בן צדקה בן אברהם בן
צדקה בן טבצה דמבני ערמת השדרי יהוה ירחמו יהוה : אמין

Et librum hujus Legis (Pentateuchi) *descripsit Abraham filius Sadakæ, filii Abraham, filii Sadakæ, filii Tabasæ: ex filiis* (habitatoribus) *Armatæ. Omnipotens Deus Dominus misereatur ejus. Amen*. Altera ejusdem librarii manu Inscriptio habetur in fine Geneseos fol. 75. his verbis:

קנה זארת התורה הקדושה במהדלה סמוכה רבה וארונה רבה היקירה :
ומבוננה וצלאה וקראה וידועה ועשה טבארה האיש התם יוסף בן סהבה וסמוכא
רבה וארכונה טבה ויקירה ומבוננה וצלאה וקראה ועשה טבהתה מתנה בן
סחבה וסמוך קהלה וארכן קהלה ועשה טבהתה צדקה דמבני חלב : בשלש
מאות וחמשים כסף מן אבי ממרוממאתה ואבי פתחה ילידה בנפושה דמבני
וקיפה : וקם זה בעיני ואני פינחס בן איתמר וכהן הגדול בדמשק .

Possedit hanc Sanctam Legem substantia sua (idest erogata pecunia sua) *Promotus in Rabbinum, & Arca magna, honorabilis, & intelligens, & orans, & Biblicus, & sciens, & bona faciens, & vir perfectus, Joseph, filius senis, & magistri Rabbini, & principis boni, & præstantis, & intelligentis, & orantis, & Biblici, & bona facientis, Mathanæ, filii Senis, & Magistri Ecclesiæ, & principis Congregationis, & bona facientis Sadukæ, ex filiis Alepi*, (possedit, inquam, seu emit hunc Pentateuchum) *trecentis & quinquaginta argenteis, ab Abi-Mamrummata, & ab Abi-Phatacha filio Cordata, ex filiis Vakiphæ. Et hoc coram me Phinees filio Ithamar, & Sacerdote magno in urbe Damasci*. Hinc habemus, *Abrahamum* quidem *Sadukæ* filium, hujus Codicis fuisse scriptorem; *Josephum* autem filium *Mathanæ filii Sadakæ*, trecentis quinquaginta argenteis eundem Codicem emisse, præsente ac testimonium perhibente *Phinees Ithamari filio*, magno Samaritanorum Sacerdote in Urbe Damascena. Nulla additur temporis epocha. Verum, si fides est adjungenda ei Inscriptioni, quam Johannes Morinus pag. 6. Exercit. in Pentateuchum Samaritanum exhibet, Adnotatio modo recitata videtur manu Abrahami scripta circa annum He-

Hegiræ 782. Christi 1380. nam ibi *Rabban Joseph* dicitur Morinianum Pentateuchum quadringentis argenteis sibi comparasse anno Ismaëlitarum 782. Eum autem Josephum cum nostro unum eundemque fuisse, patet ex adjunctis ibi nominibus Phinees filii Ithamar, Damasci Samaritanorum Sacerdotis magni, & Abrahami illius Codicis descriptoris. Non est tamen dissimulanda ejusdem clarissimi Morini allucinatio, qui loc. cit. pertinuisse eum Codicem scribit ad *Phinæum filium Ithamar*, eundemque ab *Abrahamo Jacobi filio* fuisse exaratum: nam ex Samaritana, quam nos repræsentavimus, inscriptione compertum exploratumque fit, *Abrahamum* quidem non Jacobi, sed *Sadakæ* filium fuisse; *Phinæum* autem non Codicis dominum, sed testem adfuisse ejusdem Codicis a Josepho emti venditioni. Idem dicendum videtur de Joanne Seldeno, qui loc. supra cit. adfirmat, *Cottonianum Codicem, quantum ab initio Geneseos ad initium Capitis* VI. *Levitici intervenit, descriptum manu Ithamar Ben Aaron, Ben Ithamar, Sacerdotis primarii in Damasco. Quæ sequuntur ad finem Deuteronomii, exarata ab Abrahamo Ben Abi Nitzajon, nomine seu auspiciis Semoki Tobi Isaac Ben Semoki Sclomoh Ben Jacob, ex familia Isburiana, summo in agro Damasceno principatu insignis*. Abraham enim, ut supra dictum est, totum Codicem exscripsit: Ithamar autem, seu Phinees Ithamari filius, Sacerdos primarius in Damasco, testem se dicit venditionis factæ. At vero Seldenus, Samaritanæ & Ebraicæ linguæ non usquequaque peritus, quid sibi velint voces illæ *Semoki Tobi*, ignorasse se ostendit. Atqui *Tob*, Bonum significat: & *Samuc* (non *Semoc*) *Promotum in Rabbinum* seu *Magistrum*: Laurea Doctoratus donatum dicimus. Consule Buxorfii Lexicon in voce סמך, *Samach*, & סמיכה, *Semichah*: ubi explicat, quo pacto per manuum impositionem Rabbinorum creari solebant *Magistri*, *Doctores*, seu *Rabbini*, & *Judices*.

Ad alias Adnotationes in eodem Codice nostro Vaticano adpositas pergimus. Fol. 1. a tergo, in margine, literis Syriacis, sermone tamen Arabico: ܗܕܐ ܗܘ ܒܕܘ ܣܦܪ ܐܠܐܘܠ *Hoc initium est Libri primi*. Fol. 75. in fine Geneseos, Samariticis literis: *Liber Primus*. *Sectiones* cc. & L. Ibidem in margine, Syr-Arab. *Heic explicit*. Et mox de Exodo: *Hic est Secundus*, Liber nempe. Fol. 98. a tergo Syr.Arab. in margine: *Hoc Canticum est Sororis Mosis, quum a Pharaone liberati sunt*. Fol. 138. Samarit. *Liber Secundus*. *Sectiones* cc. In margine Syr. Arab. ܬܡ ܐܠܣܦܪ ܐܠܬܐܢܝ *Heic explicit Secundus*. Fol. 178. Samarit. *Liber Tertius*. *Sectiones* c. & XXX. & V. In margine Syr. Arab. *Heic explicit Tertius*. Fol. 237. Samarit. *Liber Quartus*. *Sectiones* cc. & XX. In margine Syr. Arab. *Heic explicit Quartus*. Ibid. Syr. Arab. *Hoc initium* est *Quinti*. Fol. 285. Samariticis literis. *Liber Quintus*. *Sectiones* c. & LX. In Polyglottis editis sic legitur: *Hic Liber Quintus*. *Sectiones* c. & LX. & VI. Ibid. Samarit. *Explicit Lex*. *Benedictus qui dedit illam*. Ibid Syriacis literis, sed lingua Arabica, in margine. *Heic explicit Quintus*.

Colliguntur, juxta Codicem nostrum, in toto Pentateucho *Sectiones* 965. Waltonus in Prolegom. XI. num. 10. *Singulos etiam libros Pentateuchi in Sectiones quasdam valde inæquales distinguunt, quas* קצים Katsim *vocant, Judaicis Paraschis & Sidris multo breviores: nam in tota Lege numerant 966. Judæi vero tantum 53. Paraschas, & Sidras 145.* Verum in Polyglottis ab eodem Waltono editis non 966. sed numerantur *Sectiones* 864. sic; In fine Genesis Sectiones 250. Exodi 200. Levitici 130. Numerorum 118. Deuteronomii 166. Summatim 864.

Idem Waltonus loc. cit. pergit sic scribens: *Ad singulorum etiam librorum finem numerum Sectionum apponunt: & in Judæorum imitationem etiam singula per totam Legem vocabula numerarunt, & Levit. 7. post versum* 15. (ut videre est pag. 431. lin. 4.) *notant dimidium Legis, in nostro Ms. integro* פלנה דתרותה (at pag. 431. pro דתרותה legitur דתרהותה) *Dimidia pars Legis; quod de vocalibus intelligendum*. Hæc Waltonus, verissime quidem de suo Ms. Codice. Verum in nostro Vaticano Codice fol 146. a tergo, lin. 4. inter ultimam vocem בקר versus 15. & primam vocem ואם נדר versus 16. non adest nota illa פלנה דדרהותה *Media pars Legis*. Quod argumento est arbitrariam fuisse illam Adnotationem: alioquin in omnibus Samariticis exemplaribus adesset.

Postremo est observandum, loca quædam in nostro Codice, quæ in Textu oscitanter ab amanuensi omissa fuerant, recentiori eaque docta manu, vel inter lineas, vel ad oram libri, suppleta fuisse. Pauca exempla seligemus. Fol. 3. a tergo, cap. 3. vers. 23. in Textu

Ebrai-

Ebraico legitur juxta verſionem interlinearem Santis Pagnini : *Et emiſit eum Dominus Deus de horto Eden* . Noſter Codex habet . ושלחהו יהוה מגן ערן . Additur in margine charactere minuto אלהים , quæ vox in Textu deerat . Sic fol. 9. a tergo , cap. 9. verſ. 10. Ebræus Textus Latine redditur : *Et cum omni anima vivente , quæ eſt vobiſcum , in volatili , & in jumento , & in omni beſtia terræ vobiſcum* ; *ex omnibus egredientibus Arcam , omni beſtiæ terræ , & ſtatui pactum meum vobiſcum* . Codex noſter Samaritanus in textu omiſerat ea verba , יצאי התבה לכל חית הארץ והקמתי *Egredientibus Arcam*, *omni beſtiæ terræ , & ſtatui* : quæ ſunt alia manu inter lineas ſuppleta . Alia loca ad Lectorem remittimus , quæ conſuli poſſunt in eodem Codice noſtro fol. 16. 31. 34. a tergo , 169. t. 173. t. 175.t. 176. 196. 210. 228.t. 238. 239. 239. t. 243. 249. 249.t. 250. 254. 254. t. 255. 256.t. 269. t. 270. a tergo .

I I.

COdex in folio bombycinus , foliis conſtans 290. inter manuſcriptos Orientales Petri de Valle Vaticanos num. 1. ſignatus ; quo continetur ,

PENTATEUCHUS Moſis , Samaritana lingua & charactere , in charta bombycina, non vero ſericea , (ut putat Lelongius Bibl. Sacr. Tom. 1. pag. 109.) nitidiſſime exaratus, & ſplendide compactus, inciſis in utroque Codicis tegumine ejuſdem Petri de Valle Inſignibus , cum hac inſcriptione : *Pentateuchus Samaritanus Petri a Valle*. In fronte ejuſdem Codicis Arabice exſtant Syngrapha quorumdam Doctorum ex Samaritanis, qui variis temporibus volumen hoc legiſſe ſe teſtantur: e quibus unum ſelegimus, in quo epocha temporis exprimitur . طالع في هذه التوراة المقدسه المملوك الاصغر الادل الاحقر الطالب من ربه النجاح ابراهيم بن يعقوب .. وذلك بتاريخ العشر الاول من شهر رمضان المعظم من شهور سنة عشرين وتسعماية

Legit hanc Sanctam Legem ſervus minimus , viliſſimus, humillimus , ſuppliciter a Domino ſuo petens , ut in ejus Lectione proficiat , Abraham Jacobi filius . . . Idque decimo die menſis Ramadani magni, Anno nongenteſimo vigeſimo . Nimirum , Anno C. 1514. Ad marginem ſuis quique locis notati ſunt, manu Johannis Morini, numeri Capitum , & Verſiculorum, Vulgatæ Latinæ Editioni reſpondentes , unacum notulis Latinis verborum in Verſione Samaritana defectum vel amplificationem paſſim indicantibus , quas idem Johannes Morinus a Petro de Valle rogatus adjecit . In fine vero , fol. 290. a tergo , poſt Samaritanam Librarii , quam mox exhibebimus , Inſcriptionem , hæc manu Petri de Valle adnotata reperias : *Textum hunc Pentateuchi Samaritanorum lingua & characteribus exaratum , Anno Domini* CIↃ IↃCXVI. *Damaſci in urbe Syriæ principe a me repertum , poſt diuturnas peregrinationes , tandem Dei Opt. Max. beneficio in patriam redux , Romam delatum , publico Chriſtianæ Reipublicæ commodo , ſacrarumque literarum Studioſorum oblectamento addixi , Anno ejuſdem Servatoris noſtri* CIↃIↃCXXVI. *Petrus a Valle Peregrinus , Patricius Romanus* .

Geneſis incipit fol. 1. a tergo . ࠁࠓࠀࠔࠉࠕ ࠁࠓࠀ ࠀࠋࠄࠉࠌ
Exodus fol. 76. ࠅࠀࠋࠄ ࠔࠌࠅࠕ ࠁࠍࠉ ࠉࠔࠓࠀࠋ
Leviticus fol. 136. a ter. ࠅࠉࠒࠓࠀ ࠀࠋ ࠌࠔࠄ ࠅࠉࠃࠁࠓ
Numeri f. 181. ࠅࠉࠃࠁࠓ ࠉࠄࠅࠄ ࠀࠋ ࠌࠔࠄ ࠁࠌࠃࠁࠓ ࠎࠉࠍࠉ
Deuteronomium fol. 240. ࠀࠋࠄ ࠄࠃࠁࠓࠉࠌ ࠀࠔࠓ ࠃࠁࠓ

De

De hoc Codice sic scribit laudatus Petrus a Valle ad Johannem Morinum Epist. 14. inter Antiq. Eccl. Orient. pag. 160. *Pentateuchum Samaritanum, qui apud me est, quum primum in Syria reperi, semper ea fui mente, ut publicæ utilitati in lucem emitterem .... Hunc absque versione typis mandare infructuosum putavi ... Quum nullum aliud exemplar, quam istud Pentateuchi Samaritani in Europa habeamus, & ex Asia adducere difficillimum sit, ne dicam fere impossibile, illud in itinere alicui peregrino objicere, imprudentis esset.* Et in Epistola Romæ scripta anno 1628. ad Tengnagelium, quæ legitur pag. 185. Tom. I. Comment. Lambecii de Biblioth. Cæsarea Vindobonensi, hæc idem Petrus a Valle de eodem Codice habet; *Alius vero Pentateuchus, lingua & characteribus Samaritanorum exaratus, omnium librorum meorum facile est apex; præterquam quod in Europa fortasse hujus generis est Phoenix. Duo alii reperiuntur, quod sciam: alter in Bibliotheca Vaticana tercentum quadraginta aureorum pretio non multo ante* (scilicet anno 1623.) *comparatus; alter in Gallia, quem ipsemet ex Syria ad Dominum Harlæum de Sancy, Regis Galliarum tunc temporis Constantinopoli Oratorem, dono misi. Ast hi Samaritano tantum charactere, lingua vero Ebraica sunt scripti. Meus autem charactere & lingua Samaritanorum; quod pluris æstimo, etiamsi non in membranis, ut illi, sed in simplici charta ante annos ducentos* (imo ante annos 114. uti mox patebit) *exaratus. Cardinalis de Berulle, ut audio, dat operam, ut ille, qui in Gallia est, typis mandetur.*

Johannes vero Morinus, ad quem Petrus de Valle hunc Pentateuchum suum numeris capitum & versiculorum Vulgatæ editionis notandum atque Latinitate donandum anno 1630. miserat, ita eundem describit Exercit. 4. in Pentat. Samarit. pag. 370. *Pertinuit hic Codex ad Sacerdotes Samaritanos, a quibus recensitus & emendatus fuit. Petrus a Valle Patricius Romanus eum Damasci reperit, & sibi comparavit* (Anno 1616. mense Majo, uti legitur in Epist. 13. Voluminis 1. ipsius Itinerarii pag. 176. versionis Gallicæ: & in autographa inscriptione ad calcem ejusdem Pentateuchi adposita, quam supra protulimus.) *Tandemque post varias in Persidem, & universum Orientem peregrinationes, Romam patriam suam anno 1626. detulit. Libri scriba ad calcem adnotavit, scriptum a se fuisse pro Sacerdote Damasci Anno Regni Ismaelitarum nongentesimo vigesimo, hoc est Christi* 1542. (imo, 1514.) *decima mensis Elul. Neque literarum nitor, oculi, & gemmæ antiquiorem arguunt.* Et in Epist. ad Petrum a Valle, quæ est in Antiq. Eccl. Orient. vigesima prima, pag. 195. hæc refert: *Legi præterea quæ in fine a scriba addita sunt: Illa sunt Hebraica, ut constat ex prima linea, & nonnullis aliis dictionibus, quæ integre scribuntur: cætera, quæ plurima compendia sunt dictionum, quæ imperfecte scribuntur; illa autem pleraque nihil aliud sunt, quam Rabbinorum, de quibus mentio fit, honorificæ appellationes, quales in nostro Pentateucho plures integre describuntur. Sensus autem additamenti istius hic esse mihi videtur:* Scripsit hanc Legem Sanctam servus &c. & tradidit eam Josepho filio Justitiæ, filio Josephi Sacerdotis in Damasco, & correxit eam Abraham de filiis Matar anno nongentesimo & vigesimo Regni Ismaelitarum, decima mensis Elul. *Itaque anno Christi* 1542. (correctius 1514.) *scriptus est, Character & Papyrus alteram ætatem non videtur arguere.* Hæc Morinus scribebat 30. Januarii 1631. qui de epocha quidem scripti Codicis, deque compendiis dictionum, quæ imperfecte scribuntur, quæque nihil aliud sunt, quam Rabbinorum honorificæ adpellationes, recte pronunciavit; verum dum ait, Ebraicam esse Inscriptionem, & Pentateuchum hunc Samaritanum ab Abrahamo fuisse correctum a vero longe aberravit. Accipe ipsa amanuensis verba ad calcem Deuteronomii fol. 290. כתב · זאת התו
הקדו · הסמד חל · הצ · המס · אל · ירת · יה · ור · יוסף בן צדקה · ב · יו · כהנה בדם ·
על · שם · יק · וצ · וח · וכ · ון · ויע · ומב · וף · וש · ארה · קד · וסמוך · קה · ואר · קה ·
ועש טבהתה אברהם בן · פה · וסמוך · קה · וא · וש · אר · קד · וי עה · ומב · וע טבה אב ·
עלי בר פה · טב · ויק · וק · וצ · וח · וכ · אב · סכוה · דמבני מטר · וכן · בש · עשרים שן ·
ותשע מן · ש · למס · ישמעאל · והאו · עשרה מן אילול וה · וש · מב · על · ול ב בן ובן
בן · אמן אמן · בע · מ · ון · אמן *Scripsit hanc Sanctam Legem intelligens, operans, orans, sufficiens, servus Dei, Joseph filius Sadakæ, fil. Josephi Sacerdotis in Damasco; nomine honorabilis, orantis, sapientis, periti, intelligentis, creati Magistri, Sancti, & bona facientis, Abrahami fil. Abi-Ali, fil. Senis boni, honorabilis, sapientis & Sacerdotis Abi Sacuæ, ex filiis Matar. Idque Anno vigesimo & nongentesimo gentis Ismaelitarum, die decimo mensis Elul. Amen, Amen, Amen.* Nonnulla verborum compendia consulto omisimus, quum

hæc

hæc ex inſcriptione Samaritana priori Codici Ebræo-Samaritano adpoſita peti poſſint. Cete-
rum he voces . החו · הקרו · כדם · בש עשרים שן · ותשצ ם · שן Sic ſunt integre deſcri-
bendæ, atque interpretandæ התורה הקדושה *Legem Sanctam* . בדמשק *In Damaſco* : בשנה
עסרים שנה ותשע מאות שנה *Anno vigeſimo & nongenteſimo* . Quod vero Morinus
Joſephum ait *filium Juſtitiæ* , *filium Joſephi Sacerdotis* , *ſcriptam hanc Sanctam Legem* ,
traditam accepiſſe a librario ; in hoc egregie fallitur : tum quia idem ipſe *Joſeph* hunc Pen-
tateuchum ſcripſit , non ab alio ſcriptum accepit ; tum quia pro *Joſepho filio Sadakæ* , *filii*
Joſephi Sacerdotis , perperam a Morino fingitur *filius Juſtitiæ* , *filius Joſephi Sacerdotis* .
Nec minus hallucinatur , vir cæteroquin acutiſſimus , dum adſerit , eundem Pentateuchum
fuiſſe emendatum ab *Abraham de filiis Matar* : is enim, cujus integrum nomen, *Abraham fil.*
Abu-Ali, *fil. Abu-Sacuæ Sacerdotis ex filiis Matar* , non hunc Librum correxiſſe dicitur ,
ſed ejus libri dominus fuiſſe; quippe quem librum Joſephus ſcriba pro ipſo , ſeu ejus nomi-
ne , exaravit .

Preter hanc librarii Joſephi inſcriptionem, quam modo retulimus , exſtant aliȩ Adno-
tationes in fine uniuſcujuſque libri Pentateuchi. Nimirum fol. 75. a tergo ad calcem Gene-
ſis . הרן ספרה קדמאה קצין ר׳ ון *Hic Liber primus. Sectiones* cc. & L. F. 136. in fine Exodi.
די שפרה תנינה · קצין תרתין מואן *Hic Liber Secundus. Sectiones* cc. Fol. 173. a tergo in
fine Levitici . הדי ספר תליתאה · קציז ק · ולה *Hic Liber Tertius . Sectiones* c. & xxxv.
Fol. 239. a tergo in fine Numerorum deſideratur Adnotatio, que in Ebreo-Samaritano ſic
habet : הזה ספר הרביעי · קצים ר · וכ *Hic Liber Quartus . Sectiones* cc. & xx. Fol. 290. in
fine Deuteronomii deeſt Adnotatio , quȩ in Ebrȩo Samaritano ſic legitur . הזה כפר החמישי
קצים ק · ום *Hic Liber Quintus . Sectiones* c. & LX. Univerſim , ut ſupra diximus , *Sectio-*
nes DCCCCLXV.

Hunc Codicem Vaticanum Clemens XI. æternæ memoriæ Pontifex Maximus , unacum
ſeptuaginta ſex aliis Mss. Codicibus Orientalibus , ſcilicet , Copticis , Indicis , Ibericis,
Arabicis , Æthiopicis, Perſicis , & Turcicis, quos Petrus de Valle Patricius Romanus ex
tota Aſia collegerat , quoſque ſuo ſingulos loco recenſebimus , a Raynaldo Marchione de
Bubalo ejuſdem Petri hærede & ex filia nepote ſibi oblatum , Vaticanæ Bibliothecæ dono de-
dit Anno 1718, ut hæc præfixa Pluteo Urbinati-Vaticano, ubi ii Codices adſervantur , In-
ſcriptio oſtendit .

„ CLEMENS XI. P. M. Codices Samaritanos , Copticos , Indicos , Ibericos , Arabicos ,
„ Æthiopicos , Perſicos , Turcicos , quos Petrus de Valle Patricius Romanus ex tota Aſia
„ collegerat , a Raynaldo Marchione de Bubalo ejuſdem Petri hærede , & ex filia nepote ,
„ ſibi oblatos , Vaticanæ Bibliothecæ dono dedit , MDCCXVIII.

Morinus de eodem Pentateucho Samaritano in Epiſt. ad Petrum de Valle Antiq. Eccl.
Orient. pag. 195. *Multa* (inquit) *contuli cum noſtro , qui multis ſeculis antiquior eſt* ;
deprehendi exactiſſimam eſſe & verborum tenaciſſimam Ebræo-Samaritani textus interpreta-
tionem . Et mox . *Ab Ebræo propius abeſt , magiſque phraſim & genium Ebraicæ linguæ*
ſapit Samaritica verſio , quæ nobis præ manibus eſt , quam Chaldaicæ Paraphraſes , Judæo-
rumque alii libri Chaldaici . Et poſt pauca . *Nudius tertius tamen Pentateuchum tantum*
accepi , tum primum contuli cum noſtro , ideſt Ebræo ; interpretationem deprehendi literæ
adeo mordicus adhærentem , ut hac in parte omnes Interpretes ſuperare videatur . Et in 2.
Præfat. Biblior. Polyglott. Pariſienſium . *Samaritica Ebræi textus translatio textum primi-*
genium Κατὰ πόδας *ſequitur , atque ex eo verbum a verbo expreſſa eſt ; ideo duplici Latina*
verſione opus fore non judicavimus . Ibidem . *Utriuſque Codicis præcedentis verſio origina-*
liter , ut ita dicam , & fundamentaliter eadem eſt ; multis tamen dictionibus , ſed in eun-
dem ſenſum conſpirantibus prior a poſteriore differt ; in cæteris vero dictionibus nonnunquam
varietas conſpicitur . Ita & Richardus Simonius *in Diſquiſ. Crit. de Var. Bibl. edit. cap.* IX.
pag. 88. *ſeq.* de Samaritana Pentateuchi verſione ſentit : *Samaritanus Interpres fere ad ver-*
bum exprimit contextum Ebræo-Samaritanum , a quo in pauciſſimis diſceſſit , maxime in
fluviorum , urbium , regionumque nominibus . Daniel quoque Huetius in lib. de claris In-
terpretibus § 26. *Multorum in ore* (inquit) *ea eſt Pentateuchi interpretatio , quam Sama-*
ritæ condiderunt : hujus propter craſſiſſimam Gentis inſcitiam auctorem vulgo ignorabilem eſ-
ſe

se ferunt; neque vero de ejus antiquitate quicquam posse definiri. Ante Christum quidem confectam pleique jactitant; quin & a temporibus Esdræ, Nehemiæque ætati proximis eam arcesserunt nonnulli. Id vero rei caput est, laudabilem interpretis fidem esse ac integritatem, quum fere par utrobique verborum numerus cum sententiarum consensione appareat... Composita est hæc interpretatio ad Pentateuchi Samaritani exemplar.

At vero Waltonus Proleg. IX. §. 20 aliter sentiendum censet: *Hæc* (inquiens) *versio Samaritana, licet Hebræi textus vestigia premat, non semper tamen illum exacte exprimit. Affirmat Jo. Morinus ita presse textum Hebraicum ubique sequi, & verbum de verbo reddere, ut unam translationem utrique textui sufficere judicaret; quod quidem ut plurimum verum est, non tamen ubique, quum in multis locis textum deserat. Verbi gratia, pro* Deo Elohim, *vertit* Angelum Domini, *& quod de* Deo *dicitur*, Angelis *adscribit*, *Gen.* 17.22. *pro*, Ascendit Deus, *vertit*, Ascendit Angelus Domini. *Gen.* 1. 28. *pro* subjicite eam, *interpres reddit*, habitate per generationem vestram (*imo*, habitate super eam) *Gen.* 12.6. *pro* Quercu More, *vertit interpres*, Vallem visionis. *Multa ubique ejusmodi occurrunt, ut ex discrepantiis ad finem utriusque columnæ Samariticæ in nostris Bibliis adnotatis quisque perspicere potest. Nec tantum a textu Hebræo-Samaritano discedit Samaritana versio, sed tum a textu, tum a versione sæpe differt versio Latina, sæpe neutrius sensum apte exprimens, sed potius vulgatam Latinam, ut qui versionem vulgatam cum hac contulerit, plane videre potest.*

Porro variantes Samaritanæ versionis lectiones defectusque, quos Morinus adnotavit, in gratiam Sacrarum rerum studiosorum, ex nostro Codice fideliter, atque ad literam Latine redditos heic adnectere libuit; prætermisso tamen tam Samaritano, quam Ebraico textu, quem vel ex Bibliis Polyglottis cum nostra versione Latina quisquis facile conferre poterit; ne scilicet, Lectorem nostrum longiori tædio adficeremus, neve Tomi hujus nostri moles nullo operæ pretio in immensum excresceret.

In Genesi Cap. 10. v. 18. & 19. Textus Ebraicus sic habet: *Et postea sparsæ sunt familiæ Chananæi. Et fuit terminus Chananæi, a Sidone, veniente te, Gerarum usque Gazam, veniente* te *Sodomam & Gomorram, & Adamam & Seboim, usque Lasa.* Versio Samaritana ita reddit: *Et postea sparsæ sunt familiæ Chananæi: a fluvio Ægypti usque ad fluvium magnum, fluvium Euphratem, & usque ad mare Acchara.* Sic & Ebræo Samaritanus v. 19. *Et fuit terminus Chananæi a fluvio Ægypti usque ad fluvium magnum, fluvium Ægypti, & usque ad Mare Acchanon.* Cap 13. v. 7. Ebr. *Et fuit contentio inter pastores pecoris Abram*, & *inter pastores pecoris Lot*. Samarit. *Et fuit rixa inter pastores pecoris Lot.* Deest, *inter pastores pecoris Abram, &*. Cap. 19. v. 2. & 7 Quædam verba manu recentiore inter lineas, & ad oram libri sunt adjecta, quæ ad textum non pertinent. Cap 21. v. 28. Ebr. *Et statuit Abraham septem Agnas pecoris seorsim. Et dixit Abimelech ad Abraham: Quid septem agnæ istæ, quas statuisti seorsim?* Samarit. *Et statuit Abraham septem arietes, quos statuisti seorsim?* Desunt hæc verba: *Et dixit Abimelech ad Abraham: quid isti arietes.* Cap. 23. v. 4. Ebr. *Advena sum & peregrinus vobiscum: Date mihi possessionem sepulcri vobiscum, & sepeliam mortuum meum a facie mea.* Samarit.: *Advena sum & peregrinus vobiscum: & sepeliam mortuum meum a facie mea.* Desunt hæc: *Date mihi possessionem sepulcri vobiscum.* Cap. 25. v 26 Ebr. *Et vocaverunt nomen ejus Esau; & postea egressus est frater ejus, & manus ejus apprehendens in calcaneo Esau: & vocavit nomen ejus Jacob* Samarit. *Et vocaverunt nomen ejus Esau: & vocaverunt nomen ejus Jacob.* Cap. 27. v. 46. Ebr. *Et dixit Rebecca ad Isaac: tædet me vitæ meæ propter filias Heth: si acceperit Jacob uxorem de filiabus Heth, sicut istæ de filiabus terræ: ad quid mihi vita?* Samarit. *Et dixit Rebecca ad Isaac: tædet me vitæ meæ propter filias Heth, sicut istæ de filiabus terræ: ad quid mihi vita.* Cap. 30. v. 8. Ebr. *Et concepit adhuc, & peperit Bala ancilla Rachel, filium secundum Jacobo: & dixit Rachel: Colluctationes Dei colluctata sum cum sorore mea.* Samarit *Et concepit adhuc, & peperit Bala ancilla Rachel: colluctationes Dei colluctata sum cum sorore mea.* Et v. 36. Tam in Ebræo-Samaritano, quam in Samaritana versione est hæc additio, quæ in Textu Ebraico non legitur. Nimirum post hæc verba: *trium dierum inter eos*, & inter: *Jacob autem pascebat pecudes Laban residuas*: hæc adduntur: *Et dixit Angelus Domini Jacobo in somnis, & ait Jacob: & respondit: Ecce ego: Et dixit: Leva nunc oculos tuos, & vide omnes hircos ascendentes super pecudes, varios, punctatos, & maculis grandineis notatos: quoniam vidi omnia, quæ Laban fecit tibi.*

bi, Ego sum Deus Bethel, cui ibi statuam inunxisti, & cui ibi votum vovisti (in Samarit. versione deest, *statuam*, sicque habetur: *cui inunxisti, ibi votum*) *nunc autem surge, egredere de terra ista, & revertere in terram patris tui, & benefaciam tibi*. Et mox subjungitur: *Et accepit sibi Jacob Virgam populeam viridem*: Et cetera, uti in Textu Ebraico. Cap. 31. v. 33. Ebr. *Et venit Laban in tabernaculum Jacob, & in tabernaculum Liæ, & in tabernaculum ambarum ancillarum, & non invenit*. Samarit. *Et ingressus est Laban, & scrutatus est in tabernaculo ambarum ancillarum, & non invenit*. Cap. 38. v. 12. Ebr. text. *Et multiplicati sunt dies, & mortua est filia Sua uxor Judæ: Et consolatus est se Judas, & ascendit ad tonsores ovium suarum*. Samarit. versio. *Et multiplicati sunt dies, & consolatus est se Judas, & ascendit cum tonsoribus ovium suarum*. Cap. 41. v. 22. Ebr. *Et vidi in somnio meo, & ecce septem spicæ ascendentes in calamo uno plenæ & bonæ: & ecce septem spicæ aridæ, tenues, arefactæ euro*. Samarit. *Et vidi in somnio, & ecce septem spicæ graciles, tenues, & euro adustæ*. Ibid. v. 54. Ebr: *Et fuit fames in omnibus terris, & in omni terra Ægypti erat panis: & esurivit omnis terra Ægypti, & clamavit populus ad Pharaonem pro pane*. Samarit. *Et fuit fames in omnibus terris, & in omni terra Ægypti, & clamavit populus ad Pharaonem pro pane*. Cap. 43. v. 15. *Et ceperunt viri munus hoc, & duplicem pecuniam ceperunt in manu sua, & Beniamin: & surrexerunt, & descenderunt in Ægyptum, & steterunt coram Joseph*. Samarit. *Et ceperunt viri munus hoc, & duplicem pecuniam ceperunt in manu sua, & Beniamin: Et surrexerunt coram Joseph*. Cap. 45. v. 6. Ebr. *Quoniam jam anni duo famis in medio terræ, & adhuc quinque anni, quibus non aratio & messis*. Samarit. *Quoniam jam anni duo, quibus non aratio & messis*. Ibid. v. 7. Ebr. *Et misit me Deus ante vos ad ponendum vobis residuum in terra, & ad victum dandum vobis in evasionem magnam*. Samarit. *Et misit me Deus ante vos ad ponendum vobis evasionem magnam*. Ibid. v. 19. & 20. Ebr. *Et tu præcipe. Hoc facite: capite vobis de terra Ægypti currus parvulis vestris, & uxoribus vestris, & feretis patrem vestrum, & venietis, & oculus vester non parcat super vasa vestra; quia bonum omnis terræ Ægypti vobis erit. Et fecerunt sic filii Israel*. Samarit. *Et tu præcipe: hoc facite, capite vobis de terra Ægypti. Et fecerunt sic filii Israel*. Cap. 50. v. 17. Ebr. *Sic dicetis Joseph: Obsecro, parce nunc prævaricationi fratrum tuorum, & peccato eorum, quia malum retribuerunt tibi*. Samarit. *Sic dicetis Joseph: Obsecro nunc, parce prævaricationi fratrum tuorum & peccato eorum, quia retribuerunt tibi*. Ubi deest, *malum*.

IN EXODO Cap. 2. v. 6. Ebraicus Textus. *Et dixit: de pueris Ebræorum iste*. Samaritana versio: *Et dixit de pueris iste*. Deest, *Ebræorum*. Cap. 4. v. 8. Ebr. *Et erit, si non crediderint tibi, & non obedierint voci signi prioris, & credent voci signi posterioris, & erit, si non crediderint etiam duobus signis istis* Samarit. *Et erit, si non crediderint tibi, & non obedierint etiam duobus signis istis*. Cap. 8. v. 30. Ebr. *Et egressus est Moses a Pharaone, & oravit ad Dominum*. Deest hic versus in Samaritana versione. Cap. 9. v. 4. Ebr.
,, Et non morietur ex omnibus, quæ sunt filiorum Israël ne unum quidem, & posuit Deus
,, tempus dicendo: Cras faciet Dominus verbum hoc in terra. Et fecit Dominus verbum
,, hoc die postero: & mortuum est omne pecus Ægypti. *Samarit.* Et non morietur ex om-
,, nibus, quæ sunt filiorum Israël ne unum quidem, & posuit Dominus minus tempus, di-
,, cens: Cras faciet Dominus verbum hoc in terra. *Et hæc subjunguntur, quæ desunt in*
,, *textu Ebraico*: Et venit Moses & Aaron ad Pharaonem, dixeruntque ei: Sic dicit Domi-
,, nus Deus Ebræorum: Dimitte populum meum, ut serviat mihi. Nam si recusaveris di-
,, mittere eum, & adhuc retinueris eum, ecce manus Domini in pecoribus tuis, quæ sunt
,, in agro, in equis, & in asinis, & in camelis, & in bobus, & in ovibus, pestis gravis
,, valde. Et separabit Dominus inter pecora Israël, & inter pecora Ægyptiorum: & non
,, morietur quidquam ex omnibus quæ pertinent ad filios Israël. Cras faciet Dominus rem
,, istam (*Desunt hæc verba; Fecit ergo Dominus rem istam*) altera die; & mortuum est
,, omne pecus Ægypti: de pecore vero filiorum Israel ne unum quidem mortuum est. ,,
Cetera, uti in Textu Ebraico a v. 7. Cap. 12. v. 16. Ebr. ,, Et in die primo convocatio
,, sanctitatis: & in die septimo convocatio sanctitatis erit vobis: omne opus non fiet in eis.
,, *Samarit.* In die primo convocatio sanctitatis erit vobis: omne opus non fiet in eis. ,,
Cap. 16. v. 24. & 25. Ebr. ,, Et dimiserunt illud usque mane, quemadmodum præcepit Mo-
,, ses, & non fœtuit, & vermis non fuit in eo: & dixit Moses: Comedite illud hodie,
,, quia Sabbathum hodie Domino: hodie non invenietis illud in agro. *Samarit.* Et dimise-
,, runt,

,, runt illud usque mane, quemadmodum præcepit Moses, & non fœtuit, & vermis
,, non fuit in eo. Hodie non invenietis illud in agro. ,, *Cap.* 19. *v.* 18. *Ebr.* ,, Et mons
,, Sinai fumabat totus a facie, eo quod descendisset super eum Dominus in igne: & ascen-
,, dit fumus ejus, sicut fumus fornacis, & expavit omnis mons valde: & fuit vox buccinæ,
,, jens & fortificans se valde: Moses loquebatur, & Deus respondebat ei in voce. *Sama-*
,, *rit.* Et mons Sinai fumabat totus a facie, eo quod descendisset Dominus super eum in
,, igne. Flamma ejus, sicut flamma fornacis, & contremuit omnis mons valde. Moses
,, loquebatur, & Dominus respondebat ei in voce. ,, *Cap.* 20. *v.* 10. *Ebr.* ,, Et die septimo
,, Sabbathum Domino Deo tuo: non facies omne opus, tu, & filius tuus, & filia tua, ser-
,, vus tuus, & ancilla tua, animal tuum, & peregrinus tuus, qui in portis tuis. *Sama-*
,, *rit.* Et die septimo Sabbathum Domino Deo tuo. Non facies in eo omne opus tu, & fi-
,, lius tuus, & filia tua, servus tuus, & ancilla tua, & peregrinus, qui in civitatibus tuis.
Cap. 22. *v.* 8. *Ebr.* ,, Si non inventus fuerit fur, & accedet dominus domus ad Deos, si non
,, misit manum suam in opus socii sui. *Samarit.* Et si non inventus fuerit fur, & accedet
,, dominus domus ad Deos: si non manum suam in opus socii sui. *Deest*, miserit. „
Cap. 25. *v.* 10. *Ebr.* „ Et facient arcam de lignis Sittim, duo cubiti & dimidium longitudo
,, ejus: & cubitus & dimidium, latitudo ejus: & cubitus & dimidium, altitudo ejus. *Sa-*
,, *marit.* Et facies arcam de lignis Sittim: duo cubiti & dimidium longitudo ejus: & cu-
,, bitus & dimidium latitudo ejus: & cubitus, altitudo ejus. *Deest*, *& dimidium*. „ *Cap.*
26. *v.* 33. *&* 34. *Ebr.* „ Et dabis velum subter uncinos, & introduces illuc intra velum Ar-
,, cam Testimonii: & dividet velum vobis, inter Sanctum, & inter Sanctum Sanctorum.
,, Et pones propitiatorium super arcam testimonii in Sancto Sanctorum, & pones mensam
,, extra velum. *Samarit.* Et dabis velum subter uncinos, & introduces illuc intra velum
,, Arcam testimonii, & dividet velum vobis inter Sanctum, & inter Sanctum Sanctorum: &
,, pones mensam extra velum. „ *Ibidem v.* 36. *&* 37. *Ebr.* „ Et facies operimentum ad ostium
,, tabernaculi de hyacintho & purpura, & vermiculo cocci, & bysso retorta, opere pluma-
,, rii. Et facies operimento quinque columnas Sittim, & cooperies eas auro: Uncini ea-
,, rum aurei: & fundes eis quinque bases æris. *Samarit.* Et facies velum ad portam taber-
,, naculi ex hyacintho, & purpura, & tinctura coccinea, & bysso torta opere acupicto. Et
,, facies velo quinque columnas de Sittim, & cooperies eas auro puro, & capita earum ex
,, auro; & conflabis eis quinque bases ex ære. „ *Qui ibidem*, fol. 114. *a tergo*, *sequun-*
tur versus, *ab iis verbis* ותעבד מדבח מועדו, *usque ad finem*, *non pertinent ad caput.* 26.
sed ad caput 30. *a* v. 1. *usque ad* v. 10. *inclusive*. *Cap.* 28. *v.* 39. *Ebr.* „ Et stringes tunicam
,, byssi, & facies tiaram byssi, & baltheum facies opere plumarii. Et filiis Aaron facies tu-
,, nicas, & facies eis baltheos. *Samarit.* Et stringes tunicam byssi, & facies tiaram byssi: &
,, baltheum facies opere acupicto: & filiis Aaron tunicas, & facies eis baltheos. „ *Cap.* 29.
v. 20. 21. 22. *Ebr.* ,, Et mactabis arietem, & capies de sanguine ejus, & dabis super ex-
,, tremum auris Aaron, & super extremum auris filiorum ejus dexteræ: & super pollicem
,, manus eorum dexteræ, & super pollicem pedis eorum dexteri. Et asperges sanguinem
,, super Altare circum: & capies de sanguine, qui super Altare, & de oleo unctionis, &
,, asperges super Aaron, & super vestes ejus, & super filios ejus, & super vestes filiorum
,, ejus secum: & sanctificabitur ipse, & vestes ejus, & filii ejus, & vestes filiorum ejus se-
,, cum: & tolles ab ariete adipem, & caudam, & adipem operientem intestinum, & reticu-
,, lum jecoris, & duos renes, & adipem, qui super eos, & coxam dexteram: quia aries im-
,, pletionum est. *Samarit.* Et mactabis arietem, & capies de sanguine ejus, & dabis super
,, extremum auris Aaron, & super extremum auris filiorum ejus dexteræ, & super pollicem
,, manus eorum dexteræ, & super pollicem pedis eorum dexteri. Et asperges sanguinem su-
,, per Altare circum: & capies ab ariete adipem operientem intestinum, & reticulum jecoris,
,, & duos renes, & adipem qui super eos, & coxam dexteram: quia aries impletionum est. „
Cap. 30. *a v.* 1. *ad v.* 10. *inclusive Ebr.* Et facies Altare suffimenti suffitus &c., *tam in*
Ebræo-Samaritano, *quam in versione Samaritana habentur in fine Capitis* 26. *post v.* 37.
Incipit enim Cap. 30. *juxta versionem Samaritanam a v.* 11. *sic*. *Ebræo-Samaritanus textus*.
וידבר יהוה אל משה לאמר: כי תשא את ראש בני ישראל *Samaritana versio*: ומלל יהוה
עם משה למימר · כד התלי ית סכום בני ישראל: Et loquutus est Dominus Mosi, dicens. Quum
levabis caput filiorum Israel. *Cap.* 31. *v.* 16. *Ebr.* ,, Et custodient filii Israel Sabbathum ad fa-
,, cien-

,, ciendum Sabbathum in generationibus suis, pactum sempiternum inter me, & inter filios ,, Israel. *Samarit.* Et custodient filii Israel Sabbathum ad faciendum Sabbathum in generatio- ,, nibus suis, pactum inter me & inter filios Israel. *Deest vox* עולם *post* קיאם. ,, *Cap.* 32. *v.* 16. *Ebr.* " Et tabulæ opus Dei ipsæ, & scriptura scriptura Dei ipsa, sculpta super tabulis. *Sa-* ,, *marit.* Et tabulæ opus Dei ipsæ, sculpta super tabulis. ,, *Cap.* 34. *v.* 9. *Ebr.* ,, Quia popu- ,, lus durus cervice est. *Samarit,* Quia populus cervice est. Deest קשה *durus.* ,, *Cap.* 36. *v.* 10. *Ebr.* ,, Et conjunxit quinque cortinas unam ad unam: & quinque cortinas conjun- ,, xit unam ad unam. *Latina vulgata.* Conjunxitque cortinas quinque, alteram alteri, & ,, alias quinque sibi invicem copulavit. *Ita & Chaldaica Paraphrasis. At Samaritana ver-* ,, *sio:* Et conjunxit quinque cortinas unam ad unam:" *omisso secundo hemistichio. Cap.* 37. *v.* 8. *Ebr.* " Cherub unum ab extremo hinc, & Cherub unum ab extremo inde a Propitia- ,, torio, fecit Cherubim a duabus extremitatibus ejus, & erant Cherubim extendentes alas ,, superne. *Samarit.* Et fecit unum ab extremo hinc, & Cherub unum ab extremo inde a ,, Propitiatorio, fecit Cherubim extendentes alas superne. *Cap.* 38. *v.* 5. *Ebr.* ,, Et fudit ,, quatuor anulos in quatuor extremitatibus craticulæ æreæ, locum vectibus, & fecit vectes ,, de lignis Sittim. *Samarit.* Et fudit quatuor anulos in quatuor extremitatibus ad vectes. ,, Et fecit vectes de lignis Sittim.

In Levitico *Cap.* 13. *v.* 49. *Ebraicus textus.* ,, Et fuerit tactus viridis vel rufus in ve- ,, ste, vel in pelle, vel in stamine, vel in subtegmine; aut in quacumque veste pellicea, ,, tactus lepræ est. *Samaritana versio.* Et fuerit tactus viridis vel rufus in veste, vel in ,, subtegmine, vel in omni veste pellicea, tactus lepræ est. ,, *Cap.* 18. *v.* 10. *Ebr.* ,, Nu- ,, ditatem filiæ filii tui, aut filiæ filiæ tuæ, non revelabis nuditatem earum. *Samarit.* Nu- ,, ditatem filiæ matris tuæ, aut filiæ filiæ tuæ, non revelabis nuditatem earum. ,, *In editis Polyglottis deest nomen* אמך matris tuæ. *Cap.* 19. *v.* 19. *Ebr.* ,, Ego Dominus, ,, Statuta mea custodietis. Animal tuum non coire facies promiscue. Agrum tuum non se- ,, res mixtim. Et vestis mixta lanæ & lini non ascendet super te. *Samarit.* Ego Dominus. ,, Statuta mea custodietis. Animal tuum non coire facies promiscue. Et vestis mixta & ex ,, diversis texta non ascendat super te. ,, *Cap.* 22. *v.* 25. *Ebr.* ,, Et sanctificabitis annum ,, quinquaginta annorum, & vocabitis libertatem in terra cunctis habitatoribus ejus. Jo- ,, bel ipse erit vobis: & revertemini vir ad possessionem suam; & vir ad familiam suam ,, revertemini. Jobel ipse annus quinquaginta annorum erit vobis. *Samarit.* Et sanctifica- ,, bitis annum quinquaginta annorum, & vocabitis libertatem in terra omnibus habitatori- ,, bus ejus. Jobel ipse annus quinquaginta annorum erit vobis.

In Numeris *Cap.* 2. *v.* 7. *Ebraicus textus.* ,, Tribus Zabulon, & princeps filiorum ,, Zabulon Eliab filius Helon. *Samarit.* Et tribus Zabulon, Eliab filius Helon. ,, *Cap.* 4. *v.* 31. *Ebr.* ,, A filio triginta annorum & supra, & usque ad filium quinquaginta annorum, ,, recensebis eos omnem ingredientem ad exercitum, ad faciendum opus in tentorio fœderis. ,, *Samarit.* A filio triginta annorum & supra, ad exercitum, ad faciendum opus in tento- ,, rio fœderis. ,, *Cap.* 6. *v.* 19. *Ebr.* ,, Et capiet Sacerdos brachium coctum ab ariete, ,, & placentam azymam unam è canistro, & laganum azymum unum. *Samarit.* Et capiet ,, Sacerdos brachium coctum ab ariete, & placentam azymam unam, & laganum unum, ,, *deest,* Azymum. ,, *Cap.* 10. *v.* 24. *Ebr.* ,, Et super exercitum tribus filiorum Beniamin ,, Abidan filius Gedeonis, *Samarit.* Et cum exercitu tribus Beniamin, Abidan Gedoni, ,, *Ubi pro* על super, *scribitur* עם cum, *& pro Beniamin, scribitur* בנימים Benjamim, *& pro* גדעון Gedeone, גדוני Gedoni. *Cap.* 11. *v.* 17. *Ebr.* ,, Et descendam, & loquar tecum ibi, ,, & auferam de spiritu, qui super te, & ponam super eos. *Samar. deest:* Et descendam, ,, & loquar tecum ibi. ,, *Cap.* 12. *v.* 3. *Ebr* ,, Et vir Moses mansuetus valde. *Samar.* ,, *deest,* Moses. ,, *Cap.* 13. *v.* 33. *Ebr.* ,, Terra comedens habitatores suos est. *Samar.* ,, *deest,* comedens. ,, *Cap.* 18. *v.* 29. *Ebr.* ,, Ex omnibus donis vestris elevabitis omnem ,, elevationem Domini, de omni adipe ejus, sanctificationem ejus ex eo. Et dices ad eos: ,, quum elevaveritis pinguedinem ejus ex eo, & reputabitur Levitis. *Samar.* Ex omnibus ,, donis vestris elevabitis omnem elevationem Domini, ex omni adipe ex eo, & reputabi- ,, tur Levitis. ,, *Cap.* 30. *v.* 14. *Ebr.* ,, Omne votum & omne juramentum ligaminis ad ,, affligendam animam, vir ejus stabiliet illud. *Samarit.* Omne votum, & omne juramen-

,, tum

,, tum ad affligendam animam, vir ejus ſtabiliet illud. *Deeſt*, ligaminis. *Cap.* 32. *v.* 9.
Ebr. ,, Et aſcenderunt uſque ad vallem botri, & viderunt terram, & fregerunt cor filio-
,, rum Iſraël. *Samar.* Et fregerunt cor filiorum Iſraël. *Deſunt priora verba*, & aſcende-
,, runt, *uſque ad*, & viderunt terram. *Cap.* 34. *v.* 15. *Ebr.* Duæ tribus & media tribus
,, acceperunt hæreditatem ſuam, a tranſitu Jordanis Jericho ad ortum ad orientem. *Samar.*
,, *deeſt nomen* Jericho. ,,

In Deuteronomio *Cap.* 2. *v.* 10. *&* 11. *Ebraicus textus*: Populus magnus, & multus,
,, & excelſus, ſicut Enacim. Rephaim reputabantur etiam ipſi, ſicut Enacim, & Moabitæ
,, vocabant eos Emim. Et in Seir habitaverunt Horim antea. *Samaritana verſio*: Populus
,, magnus, & multus, & excelſus, ſicut Enacim; & in termino habitaverunt Horim an-
,, tea. *Pro* הרחאי, *legendum* החראי Horæi. *Et v.* 30. *Ebr.* Et non voluit Sihon Rex Heſe-
,, bon tranſire facere nos per eum: quia indurare fecit Dominus Deus tuus ſpiritum ejus. *Sa-*
,, *marit. deeſt*, הלא quia, *Et nota, in Samaritano reperiri* רוח Spiritus, & ריח ventus,
,, odor. *At vero ubi in Geneſi Cap.* 1. *v.* 1. *legitur*, ורוח אלהים & ſpiritus Dei ferebatur
,, ſuper aquas, *Samaritana verſio habet*, וריח אלהים & ventus Dei. *Cap.* 4. *v.* 16. *Ebr.* Ne
,, forte corrumpamini, & facietis vobis ſculptile. *Samar.* Ne corrumpamini, vobis ſculptile.
,, *Deeſt*, & facietis. *Cap.* 5. *v* 24. *Ebr.* Et dixiſtis: En videre fecit nos Dominus Deus no-
,, ſter gloriam ſuam, & magnitudinem ſuam, & vocem ejus audivimus e medio ignis. *Deeſt*
,, *in Samaritano* Ignis; *ſic enim habet*: Et vocem ejus audivimus e medio. *Et v* 27.
,, *Ebr.* Accede tu, & audi omnia quæ dicturus eſt Dominus Deus noſter: Et tu loqueris
,, ad nos omnia quæ loquetur Dominus Deus noſter ad te, & audiemus & faciemus. *Sa-*
,, *mar.* Accede tu & audi omnia quæ dicturus eſt Dominus Deus noſter nobiſcum, audiemus
,, & faciemus. *Cap.* 8. *v.* 3. *Ebr.* Quia, non in ſolo pane vivet homo, ſed in omni ver-
,, bo oris Domini vivet homo. *Samar.* Non in ſolo pane vivet homo. *Cetera deſiderun-*
,, *tur*. *Cap.* 11. *v.* 14. *Ebr.* Et dabo pluviam terræ veſtræ in tempore ſuo, temporaneam
,, & ſerotinam, & colliges frumentum tuum, & muſtum tuum, & oleum tuum. *Samar.*
,, Et dabo pluviam terræ in tempore ſuo, temporaneam & ſerotinam, & colliges frumenta
,, tua, & muſta tua. *Deeſt*, & oleum tuum. *Cap.* 13. *v.* 16. *Ebr.* Et combures in
,, igne civitatem, & omne ſpolium ejus totum Domino Deo tuo, & erit tumulus ſeculi.
,, *Samar.* Et combures in igne civitatem, & omne ſpolium ejus totum Domino Deo tuo,
,, & erit ſeculi. *Deeſt* Tumulus. *Cap.* 14. *v.* 23. *Ebr.* Et comedes coram Domino
,, Deo tuo in loco, quem elegerit ad habitare faciendum nomen ſuum ibi. *Samar.* Et come-
,, detis coram Domino Deo tuo in loco, Dominus Deus tuus ad habitare faciendum nomen
,, ſuum ibi. *Deeſt*, quem elegerit. *Cap.* 15. *v.* 12. *&* 13. *Ebr.* Et in anno ſeptimo di-
,, mittes eum liberum a te; & cum dimiſeris eum liberum a te, non dimittes eum vacuum.
,, *Samar.* Et in anno ſeptimo dimittes eum liberum a te, non dimittes eum vacuum.
,, *Cap.* 17. *v.* 8. *Ebr.* Si difficile fuerit tibi verbum in judicando inter ſanguinem & ſangui-
,, nem, inter judicium, & judicium, & inter plagam & plagam: verba contentionum in portis
,, tuis; & ſurges, & aſcendes ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus in eo. *Samar.* Si
,, difficile fuerit tibi verbum ad diſcernendum inter ſanguinem, & ſanguinem, & inter plagam
,, & plagam, verba contentionum in civitatibus tuis, & ſurges, & aſcendes ad locum, quem
,, elegerit Dominus Deus tuus. *Deeſt*, & inter judicium & judicium: *item*, in eo. *Cap.* 21.
,, *v.* 4. *Ebr.* Et ducent ſeniores civitatis illius vitulam ad vallem deſertam, quæ non eſt
,, culta, nec ſeminata. *Samar.* Et ducent ſapientes civitatis illius vitulam ad vallem, quæ
,, non eſt culta nec ſeminata. *Cap.* 24. *v.* 10 *Ebr.* Quum mutuaveris a ſocio tuo mu-
,, tuum aliquid, non ingredieris in domum ejus. *Samar.* Quum mutuaveris a ſocio tuo mu-
,, tuum quodcumque, non ingredieris intra. *Deeſt*, domum ejus. *Cap.* 28. *v.* 1. *Ebr.*
,, Et dabit te Dominus Deus tuus excelſum ſuper omnes gentes terræ. *Samar.* Et dabit te
,, Dominus Deus tuus excelſum ſuper gentes terræ. *Deeſt*, omnes. *Ibidem Ebr.* Et
,, venient ſuper te omnes benedictiones. *Samar.* Et venient ſuper te benedictiones. *Deeſt*,
,, omnes. *Ibid. v.* 20. *Ebr.* Adjunget Dominus in te peſtilentiam. *Samar.* Dominus
,, in te peſtilentiam. *Deeſt*, adjunget. *Ibid. v.* 27. *Ebr.* Percutiet te Dominus ulce-
,, re Ægypti, & hemorroidibus, & ſcabie, & prurigine. *Samar.* Percutiet te Dominus
,, ulcere Ægyptiorum, & hemorroidibus, & ſcabie. *Deeſt*, & prurigine. ,,

Hacte-

Hactenus notatos a Morino in Codice nostro Samaritano defectus recensuimus: quos tamen defectus quum adcurate diligenterque cum eodem ipso Morini Pentateucho Samaritano in Bibliis Polyglottis tum Parisiensibus, tum Londinensibus edito contulerimus, deprehendimus, eum, quo Morinus usus est, Codicem ita cum nostro concordare, ut nulla in re differat. Quamobrem si vera sunt quæ de suo Codice Morinus adserit, inquiens, *multa contuli cum nostro, qui multis Sæculis antiquior est*; colligitur, exemplaria Pentateuchi Samaritani omnia quotquot prostant, ex antiquissimo vitioso Codice descendere, in quem defectus illi, amanuensium vitio, obrepserint. Vitium autem illud in eo potissimum consistit, quod librarius ab una voce, medio omisso, ad aliam similem, transitum facit. Exempli gratia. In Genesi cap. 13. v. 7. sic legitur: *Et fuit rixa inter pastores pecoris Abram* & *inter pastores pecoris Lot*; Amanuensis a prima voce pastores pecoris, omissis *Abram & inter*, transit ad alteram vocem *pastores*, sic: *& fuit rixa inter pastores ,.., pecoris Lot*. Ita cap. 21. v. 28. *Et statuit Abraham septem arietes seorsim: & dixit Abimelech ad Abraham: quid septem arietes isti quos statuisti seorsim?* Librarius a primis hisce verbis *septem arietes*, omissis *seorsim: & dixit Abimelech quid*, transitum facit, ad hæc: *septem arietes, quos statuisti seorsim*. Hoc ipsum in reliquis fere Samaritanæ hujus versionis defectibus observare licet. Quamobrem duo tamquam certa eruimus: primum nempe, non recte a Morino de hoc Samaritano Pentateucho adfirmari; *illum* scilicet *ab Abrahamo de filiis Matar correctum fuisse*: si enim correctus fuisset, tot tantique in eum defectus non obrepsissent. Alterum, eosdem defectus ab eo, qui Samaritice legere noverit, facile suppleri posse, Chaldaica maxime Paraphrasi mediante, quemadmodum adlata a nobis exempla demonstrant.

Ad alia pergimus, quæ Morinus, Simonius, & Huetius de Samaritica versione scribunt. *Samaritanus* (inquiunt) *Interpres fere ad verbum exprimit contextum Hebræo-Samaritanum*. *Samaritica Translatio textum primigenium κατὰ πόδας sequitur, atque ex eo verbum e verbo expressa est*. *Composita est hæc Interpretatio ad Pentateuchi Samaritani exemplar*. *Ideo* (inquit Morinus) *duplici Latina versione opus fore non judicavimus*. Hoc quidem ut plurimum verum est, non tamen ubique, quum in multis locis Samaritana versio textum Ebraicum deserat. Ex Waltono nonnulla exempla nos supra produximus. Sed longe plura suppetunt, quæ ab Ebraico textu distant, & quædam etiam sunt, quibus textus Ebraicus illustratur. Pauca indicabimus.

Genes. cap. 5. v. 1. Ebraicus textus: *In similitudinem Dei fecit illum*. Samaritana versio. *In similitudine Angelorum fecit illum*. Ibidem v. 2. Ebr. *Et vocavit nomen eorum Adam*. Samar't. *& vocavit nomen eorum, Homo*. Ibid. v. 4. Ebr. *Et fuerunt dies Adam, postquam genuit Seth*. Samar. *& fuerunt dies Adam, postquam genuit substitutum suum*. Ibidem ab Adamo usque ad Noë in Ebraico quidem textu colliguntur Anni 1556. & usque ad diluvium Anni 1656. At vero in Samaritana versione, ab Adamo ad Noë, anni 1207. & ad diluvium 1307. In Græca denique τῶν Septuaginta, anni ab Adamo ad Noë 2142. & ad diluvium, 2242. quemadmodum ex hac Tabella constat.

EBRAICUS TEXTUS.

Adam anno 130. genuit Seth. Vixit postea annos 800. universim vixit annos 930.
Seth anno 105. genuit Enos. Vixit postea annos 807. universim vixit annos 912.
Enos anno 90. genuit Cainan. Vixit postea annos 715. universim vixit annos 905.
Cainan anno 70. genuit Malaleel. Vixit postea annos 840. universim vixit annos 910.
Malaleel anno 65. genuit Jared. Vixit postea annos 830. universim vixit annos 895.
Jared anno 162. genuit Henoch. Vixit postea annos 800. universim vixit annos 962.
Henoch anno 65. genuit Mathusala. Vixit postea annos 300. universim vixit annos 365.
Mathusala anno 187. genuit Lamech. Vixit postea annos 782. universim vixit annos 969.
Lamech anno 182. genuit Noë. Vixit postea annos 595. universim vixit annos 777.
Noë anno 500. genuit filios. Vixit postea annos 100. & factum est diluvium. Et vixit post diluvium annos 350. universim vixit annos 950.

GRÆCA VERSIO.

Adam anno 230. genuit Seth. Vixit postea annos 700. universim vixit annos 930.
Seth anno 205. genuit Enos. Vixit postea annos 707. universim vixit annos 912.
Enos anno 190. genuit Cainan. Vixit postea annos 715. universim vixit annos 905.
Cainan anno 170. genuit Malaleel. Vixit postea annos 740. universim vixit annos 910.
Malaleel anno 165. genuit Jared. Vixit postea annos 730. universim vixit annos 895.

Jared anno 162. genuit Henoch. Vixit postea annos 800. universim vixit annos 962.
Henoch anno 165. genuit Mathusala. Vixit postea annos 200. universim vixit annos 365.
Mathusala anno 167. genuit Lamech. Vixit postea annos 802. universim vixit annos 969.
Lamech anno 188. genuit Noë. Vixit postea annos 565. universim vixit annos 753.
Noë anno 500. genuit filios. Vixit postea annos 100. usque ad diluvium. Et vixit post diluvium ann s 350. universim vixit annos 950.

In Diagrammate annorum ab Adamo usque ad Moysen, apud Gregorium Bar-ebræum Abulpharagium, quod Diagramma in *Horreo mysteriorum*, sive expositione Veteris ac Novi Testamenti, Pentateucho subjungitur, hæc Adnotatio Syriace legitur de Mathusala.

ܡܬܘܫܠܚ ܐܝܟ ܥܒܪܝܐ ܘܣܘܪܝܝܐ ܒܫܢܬ ܩܦܙ ܐܘܠܕ ܠܠܡܟ. ܘܚܝܐ ܒܬܪ ܕܐܘܠܕ ܐܝܟ ܝܘܢܝܐ ܘܥܒܪܝܐ ܫܢܝܢ ܫܦܒ. ܟܠ ܫܢܘܗܝ
ܐܝܟ ܝܘܢܝܐ ܘܥܒܪܝܐ ܗܘܝ ܨܣܛ. ܒܚܕ ܕܝܢ ܨܚܚܐ ܝܘܢܝܐ ܟܬܝܒ ܕܒܫܢܬ ܩܣܙ ܐܘܠܕ ܠܠܡܟ. ܘܠܐ ܩܝܡܐ. ܡܛܠ ܕܚܣܝܪܝܢ ܡܢ ܚܘܫܒܢ ܫܢܘܗܝ ܟ. ܘܡܬܚܙܐ
ܕܡܢ ܟܬܘܒܐ ܩܕܡܝܐ ܥܠܬ ܗܕܐ ܛܥܝܘܬܐ *Mathusale juxta Ebræum & Syrum, anno 187. genuit Lamech, & vixit postquam genuit juxta Græcum & Ebræum annos 782. universim anni ejus juxta Græcum & Ebræum fuerunt 969. In alio exemplari Græco scriptum est, quod anno 167. genuit Lamech. Quod tamen stare nequit, quia anni xx. desunt a summa annorum, quibus vixit. Constat autem, hunc errorem ex primo librario inrepsisse.* Contendit ergo idem Abulpharagius, Mathusalem anno ætatis 187. genuisse Lamech: vixisse postea annos 782. universim vixisse annos 969. Verum non advertit, ex hac supputatione colligi quidem Mathusalem vixisse universim annos 969. (nam anni 187. si annis 782. addantur, hanc ipsam annorum summam conficiunt;) at vero quum Græci Codices omnes habeant, Mathusalem vixisse annos 802. postquam genuit Lamech, sequitur, dum Abulpharagius Græcum Librarium in anno 167. errasse contendit, eundem etiam Librarium in annis 802. [quibus postquam genuit Lamech, vixisse dicitur in omnibus Græcis exemplaribus] emendandum esse: id quod gratis omnino adseritur.

SAMARITANA VERSIO.

Adam anno 130. genuit Seth. Vixit postea annos 800. universim vixit annos 930.
Seth anno 105. genuit Enos. Vixit postea annos 807. universim vixit annos 912.
Enos anno 90. genuit Cainan. Vixit postea annos 815. universim vixit annos 905.
Cainan anno 70. genuit Malaleel. Vixit postea annos 840. universim vixit annos 910.
Malaleel anno 65. genuit Jared. Vixit postea annos 830. universim vixit annos 895.
Jared anno 62. genuit Henoch. Vixit postea annos 785. universim vixit annos 847.
Henoch anno 65. genuit Mathusala. Vixit postea annos 300. universim vixit annos 365.
Mathusala anno 67. genuit Lamech. Vixit postea annos 653. universim vixit annos 720.
Lamech anno 53. genuit Noë. Vixit postea annos 600. universim vixit annos 653.
Noë anno 500. genuit filios. Vixit postea annos 150. usque ad diluvium, & post diluvium vixit annos 300. universim vixit annos 950.

Samaritanæ versioni consonat Pentateuchus Ebræo-Samaritanus; in quo ab Adamo ad diluvium æque colliguntur anni 1307. adeoque inter Samaritanos Codices & Ebraicum Textum intercedit discrimen annorum 349. nam ubi Ebraicus habet, *Jared anno 162. genuit Henoch: Mathusala anno 187. genuit Lamech: Lamech anno 182. genuit Noë*: tam Pentateuchus Samaritanus, quam Ebræo-Samaritanus legunt sic: *Jared anno 62. genuit Henoch. Mathusala anno 67. genuit Lamech: Lamech anno 53. genuit Noë.*

Ut ad reliquorum Patriarcharum annos veniamus, quemadmodum in Antediluvianis, ita & in novem Patribus, qui post diluvium usque ad Abrahæ nativitatem vixere, calculus ætatum alius est in Ebraico fonte, alius in Græca, & alius in Samaritana versione. Nam Ebræus quidem Textus Genes. cap. XI. a Sem filio Noë, seu ab anno secundo post diluvium, usque ad Abrahamum numerat annos 292. Græca autem versio supputat annos 1172. & Samaritana annos 942. hunc in modum.

EBRAICUS TEXTUS.

Sem erat annorum centum, quando genuit Arphaxad, biennio post diluvium: vixit postea annos 500.
Arphaxad anno 35. genuit Sale. Vixit postea annos 303.
Sale anno 30. genuit Heber. Vixit postea annos 403.

Heber anno 34. genuit Phaleg. Vixit postea annos 430.
Phaleg anno 30. genuit Reu. Vixit postea annos 209.
Reu anno 32. genuit Sarug. Vixit postea annos 207.
Sarug anno 30. genuit Nachor. Vixit postea annos 200.
Nachor anno 29. genuit Thare. Vixit postea annos 119.
Thare anno 70. genuit Abraham. Vixit postea annos 205.

Summa annorum 292.

Ab Adam ad nativitatem Abrahæ anni 1948.

GRÆCA VERSIO.

Sem erat annorum centum, quando genuit Arphaxad, secundo anno post diluvium. Vixit postea annos 500.

Arphaxad anno 135. genuit Cainan. Vixit postea annos 300.
Cainan anno 130. genuit Sale. Vixit postea annos 330.
Sale anno 130. genuit Heber. Vixit postea annos 330.
Heber anno 134. genuit Phaleg. Vixit postea annos 270.
Phaleg anno 130. genuit Reu. Vixit postea annos 209.
Reu anno 132. genuit Sarug. Vixit postea annos 207.
Sarug anno 130. genuit Nachor. Vixit postea annos 200.
Nachor anno 179. genuit Thare. Vixit postea annos 125.
Thare anno 70. genuit Abraham. Vixit postea annos 205.

Summa annorum 1172.

Ab Adam ad nativitatem Abrahę 3414.

In laudato Gregorii Abalpharagii Diagrammate, non anno 179. sed 79. dicitur Nachor genuisse Thare juxta Gręcam Versionem. Item Thare perhibetur genuisse Abrahamum, ܐܝܟ ܥܒܪܝܐ ܘܣܘܪܝܝܐ ܒܪ ܫܢܝܢ *juxta Ebræum & Syrum*, *anno ætatis* 75. Id quod de Syriaca quidam versione verum est; non tamen de Ebraico textu.

VERSIO SAMARITANA.

Sem filius annorum centum, genuit Arphaxad, secundo anno post diluvium. Et vixit Sem, postquam genuit Arphaxad, quingentis annis, & genuit filios & filias: & fuerunt omnes dies Sem sexcenti anni, & mortuus est.

Nota. In editis Polyglottis, pro, ומית *Et mortuus est*, perperam legitur, ווית, litera *Jod* pro *Mem* obtrusa. In nostro autem Vaticano Codice pro, בתר, *post*, scriptum est, בת׳, litera *Resc* demta.

Nota secundo. Annis Patrum postdiluvianorum, tum in Pentateucho Samaritano, tum in Samaritana versione subjungitur collectio summæ annorum, quibus unusquisque vixit., quæ collectio tam in Ebraico textu, quam in Græca, Syriaca, aliisque versionibus desideratur. Exempli gratia, ubi Ebraicus textus habet de Sem: *Et vixit Sem, postquam genuit Arphaxad, quingentis annis, & genuit filios & filias:* Samaritanus addit: *& vixit Sem, postquam genuit Arphaxad, quingentis annis, & genuit filios & filias: & fuerunt omnes dies Sem sexcenti anni, & mortuus est.* Ita & in reliquis: quemadmodum sequens recensio demonstrat.

Nota tertio. Non modo in Samaritana versione, sed etiam in Ebraico-Samaritano textu, eadem prorsus supputatio annorum a Semo usque ad Abrahamum habetur, quam nos heic ex versione Samaritana describimus.

Et Arphaxad vixit centum & triginta quinque annis, & genuit Sale. Et vixit Arphaxad, postquam geuuit Sale, trecentis tribus annis: genuitque filios & filias. Et fuerunt omnes dies Arphaxad quadringenti, & triginta octo anni, & mortuus est. Pro ותלתין, perperam legitur in editis, & in Manuscripto nostro, ותלין litera *Tau* demta.

Et vixit Sale centum & triginta annis, & genuit Heber. Et vixit Sale, postquam genuit Heber, trecentis & tribus annis, & genuit filios & filias. Et fuerunt omnes dies Sale quadringenti & triginta tres anni, & mortuus est. Pro ומואן, librarius habet ומון demta lit. Aleph.

Et vixit Heber centum & triginta quatuor annis, & genuit Phaleg. Et vixit Heber, postquam genuit Phaleg, ducentis septuaginta annis, & genuit filios & filias. Et fuerunt omnes dies Heber quadringenti & quatuor anni, & mortuus est.

Et

Et vixit Phaleg centum & triginta annis, & genuit Reu. Et vixit Phaleg, postquam genuit Reu, centum & novem annis: & genuit filios & filias. Et fuerunt omnes dies Phaleg ducenti & triginta novem anni, & mortuus est.

Et vixit Reu centum & triginta duobus annis, & genuit Sarug. Et vixit Reu, postquam genuit Sarug, centum & septem annis, & genuit filios & filias. Et fuerunt omnes dies Reu ducenti & triginta novem anni, & mortuus est.

Et vixit Sarug centum triginta annis, & genuit Nachor. Et vixit Sarug, postquam genuit Nachor, centum annis, & genuit filios & filias. Et fuerunt omnes dies Sarug ducenti, & triginta anni, & mortuus est.

Et vixit Nachor septuaginta novem annis, & genuit Thare. Et vixit Nachor, postquam genuit Thare sexaginta novem annis, & genuit filios & filias. Et fuerunt omnes dies Nachor centum & quadraginta octo anni, & mortuus est.

Et vixit Thare septuaginta annis, & genuit Abram, & Nachor, & Haran. Et post aliquot versus: *Et fuerunt dies Thare centum quadraginta quinque anni, & mortuus est Thare in Haran.*

Summa annorum a diluvio ad nativitatem Abrahæ, juxta Samaritanos, 942.

Ab Adamo ad nativitatem Abrahæ 2249.

Nunc de Græca Samaritani Pentateuchi versione dicendum est. Johannes Morinus in Epist. 38. pag. 202. Antiq. Eccl. Orien. ad Thomam Cromberum: *Consentit* (inquit) *antiqua Pentateuchi Samaritani versio Græca, cujus vestigia nonnulla deprehenduntur in Scholiis, quæ citantur in editione LXX. Interpretum Sixtiniana.* Idem Cap. 1. Exercit. 3. in Pentateuchum Samaritanum pag. 219. laudat *Samaritani Pentateuchi Græcum Interpretem.* Johannes Henricus Hottingerus scribit, Græcam versionem Pentateuchi ex Samaritico Codice confectam fuisse circa Alexandri Magni tempora, proindeque ante LXX. Interpretes. Sic enim pag. 28. Exercit. Antimorinianæ §. 25. postquam adtulit S. Cyrilli locum, subdit: *Ubi per Samariticum Codicem intelligitur versio Græca sine dubio circa tempora Alexandri Magni, vel paulo post introducta, & ex Samaritanorum Codice Hebræo translata.* Idem Hottingerus pag. 302. Thesauri Philologici lib. 1. cap. 3. sect. 13. *Factum est* (inquit) *ut Samaritanorum aliqua versio Græca, sive Symmachi, sive etiam alterius Samaritani, paulatim incaute irreperet .... Sicque duplex versio Græca, quarum altera ex Hebræo, altera ex Samaritano contextu, coaluit in unum.* Ita & Richardus Simonius de Var. Bibliorum editionibus cap. XI. pag. 89. *Fuit quoque Samaritis versio Græca, in usum Samaritarum, quibus lingua Græca erat vernacula, composita.* Johannes quoque Albertus Fabricius lib. 3. cap. 12. num. 10. Bibliothecæ Græcæ: *Christiani scriptores quemadmodum Aquilam fere innuunt, quando provocant ad Hebraicum, ita quando* Σαμαρειτικὸν *laudant, respicere ad hanc Symmachi Samaritæ versionem, a quo Pentateuchum ex Samaritano translatum, mihi persuadeo. Neque enim Symmachi meminisse simul solent veteres, quando inter diversas interpretationes Samariticum laudant; neque Samaritice callebant antiqui Patres Græci vel Latini plerique, ne Origene quidem excepto, ut ex ejus commentario ad Ezechielem 9. 4. observat Huetius pag. 29. Origenian. Græca autem si extitisset diversa a Symmachiana Interpretatione Samaritici Pentateuchi versio Origene antiquior, cur, quæso, eam Origenes in Hexaplis omisisset? Quod si non omisit, ut visum est Isaaco Vossio in Responsione ad objecta Criticæ Sacræ pag. 305. quare veteres Scriptores de Hexaplis Origenianis agentes hoc ad unum universi tacent? Superest igitur, ut operi Origeniano inserta fuerit sub Symmachi nomine, vel ex Origenis Hexaplis sit lecta.* Hæc Fabricius: cujus conjectura, ut videtur, hausta est ex Johanne Friderico Mayero, qui pag. 207. Dissert. de notis Veterum Bibliorum, ea de re mentem suam his verbis explicat: *Accuratius itaque perpendenti mihi quæ Julius Africanus apud Eusebium in Chronico pag. 3. 9. 10. ac Syncellus pag. 80. 82. 85. & 88. edit. Regiæ, tum alii veteres sparsim ex Samaritano Codice producunt, in mentem venit sententia, num Samaritani Codicis nomine, veteribus venerit versio Symmachi, & quod auctor Samarita fuerit, & versionem ex Codice, quali Samaritæ utebantur, composuerit. Judicent me doctiores, utrum ex vero fuerim suspicatus. Confirmat conjecturam meam, quod Aquilæ versio passim Ebraici Codicis nomine apud veteres laudetur, & LXX. opponatur Interpretibus.* In Actis Eruditorum Lipsiensibus, anno 1698. pag. 77. leguntur hæc verba: *Monitus Joannes Frickius a quodam amico est* [nimirum Jo: Friderico Mayero] *post publicatam Bibliorum Græcorum Lipsiæ 1697. editorum Præfationem, forte Symmachi Samaritæ ver-*

sionem Græcam, ipsum illud esse τὸ Σαμαρειτικὸν, quod apud veteres toties allegatum legitur, nec alia ratione nomen Samaritici Textus illi impositum fuisse, quam versioni Aquilæ nomen Textus Hebræi apud Justinum, aliosque Patres. De qua conjectura alii judicent. Judicarunt quidem viri docti, Isaacus Vossius, & Jacobus Lelongius: sed in contrariam abeuntes sententiam. Nam Vossius quidem negat exstitisse versionem Græcam ex Samaritano confectam; sic enim c. 29. de LXX. Interpretibus p.96. scribit: *Nonnulli versionem aliquam Græcam ad fidem Samaritici exemplaris factam fuisse contendunt, & seorsim editam; unde istæ lectiones promanarint. Verum hæc opinio nulla vel ratione vel auctoritate nititur.* Idem ait Humphredus Hody lib. 4. de Bibl. text. origin. pag. 633. *Hæc sine idoneis argumentis affirmantur. Potuerunt Patres nonnulli, qui Samaritica allegant, ab ipsis Samaritis de illis edoceri.* Lelongius vero etsi Græcam Symmachi versionem a Samaritica prorsus differre existimat, pro certo tamen haberi vult, Græcam aliquam Samaritani Pentateuchi versionem exstitisse. Nam Tom. 1. Bibliothecæ Sacræ pag. 111. adversus Mayeri & Fabricii conjecturam sic scribit. *Verum hanc destruere conjecturam facile est testimonio Procopii Gazæi ad Exodi* XXIII. 16. *Hic enim Interpres Comment. in Deuteronomium circa initium, postquam semel & iterum laudasset Samariticum exemplar, statim in eadem pagina Symmachi testimonium adducit. Hinc unum ab alio distinxisse manifestum est. Videatur Joannis Morini Exercitatio 3. in Pentat. Samarit. pag. 232. Ibi duplex producit exemplum discriminis, saltem quoad verba, inter Samariticum Codicem, & Symmachum. Si rem attentius consideremus, nulla est difficultas. Authores Græci linguam Hebraicam non callentes, quæ explicanda volebant, exquirebant a Samaritanis ipsis. Verbi gratia, erant Gazæ plurimi Samaritani, a quibus quæ adduxit Procopius, discere potuit. Idem dicendum & de aliis scriptoribus, qui exemplaris Samaritici, non vero versionis Samaritanorum loca proferunt. Verum quum plurima ea de re a doctissimo Bernardo de Montfaucon in Præfatione Hexaplorum Origenis adducantur testimonia, quibus invictissime probat fuisse olim Græcam Samaritici Pentateuchi Translationem, meam nunc depono sententiam, & antiquam libenter amplector.* Nos quoque hanc eandem libenter amplectimur sententiam: nimirum *exstitisse olim Græcam Samaritici Pentateuchi Translationem*, quæ in Hexaplis Origenianis non semel laudatur apud Montfauconium. Neque desunt argumenta, quibus id commonstretur, inquit cl. Montfauconius in Præliminar. ad Hexapla Origenis cap. 1. §. IX. ubi quærit, *Utrum Origenis tempore Samaritanæ & Syræ versiones fuerint. Nam ex ipsis Samaritanæ editionis fragmentis arguitur, ea ex aliqua Translatione Græca desumta fuisse: nimirum Exodi 28. 4. & Levit. 8. 9. vox Ebraica* מצנפת, mitra, *sic in Samaritana versione exprimitur* Πίλιον, Pileum. *Vox autem πῆλιος, aut πίλιος (nam idipsum est) pro* Pileus, *jam a Plutarcho usurpata deprehenditur: unde colligimus Græcam Samaritanorum versionem illam usurpasse pro* mitra, *vel* cidari, *exprimenda. Neque enim cogitaverit quispiam vocem hujusmodi Latino-Græcam in versione aliqua Samaritano vulgari idiomate concinnata locum habuisse, quum hodierna Samaritanorum versio perantiqua, ut existimatur, longe aliud exhibeat* (Pro מצנפת enim, Samaritanus habet מעטפה, quæ vox pallium proprie & tegumentum quodcumque sonat: ubi Hexapla Exod. 28. 4. habent: Πήλιον, ἤτοι μίτραν, *Pileum, sive mitram:*) *Et Exodi cap. 6. v. 2. vocem* יהוה *ait Theodoretus in Samaritano exprimi* ιαβὲ, *quia videlicet sic illam expresserat, qui Græcam Samaritanorum versionem adornavit. Neque enim hæc varia lectio vel ex Samaritano Scripturæ textu, vel ex Samaritana Samaritice descripta versione decerpi poterat, ubi legitur hodieque* יהוה *sine discrimine. Siquis alias in Pentateucho a nobis allatas, ex Græca, ni fallor, interpretatione desumtas esse deprehendet.* Paucis exemplis contenti erimus. Genes. 44. v. 15. Samaritanus textus habet; הלא נסוי ינסי גבר דכותי *quia tentando tentat vir, sicut ego:* idest, quia divinando divinat vir, similis mei. Hexapla sic reddunt: τὸ σαμαρειτικόν· καὶ αὐτὸς πειρασμῷ πειράζει ἐν αὐτῷ, Samariticus. *Et ipse tentando tentat in eo*, nempe in Scypho. Exodi 10. v. 7. האדלה תחכם הלא מבדה מצראי *An nondum cognoscis quod periit Ægyptus*. Hexapla: Τὸ σαμαρ. Πρὶν γνῷς ὅτι ἀπόλωλεν Αἴγυπτος. Samarit. *Antequam noscas, quod periit Ægyptus*. Exodi 14. v. 15. מלל עם בני ישראל ויטלון: *Loquere cum filiis Israel: & proficiscantur*. Hexapla. τὸ σαμαρ. ἵνα ἀπάρωσιν, *ut proficiscantur*. Ibid. v. 20.

והוה

והוה עננה מחשך ומניר עם ליליה *Et fuit nubes tenebrosa, & illuminans cum nocte*. Hexapla. τὸ σαμαρ. καὶ ἦν τὸ νέφος, καὶ τὸ σκότος, καὶ ἔφαινε τῇ νυκτί. *Et erat nubes, & tenebræ, & apparebat nocte*. Exodi cap. 26. v. 5. מקבלן אנביה הדה לאחדה *concurrentes ansulæ, una ad alteram*. Hexapla. τὸ σαμαρ. διαδεχόμεναι συμβολαὶ μία πρὸς μίαν ἀντιπροσώπως, κατὰ τὸ προσέχειν ἀλλήλαις. *Excipientes commissuræ, una ad unam e regione secundum quod hærent mutuo*. Exodi 32. v. 18. לית קל סיעה נצעה ולית קל סיעה מתנצעה · קל עובים אנה שמע *non est vox cœtus vincentis, neque vox cœtus victi. Vocem peccatorum ego audio*. Hexapla. τὸ σαμαρειτικὸν. οὐκέτι φωνὴ ἀποκρίσεως ἀνδρείας, καὶ οὐκέτι φωνὴ ἀποκρίσεως ἥττης, ἀλλὰ φωνῆς ἁμαρτιῶν ἐγὼ ἀκούω *Non ultra vox responsionis fortitudinis, & non ultra vox responsionis cladis: sed vocem peccatorum ego audio*. Levitici 13. v. 51. *Lepra corrodens, tactus immundus est*. Hexapla. τὸ σαμαρ. λέπρα φιλόνεικός ἐστιν, ἡ ἁφὴ, ἀκάθαρτός ἐστι. *Lepra contentiosa est: ipse tactus immundus est*. Montfauconius Tom. I. pag. 124. *Hæc nota habetur in Mss. nostris*. τὸ σαμαρειτικὸν φιλόνεικον, ὀπίσω δὲ παλαιουμένην αὐτὴν, ἀντὶ τοῦ, συγγηρῶσαν τῷ σώματι, καὶ ἀνίατον. Hoc est: Samaritanus, *contentiosam, jam ante rem inveteratam, ac si dicat, consenescentem corpori & insanabilem*. Numer. 29. 35. *Et die octava, solemnitas erit vobis, Omne opus servile non facietis*. Hexapla pro עצמאה habent πλήρωσις ἐπισχέσεως, *Perfectio retentionis*. Montfauconius pag. 170. *Sic omnes Mss. Regii cum notis edit. Romanæ. Mss. vero Cyrillo adscribunt. In hunc locum ita Drusius edisserit*. πλήρωσις ἐπισχέσεως, *perfectio retentionis aut inhibitionis, idest, perfecta retentio aut inhibitio*. עצר *cohibuit*, עצרה *cohibitio, Festum significat, quo populus cohibetur ab opere. Sic dico* עצרה *est dies cessationis ab opere, cum homines vacant orationi & rebus divinis. Sic* ἑορτὴ, *a cohibendo. Proprie, &* ἀντονομαστικῶς עצרה *dicitur* XXII, *Thesri, quæ ex octava Succoth, idest Festi Tabernaculorum. Pentecoste tamen sic etiam vocatur. Ab eadem mente prisca Ecclesia Græcanica dixit* σύναξιν, *idest, Coactionem, & Latina Collectam*. Et recte quidem Drusius Ebraicam vocem עצרה interpretatur. Verum Samaritanus habet heic non עצרה, sed עצמאה quæ vox *detentionem*, seu *diem feriatum* significat, a verbo עצם, *clausit, detinuit, cohibuit, corroboravit*.

Alias levioris momenti variantes lectiones prætermittimus. Facere tamen non possumus, quin notam illam huc transcribamus, quæ ad marginem Codicis Basileensis Numer. Cap. XIII. v. I. (& apud Montfauconium Tom. I. Hexaplor. Origen. pag. 158.) sic legitur. Ο΄. καὶ ἐλάλησε Κύριος. &c. Ad marg. Basileensis. καὶ τούτων μνημονεύει Μωϋσῆς ἐν τοῖς πρώτοις τοῦ Δευτερονομίου. ἃ καὶ αὐτὰ ἐκ τοῦ τῶν σαμαρειτῶν ἑβραϊκοῦ μετεβάλομεν καταλλήλως τῇ τῶν Ο΄. ἑρμηνείᾳ τῇ ἐν τῷ δευτερονομίῳ φερομένῃ. Idest, *LXX. Eloquutus est Dominus, &c*. Ad marg. Basileensis. *Horum meminit Moyses in principio Deuteronomii: quæ ex Hebraico & Samaritanorum transtulimus congruenter ad versionem LXX. Interpretum, quæ in Deuteronomio fertur* (cap. I. v. 20.) In hunc locum hæc cl. Montfauconius observat. *Hæc nota Origenis esse videtur: etsi Codex Basileensis, unde illam mutuamur, id non indicet. Monet autem, ea quæ sequuntur, in Samaritano haberi, ex Deuteronomio cap. I. v. 20. desumta. Et sane extant quoque in Samaritano hodierno textu, & in versione Samaritana, neque ullatenus ab hac Græca versione discrepant. Cum iis autem, quæ in Deuteronomio leguntur, ea solum in re differunt, quod hic Moyses in tertia persona loquatur*: Et dixit Moyses filiis Israël, *&c. Illic autem in prima*: Dixi vobis, *&c. Origenes autem ait, se hæc transtulisse congruenter ad versionem LXX. Interpretum, quæ in Deuteronomio fertur. Verum nonnihil est inter utramque discriminis, ut quisque videre possit. De Samaritano textu vide in Præliminaribus*. Hactenus Montfauconius: qui quum in Preliminaribus cap. I. §. IX. pag. 19. Grecam Samaritanæ versionis Interpretationem exstitisse ostendisset, hanc ipsam, de qua loquimur, Origenis notam sibi objicit, dicens: *Nec officit huic nostræ opinioni nota quædam Numer. cap. 13.* v. I. (*quæ, ut arbitror, Origenis est*) *ubi quum quædam præferret Samaritanus Bibliorum textus ex Deuteronomio desumta* (que tam in Ebraico fonte, quam in Syriaca, Arabica, & Græca versionibus in lib. Numerorum desiderantur) *eadem ipsa se Græce transtulisse testificatur Origenes, hoc quidem modo ad editionem LXX. accomodato*, ἃ καὶ αὐτὰ ἐκ τοῦ τῶν Σαμαρειτῶν, Ἑβραϊκοῦ μετεβάλομεν τῇ τῶν Ο΄. ἑρμηνείᾳ τῇ ἐν τῷ δευτερονομίῳ φερομένῃ. *Non enim hic agitur de Samaritana aliqua Translatione, sed de ipso Textu Samaritano Libri Numerorum, ubi*

etiam

etiam hodie multa ex Deuteronomio decerpta reperiuntur : quæ ut repræsentaret Origenes, *eorum interpretationem ex versione* τῶν O'. (*ut in Deuteronomio erat*) *mutuatus est* . Atqui verba Origenis perspicue indicant Textum Ebraicum Samaritanis literis expressum non autem Samaritanam versionem. Sic enim ait : ἃ καὶ αὐτὰ ἐκ τοῦ τῶν σαμαρειτῶν ἑβραϊκοῦ μετεβάλομεν : *Quæ ex Ebraico Samaritanorum transtulimus* . Non igitur ad Samaritanam versionem Origenes respexit , quamquam & ipsa illud idem repręsentat Samaritice , quod Textus Ebraico-Samaritanus habet . Hęc sunt Ebraico-Samaritana verba Numer. 13. v. 1. *Et dixit Moses filiis Israël . Venistis usque ad montem Amorrhæi , quem Dominus Deus noster dedit nobis . Vide , dedit Dominus Deus tuus ante faciem tuam , terram : ascende , posside , sicut locutus est Dominus Deus patrum tuorum : Vade , ne timeas , neque terrearis . Et accesserunt ad Mosem , & dixerunt : Mittamus viros ante faciem nostram , & scrutentur nobis terram , & referant nobis verbum , viam per quam ascendemus , & urbes ad quas ibimus . Et placuit verbum in oculis Mosis ; & locutus est Dominus ad Mosen dicens . Mitte viros , & explorent terram Chanaan &c.* Samaritana versio cum Ebraico textu consentit . Utrobique unus idemque sensus est . Utrobique abest a textu Ebraico ab iis verbis , *Et dixit Moses filiis Israël* , inclusive , usque ad , *& locutus est Dominus ad Mosen dicens* , exclusive . Quæ tamen verba habentur Deuterom. Cap. 1. v. 20. tam in Fonte Ebraico , quam in Samaritana versione , sic : *Et dixi vobis . Venimus usque ad montem Amorrhæi , quem Dominus Deus noster dedit nobis . Vide , dedit Dominus Deus tuus in conspectu tuo terram , ascende , posside , sicut locutus est Dominus Deus patrum tuorum tibi . Ne timeas , neque paveas . Et accessistis ad me omnes , & dixistis : Mittamus viros ante nos , & explorent nobis terram , & referant nobis verbum , viam per quam ascendemus , & urbes ad quas veniemus , & placuit in oculis meis verbum . Et cepi ex vobis duodecim viros* . Et reliqua . Unde patet , non modo Samariticam versionem , sed etiam textum Ebræo-Samaritanum a Fonte Ebraico nonnihil discrepare : id quod ex antiquorum Codicum varietate contigisse, demonstrat Waltonus Prolegom. ix. de versionibus Græcis num. 60. his verbis : *Lectionem etiam Codicum Ebræorum olim in his* (hoc est , in annis Patrum ante-& post-diluvianorum) *variasse ex Josepho colligitur , qui ex Archivis Sacerdotum , quum ipse Sacerdos esset , historiam suam extraxit : Antiq. lib. 1. 4. & 2. 7. Et istius libri proœmio , primo contra Apionem &c. sæpius profitetur , se ex Codicibus sacris descripsisse , prout invenerat . Hujus autem supputatio temporum , ad Græcam propius accedit , quam ad illam Codicum Ebræorum* . Et post pauca , quum supputationem Codicis Ebraici cum Græca & Samaritana comparasset : *Ex hisce* (inquit) *hoc videtur plane confici , Codices Ebræos olim in his numeris variasse : unamque lectionem nos habere in libris hodiernis , aliam sequutos fuisse LXX. quibus in multis consentiunt Josephus , & Codices Samaritani* . Et Prolegom. xi. de Samaritana versione num. 16. loquens de additioribus quæ in Samaritano exstant , neque in Ebraico habentur ; *Quod additiones* (inquit) *vel repetitiones spectat , quæ in Textu Samaritano* (adde , & in versione) *non in Ebraico extant , aliquam sane probabilitatis speciem pro libris suis habent Samaritani : nam quum in multis locis quædam referuntur in Codicibus Ebraicis , quæ alibi prius scripta esse insinuantur , alibi tamen in exemplaribus Ebraicis non inveniuntur , hinc probabiliter conjicere videntur , quædam in Codicibus Ebraicis deesse , quæ in suis exstent : ut quum Deuteronom. 1. repetuntur verba , quæ Moses locutus erat cum Israëlitis trans Jordanem in deserto , quæ verba quasi repetita subjiciuntur versibus sequentibus , tamen in Codicibus Ebraicis alibi non reperiuntur talia verba a Mose prolata , in Codicibus vero Samaritanis habentur Num. 10. 10. & Exodi 18. 24. ut supra ex Procopio Gazæo observavimus : multa enim talia in dictis nostris collationibus observare quilibet potest . Hic , inquam , cum probabilitate aliqua dicere possent Samaritæ , Codices aliquos variasse in istis locis* . Idem Waltonus de eadem Codicum varietate supra dixerat num. 14. *In Deuteronomio , quod Legis est repetitio , quædam inveniuntur , quæ tamen in libris prioribus , videlicet , Exodo , Levitico , & Numeris , non habentur in Codicibus Ebraicis , in Samaritanis tamen haberi notat Procopius Gazæus , quæ etiam in nostris Codicibus ita leguntur : ut Deuter. 1. 6. ubi monet Procopius verba illa ,* Dominus Deus noster locutus est nobis in Horeb , dicens , *&c. in Samariticis libris inveniri Numer. 10. 10. Eadem leguntur in Codicibus hodiernis Samariticis . Similiter monet ejusdem c. 1 v. 9. ad v. 19. verba quæ hic repetuntur , nullibi antea in Ebræo inveniri , sed in Codice Sama-*

maritico, *videlicet Exodi* 18. 24. *Ubi etiam in Codicibus nostris extant. Idem ex vetere Scholiaste Græco patet, quem in notis ad Romanam & Parisiensem* τῶν Ο'. *Editionem sæpe citarunt tum Nobilius, tum qui Scholia Græca collegerunt. Græcus enim hic Scholiastes (quisquis fuerit) multa profert loca ex Codice Samaritico, quæ cum libris hodiernis fere adamussim congruunt, licet ab Ebræis discrepant.* Exodi 32. 18. *Scholiastes ait, Samaritanum Codicem legere*, Vocem peccatorum audio: *sic vero legunt nostri Codices, quum Ebræus legat*, Vocem cantantium. Numer. 32. 33. *observat mentionem fieri a Mose dimidiæ Tribus Manasse, cujus antea non meminerat; at in Samaritano mentionem ejus fieri. Sic etiam in nostris Codicibus fit mentio dimidiæ Tribus Manasse, quod etiam loci sensus postulare videtur.* Numer. cap. 24. 7. *notat Diodorus legi in Samaritano* Gog, *ut & nostri libri legunt, quum tamen Ebr. & Vulg. Lat. legunt* Agag, *Theodoretus vero Quæst.* 43. *in Genes. ex Symmaco legit* Og. *Ex quibus videtur lectionem variam fuisse in Codicibus Ebraicis. Præter hæc loca, quæ in antiquis Codicibus Samariticis aliter legebantur, quam in Ebraicis, quibuscum tamen consentiunt Codices hodierni, alia proferuntur loca, ubi notarunt veteres consensum Codicum Ebraicorum vel Græcorum cum Samaritanis, qui consensus etiam in hodiernis libris Samariticis conspicitur. Loca quædam proferuntur ex Scholiaste Græco, quem citant Scholia Romana, & ex Nobilii notis, quæ Tomo ultimo hujus operis Lector inveniet. Nos quia brevitati studemus, loca tantum indicabimus.* Exod. 10. 7. c. 14. 15. 20. cap. 23. 16. Levit. 8. 15. c. 13. 8. c. 25. 5. 25. c. 26. 24. 41.43. Numer. 4.25. c. 73. c. 13. 33. c. 18. 7. c. 29. 1. c. 31.26. *His a Morino notatis alia plura adjici possunt, ut* Exod. 8. 21. c. 16. 31. c. 26. 5. c. 28. 4. c. 32. 18. Levit. 13. 51. c. 27. 14. c. 24. 7. c. 32. 12. *In his aliisque apud illum Scholiasten locis, quæ Lectoris diligentiæ observanda relinquimus, fit mentio Codicis Samaritici antiqui, cum quo hodiernus conspirat.*

Denique ne quid ad versionem Samaritanam spectans omisisse videremur: agendum heic nobis esset de Pentateucho Trilingui, *Ebraico* nempe, *Samaritano*, & *Arabico*, qui Pentateuchus exstat in Bibliotheca Barberina. Verum de hoc, ubi de Bibliis Arabicis sermo erit, fusius, Deo dante, tractabimus.



IN.

INDEX
SCRIPTORUM, EORUMQUE OPERUM
Quæ in hoc Volumine continentur atque illustrantur.

Arabicus numerus paginam, Romanus numerum singulis Codicibus præfixum declarat.

A

CODICES

QUI OPERA ANONYMORUM SCRIPTORUM CONTINENT ORDINE ALPHABETICO.

- de

Respon-

I

K

L

NISSIM

T

- de

Z



BENEDICTUS PAPA XIV.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.



INGENS OPUS, quod nostro jussu Venerabilis Frater STEPHANUS EVODIUS ASSEMANUS Archiepiscopus Apamensis, & dilectus Filius Magister JOSEPH SIMONIUS ASSEMANUS in utraque Signatura nostra Referendarius, Prælatus Domesticus & Bibliothecæ Vaticanæ nostræ Præfectus, summo studio, incredibili labore & assidua cura concinnandum & ornandum susceperunt, meretur sane, ut & Apostolicæ laudationis præconiis commendetur, & Apostolicæ benignitatis auctoritatisque testimoniis & Privilegiis decoretur ac muniatur. Hujusmodi sane Operis titulus est tenoris sequentis: *Bibliothecæ Apostolicæ Vaticanæ Codicum manuscriptorum Catalogus in tres Partes distributus, in quarum prima Orientales, in altera Græci, in tertia Latini, Italici, aliorumque Europæorum idiomatum Codices*, &c. Quoniam autem pro conficiendo quidem absolvendoque tantæ molis Opere, ad viginti magnos Tomos processuro, maxima pecuniarum summa necessaria est tam pro amanuensium opera, quam pro typis & impressione: Nos iisdem STEPHANO Archiepiscopo, & Magistro JOSEPHO Præfecto, ut aliquo pacto in ea editione subsidium præstetur, integrum Carthæ vectigal, quod Apostolicæ Cameræ nostræ solvi debet, donec omnes viginti Tomi ejusmodi in lucem prodierint, omnino remittendum, donandumque jam mandavimus; quam sane a dicto vectigali immunitatem iterum per præsentes confirmamus. Præterea cùm jam Primus Tomus in folio, ut dicitur, Nostro Nomini inscriptus, publicæ lucis factus sit; ne fortasse accidat, ut deinceps, donec omnes viginti Tomi absoluti, editique fuerint, alius quispiam Opus antedictum sive in totum, sive in partem vel aggredi, & typis mandare, vel a memoratis STEPHANO & JOSEPHO jam typis impressum quemcumque ejusdem Operis Tomum iterum imprimere audeat, non sine gravissimo laborum ab ipsis impensorum præjudicio, & enumeratarum pecuniarum detrimento: eapropter Nos, sicut iidem quoque STEPHANUS, & JOSEPH Nobis humiliter supplicari fecerunt, eorumdem STEPHANI & JOSEPHI indemnitati providere, ipsosque specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, sæpe dictis STEPHANO, & JOSEPHO, ut Opus laudatum, in viginti Tomis contentum, in lucem emittere ex privilegio, & jussu nostro valeant; nec non ad decennium, postquam omnes viginti Tomi typis dati fuerint, duraturum, nemo tam in hac alma Urbe nostra, quam in reliquo Statu Ecclesiastico mediate, vel immediate nobis subjecto omnes antedictos Tomos, vel quemlibet ipsorum sine speciali eorum Auctorum

STE-

SETPHANI, & JOSEPHI, aut ab iis, vel ab altero eorum causam habentium licentia imprimere, aut ab alio vel ab aliis impressos vendere, aut venales habere, seu proponere possit, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus & indulgemus. Inhibentes propterea utriusque sexus Christifidelibus, præsertim librorum Impressoribus, & Bibliopolis, sub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amissionis librorum, & typorum omnium, pro una Cameræ nostræ Apostolicæ, & pro alia iisdem STEPHANO & JOSEPHO, & pro reliqua tertiis partibus accusatori, & Judici exequenti irremissibiliter applicandis, & eo ipso absque ulla declaratione incurrendis pœnis, ne per statutum a nobis hujusmodi, ut præmittitur, decennium viginti Tomos, sive insimul omnes, sive singulatim, sine licentia antedicta imprimere, aut ab aliis impressos vendere, aut venales habere, vel proponere quoquo modo audeant, seu præsumant. Mandantes propterea dilectis Filiis nostris & Apostolicæ Sedis de latere Legatis, seu eorum Vicelegatis, aut Præsidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & aliis Justitiæ Ministris Provinciarum, Civitatum, Terrarum, & Locorum Status nostri Ecclesiastici præfati, quatenus iisdem STEPHANO, & JOSEPHO, seu ab eis causam habentibus in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, quandocumque ab iisdem STEPHANO & JOSEPHO, vel ab altero eorum requisiti fuerint, pœnas præfatas contra quoscumque inobedientes irremissibiliter exequantur. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis statutis & consuetudinibus etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumtis etiam in ipsis Tomis impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 3. Februarii MDCCLVII. Pontificatus Nostri Anno decimo septimo.

Cajetanus Amatus.

TYPOGRAPHI MONITUM.

In nullo aberrare, seu in omnibus irreprehensibilem, seu inemendabilem esse, divinæ utique solius, non autem mortalis est constantiæ, seu roboris; quemadmodum & a majoribus dictum est.

Justinian. Imp. in L. III. *§.* XIII. *C. de Vet. Jur. Enucl.*